THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACÁDEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN X

PARS ALTERA

SECTIO I

PORTA–PRIMAEVITAS

MCMLXXX–MCMXCV

DE GRUYTER

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praefīnītus *v.* praefinio. *Blundell.*

praefĭo *v.* praeficio.

praefiscinī *et* **praefiscinē** (-fasc-) *adv.* [*a* prae *et* fascinus; -fisc- *pro exspectando* -fesc- *fortasse per assimilationem, v. Sommer-Pfister, Laut- u. Formenlehre I 55. Sch.*] *scribitur* -fasc- APVL. flor. 16, 45 CHAR. gramm. p. 306, 10 B. *de terminatione* -i *et* -e: GELL. 10, 24, 8 consuetum id veteribus . . . litteris is (*i.* e *et* i) plerumque uti indifferenter, sicuti -e et -i (*similiter* MACR. Sat. 1, 4, 21, *ubi var. l.* proficisc-). NON. p. 153, 11 'proxumi' id est 'proxumo' . . .; sed ea declinatione a veteribus et crastini et pristini et -i dictum est. CHAR. gramm. p. 274, 25 sqq. B. (*ex Romano*) -i Titinius . . . (*affert l. 25*), ne puella fascinetur; -e Afranius . . . (*affert l. 26*), per 'e', non per 'i'. *usum auctorum v. infra.* *de notione* (*cf. l. 11 sq.*): CHAR. gramm. p. 306, 10 B. (*ex Palaem.*) '*prae*' pro eo nonnumquam, quod est 'sine', accipitur; -e, id est sine fascino, quod Graeci ἀβασκάντως dicunt (*inde* GLOSS. I p. 248). [*perperam olim afferebatur* PLAVT. Cas. 932 *pro* profectus (*ex var. l.* praeficiens).]

formula ad praevertendum fascinum interposita, sc. in oratione, qua fascinatio, invidia commoveri potest (*ad rem v. Hand, Tursellinus IV 530 sq.; Kuhnert, RE VI 2013, 16 sqq.*): PLAVT. Asin. 491 -i (-ficisc- *trad.*, per- *vel* pro- *var. ll.*) hoc nunc dixerim: nemo . . . me accusavit merito meo *eqs.* (*cf.* APVL. flor. 16, 45 id [*i. ut omnibus placeam*], -e dixerim, iam quodam modo mihi obtigit). Rud. 461 ut sine labore hanc *aquam e puteo* extraxi, -e (-ficisc- *trad.; sunt qui* -e *ad sequentia referant*). TITIN. com. 110 pol tu ad laudem addito '-i' (*v. explic. l. 11*). AFRAN. com. 36 scis habitum ita ut nunc obtinet; -e (-ficisc- *var. l.*; -e *fortasse alteri loquenti tribuendum*). PETRON. 73, 6 servus meus . . ., homo -i frugi et micarius.

cf. praefascinus.

[**praefīxē**, *adv. olim perperam editum v. p. 635, 47.*]

[**praefixor** *et* **praefixus** *pro* praeficus *v. sub* praefica.]

praefīxus, -a, -um *v.* praefigo.

praeflammātus, -a, -um. *a* prae *et* flammatus, *cf.* praeustus. *i. q. in anteriore parte (i. in superficie) flammatus* (*vix i. q. valde fl.*): GLOSS.^{L} V Aa B 195 bustum: ustulatum, -um *eqs.* (GLOSS. V 493, 26). I Ansil. SE 304 semiustum: ex parte[m] -um (*ad Enceladon fulmine ictum, Verg. Aen. 3, 578, refert ed.*).

[**praeflo**, -ātum, -āre *legebatur* AVIAN. fab. 10, 5 (praestant *codd. plerique*, perflant *pauci; ad l. v. Küppers, Gnomon 53, 1981, 244*) *et* EPIST. pontif. Thiel Gelas. tract. 2, 7 (*legas* perflatus *cum* EPIST. pontif. 669 Schwartz p. 109, 8).]

praeflōrātio, -ōnis *f.* *a* praeflorare. GLOSS.^{L} II Abav. DE 74 delibatio: ⟨p⟩refloratio, immolatio (*similiter corr.* RE 47; *v. Loewe, Glossae Nominum, 1884, 113*). V Aa D 163 delibatio: perfusio seu -o (*confunduntur duae glossae, i.* delibutio *et* delibatio).

praeflōreo, -uī, -ēre. *a* prae *et* florere. *i. q. antea florere*: 1 *proprie*: PLIN. nat. 16, 119 -ent talia (*sc. quae celerius senescunt*) et praegerminant, in totum praecocia fiunt (*cf. etiam 118* praefecunda). 2 *translate* (*quasi per praefigurationem*): AVG. in psalm. 29 serm. 1, 6 exsultatio resurrectionis *nostrae* futura . . ., quae in . . . domini resurrectione -uit (*nisi cogites de verbo q. e.* praefloresco).

? **praeflōrēsco**, -uī, -ere *v. l. 51.*

praeflōro, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* flos, *cf.* deflorare (*aliud verbum denominativum eadem praeditum notione privandi est* pilare). *i. q. antea flore (i. decore sim.) privare*: LIV. 37, 58, 7 gloriam . . . eius victoriae -tam (defl- *codd. plerique, v. Briscoe, 1981, ad l.*) ad Thermopylas (*i. priore victoria*) esse. PLIN. paneg. 58, 4 summum . . . decus (*i. consulatum*) non nisi praecerptum -tumque transmittere (*de Caesaribus, qui ipsi consulatu potiti sunt, priusquam alios ad eum admiserint*). GELL. 14, 1, 36 exspectatio te spei suspensum fatigabit et futurum gaudii fructum spes tibi iam -verit. *spectat ad virginitatem ademptam*: APVL. apol. 92, 8 *vidua ad nuptias* venit iam ab alio -ta (*6 virgo* affert . . . ad maritum . . . floris rudimentum).

deriv.: praefloratio. *Wieland.*

praefluo, -ere. *a* prae *et* fluere. *legitur inde ab* HOR., LIV. [*confunditur in codd. maxime cum* perfluere (*falsa var. l.* TIB. 1, 10, 68 [*cf. Schuster, Tibull-Studien 1930, 142*]; *olim falso afferebatur ex titulo, v.* CIL XII 2494, 4) *et* profluere, *quod infra adnotavimus.*]

i. q. ante (in fronte) fluere vel fluendo tangere (*vi praeverbii locali illustratur respectus rei ante aliquid motae, sc. aquae sim. ante ripam, terram, urbem sim. fluentis, ut hic illic et de notione praeverbii q. e. praeter cogitare possis, cf. l. 81 et e. g. p. 611, 63*): 1 *c. obi. acc.: oppida*: HOR. carm. 4, 3, 10 quae Tibur aquae . . . -unt (-ent, profluunt *var. ll.*). PLIN. nat. 3, 102 Aufidus ex Hirpinis montibus Canusium -ens (*cf. Mela 2, 66* Canusium adtingens). 3, 126 Natiso cum Turro -entes Aquileiam (-ente *sim.*, profl- *var. ll.; cf. Mela 2, 61* Natiso . . . adtingit Aquileiam). 4, 8 amnis Cephisus -ens Delphos. 5, 126 Pergamum, quod intermeat Selinus, -it Cetius. 6, 8 Cappadocia . . . habet coloniam . . . Archelaidem, quam -it (-ens *vel* perfluens *trad.*; praeterfluit *Detlefsen sec. Sol. infra*) Halys, oppida Comana, quod Salius, Neocaesaream, quod Lycus, Amasiam, quod Iris (*sc. -it; cf. Sol. 45, 3* Archelaidem . . . Halys praeterfluit; Neocaesaream Lycus alluit). 6, 92. 93. 167. *loca varia*: HOR. carm. 4, 14, 26 Aufidus, qui regna Dauni -it Apuli (perfl- *edd. vet.*). TAC. ann. 2, 63, 1 transgressus Danuvium, qua Noricam provinciam -it. 15, 15, 1 castra -bat *Arsanias fluvius*. PRISC. periheg. 316 *Thracum* terris, quas Ponti -it unda (perfl-, praefuit *var. ll.*).

2 *intransitive* (*accedit* a latere LIV. 44, 31, 3, circa *c. acc.* PLIN. nat. 5, 90): LIV. 1, 45, 6 (*verba cuiusdam ex Aventino spectantis*) infima valle -it Tiberis (*var. ll.* praeluit, prefuit). 44, 31, 3 duo cingunt eam *urbem* flumina, Clausal a latere urbis, quod in orientem patet, -ens *eqs.* COLVM. 1, 5, 4 sin . . . situs ripae permittet superponere villam *amni* -enti (profl- *codd. rec., edd. vet.*), cavendum . . . erit, ut a tergo potius quam prae se flumen habeat. PLIN. nat. 3, 52 Florentini -enti Arno adpositi. 4, 14 -ente Alpheo amne (*abl. absol. ut*: 5, 74 [*var. l.* praeterfluente]. 5, 101. 6, 44). 5, 90 *alveus laevus Euphratis* circa eam *Seleuciam* -enti infusus Tigri. FRONTIN. strat. 2, 2, 10 Hiberi . . . adplicuerunt se flumini, quod ⌊altis . . . ripis⌋ -bat: ita a tergo amne defensi *eqs.* (⌊ ⌋ *abl., cf. Quint. inst. 12, 2, 11* amnium . . . altis ripis multoque gurgitis tractu fluentium). TAC. ann. 12, 33 -bat amnis vado incerto. FLOR. epit. 2, 8, 9 sub ipso freti murmure, cum ⌊-entes aquae tibiis⌋ . . . concinerent (*sic B*, interfluenta tibiis *sim. rell.*). AVIEN. ora 469 ⟨Si⟩cani ad usque -entis alveum (*ordine versuum fortasse turbato contextus incertus est*).

deriv.: praefluus; *cf.* praefluvium.

praefluvium, -ī *n.* *a* praefluere *per confusionem praeverbiorum pro* profluvium. *i. q. profluvium* (*sc. de morbo mulierum*): ITALA Matth. 9, 20 (cod. a) mulier, quae sanguinis -um habebat XII annis ([*cod. c* profluvium, *cod. k al. et Vulg.* sanguinis fluxum, *gr.* αἱμορροοῦσα]. ORIBAS. syn. 9, 42 add. 3 Aa p. 353 prefluvium s. mulierum regmatismus [*i.* rheu-] est matricis [*in tit.*: ad proflubium]). ORIBAS. eup. 2, 1 B 2 Aa qui . . . per bentrem reuma aut matricis preflubium patiuntur ([profluvium *Ab; aliter gr. et La*]. syn. 9, 42 Aa tit. ad praeflubium m. [*postea*: fluxus sanguinis; *gr.* περὶ ὑπερκαθάρσεως]).

praefluus, -a, -um. *a* praefluere. *i. q. praefluens, in fronte fluens*: PLIN. nat. 19, 60 *hortos* riguos . . ., si contingat, -o amne, si minus, e puteo . . . rigatos (perfluo, praefluua *sim. var. ll.*, profluo *edd. vet.; cf. Colum. 11, 3, 8* adveniente rivo). *Friis-Jensen.*

praefōcābilis, -e. *a* praefocare, *cf.* suffocabilis. *i. q. ad actionem praefocandi vel ad statum eius, qui praefocatur, pertinens*: CAEL. AVR. acut. 2, 27, 143 (*signum peripneumoniae*) supra latus iacendi difficultas, ita ut -is esse sentiatur (*sc.* difficultas, *nisi subintellegatur* positio *sim.*). 2, 35, 184 spiratione -i (*cf.* 2, 35, 185 -i spiramento respirant [*postea*: spiramenti praefocatione]). 2, 37, 192 *loca brevia* sunt . . . -ia. chron. 3, 2, 16 (*apud stomachicos*) transvorandi difficultas cum -i sensu.

***praefōcātio**, -ōnis *f.* *a* praefocare. *scribitur* -voc- *in var. l.* AVG. epist. 167, 13 CASS. FEL. 24 p. 40, 11, -fuc- *in var. l.* ORIBAS. syn. 9, 45 add. Aa p. 360. *legitur in prosa oratione inde a* SCRIB. LARGO, *maxime apud medicos et veterinarios.* [*restituitur pro* provocat CAEL. AVR. diaet. pass. 26, *pro* provocatio LIB. iubil. 23, 12.]

i. q. actio praefocandi vel status eius, qui praefocatur (*accedit gen. rei praefocatae l. 54. 61 et fortasse p. 647, 2, rei praefocantis l. 70. 74 et saepe sub 1b et 2*): 1 *proprie, de faucium constrictione vel obstructione* (*cf.* GLOSS. V 558, 14 sinachis [*i.* συνάγχη]: suffocatio vel -o. *laxius de -e vesicae l. 57; de spirandi difficultate, e. g. l. 57. 61; quae tamen distinguitur l. 69*): **a** *exempla varia*: SCRIB. LARG. 100 facit bene haec compositio ad . . . subitas -es. CHIRON 155 (*inde* VEG. mulom. 1, 38, 3) *humore collecto* fit . . . faucium -o et sinance (MARCELL. med. 14, 39 -em et tumorem f. ISID. orig. 4, 7, 13 branchos est -o f. [*inde* GLOSS. b.:-o]. *cf.* VEG. mulom. 2, 79, 2 circa fauces). 374 *iumentum* praefoc⟨at⟩ione in anhelitu patitur. 821 potio ad vesicae dolorem sive -em. HIPPOCR. aphor. 4, 34 (*sim.* 7, 59) si febricitanti, tumore non constituto in faucibus, -o subito (-a *var. l.*) supervenerit, mortale est (*gr. πνίξ utroque loco*). CAEL. AVR. acut. 2, 6, 30 -is . . . effectum. 2, 27, 146 gravatio . . . cum parvo -is sensu. 2, 35, 185 spiramenti -e *iactari.* 3, 1, 5 synanchen dicimus difficultatem transvorandi atque -em acutam, ob vehementiam tumoris faucium *eqs.* (3, 1, 6 acutissima atque celerrima. CASS. FEL. 37 p. 81, 7). 3, 1, 6 -is illatae per laqueum. 3, 2, 9 acutus cum -e mortis effectus. 3, 2, 10 plurimam (3, 4, 29). 3, 4, 29 *fumo* etiam sani -e afficiuntur. chron. 1, 3, 55 gravedo atque pressura et veluti -o, qua sibi quemquam irruisse . . . existiment *somniantes.* diaet. pass. 26 *agnoscitur synanchicus* ex inflam⟨m⟩atione . . . faucium . . . et pro magnitudine tumoris -e cum respirationis difficultate. 27 ⟨a prae⟩focatione suspendi⟨i⟩ *dicta est synanche* (*restituit Rose*). gyn. 1, 127 *nutrix ebria* sui corporis ruina in periculum ducit *infantem*, -e illata (*cf. p. 648, 6 sqq.*). CASS. FEL. 24 p. 40, 11 -is periculum (*cf.* 35 p. 75, 21 metus -is [*sec. Hippocr. progn. 23* ἀποπνίγηται]). 35 p. 77, 2 tumores et -es antiadum. *al.* **b** *agitur de matrice -em efficiente* (*sc. apud hystericas*): SORAN. p. 47, 3 vulvae -o (p. 47, 8. 48, 6 [*locum del. Rose*]. 58, 2 [*v. p. 647, 47; gr. p. 109, 10 Ilb.* ὑστερικὴ πνίξ]). p. 58, 1 de -e matricis ([*gr. p. 109, 9 Ilb.* ὑστερικῆς πνιγός]. THEOD. PRISC. gyn. 6 tit. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 77 m. -e oppressae. chron. 1, 4, 116 quae ad m. -es incendenda posuerunt *medici.* CASS. FEL. 77 p. 188, 3 desinent -es m. ORIBAS. syn. 9, 45 add. Aa p. 360 m. -o nomen sumpsit compositum, quod suffocationem faciat *eqs. al.; cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 8, 109 -o ex matrice cum ascensu matricis efficitur).

2 *translate, de oppressione animae*: AVG. epist. 167, 13 ut animus a -e stultitiae tamquam emergens in sapientiam repente respi-

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ret (*antea*: stultitia velut aqua . . . ponitur *in similitudine. cf. infra l. 78*). APRING. in apoc. 3, 20 -em cordis (*syntaxis turbata fortasse corrigenda ex Beat. in apoc. 2, 7, 27*). MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 5 p. 351/2 caenum est haec res (*sc. divitiae*), fumus est . . . et angustiae multae et curarum -o (*gr. φροντίδων πνιγμός*).

***praefōco,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* faux, *cf.* suffocare. *scribitur* -fug- (*pro* -fuc-, *cf. vol. IX 2, 529, 7*) GLOSS. IV 206, 35. 309, 12 (*var. l.* -fog-), -voc- (*vel* provoc-) *in var. l.* AVG. epist. 167, 12 Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 6, 4 G. GLOSS. IV 17, 9 *al.* (*cf. l. 20*). *de notione*: DIOM. gramm. I 365, 9 -o -vi Probus quasi novam vocem miratur; 'angit' enim veteres dicebant (*citantur Verg. Aen. 8, 260* angit. *Lucil. 1162* suffocare). SERV. Aen. 8, 289 'eliserit' -verit (*cf.* GLOSS. V 551, 42 elido: -o). GLOSS. -tus: impeditus. strangulatus vel suffocatus. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 451 -are: guttur obstrangulare. II Abav. AN 9 angit: consignat (*i.* constringit *?*), -at (-fug- *cod.*), conpungit. V Abba AN 56 angit: sollicitat, stimulat, -at. *al.* *legitur bis tantum apud poetas* (OV. Ib. 558 CALP. ecl. 4, 115), *in prosa autem oratione inde a* SCRIB. LARGO, PAVL. dig., TERT. [*confunditur in codd. cum forma vulgari* profocare AVG. c. Faust. 22, 94 p. 700, 25 MAX. TAVR. serm. 66, 3 M. (*restituitur* QVODV. temp. barb. 2, 1, 5), *ceterum cum* provocare *l. 8* (*restituitur* CHIRON 87, *quoniam* -are *apud eundem quinquies traditur, sed Niedermann, Recueil, 1954, 45,* profoc- *scribere mavult*).]

i. q. (praecludendo fauces) spiritu privare, angere, suffocare sim.: **I** *corporaliter*: **A** *sensu strictiore, sc. respicitur defectus vel difficultas spirandi* (*etiam eventus mortalis sub 1a et 3, saepe sub 2b et c; fort. etiam hic illic sub 2a, e. g. l. 43. 53*): **1** *pro obi. sunt ipsae fauces*: **a** *per circumscriptionem poeticam*: OV. Ib. 558 -ent (precludant, eripiant *var. ll.*) animae Gnosia mella viam (*sc. tibi sicut Glauco*). **b** *per ipsum vocabulum* fauces: MARCELL. med. 14, 39 si tantus fuerit tumor, ut etiam -ari aut strangulari f. videantur *eqs.* 15, 28 si subita angina . . . f. -buntur *eqs.* Ps. DIOSC. herb. fem. 38 (37) l. 8 ne vis herba⟨e⟩ f. inurat et -et (*Diosc. 4, 147 p. 69, 5* offocationes . . . prestat, *gr. 4, 152, 1 πνιγμόν*). VEREC. in cant. 3, 10 D. *Iosephus describens famem Hierosolymitarum dicit* f. devorantium latrunculos -are, ut iam deglutitos cibos . . . evulsissent (*sec. Ios. bell. Iud. 5, 432 ἐκ τῶν φαρύγγων ἀναθλίβοντες, quod abundantius vertit Ps. Rufin. 6, 11 p. 796 addens*: ipsos faucibus strangulantes).

2 *pro obi. sunt (intelleguntur e. g. l. 53. 56. 63) animantes, qui -antur*: **a** *morbo, veneno, potione corrupta sim.* (*cf. p. 648, 49*): SCRIB. LARG. 94 eos, qui difficulter glutinosa excreant et -ari videntur interdum. *ibid.* cum . . . -ari videntur et difficulter spirant. 179 -antur, qui sumpserunt . . . *cicutam*, nihilque sentiunt. 184 spiritus via intercluditur et -antur, *qui cerussam biberunt*. 196. 197 -antur . . . et hoc (*i. lacte gelato*) homines. CHIRON 87 (*inde* VEG. mulom. 2, 23, 1) *mulus* -bitur (prov- *cod. Chir., v. l. 21*) simili modo ut ab stranguiria (*i. strangulatione*). 453 *buprestim* cum in feno comederit, -bitur (*inde* VEG. mulom. 2, 79, 10 *buprestis* animal -bit). SORAN. p. 58, 3 vulvae praefocatio . . . ab eo, quod mulieres -et, nomen accepit ([*cf. gr. p. 109, 11 Ilb. πνιγμοῦ*]. *agitur de passione hysterica, cf.* p. 58, 6 matrice . . ad pectus ascendente et mulierem -ante. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 37 epilepticis vel matrice -tis [*p. p. p. fem. plur. pro subst. ut* 2, 35, 186. *cf. usu verbali vel pro adi.*: 3, 5, 55 quae m. fuerint -tae. chron. 1, 4, 71 a m. -tae mulieres]). HIPPOCR. progn. 23 hae *synanchae* . . . celeriter -ant (*gr. ἀποπνίγουσιν*). Ps. APVL. herb. interpol. 110 l. 21 *-at herba* non aliter quam synanchica passio. CAEL. AVR. chron. 1, 3, 54 *incubo -at* aegrotantes. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 16, 20 provocat . . . odor poculi, sed -at . . . sapor veneni (*citatur a* Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 6, 4 G., *ubi* prev- *et* prov- *var. ll. pro* praef-). VEREC. in cant. 2, 22 l. 13 D. *porci angina* -antur. DYNAM. vita Max. 10 adolescentulus . . . rabidi canis morsu -tus periit. *al.* **b** *alterius animantis violentia* (*v. etiam* DYNAM. *sub a*): PAVL. dig. 25, 3, 4 necare videtur non tantum is, qui partum -at (per- *var. l.*), sed et is, qui abicit *eqs.* (*cf.* CONC. Ilib. a. 305 Mansi 2, 17^{A} catechumena, si . . . conceperit, -verit *eqs.* VEN. FORT. vita Germ. 1, 2 genetrix . . . incubabat in ventre, ut pondere -ret *infantem in utero*). TERT. adv. Iud. 3, 1 *filius Moysi* ab angelo -tus fuisset (*respicitur exod. 4, 24, ubi gr. ἀποκτεῖναι, Vulg.* occidere. *sim.* AVG. epist. 23, 4 p. 68, 3). FVLG. aet. mund. p. 162, 13 regem laqueo postulans -andum *Iudith*. Ps. AMBR. epist. 1, 9 *filius praefecti* -tus a diabolo exspiravit. ROMVL. fab. 77, 14 rec. gall. (*sim.* rec. vet.) *aves* morsu occisas aut -tas. EVSEB. EMES. serm. 18, 40 manibus. MVTIAN. Chrysost. hom. 7, 4 p. 289/90 *regem* ab armigeris suis conculcari, -ari, in custodiam mitti *eqs.* (*gr. ἀγχόμενον. eadem vox respondet* 10, 4 p. 309/10 asinum). VEN. FORT. vita Germ. 32, 94 -atur (praev-, prov- *var. ll.*) unus ursus ab altero. TAB. devot. Audollent 140, 13 (*ad Typhonem deum*) -ato eum Praestetium . . . in termas ⟨in⟩ valneas *eqs.* *al.* **c** *vario modo*: SCRIB. LARG. 47 *ita curati* -ari (-ti *var. l.*) videntur, et maxime cum utraque obturata . . . sunt foramina narium, quia spirandi facultas eripitur. IREN. 4, 28, 3 si non Aegyptii . . . -ti fuissent in mari *eqs.* (*item homines aqua mersi -antur*: AVG. in euang. Ioh. 51, 10 quidam . . . flammis se donant, aquis -ant. epist. 167, 12. serm. 363, 2 p. 1636 aquam *maris rubri* non -antem. *al.; v. etiam p. 648, 35 sqq. 649, 7*). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 260 qui conplexu nimio, quem amant, -ant. ARNOB. nat. 7, 29 Iovi . . . merum, ne -etur, date; cupit eructare nec potis est, ac ni illa . . . dissolvatur obstructio, periculum . . . est, ne oblisus interrumpatur spiritus (*item*

aliquis cibo -atur: Ps. AVG. serm. 1, 3 aliquos multo vino et cibo -tos. MACR. somn. 1, 3, 4 *cibi* abundantia -ari. *v. etiam p. 649, 5*). CHIRON 320 *mulum* in are⟨n⟩a . . . obruere, ita ut caput foras habeat et nares, ne -etur. RVFIN. hist. 9, 8, 9 *locuples* constrictus et -tus multitudine *indigentium cibum petentium* (*aliter Euseb.*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 188, 1 *mulier dormiens* filium . . . pondere praegravabat et usque ad ultimum spiritum -vit (*agit de III reg. 3, 19, ubi Vulg.* oppressit; *eodem spectat* QVODV. prom. 2, 27, 57. *cf. IIA3. aliter p. 647, 64*). CASSIAN. conl. 20, 10 cloacae faetoribus -ari (*cf. l. 44 sq.*). CAEL. AVR. gyn. 1, 103 os matricis distendatur, ne . . . clausum faciat nascentem -ari. *al.*

3 *per enallagen* carnes -tae (*i. carnes animalium -torum*): AVG. c. Faust. 32, 13 p. 772, 11 ne *Christiani* -tis c. vescerentur (*agit de act. 15, 29 πνικτῶν*).

B *sensu laxiore, sc. respicitur quaelibet oppressio, praeclusio sim.*: **1** *herbarum* (*sc. quae herbis nocentibus supprimuntur; per imaginem huc pertinent etiam l. 60. 75. 78*): CALP. ecl. 4, 115 nec -ta malignum messis habet lolium. DIOSC. 2, 128 p. 227, 22 solet . . . legumina . . . -are (*sc. ὀροβάγχη herba; gr. 2, 142 πνίγειν*). **2** *quorumlibet meatuum corporis*: CHIRON 230 (*inde* VEG. mulom. 1, 47, 2) -tum longaonem *muli*, quo manus vix introeat ([*antea*: longaonis praeclusionem]. 232 -to *l.*). 456 -tum ventrem. VEG. mulom. 2, 5, 1 ex ardore . . . sanguinis venae cordis nervique -antur, ex qua constrictione *eqs.* BASIL. hom. p. 67, 13 angustioris fistulae aquarum (*i. lacrimarum*) pondere obpletus -atur meatus. Ps. THEOD. PRISC. ves. vit. 1 p. 262, 8 conclusis . . . -tis (*an* -tis⟨que⟩ *?*) aditibus, ut etiam ventus reddi non possit (*antea*: ventrem stringere). **3** *aliarum rerum*: COSMOGR. 2, 41 Africa . . . suo mari . . . in meridiem magis vergens -atur (*sec. Oros. hist. 1, 2, 84* mare . . . angustiorem inter se et oceanum coartatae Africae limitem fecit). VEN. FORT. virt. Hil. 12, 35 in virtute confessoris . . . cera flammas extinxit, et . . . illud, a quo vorari potuit, -vit.

II *incorporaliter; pro obi. sunt* (*vel intelleguntur, v. l. 70*): **A** *animantes partesve eorum* (*cum abl. resp. l. 57*): **1** *respicitur oppressio animae vel mentis*: ITALA I reg. 16, 14 (Ps. Philo antiq. 60, 1) *Saulem* -bat . . . spiritus pessimus (*nisi ad IA2b. gr. ἔπνιγεν, Itala cod. 93* suffocabat, *Vulg.* exagitabat). IREN. 4 praef. 1 *haereticos noli sinere* ignorantiae -ari pelago ([in . . . pelago *Rousseau sec. vers. arm., praeter necessitatem*]. *simili imagine*: EVSEB. EMES. serm. 24, 26 nos non retineat terra, non -et mare *eqs.* [*i. contemplatione illorum ne detineamur*]. MAX. TAVR. serm. 110, 1 M. -tos saeculi fluctibus homines). HIER. hom. Orig. in Is. 6, 5 p. 276, 7 *cor* -tum eius, qui peccat (*ad Is. 6, 10* incrassatum). RVFIN. epist. Clement. 5, 3 uti ne -tus praesentibus hominum curis non possis verbo dei vacare (*gr. συνεχόμενος. inde* CAES. AREL. serm. 230, 5, *ubi* prov- *var. l.*). AVG. op. monach. 28, 36 p. 586, 12 ut, qui illorum putoribus -antur, in odore vestro bono reficiantur (*simili imagine* CASSIAN. conl. 20, 9, 1 *culparum memoria mentem* -ans faetore vitiorum. *cf. etiam l. 9*). serm. 348, 2, 3 *Stoici* sine deo philosophantur vel potius -antur (*postea opp.* deo inspiratus). Ps. AVG. serm. 188, 3 *praeses* interiori vexatus homine -batur (*i. conscientia gravabatur*). QVODV. grat. 2, 12, 7 qui ex isto veneno erroris . . . biberunt, . . . -ti et mortui perierunt. c. Iud. pag. Ar. 22, 14 (*ad haeresin Arianam*) te . . . filios *ecclesiae* -antem (praev- *var. l.*). temp. barb. 2, 1, 5 malis suasionibus . . . vivos (*i. nondum perditos*) -are (*Mai*; prof- *codd.*). CASSIAN. conl. 7, 12, 3 principali . . . cordis eius tuo (*i. diaboli*) pondere -to ([*respicitur Iob 2, 6* animam eius custodi]. inst. 5, 6 mens . . . ciborum p. -ta. *cf.* VITA Hil. Arel. 1 l. 11 *materiae* ponderis magnitudine angustus animus . . . -atur. VEREC. in cant. 9, 26 D. diabolus . . . mortis . . . gravedine -tus). CONC.^{S} II 3, 1 p. 78, 7 -tum sensu[m] et ebrium cogitatione . . . Eutychen (*cf. gr. II 1, 1 p. 100, 20 παραπληξία, altera versio II 2, 1 p. 3, 5* capi morbo aut ebrietate mentis). MAX. TAVR. serm. 66, 3 M. *vitia* spinae sunt corporis nostri, quae -ant (prof- *var. l.*) animam (*ad imaginem cf. l. 15 sq.*). *al.* **2** *respicitur suppressio vocis* (*sc. qua obmutescunt obloquentes; cf.* os oppilare *vol. IX 2, 761, 2 sqq.*): RVFIN. Orig. in Rom. 1, 18 p. 865^{C} *cum Marcionitae novi testamenti* quaestionibus -entur. AVG. bapt. 2, 1, 2 p. 174, 21 veritatis viribus -antur *Donatistae* (*cf.* c. Faust. 11, 2 p. 314, 12 manifesta veritate). c. Faust. 10, 3 p. 312, 2 -ta ora fallacium (*antea*: manifesta veritate faucibus pressis). 22, 94 p. 700, 25 oppilantur . . . veritate, contra quam, -to (prof- *var. l.*) spiritu, quid mussitent, non inveniunt. **3** *minus definite in explicatione allegorica loci biblici III reg. 3, 19* (*cf. supra l. 7*): AVG. serm. 10, 2 ubi . . . dormivit *ecclesia* . . ., non ut somno -ret *eqs.* ? (*sc. filium, i. Christum*). QVODV. haer. 6, 21 (*ad haeresin Arianam*) quod paris, -as. *non huc pertinet l. 51.*

B *res variae* (*variis imaginibus sublucentibus*): ITALA Matth. 13, 22 (Mutian. Chrysost. hom. 10, 1 p. 305/6) cura saeculi huius et deceptio divitiarum -ant verbum *dei*, et infructuosum efficitur ([*gr. συμπνίγει, cod. a al. et Vulg.* suffocat]. QVODV. de IV fer. 2, 2 qui v. dei spinis cupiditatum -ant tantum semen. MAX. TAVR. serm. 102, 1 M.). AVG. in euang. Ioh. 3, 1 si semen, quod spargitur in cordibus vestris, non . . . spinae -verint *eqs.* ([*respicitur Matth. 13, 7, ubi gr. ἔπνιξαν, Itala et Vulg.* suffocaverunt]. CASSIAN. conl. 23, 11, 3 cogitationum spinas . . ., quarum aculeis naturalia virtutum s. -antur. VEREC. in cant. 9, 17 D. qui dominicum s. -ant in conscientiis suis. *v. etiam* QVODV. *supra; ad imag. cf. IB1*). c. Faust. 6, 6 p. 293, 11 fallaciam suam . . . veritate -antes angustias conatus evadere *Adimantus.* in psalm. 136, 17 virtutes

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-bat, concupiscentias nutriebat (*sc. pharao masculos natos interfici iubens, exod. 1, 16. 22; cf.* Ps. Evseb. Gallic. hom. 14, 3 l. 53 G. fortitudinem -bat [16, 3 l. 51]). Cassian. conl. 5, 10, 4 cenodoxia est -anda. Ps. Evseb. Gallic. hom. 13, 8 l. 100 G. *mors, quae Christum devoravit,* magnam esse cibi . . . dignitatem -ta cognovit (*cf. p. 647, 82 sqq.; per aliam imaginem*: Serm. Migne suppl. 4, 850 *in paenitentia* m. -atur, vincuntur inferi *eqs.*). Verec. in cant. 9, 21 D. *delicta,* tamquam mari, baptismate -antur. Primas. in apoc. p. 841[B] quae *regna* suo quodammodo potentatu omnia -antia nullum . . . sinerent respirare (*nisi potius ad A1*).

p. p. p. fem. plur. pro subst. v. p. 647, 51. in lusu verborum cum provocare *p. 647, 56.*

deriv.: praefocabilis, praefocatio. *Blundell.*

praefodio, -fōdī, -fossum, -ere. *a* prae *et* fodere. [*pro* -ssum Favst. Rei. serm. 11 p. 266, 3 *lege* perfossum *cum* Caes. Arel. serm. 57, 4 p. 242, 26.]

1 *vi praeverbii locali i. q. fossa praemunire*: Verg. Aen. 11, 473 -unt alii portas (*sc. ad defendendam urbem. cf.* Serv.: ante portas fossas faciunt).

2 *vi praeverbii temporali* (*addit* ante Plin.): **a** *i. q. antea fodiendo obruere*: Ov. met. 13, 60 ostendit, quod iam -erat, aurum (*Vlixes in tentorium Palamedis aurum abdiderat, ut eum proditionis argueret*). **b** *i. q. antea fodiendo efficere*: Plin. nat. 17, 79 -ere scrobes ante (*sc. ad inserendos surculos; cf. Theophr. hist. plant. 2, 5, 1* προορύττειν). Porph. Hor. epist. 1, 14, 30 -ssis tramitibus (*sc. rivi deducendi*). *Wieland.*

praefōmento, -āre. *a* prae *et* fomentare. *i. q. antea fomentare*: Theod. Prisc. eup. faen. 66 -anda sunt . . . vulnera aqua gelida.

praefor, -fātus sum, -fārī. *a* prae *et* fari. *scribitur* pre- Maximin. c. Ambr. fol. 349[r], 10 *et saepius in codd. rec.* Not. Tir. 83, 47 -atur. 122, 67 -tus homo. 122, 68 -ta femina. 122, 69 -ta mulier. *de formis: adhibetur maxime* -tus (est *sim.*), *inde a saec. III etiam passive, v. infra p. 650, 20. 27. 31. 35. 651, 30. 45. raro invenitur prima pers. sing., sc.* -tus fuero Colvm. 1 praef. 33, -ta sum Apvl. met. 3, 20, 2, -tus sum Hier. epist. 22, 22, 3. 49, 2, 4, Ps. Cels. epist. 3 *al.*, -rer Apvl. met. 11, 14, 2, -or Gloss. (*plur.* -amur, -ti sumus *saepius inde a* Cic.) *rariusque secunda pers., sc. imp. fut.* -ato Cato agr. 134, 1, -amino *ibid.* 141, 2 (*plur. omnino deest*). *ceterum nota* -entur Tert. apol. 14, 6 (praeferantur *var. l.*). *formae infinitae*: -ans *inde a* Catvllo, -andus *inde a* Cic., -ari *inde a* Liv. *de notione*: Gloss. -or: προλέγω. προλαλῶ. προαγορεύω. προδιαλέγομαι. -atur: praeloquitur. anteloquitur. -tus: ante locutus. -ta: ante dicta. -tum: ante dictum. *legitur in oratione prosa inde a* Catone, Cic., Liv., *maxime apud rerum scriptores; inde a saec. III* -tus *saepius in sermone iuris et epist.; in poesi fere singulis locis praebent* Catvll., Verg., Cvlex, Lygd., Ov., Stat. (*bis*), *al.* [*confunditur in codd. cum* profari *p. 652, 35* (*falsa var. l.* Avson. 322, 54 p. 264 P.), praeferre Tert. apol. 14, 6, praestare Cic. fin. 2, 29, precari Lact. inst. 7, 15, 19, -tus *cum* praefectus Cic. Tim. 37 Liv. 35, 25, 7. *restituitur e coni. dub.* Traian. Plin. epist. 10, 113 (*v. Stout, Transact. Am. Phil. Ass. 86, 1955, 248*).]

I *vi praeverbii temporali magis minusve vigente, i. q. antea fari* (*antea affari l. 68 sqq.*). *quoniam constat hanc notionem et originariam et sollemnem fuisse, omnia exempla, quae sic accipi possunt, huc inseruimus non negantes nonnulla collata voce q. e.* praedicare *etiam usu infra sub II descripto, sc. notione profandi, proclamandi sim. intellegi posse; v. post alios Mohrmann, Vig. Christ. 7, 1953, 1 sqq., quae vim temporalem abiudicat imprimis p. 650, 7. 8. 651, 10. 652, 8. 11, vix recte etiam p. 651, 26. fere abundanter accedit* ante Lygd. 2, 15 Patric. conf. 10 Dionys. Exig. Conc.[S] **I** 5 p. 303, 30, primarium Apvl. met. 11, 14, 2, superius *p. 651, 75. 80. pro subi. sunt fere animantia; res incorp. hic illic sub B, ceterum p. 651, 77. 78. 80.*

A *respiciuntur ea, quae dicuntur, antequam aliud quid dicitur vel fit*: **1** *in rebus sacris, ritibus religiosis (per comparationem de magistro carmen praeeunte* Paneg. *sub bβ); accedunt structurae, quae indicant*: **a** *deum invocandum*: α *per dat.*: Cato agr. 134, 1 thure, vino Ianо Iovi Iunoni -ato, prius quam . . . immolabis (*seq. preces Iano Iovique dicendae; ad abl. cf. locum sequentem et e. g. Plaut. Aul. 24* ture aut vino . . . supplicat). β *per acc.*: Cato agr. 141, 2 agrum lustrare sic oportet: . . . Ianum Iovemque vino -amino, sic dicito: Mars pater *eqs.* (*in formula simili*: Macr. Sat. 1, 16, 25 [*e Fab. Max.*] *in parentando* Ianum Iovemque -ari. Inscr. Ital. IV 1, 73 [*saec. III/IV? v. Latte, Religionsgesch. 206, 3*] Ianum Iovemqu⟨e et Iuno⟩nem in aram vino -tus es⟨to⟩). Verg. Aen. 11, 301 -tus divos solio rex infit ab alto: '. . .'. Lygd. 2, 15 *Neaera et mater eius* -tae ante meos manes . . . ossa *legent.* Ov. fast. 6, 304 precando -amur (quae famur *trad.*) Vestam, quae loca prima tenet. Plin. nat. 28, 24 in Africa nemo destinat aliquid nisi -tus Africam, in ceteris vero gentibus deos ante obtestatus, ut velint (*nisi ad b*). Symm. epist. 3, 44, 2 an si . . . scribenda sit forensis oratio, Iovem deosque ceteros Catonis lege -bimur? Mart. Cap. 9, 911 (vers.) te nunc astrisonum carmine, Iuppiter . . . -andum veneror (*seq. carmen nuptiale 915 sqq.*).

b *verba enuntianda*: α *varia*: Cic. div. 1, 102 *maiores* rebus agendis 'quod bonum, faustum, felix fortunatumque esset' -bantur. Catvll. 64, 382 talia -antes quondam felicia Pelei carmina divino cecinerunt pectore Parcae (*sc. ante ritus nuptiales? alii ad B vel ad II trahunt*). Cvlex 247 *Danaidibus Erinys* 'Hymen' -ta dedit conubia Mortis (*si recte trad., v. Housman, Class. Papers II 569 et Güntzschel, Datierung des Culex, 1972, 98 adn. 157*). Liv. 39, 15, 1 cum sollemne carmen precationis, quod -ari solent priusquam populum adloquantur magistratus, peregisset consul. Apvl. met. 11, 16, 6 navem . . . sacerdos . . . preces de casto -tus ore . . . deae . . . dedicavit. 11, 17, 3 fausta vota -tus principi . . . renuntiat sermone rituque Graeciensi πλοιαφέσια. β *ab aliis iteranda* (*cf.* praeeo; *usu laxiore accedit* quasi Paneg.): Liv. 5, 41, 3 sunt qui M. Folio pontifice maximo -ante carmen devovisse eos *senes* se . . . tradant (Paneg. 9, 10, 2 *in schola inter templa sita* adulescentes optimi discant, nobis quasi sollemne c. -antibus, maximorum principum facta celebrare).

c *caerimonias perficiendas*: Liv. 22, 1, 16 decretum, . . . uti supplicatio . . . haberetur; cetera, cum decemviri libros inspexissent, ut ita fierent, quemadmodum cordi esse ⌊divis e⌋ carminibus -rentur (⌊ ⌋ *Madvig,* divinis *trad.*).

d *rem petitam*: Apvl. met. 11, 23, 1 *sacerdos me* prius sueto lavacro traditum -tus deum veniam purissime circumrorans abluit (*cf. 2aβ*). -tus *passive*: Symm. epist. 5, 13 priusquam -ta ope deorum in Lucanos vela faciamus (*vergit ad l. 35*).

2 *spectat ad formulas quasdam excusandi, quae adhibentur maxime ab eis qui verba obscena vel alia ratione audaciora enuntiaturi sunt* (*cf. l. 50*): **a** *obi. significat ipsam excusationem vel rem petitam* (*subesse videntur locutiones* sit honor auribus vestris, sit venia verbo, pace tua dixerim *sim.*): α honorem *-ari: v. vol. VI 3, 2919, 79 sqq. 84, passive 2920, 2 sq.* (*cf.* Min. Fel. *sub b; aliter p. 651, 33*). β veniam *-ari* (*cf.* Apvl. *sub 1d*): Apvl. met. 1, 1, 5 en ecce -amur v., siquid . . . offendero (*in exordio ut*: flor. 1, 3 mihi . . . -anda v. et habenda oratio . . . est. Ivst. 31, 5, 3 *Hannibal* v. deinde libertati -tus nihil se . . . probare ait). -tus *passive*: Symm. epist. 4, 69 quod superest itineri, spero -ta dei v. sine labore peragendum (*in eadem formula fortunam deorum potestati subiectam concedente*: 5, 95 celerem mihi reditum -tā dei v. res prosperae pollicentur. 6, 19. 6, 68. *cf. l. 37 et* 8, 21, 2 -ta numinum v. 8, 69 -ta Fortunae v.). γ *alia* (*ubique* -tus *passive*): Vopisc. Aurelian. 1, 1 vir inlustris ac -ta reverentia nominandus. Symm. epist. 8, 71 -to divinitatis favore *filius meus fasces sortietur.* Mar. Victor aleth. praef. 78 -ta fas sit dixisse trementi pace tua, genitor *eqs.* (Sidon. carm. 14 epist. 1 -ta p. reliquorum eloquentum. epist. 1, 4, 2 bonorum p. -ta. 8, 3, 5 fidei catholicae p. -ta). **b** *usu deflexo pro obi. est res excusanda*: Plin. nat. 7, 171 -andi umoris e corpore effluvium *signum letale est. neutr. plur. gerund. pro subst.*: Qvint. inst. 8, 3, 45 in -anda videmur incidere, *si 'cum notis' pro 'cum hominibus notis' pronuntiamus.* Min. Fel. 9, 3 maxima et varia et ⌊honore -anda⌋ sagax fama *loquitur de Christianis* (h. praefa⟨to vix effa⟩nda *Usener, Kl. Schr. 2, 236*).

3 *usu vario*: **a** *spectat ad ea, quae enuntiantur loco primo, in initio aut totius orationis vel libri aut partis eius, sc. ita ut sequentia praeparentur, inducantur* (*praeparantur fere alia verba, ipsae actiones maxime l. 68. 82. sublucet color excusandi e. g. p. 651, 11. 27, color praecipiendi l. 68. fere de vocibus conceptis vel verbis scriptis; de ululatu vel signo muto l. 63. p. 651, 21*): α *formae variae*: Ⓘ *cum acc.*: Cic. Tim. 37 quae de deorum, qui cernuntur, . . . natura -ti sumus, habeant hunc terminum; reliquorum autem *eqs.* (*gr. 40[d]* τὰ . . . εἰρημένα). Liv. 33, 12, 3 *Aetoli* pauca -ti recte . . . imperatorem . . . facere . . ., aiunt *eqs.* (34, 27, 6 p. -tus, cur . . . ignoscendum foret . . .; sub haec *eqs.* Cels. 3, 1, 3 incipiam a prioribus *morbis,* p. de omnibus -tus. Tac. hist. 1, 14, 1 Fronto p. 201, 7 v. d. H. Gell. 4, 18, 3). Colvm. 5, 1, 8 haec . . . breviter -ari oportuit (*sim.* 12, 52, 7). Plin. nat. 8, 44 Aristoteles . . ., quem in his magna secuturus ex parte -andum reor (*item cum acc. personae*: Cassiod. in psalm. 41, 7 l. 168 filius iste crucis, quem -tus est titulus *psalmi*). Stat. Ach. 1, 727 dixerat, atque ipso portarum in limine regem cernit et ostensa pacem -tus oliva: magna, reor, *eqs.* Tac. ann. 3, 68, 2 *L. Piso* multum de clementia principis -tus . . . censuit (12, 22, 2 multa de claritudine. 15, 29, 1 Avr. Vict. Caes. 29, 5). 12, 69, 2 *Nero* congruentia tempori -tus, promisso donativo . . ., imperator consalutatur. Apvl. met. 10, 17, 1 me . . . liberto suo . . . magna⟨m⟩ -tus diligentia⟨m⟩ tradidit. 11, 14, 2 tacitus haerebam . . ., quid potissimum -rer primarium. Tert. nat. 1, 10, 40 *ut tragici et comici* aerumnas ac poenas dei -rentur (*sim.* apol. 14, 6. *ad prologos referunt viri docti, sed fortasse locos potius ad II trahas*). adv. Marc. 1, 1 p. 290, 13 stilus . . . hunc opusculi sui exitum necessario -atur. *al.* Ⓘⓘ *cum acc. c. inf.* (*inf., sc. omissa copula* Min. Fel.): Liv. 3, 45, 1 Appius decreto -atur, quam libertati faverit, eam ipsam legem declarare *eqs.* 23, 2, 6 cum sibi defectionis . . . consilium placiturum nullo modo . . . -tus esset, . . . inquit *eqs.* 27, 10, 5 consules parum sibi videri -ti . . . sua voce conlaudari eos *legatos* . . . sequi in senatum eos iusserunt (35, 25, 7. Cvrt. 8, 4, 20. *fortasse etiam* 7, 4, 9). 43, 7, 7. Vell. 2, 37, 4 *Tigranes* se regnumque dicioni eius permisit, -tus neminem alium . . . futurum fuisse *eqs.* Val. Max. 4, 3, 10 filium . . . decoravit -tus non oportere a magistratu e publica pecunia erogari quod *eqs.* 5, 8, 5 *Fulvius* filium . . . supplicio mortis adfecit, -tus non se Catilinae illum . . . genuisse. 6, 3, 4. 8, 2, 3 Cvrt. 6, 7, 3. Plin. nat. 3, 46 qua in re -ari necessarium est auctorem nos . . . Augustum secuturos.

[Oesterle]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tac. ann. 2, 48, 1 *Caesar* bona ... tradidit ... nobilitatem ... iuvandam -tus. Ps. Apvl. herm. p. 273. Min. Fel. 19, 14 quem *deum* et invenire difficile ... et, cum inveneris, in publicum dicere inpossibile -atur *Plato in Timaeo* (*sc. 28c*). Tert. coron. 13 l. 51 Lact. inst. 3, 18, 18 Ivst. 14, 1, 4. *al.* Ⓘⅱ *cum structuris variis*: Liv. 21, 1, 1 in parte operis mei licet mihi -ari, quod in principio summae totius professi plerique sunt rerum scriptores (*item obi. suppletur ex enunt. relat.*: Colvm. 1 praef. 33 *partes* persequar, cum -tus fuero, quae reor *eqs.* Ps. Cels. epist. 3 quae volui -tus sum). Val. Max. 9, 3, 2 omnes dimisit -tus 'an nos ... consulem facere nescitis?' Tac. dial. 20, 1 oratorem de infirmitate valetudinis suae -antem (ann. 13, 4, 1 *Nero* de auctoritate patrum ... -tus ... memoravit. Tert. pudic. 21 p. 270, 21 de nationum vocatione -tus ... inquit *eqs.*). Svet. Vesp. 18 *Vespasianus mechanico cuidam* praemium pro commento non mediocre optulit, operam remisit -tus sineret se plebiculam pascere. Tert. adv. Marc. 2, 1 p. 333, 5 *opusculo* quid acciderit, primo libellulo -ti sumus. Ⓘⅴ *absolute vel accedente adv., abl. modi*: Colvm. 10 praef. 5 -ari desinamus (*item absolute*: Tert. adv. Hermog. 26, 1 sic decet narrationem inire: -ari primo, postea prosequi *eqs.* Serv. auct. ecl. 6, 1 poeta -atur. Avg. rhet. 18 p. 148, 27 modum -andi [praefundi *unus e codd.*], id est principia edendi, ... invenire). Stat. Theb. 6, 137 Eurydice ... longis -ta ululatibus infit: '...'. Svet. Tib. 23 quando ita -ari non abstinuerit (*cf.* Apvl. met. 3, 20, 2 ut initio -ta sum [Tert. anim. 3, 4 Vitae patr. Iurens. 119 M.]. Tert. adv. Hermog. 19, 3 sic -atur scriptura: 'in principio *eqs.*' [*gen. 1, 1*]. Pallad. hist. mon. I 28 p. 314^{C} sicut -ti sumus). Gell. 9, 15, 4 introit adulescens et -atur arrogantius ... ac deinde iubet exponi controversias. Don. Ter. Ad. 663, 3 bene -tus est *adulescens*, ne contumax adversus patrem videretur. Rvfin. Orig. princ. praef. 1 *Hieronymus* in illo opere ornate magnificeque -tus est.

β -tus *passive*: Ⓘ *forma* -tus habeor *pro* -tus sum: Avson. 470, 43 p. 3 P. (*ad Syagrium*) nostro -tus habebere libro (*v. vol. VI 3, 2459, 77*). Ⓘⅱ *abl. abs.*: *usu communi*: Symm. epist. 4, 56, 2 ut salute -ta ... testimonium feram (9, 131). 7, 66 salutationis honore -to (9, 15, 1 Alc. Avit. epist. 43 p. 77, 17). Conc. Carth. 1, 424—25 (Corp. Christ. 149) p. 170 l. 45 -to ... debitae salutationis officio. Sidon. epist. 5, 15, 1 officii sermone -to. 7, 11, 2 salutatione -ta. *sim. al. loco substantivi accedit enunt. secund.*: Ambr. epist. 19, 20 (*respicitur iud. 15, 11*) *Iudaei* ascenderunt ad eum *Samsonem*, et -to quod essent subditi tii Palaestinorum ..., facti sui invidiam retorquebant *eqs.* Ⓘⅲ *neutr. sing. pro subst. fere i. q. praefatio*: Symm. epist. 6, 3 -to opus est, si ardua postulentur. Clavd. Mam. anim. praef. p. 19, 10 ut quisque lecturus ⌞e -to⌟ percipiat stili nostri seriem (⌞ ⌟ -to, praefationem *var. ll.*).

b *spectat ad ea, quae quolibet loco antecedente enuntiantur*: **α** *in eodem contextu*: Ⓘ -tus *passive i. q. antea memoratus, praedictus sim.*: Ⓐ *pro adi.* (*subst. fere postponitur; antecedit e. g.* Arnob. confl. 2, 17 Alc. Avit. epist. 8 p. 40, 4. *vix huc* Année Epigr. 1920 n. 69, *v. p. 643, 83*): Marcian. dig. 20, 4, 12, 1 (*interpol.?*) possessor condemnatus ex -tis modis (Cod. Iust. 1, 49, 1, 8 [*a. 479*] -to m. 2, 55, 5, 2 secundum -tum m. *al. ibid.*). Pavl. dig. 10, 3, 19, 4 (*interpol.?*) -ta iura. Cod. Iust. 9, 42, 1 (*a. 287*) -ta abolitione. Epist. pontif. 255 Migne 13, 1135^{B} -tam regulam. *ibid.* 1141^{A} -tas dignitates. Symm. epist. 2, 91, 1 -ta generalitas. 7, 62 -ta sententia (9, 34). Maximin. c. Ambr. fol. 349^{r}, 10 -ti pr⟨e⟩positi heretic⟨orum⟩. Hier. monogr. p. 198 -tam ... summam *dierum*. Cod. Iust. 1, 9, 13 (*a. 412*) -tis diebus. 10, 35, 2, 1a (*a. 443*) -ti successores. Qvodv. prom. 4, 6, 12 -tae provinciae. Epist. imp. inc. Pap. Corp. 243 I 26 (*saec. V*) -to ... Isidoro (*item cum nom. propr.*: Favst. Rei. grat. 2, 11 -to Nabucodonosor. Cassiod. var. 2, 21, 4 -tum Domitium. *al.*). *et deinde passim; saepe apud* Sidon., Alc. Avit., Ennod., Rvstic., Cassiod. *et in* Cod. Iust.; *in versibus* Pavl. Pell. 291. Ⓑ *pro subst.*: *masc.*: Optat. 3, 3 p. 73, 24 ad quem *Gregorium* sic scribere minime dubitavit *Donatus* ...; cui Donato -tus ... rescripsit (*item sing.*: Interpr. cod. Theod. 12, 1, 20 si -tus ... se munire voluerit *eqs.* Sidon. epist. 4, 4, 2 remeante -to. Rvric. epist. 2, 7. 2, 49. 2, 57. Alc. Avit. epist. 12 p. 46, 6 -ti filium. *al.*). Interpr. cod. Theod. 1, 4, 3, 1 in -torum opere (*item plur.*: 10, 8, 3 *quae* inter -tos acta fuerint. Ennod. epist. 1, 7, 6 p. 17, 3 Iord. Get. 39. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 68, 5 cum -tis [*gr. I 1, 7 p. 79, 3 τοῖς προειρημένοις*]. *al.*). *neutr.*: Ps. Orig. in Iob 3 p. 495^{A} *quod* in -tis demonstravimus. Rvstic. c. aceph. p. 1191^{C} non ad hoc -ta posuimus, sed *eqs.*

Ⓘⅱ *ceterae formae* (*maxime in enunt. relat.*): Symm. epist. 2, 6, 2 ut -tus sum (Vict. Vit. 1, 15. Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 303, 30 [*cf. I 3 p. 200, 6* praedixi, *gr. I 1, 4 p. 26, 22 προεῖπον*]. *al.; cf.* Mar. Merc. Conc.^{S} I 5 p. 70, 8 sicut ..., superius -ti sumus [Greg. M. epist. 6, 10]). Hier. hom. Orig. in cant. 1, 1 p. 29, 5 non sunt ... istiusmodi, quales sermo -tus est (*item cum acc. personae*: hom. Orig. in Ier. 11 p. 663^{B} quos sermo -tus est [*Migne gr. 13, 404^{D} ὡς προειρήκαμεν*]. Ennod. epist. 4, 14, 2 viri, quem sum -tus [Cassiod. in psalm. 117, 26]). 2, 5 p. 49, 17 de quibus superius sermo -tus est (Vict. Vit. 3, 53 de sancto Habetdeum -ti iam sumus). Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 16 l. 40 in his, quae -ti sumus (Orig. in cant. 3 p. 211, 24). Avell. p. 317, 15 *concilia*, quae -ti sumus (*cf. p. 317, 1* praedictam synodum). Greg. M. dial. 1, 8 in eo loco, quem -tus sum.

β *quolibet tempore priore*: Tert. adv. Marc. 3, 3 p. 379, 14 posterior *Christus* inventus creatore, ante iam cognito et ... -to non esse aliis credendum, post eum scilicet. 4, 35 p. 540, 5 etsi -tus est *Christus* (*sc. oratione Nazareth habita, Luc. 4, 27*) multos tunc fuisse leprosos *eqs.* (*opp. tempus posterius, quo leprosos decem sanavit, Luc. 17, 11*).

B *respiciuntur futura, fere i. q. praedicere futura*: **1** *adnuntiando, sc. sua ipsius facta*: Svet. Iul. 28, 2 Marcellus consul edicto -tus, de summa se re publica acturum, rettulit ad senatum, ut *eqs.* (*huc pertinet, si scriptor intervallum inter edictum et relationem [v. Münzer, RE III 2761, 43sqq.] respexit; alii ad II trahunt*). **2** *prophetando, vaticinando*: Tert. apol. 18, 5 quos diximus praedicatores, prophetae de officio -andi vocantur (*item absolute*: 23, 5 qui *vates pagani* anhelando -antur). 20, 5 unum tempus est divinationi futura -anti (*item cum acc.*: Avg. civ. 18, 33 tit. quae Hieremias et Sophonias prophetico spiritu sint -ti [Favst. Aug. c. Faust. 12, 1 de Christo]. Carm. de Iona 15 exitium [Ps. Prosp. carm. de prov. 332 mundi e.]). Lact. inst. 7, 15, 19 Hystaspes *magus* ... sublatuiri ex orbe imperium ... Romanum multo ante -tus est, quam *eqs.* (*item pendet acc. c. inf. fut.*: Ivst. 7, 2, 3 regnum in familia mansurum. Avr. Vict. Caes. 26, 4 *exitum* mitem ... fore. Ambr. in psalm. 36, 2, 2 venturum ... filium. Vita Maxent. [bhl 5804] 10).

II *vi praeverbii temporali evanida fere i. q. fari, profari* (*exempla certiora; v. quae ad I monuimus*): Itala act. 26, 31 (cod. h) et secesserunt -antes inter se de eo dicentes *eqs.* (*gr. ἐλάλουν, cod. g al. et Vulg.* loquebantur). Avson. 419, 77 p. 374, 531 P. (*de Gratiano militem vulneratos consolante*) audivi *te* confirmantia ad salutem verba -ari (profari *ed. princ.*). Tract. Pelag. 2 p. 14 philosophum quendam adolescentulo cuidam, quem praesentem occultabat causa silentii, tali voce -tum: adolescens, loquere, ut sciamus te! Rvst. Help. hist. testam. 24 barbara quaeque suam cognoscit natio vocem, quam sacer humano -atur spiritus ore. Pavl. Pell. 593 hoc toto cupiens adquirere corde, ... te (*sc. Christum*) -ando loqui te ⟨et⟩ meminisse silendo. Ps. Vigil. Thaps. trin. 6, 8 ad unitatem substantiae ... haec -tus sum (profatus *Bulhart*). *dub. an huc* Vvlg. Dan. 5, 13 ad quem -tus rex ait (*var. l.* profatus *fort. recte praefert ed. pontif., cf. 5, 10* proloquens ait).

indiculus structurarum accedentium: **1** *casus: acc. rei prolatae passim, sed variis rationibus, quas supra distinximus; acc. dei invocati p. 649, 68. dat. personae: p. 649, 65. 652, 28; aliter p. 650, 8.* **2** *oratio obliqua: p. 649, 83. 651, 15. 38. cf. p. 650, 56. 651, 16.* **3** *oratio recta: p. 650, 2. 651, 10. cf. p. 651, 24.* **4** (*acc. c.*) *inf.: p. 650, 16. 73. 652, 2. 4. 18. cf. p. 650, 55.* **5** *praepos.* de: *p. 651, 11. 80; cf. e. g. p. 650, 53. 57.*

neutr. plur. gerund. pro subst. p. 650, 42. p. p. p. pro adi. p. 651, 46; pro subst.: masc. p. 651, 61, neutr. p. 651, 40. 69.

deriv.: praefamen, praefatio, praefator, praefatus (-ūs).

Oesterle.

praeformātio, -ōnis *f.* *a* praeformare. *deest plur.*

i. q. actio praeformandi, praefiguratio (*hic illic metonymice de ipsa forma, maxime l. 67*): **1** *in interpretatione allegorica christiana*: **a** *sine gen.*: Itala I Cor. 10, 11 (Hil. in psalm. 136, 2) omnia in -em acciderunt his *patribus nostris* (*gr. τυπικῶς, cod. d al. et Vulg.* in figura. *Hil. ipse antea*: in praefigurationem). Hil. myst. 1, 8, 1 *Iudaei non* secerni possunt a -is exemplo, *quae facta est in Cain* (*antea*: praefigurationem). 1, 22 1 spiritualis -o ordinem suum optinet (1, 40, 1 secundum s. -em [*opp.* secundum naturam humanam]). 1, 26, 2 *Isaac* illic rem naturae egit, hic -is ordinem tenuit. **b** *accedit gen. indicans*: **α** *rem significatam*: Hil. in Matth. 4, 24 in -em ecclesiae ... constituta *erat Ierusalem* (myst. 2, 5, 1). 16, 3 legis opera ... in -em rerum consequentium constituta sunt (*cf.* 24, 7 futurorum. in psalm. 53, 2 p. 136, 3 ea ... -em in se futuri temporis continere. 118 ain 11 p. 501, 23 futurorum sacramentorum). 21, 10 sub quo *miraculo fici arescentis* (*Matth. 21, 19*) totius periculi -o proferebatur. **β** *rem significantem*: Hil. psalm. instr. 10 cum in quinquagesimo *numero* ... secundum iubelaei anni -em peccatorum remissio sit constituta.

2 *usu vario*: Rvfin. Orig. princ. 1, 4, 5 *v. p. 637, 40.* 2, 11, 4 *si pictor lineamenta designat*, per adumbrationem iam imposita -o ad suscipiendos veros illos colores paratior invenitur (*postea*: deformatio). Avell. p. 251, 20 (*ex Theod. Mops.*) *baptisma Christus* tradidit nobis, -em ... habens sperationis futurorum ([*sed alius cod. praebet* reformationem ... inspirationis, *v. Conc.^{S} IV 2 p. 121, 22*]. *cf.* p. 252, 10 ut secundum -em futurorum celebretur *baptisma* [*nisi ad 1, cf. p. 653, 23*]).

praeformātor, -ōris *m.* *a* praeformare. *i. qui aliquem educat vel instruit, i. q. magister*: Tert. praescr. 30 l. 19 Marcion, institutor et -r eius, *sc. Apellis.*

Newman.

praeformīdo, -ātum, -āre. *a* prae *et* formidare. *i. q. antea formidare*: Sil. 3, 608 (*Iuppiter profatur*) Germanice ..., iam puer ... -te Batavo (*quidam olim legerunt* perf-). Qvint. inst. 4, 5, 5 *propositionem duram* iudex si providit, non aliter -at, quam qui ferrum medici, prius quam curetur, aspexit.

Wieland.

praeformo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* formare. *formae stirpis perf. breviores*: -asse Hil. in psalm 67, 9 p. 284, 18, -arunt Leo. M epist. 16, 6. *legitur inde a* Scrib. Largo (*1*), Sil. (*1*), Qvint. (*2*), *saepius apud ecclesiasticos inde ab* Iren., Cypr. [*confunditur cum*

[Newman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

reformare LEO M. serm. 47, 1 (*falsa var. l.* TERT. apol. 1, 10 [reformantur *rec. Fuld.*, perf- *ceteri plerique*]; *restituitur* IREN. 3, 21, 3), *cum* prophetare IREN. 4, 33, 10.]

I *vi temporali praeverbii vigente i. q. antea formare, praefigurare*: **A** *usu non allegorico (praeverbium indicat formationem antecedere vel cuilibet actioni [maxime sub 1] vel formationi perfectae [maxime sub 2 et 3]); praeformatio fit*: **1** *potius instructione, exhortatione (obi. sunt animantes eorumve animi; ceterum accedit praepos.* ad *l. 10. 14, inf. l. 15)*: SCRIB. LARG. praef. 5 *Hippocrates* initia disciplinae ab iureiurando tradidit . . ., longe -ans animos discentium ad humanitatem. SIL. 7, 385 *Fabius* alloquitur iuvenem . . . atque his -at dictis fingitque monendo. IREN. 3, 21, 3 ex quibus *scripturis* praeparavit et -vit (ref- *trad., corr. Sagnard*) deus fidem nostram. 4, 20, 8 spiritus dei per prophetas futura significavit, -ans nos et praeaptans ad id, ut subditi deo simus. *ibid.* ut -retur et praemeditaretur homo applicari in . . . gloriam *dei.* **2** *potius exemplo proposito (obi. sunt ipsa exempla vel id quod sec. exemplum formatur* [PROSP.]): QVINT. inst. 2, 6, 5 incipientibus danda erit velut -ta materia *declamationis.* 5, 14, 31 -tas infantibus litteras. IREN. 4, 14, 2 *deus* populum . . . -bat, docens indocibilem sequi deum. RVFIN. hist. 1, 4, 9 in illis *patriarchis* praemissa et -ta religio *christiana* est (*vix ad B*). PROSP. resp. ad Vinc. 3 in quo *Adam* omnium hominum -ta natura est. AVELL. p. 254, 11 (*ex Theod. Mops.*) in quo *Christo* primo adoptionis -batur baptisma (*nisi ad B*). **3** *imaginando, cogitando*: IREN. 2, 3, 1 qui . . . -vit eam *conditionem* in semetipso (*de deo creaturas mente anticipante ut*: 2, 3, 2 quod . . . a patre . . . mente conceptum est et -tum. RVFIN. Orig. princ. 1, 2, 2 *omnia* virtute praescientiae -ta atque disposita [*postea*: praefiguratae]. 1, 2, 3 species . . . in se et rationes totius -ans et continens creaturae). AVG. gen. ad litt. 12, 22 p. 414, 7 rerum similitudines, quas in suo spiritu futurorum cognitione -ant *angeli.*

B *in interpretatione allegorica christiana*: **1** *in actionibus vel hominibus prioris temporis figurantur posteriora (typum indicat abl. instr. l. 43. 59. 63, praepos.* in *saepe,* per *l. 38. 53. 58. 68,* sub *l. 66)*: **a** *in structura activa*: α *-at deus vel Christus in aliquo vel aliqua re typum praebens*: IREN. 3, 22, 3 futuram circa filium dei humani generis dispositionem in semetipsum fabricator omnium verbum -verat, praedestinante (-ante *var. l.*) deo . . . animalem hominem . . . uti ab spiritali salvaretur. 5, 13, 1 *Lazaro vita* dabatur a domino, per temporalia -ante aeterna. HIL. in psalm. 67, 9 p. 284, 18 *ut* in his quoque ea, quae euangeliorum sunt, -asse sciretur *deus.* ORIG. in I reg. 1, 9 p. 16, 24 futura in his mysteria -bat. β *-at homo, qui ipse pro typo est (angelus* RVFIN.): IREN. 4, 33, 10 *prophetae* omnes et multi unum, *sc. Christum,* -antes. HIL. myst. 1, 2, 1 Adam ipso nomine nativitatem domini -at. 1, 6, 1 gesta Cayn et Abel, duum in se populorum -antium diversitatem. 1, 23, 4 in populum . . ., quem -bat *Iacob.* RVFIN. Adamant. 5, 5 *v. p. 639, 7.* γ *-at res, quae ipsa pro typo est*: IREN. 4, 26, 1 *lex* Christi regnum -ans. HIL. myst. 1, 14, 3 *columbae* evolatio (*gen. 8, 12*) habitationem eius *spiritus,* quae in credente[s] est, -at. LEO M. epist. 16, 6 diversa sacrificia unam hostiam -arunt.

b *in structura passiva; praefigurantur*: α *in vetere testamento, quae in novo fiunt*: HIL. myst. 1, 3, 3 -ari ex se *Christo* id, ⟨quod⟩ in altero gerebatur (*an ad 2?*). 1, 27, 2 quae in uno illo *Christo* . . . expleta sunt, per species et tempora et generationes -antur ex aliquo (*simili oppositione*: in psalm. 67, 28 p. 303, 11 quae ante -ta in Pharao et in Israhel fuerant, in diaboli . . . clade et populorum . . . salute perfecta sunt. RVFIN. Orig. in num. 11, 4 p. 83, 18). 2, 4, 3 -ari omnia per gesta veteris testamenti, eaque in domino et per dominum gerenda esse. PAVL. NOL. epist. 12, 2 *Christus* per legem -tus. LEO M. serm. 33, 4 occisione agni . . . crucis signum et pascha domini fuerat -tum. EVSEB. EMES. serm. 18, 25 oportebat -ari novum testamentum a vetere. β *in sacra scriptura, quae postea, sc. maxime in ecclesia vel apud Iudaeos, fiunt*: CYPR. unit. eccl. 8 in qua *Raab* -batur ecclesia (*sim.* HIL. myst. 2, 5, 1). HIL. in Matth. 14, 3 gestorum effectibus causae subiacentis species -atur. 21, 15 fructus eorum *Pharisaeorum* sub maledictione ea, quae in arbore ficu -batur, arescet. myst. 1, 25, 1 dei misericordiam in -andis sub praesentibus futurorum effectibus *cernimus.* 1, 31, 4 quod in signo fuerat -tum, *sc. nos in paradiso transformandos esse.* in psalm. 118 gimel 4 p. 380, 1 *lex* per hanc -tam significantiam docuit nos. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 162, 28 sacramenta -ta sunt per antiqua.

2 *figuratur ipsa imago*: RVFIN. Orig. in gen. 8, 1 p. 78, 26 sciebat se Abraham futurae veritatis imaginem -are (Orig. in iud. 9, 2 p. 521, 4 sacramenti. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 3, 7 cuius *populi* Iacob -bat i.). *hucine l. 51?*

II *vi temporali praeverbii evanida fere i. q. formare*: DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 370^{B} quibuscumque vigilans studiis assuescit, horum sibi similitudinem -at in somnis (*fortasse notione deformandi, effigurandi, cf. Migne gr. 44, 173^{C}* ἀναπλαττούσης). 31 p. 406^{D} *artificem* speciem -are animalis alicuius in lapide (*nisi ad IA2; Migne gr. 44, 253^{C}* δεῖξαι).

deriv.: praeformatio, praeformator. *Newman.*

? **praeforo,** -ātum, -āre. *a* prae *et* forare. *si recte trad., p. p. p.* -tus *i. q. in fronte (aedis; an antea, prius?) foratus (describitur domus a furibus effracta)*: FORMVLAE Andecav. 33 p. 15, 32 sevis

(*i. saepes*) incisis, ostias concapolatas, paritis (*i. parietes*) -tas (*nisi legendum* perf-).

praefortis, -e. *a* prae *et* fortis. *i. q. valde (vel nimis vel magis) fortis*: TERT. carn. 5 l. 45 *Christum hominem et deum,* hinc carneum, inde spiritalem, hinc infirmum, inde -em. PROSP. carm. de ingrat. 363 cum se nimium laeta et -is in altum extulerit *seges.* Ps. PROSP. carm. de prov. 266 *hominem non* corporea vi, sed rationis ope -bus imperitare (*i. animalibus vi praestantibus; dub. an pro subst.*).

praefossus, -a, -um *v.* praefodio.

praefoveo, -fōtus, -ēre. *a* prae *et* fovere. *i. q. antea fovere*: CAEL. AVR. chron. 4, 2, 16 *adhibendae sunt unctiones,* -tis partibus *pthiriasi occupatis* aqua marina. CASS. FEL. 52 p. 137, 4 *medicamentum appones,* -tis (proforis *var. l.*) pedibus . . . frigida aqua aut . . . posca aquata.

praefrāctē *et* **praefrāctus,** -a, -um *v.* praefringo.

[praefrāctus, -ūs *m. exhibetur falsa var. l. infra l. 68.*]

praefrāgor ἀποψηφοποιῶ DOSITH. gramm. VII 432, 9 (*inter deponentia primae coniug.*). *cf. c.* refragari (*e. g. ibid. 432, 11* refragor ἀντιψηφίζομαι, ἀποδοκιμάζω), suffragari. *fortasse i. q. suffragando praevertere, nisi cogites de suffragio quodam praecursorio (vix conicias* refr-, *v. Flobert, Verbes déponents, 1975, 192, 2*).

[praefrēnātā *falso (legas*: pro effrenata) GLOSS.^{L} I Ansil. EX 540^{a}.]

praefrico, -ātum, -āre. *a* prae *et* fricare. *i. q. antea fricare (addit* ante CHIRON): CHIRON 508 cucurbitam imponunt . . ., ante -antes aceto, deinde luto perungentes locum *eqs.* CAEL. AVR. acut. 1, 11, 79 levibus cucurbitarum raptibus utemur . . ., -tis partibus adtractatione manuum.

praefrīgidus, -a, -um. *a* prae *et* frigidus. *i. q. valde (vel nimis) frigidus*: OV. Pont. 4, 12, 35 tepidus boreas et sit -us (perf- *var. l.*) auster. CELS. 1, 3, 16 vini non -i (perf- *var. l.*) . . . potio (4, 12, 5 neque -o neque nimis calido. *item de potu*: 2, 30, 3 aqua vel tepida vel -a). PLIN. nat. 17, 147 opaco septentrionalique et -o situ (*de eadem re Pallad. 12, 7, 19* caeli statum frigidum). IVST. 11, 8, 3 in -am undam *fluvii* se proiecit *Alexander* (*inde* OROS. hist. 3, 16, 5 in . . . -um amnem). PALLAD. 11, 5, 2 si -a *hiems est,* aliquantum . . . stercoris . . . largiemur *vitibus* (*pendet ex Colum. 4, 8, 3* praegelida frigora). *Wieland.*

praefringo, -frēgī, -frāctum, -ere. *a* prae *et* frangere. *scribitur*: pre- *in cod. N saec. VI* GARG. MART. pom. 3, 5 *et saepius in codd. med. aevi. alterum* r *in codd. per dissimilationem saepius omittitur, plerumque apud* COLVM. (*v. Lundström, Eranos 32, 1934, 34 sq.*), *ceterum e. g.* SEN. epist. 71, 24 PAVL. PETRIC. Mart. 1, 65; *cf. etiam var. l.* praeflegit LIV. 27, 33, 2 *cod. P al. legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*confunditur in codd. cum* perfringere CATO agr. 33, 4 COLVM. 4, 21, 3. *al.*, praefractus *cum* praefectus *vel* perfectus CAES. civ. 2, 6, 5 VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 IVL. VAL. 3, 32 p. 140, 11. *al.; e coni. dub.* SERV. auct. ecl. 8, 12.]

i. q. frangere ita, ut alicuius rei pars anterior, extrema afficiatur (vis praeverbii evanescit sub 2; in imag. l. 54. p. 655, 19. cf. GLOSS.^{L} II Philox. PR 77 -it: ἀποκλᾷ): **1** *-untur varia*: **a** *obi. indicat potius partem, quae frangendo aufertur*: α *formae variae*: CATO agr. 33, 4 vineas novellas alligato crebro, ne caules -antur (*var. l.* perfr-; *sim. -untur partes plantarum*: SEN. dial. 6, 16, 7 eversis arboribus, quas aut ventus radicitus avolsit aut . . . turbo -egit. COLVM. 4, 24, 22 *in putatione vitium* [*opp.* praecidi]. *in imag.*: PAVL. NOL. epist. 24, 21 p. 221, 7 lex ramos peccati -it [*var. l.* prestringit], fides radices eruit). LIV. 27, 33, 2 cornu alterum galeae -egit *Philippus.* IVST. 6, 8, 2 telo si primam aciem -eris *eqs.* β *p. p. p.* -tus (*sive addita copula sive fere pro adi. vel subst.*): LVCR. 1, 892 cum -ta forent *ligna* (*nisi ad b. sim. de plantis earumve partibus*: OV. met. 12, 358 *Centaurus pinum* -tam misit in hostem [*cf.* SIL. 5, 242 -ta gerebat . . . robora]. COLVM. 3, 18, 5 imae partes eorum *malleolorum* -tae sunt. arb. 18, 1 *si* cacumina manu -ta aut a pecore praerosa fuerint [*in eadem re 5, 10, 1* detracta]). CAES. civ. 2, 6, 5 *ut navis* -to (praefecto, praesecto *var. ll.*) rostro tota conlabefieret. HIL. in Matth. 15, 6 septem sportis -tus panis . . . abundavit. *neutr. plur.* -ta *pro subst.*: HIL. in Matth. 14, 12 (*explicatur miraculum panis Matth. 14, 16 sqq.*) non quinque *panes* multiplicantur in plures, sed fragmentis fragmenta succedunt et fallunt semper -ta frangentes (*var. l.* praefractu. *in eadem re* 15, 6 discipulis -ta *panis* . . . dedit. *cf. l. 64. p. 655, 5 sqq.*).

b *obi. indicat potius integrum, quod frangendo truncatur, afficitur (cum colore effringendi* IVL. VAL.): α *p. p. p.* -tus (*sive addita copula sive fere pro adi. vel subst.*): LVCIL. 1283 (*inter scruta*) -tam strigilem. CELS. 5, 26, 35^{B} si *surculus corpori immissus* vel -tus est vel altius descendit . . ., medicamento evocandus est. COLVM. 2, 2, 28 *vomere* -tas stirpes . . . refodiat *arator* (3, 18, 2. 11, 3, 45 *si decerpitur, non evellitur asparagus,* s. -tae angunt oculos sphongiarum. *cf.* 4, 21, 3 *si palma* vel -ta [perf- *codd. plerique*] vel parum procera fuerit. GARG. MART. pom. 3, 5 ramos . . . -tos falce purgare). ITIN. Alex. 9 ubi ei hasta -ta est (*cf.* SERV. Aen. 11, 9 'tela . . . trunca viri': id est -ta [*addit* SERV. auct. ideo enim 'trunca', quod in evellendo -ta]). IVL. VAL. 3, 32 p. 140, 11 inruunt aedes tyranni aedibusque -tis mulierem . . . reddunt (*var. l.* prefectis. *gr. Hist. Alex. M. I p. 118, 16 Kr.* ἤνοιξαν). *neutr. sing.* -tum *pro subst.*: SEN. epist. 71, 24 rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curvi -tique . . . reddunt. β *formae variae*:

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Liv. 8, 10, 3 cum ... hastas aut -issent aut hebetassent (32, 17, 14 *non* praecidere h. poterant et si quam incidissent aut -issent *eqs.*). 38, 5, 4 *arietis* asserem -bant. Frontin. strat. 2, 3, 20 ut ... -rent hostium spicula (*nisi ad a*).

c *obi. omisso vel subaudiendo*: Hil. trin. 3, 6 (*explicatur miraculum panis Matth. 14, 16 sqq.*) panes ... franguntur, subrepunt -entium manibus quaedam fragmentorum procreationes; non imminuitur, unde -itur, et tamen semper -entis manum fragmenta occupant. *ibid.* -entes in ministerio sunt *eqs.*

2 *-untur partes corporis* (*sc. membra praeter* Colvm. *et* Hil. *sub b*): **a** *formae variae*: Plavt. Mil. 26 ei *elephanto* pugno -isti bracchium (praefigisti *var. l.*). Ter. Ad. 37 ne ... ille ... uspiam ceciderit aut -erit aliquid (*cf. Plaut. Mil. 722* diffregisset crura). Sen. dial. 5, 18, 1 M. Mario ... Sulla -i crura ... iussit (*sec. Sall. hist. frg. 1, 44* fracta). **b** *p. p. p.* -tus: Colvm. 6, 16, 2 -tis cornibus linteola ... superponuntur. Arnob. nat. 2, 12 p. 79, 15 M. *Simonem* cruribus iacuisse -tis ([*cf. Didasc. apost. 43, 32* femur ... fregit]. 7, 41 p. 395, 18 *equos* cruribus ... claudicare -tis [*item* 7, 44 p. 401, 20]). Hil. in psalm. 52, 20 (*ad Luc. 4, 19* dimittere confractos) cum -ta peccatis corda relaxantur. Pavl. Petric. Mart. 2, 713 -ta ... membra.

part. praes. praefringēns *fere pro subst. v. supra sub 1c.*

p. p. p. **praefrāctus,** -a, -um *pro adi. vel subst. compar.* -ior: Cic. orat. 40. Val. Max. 3, 8 ext. 2. 6, 5 ext. 4. *de notione*: Non. p. 155, 12 -um: durum, inflexibile (*affert* Cic. *l. 37. 49*). Synon. Cic. p. 437, 3 pertinax. difficilis. durus. rigidus. -us. immobilis. inrevocabilis.

1 *corporaliter: v. supra, sc. adi. passim, subst. p. 654, 65. 83.*

2 *incorporaliter* (*cf. imaginem quodammodo servatam l. 19*): **a** *usu sollemni fere i. q. abruptus, praecisus*: α *spectat ad varios modos dicendi, loquendi, scribendi*: Cic. orat. 40 Theodorus ... -ior nec satis ... rotundus *videbatur Isocrati*. Sen. epist. 114, 15 quidam -am et asperam probant (*sc. compositionem, de cuius vitiis agit; opp.* modulatio). Don. Ter. Ad. 684 quamquam sint illa (*sc. verba iurgantis*) aspera atque -a (prefata *cod. Chig.*, perfracta *cett.; corr. Steph.*). Pomp. gramm. V 125, 21 *spondeus* visus est durus et -us. Pavl. Petric. Mart. 1, 65 *frigore affectus* vix verba frementi dimidians -a sono (*cf. de infantibus balbutientibus*: 5, 28 nomina ... e teneris -a exire labellis). β *spectat ad modum agendi, cogitandi*: Cic. phil. frg. V 38 his *philosophis* contrarius Aristo Chius, -us, ferreus: nihil bonum *putat*, nisi quod rectum ... est. Val. Max. 3, 8 ext. 2 Socratis ... animus aliquanto -ius (*var. ll.* perfectius, praestantius *al.*) perseverantiae exemplum edidit (*opp.* constantia ... lenis *Phocionis*). 6, 5 ext. 4 aliquanto Charondae ... -ior et abscisior iustitia (*sc. quam Zaleuci*).

b *singulariter de vento*: Apvl. mund. 12 procellosus flatus catagis (cataegis *ed. Ald. sec. gr.* καταιγίς) dicitur, quem -um possumus dicere (*fortasse ad impetum subitum referendum coll. gr. 395a6* τύπτον ἐξαίφνης, *sed Hildebrand Apuleium in gr.* καταγείς *legisse et id Latine reddidisse ingeniose suspicatur*).

adv. **praefrāctē.** *compar.* -ius Val. Max. *fere i. q. abrupte, praecise, aspere: spectat ad modum agendi rigidum*: Cic. off. 3, 88 nimis mihi -e *Cato* videbatur aerarium ... defendere, omnia publicanis negare (*cf. ad rem Att. 1, 18, 7* constantia magis ... quam ... consilio). Val. Max. 9, 7 mil. Rom. 3 Carbonem ... disciplinam militarem -ius et rigidius astringere conatum. *spectat ad pronuntiationem vitiosam*: Ivl. Vict. rhet. 24 p. 441, 15 non aspere, non vaste, non hiulce, sed pressim et aequaliter et leniter *loquendum* (*cf. Cic. de orat. 3, 45*); nolo rustice ac -e ac cum clamore erumpat *sonus*.

praefūc- *v.* praefoc-. *Zoppi.*

praefugio, -fūgī, -ere. *a* prae *et* fugere. Not. Tir. 26, 25[a] (*ad* -it *add. cod. L*[1] prae prae, *i.* -it *et* -fūgit). *i. q. fugiendo praevenire* (*accedit dat.*): Tert. anim. 33, 5 si anima *homicidae* -fugerit ultimo gladio *carnificis* (*sc. antea moriendo*).

praefulcio, -fultum, -īre. *a* prae *et* fulcire. *i. q. (quasi) praestructione quadam fulcire, instruere sim.* (*usu metaphorico praeter 2b*): **1** *obi. est homo, quem instantia vel circumstantia urgent* (*subesse imaginem tori, sc. duri, qua quis fulcitur, haud male suggerit Jocelyn per litteras [cf. vol. VI 1, 1504, 6 sqq. nec non 1503, 54 sq.]; vim cingendi et inde onerandi intellegit Thierfelder, Hermes 74, 1939, 155 sqq. coll. Pers. 1, 78* Antiopa *Pacuvii*, aerumnis cor luctificabile fulta; *sed fortasse cum opinione vulgata notionem q. e.* 'pro fulmento ponere' *[sc. per structuram* 'aliquid alicui'*] probare mavis, quod def. Pöschl, Anzeiger f. d. Altertumswiss. 38, 1985, 44*): Plavt. Persa 12 quin mi imperet *erus*, quin me suis negotiis -at (*v. Woytek, 1982, ad l., qui imaginem ex arte aedificandi ortam putat*). Pseud. 772 haec ... servitus, ubi ego omnibus parvis magnisque miseriis -or.

2 *obi. sunt res, quasi fulmentis appositis instructae* (*abl. rei appositae om.* Cic., Prvd.): **a** *incorporeae* (*dubites, an vim praeverbii temporalem agnoscas*): Cic. Att. 5, 13, 3 illud -i atque praemuni, ... ut *eqs.* (-e *et* praemunitus *trad.*). Gell. 6, 3, 44 Cato non nudam ... nec inprotectam hanc ἐπαγωγήν facit, sed multis eam modis -it multisque aliis argumentis convelat. **b** *corporeae* (*non nisi p. p. p.*): Prvd. perist. 5, 335 mollire -tum torum (*sc. stramentis sim., cf. Sil. 13, 814* e stramine fultum ... torum, *v. vol. VI 1, 1503, 55*). Ps. Ven. Fort. vita Med. 13, 31 maximo decore -ta eius tumuli urna exornata (*cf. iuncturam* honore fulcire *vol. VI 1, 1505, 44 sq.*). *Wieland.*

***praefulgeo,** -sī, -ēre (praefulgo, -ere *v. l. 3*). *a* prae *et* fulgere. *scribitur* pre- *in cod. a* Itala Luc. 9, 29 *et hic illic in recentioribus. formae coniugationis tertiae (v. vol. VI 1, 1507, 63 sqq.) traduntur solae* Anth. 132, 1 -unt. Rvric. epist. 2, 15 p. 396, 4 -it (*cod. unico, ubi saepe* i *pro* e, *v. ed. Krusch, 1887 p. LXXIII*); *ceterum occurrunt in var. l.* Avg. cons. euang. 1, 29, 45 p. 45, 19 Cypr. Gall. deut. 51 Ivlian. epit. novell. 64, 1 *al. de notione*: Synon. Cic. p. 439, 13 praestat. melius est. antecellit. eminet. emicat. elucet. enitet. -et. praenitet. Gloss. II 418, 46 προλάμπει: -it. *al. legitur inde a* Qvadrig. (*? v. l. 25*), Rhet. Her., Bell. Hisp., Verg., Liv. [*confunditur in codd. maxime cum* perfulgere Phaedr. 3, 18, 7 Prvd. c. Symm. 1, 103 *al.* (*cf. infra l. 77*), refulgere Leo M. serm. 51, 3 *al.*, profulgere Ivlian. epit. novell. 72, 3; *falso trad. p. p. p.* praefulsum Serm. Corp. Vind. 21 p. 333, 13, *ubi legas cum* Ps. Evseb. Gallic. hom. 73, 4 l. 16 G. per repulsam.]

I *usu originario fere i. q. prae aliis fulgere, fulgendo eminere sim.* (*vi praeverbii comparativa* [*cf. e. g.* praecello, praevaleo] *haud ubique perspicua; tamen vix cogites de notione locali, sc. in fronte fulgendi, e. g. l. 35. 54; accedit passim abl. instr. [cf.* in *c. abl. l. 64. p. 657, 14 sqq., fortasse et l. 35]; structuras indicantes quid fulgore superetur v. sub B1; accedit praedicativum p. 657, 31. 43. 45*): **A** *pertinet ad splendorem oculis percipiendum* (*usu dilatato sub 3, in imag. l. 31. 45*): **1** *-ent varia splendore vel decore ornata* (*tam res quam animantes; respectu splendoris evanescente de rebus conspicuis, clare apparentibus maxime l. 44 sq. 52*): Qvadrig. hist. 12 (*nisi alii scriptori lib. rei p. tribuendum*) armis *ducis* ... auro -entibus (Sen. benef. 1, 6, 3 licet opimae sint *victimae* a. que -ant [*cf.* Treb. *infra*]. Sil. 11, 534 -ens anulus a. Coripp. Iust. 3, 196. *cf. l. 35 et* Verg. Aen. 8, 553 leonis pellis ... -ens unguibus aureis. Serm. Corp. Vind. 21 p. 331, 17 a fronte ... pontificis praetenta auri lamina -bat [*v. e. g. exod. 28, 36 sq.*]). Rhet. Her. 3, 19, 32 (*in arte memoriae*) *non* nimis inlustris ... locos habere ..., *ne imagines* splendore -ant (*opp.* obcaecentur tenebris). Bell. Hisp. 25, 7 -ens opus caelatum *scutorum* (*contextu corrupto*). Sil. 3, 25 *ad sacra facienda* velantur corpora lino et Pelusiaco -et stamine vertex. 4, 324 aurato -ens murice ductor (*cf.* 17, 391 ibat ... -ens ductor in ostro). 5, 263 regia ... -ens ebore. Gell. 5, 5, 3 (*e* libris veterum memoriarum) equitatum ... frenis, ephippiis, monilibus, phaleris -entem. Itala Luc. 9, 29 (cod. a) *facta est* vestis eius *Christi transfigurati* candida -ens (*gr.* ἐξαστράπτων, *Vulg.* refulgens. *cf.* Avg. trin. 2, 10, 18 l. 68 cum Iesus in monte ... -ens apparuit. Leo M. serm. 51, 3 qui *honor fidelibus donandus* in capite *ecclesiae* [*i. Christo*] -sisset). Sol. 27, 30 *serpens quidam* -et tergi varietate. Treb. Gall. 8, 2 boves cornuis auro iugatis et dorsualibus sericis discoloribus -entes. Prvd. c. Symm. 1, 103 *simulacrum Priapi* Numae -et in arce. Pavl. Nol. epist. 20, 6 p. 148, 3 *anima comparatur cum denario*, in quo non Caesaris figura et inscriptio, sed *dei* ... imago -at (*sc. fides*). Avg. doctr. christ. 1, 8, 8 quantalibet luce -at *forma cuiuslibet corporis* ..., quantalibet pulchritudine ornetur (vera relig. 29, 52 qualiscumque moles, quamquam ista visibili l. -at. CE 1808, 8 [*saec. IV/V*] *sancti quidam olim loco obscuriore sepulti* nunc l. -ent subnixi altare decoro. Prisc. periheg. 309 electrum -ens l. [*Dionys. periheg. 317* ἤδνφαής]). Constantivs vita Germ. 30 *ut ubique* oratoriae cellulae et signa crucis elata -ant. *al.* **2** *-ent sidera, dies, lux sim.*: Manil. 2, 742 *quinque* -ent sidera caelo. Phaedr. 3, 18, 7 (*ad pavonem*) nitor smaragdi collo -et tuo (perf- *var. l.*). Sen. Ag. 728 gemino sole -et dies. Anth. 426, 6 *in Britannia* -et stellis Arctos inocciduis. Firm. math. 1, 4, 8 quando ... lateant *Venus Mercuriusque*, quando ... lucido sui nitore -ant. Rvfin. hist. 3, 8, 2 stella -ens gladio ... similis (Somn. Neron. [Journ. Theol. Stud. 16, 1915, 12 sqq.] 2, 1. Pass. Mar. Iac. 8, 8). Pavl. Nol. carm. 19, 223 Phosphorus occiduis ... -et in astris (*cf.* Coripp. Ioh. 3, 75 toto -ens Lucifer axe stellarum flammas flamma meliore revincit). Evseb. Emes. serm. 24, 16 p. 143, 28 stellis ... omnibus adunatis splendor lunae -et (*abl. absol. an dat.?*). *al.* **3** *-ent incolae caeli* (*per analogiam quandam. cf. l. 40*): Favst. Rei. spir. 2, 3 p. 136, 7 *diabolus olim* in caelesti claritate -ens. Ps. Evseb. Gallic. hom. 27, 8 l. 177 G. *sub* angelorum sidereo ac -ente consessu. Apring. in apoc. 4, 3 carnem adsumpti hominis ... divinae virtutis inhabitatione (in h. *ed. vix recte*) -ere (*comparatur cum iaspide lapide, qui* acutissimo fulgore radiatur). Vita Caes. Arel. 2, 50 -et in caelis *anima Caesarii.*

B *pertinet ad eminentiam mente intellegendam* (*v. quae ad A monuimus*): **1** *indicatur, quid (quis) fulgore superetur*: Liv. 45, 43, 3 -bat huic *triumpho* triumphus recens (*item c. dat.*: Rvstic. Conc.[s] I 4 p. 190, 33 quae *sanctitas tua* [*i. Alexander episcopus*] et ante hoc aliis -bat ... et nunc in universa terra sola -et. *cf. l. 62. p. 657, 27*). Gell. 12, 5, 7 (*Stoic. vet. frg. III 181*) prae ceteris omnibus enituit et -sit ... honesti dignitas. Iren. 2, 24, 3 quae *octonatio* -et in Aeonibus et illuminat ... Plenitudinem (*cf.* in *l. 60*; perfulget *codd. fere omnes, quod sensui non tam bene accommodatum defendit Lundström, Die Überlieferung der lat. Irenaeusübersetzung, 1985, 34*).

2 *indicatur decus, praestantia sim.*: **a** *abl.*: Sil. 4, 497 claris -bat avus titulis bellique domique. Tac. ann. 13, 45, 1 Sabini consularis et triumphali decore -entis (Cassiod. in psalm. 148 concl. quo d., qua virtute -at *psalmus*). Ivst. 14, 2, 6 exercitum ... tot victoriarum -entem gloria. Avson. 377, 13 p. 99 P. Dionaeo -ens Iulius *mensis* astro. *[Scotti]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avg. cons. euang. 1, 29, 45 p. 45, 19 Neptunus, qui solius maris praepositus est, ... Silvanus, qui solorum agrorum ... potestate -et. pecc. mer. 2, 35, 57 vetus ... testamentum in quinque Moysi libris excellit, novum autem quattuor euangeliorum auctoritate -et. Cod. Theod. 11, 39, 3, 1 etiamsi praeclarae curiae honore -at *testis* (Cassiod. in psalm. 118, 172 aequitatis h. -ent *mandata dei*). Avell. p. 321, 8 nihil est ..., quod lumine clariore -at, quam recta fides (*cf.* luce: Favst. Rei. epist. 5 p. 183, 14 pagina ... eloquii ac fidei l. -sit. Prisc. gramm. II 1, 2 studiorum genus sapientiae l. -ens). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 50, 14 cunctis animi virtutibus -etis ([*gr. I 1, 5 p. 133, 26 διαλάμπετε*]. Marcell. chron. II p. 85, 453, 4 Cassiod. in psalm. 148 concl.). Dig. de conc. dig.2 opere consummato et in uno volumine nostro nomine -ente coadunato (de confirm. dig. 1 codicem nostro n. -entem [*gr. ἐπώνυμον*]). *al.*

b in *c. abl.* (*exempla, quibus indicatur ubi vel quando quid -at, v. sub 3*): Vita Melaniae (bhl 5885) 12 p. 10, 4 *mulierem* in huius saeculi gloria -entem (*gr. σφριγῶσαν*). Prisc. gramm. II 2, 31 *Iulianum* in omni doctrinae genere -entem (*nisi ad 3b; sim.* Facvnd. defens. 2, 2, 11 in doctrina). periheg. 923 gens ... -et claris in laudibus.

3 *sine talibus indicationibus; -ent potius*: **a** *quaecumque conspicua sunt, se manifestant, clare apparent sim.* (*cf. p. 656, 24*): Vell. 1, 14, 1 *coloniarum* militarium et causae et auctores et ipsarum -ent nomina (ex i. -ent nomine *Burman haud inepte*). Tac. ann. 3, 76, 2 *in funere Iuniae multae* imagines antelatae sunt ...; sed -bant Cassius atque Brutus, eo ipso quod effigies eorum non visebantur. Ambr. hex. 6, 9, 68 in quo *osculo* amicitiae insigne ... -et, in quo ... exprimitur adfectus. in psalm. 118 serm. 8, 23, 3 ut immaculati *dei* in te figura -at. Prvd. apoth. 506 *Christus* gentibus emicuit, -sit regibus (*nisi ad 1*). Consvlt. Zacch. 3, 5 p. 105, 5 (*3, 4 p. 103, 7 monachorum instituta* ex dei ... manare praecepto ... ostende) patuit contemptum mundi ... sacrae informationis oraculis -ere. Sacr. Gelas. 7 M. homo genitus idem (id est *trad.*) -sit et deus. Prisc. Anast. 282 sic virtus -erat *sanctorum multorum* ..., quod eripuit *deus* ... e casibus illos, nec prius enituit pietas *eqs.* Cassiod. in psalm. 118, 172 *cum* tanta miracula domini ubique -ant. Ivlian. epit. novell. 64, 1 *praefectura* quae in ipso gestu -et (*opp.* honoraria; *nisi ad 2b*). Dynam. vita Max. 17 in quo *viro* spiritus sanctus -bat. *ibid. iterum.* **b** *quaecumque excellunt, praestant sim.*: Rvfin. Adamant. 3, 13 opus optimum et -ens a deo acceptum (*antea*: fulgentem et splendidum rationis nitorem). Conc.^{S} I 2 p. 31, 34 *ut* res publica ... ex utrisque (*sc. religione et iusto actu*) sustentata -at (*I 3 vers. Tur. p. 49, 25* ut ... effulgeat, *gr. I 1, 1 p. 115, 3 ἐκλάμπειν*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 46, 2 (*ad imperatorem*) -ens pietas vestra (*Conc.^{S} I 5 p. 353, 24* clarescit, *gr. I 1, 5 p. 129, 30 διαλάμπουσα*). Conc.^{S} II 2, 1 p. 60, 21 semper iudicastis et iudicantes -istis (*II 3, 1 p. 140, 2* claruistis, *gr. II 1, 1 p. 156, 2 διελάμψατε. item cum part. praes.*: Cassiod. Ios. antiq. 13, 163 Ionathas in illa pugna -sit duo milia prosternens inimicorum [*gr. κρατήσας ... λαμπρῶς*]). II 3, 2 p. 134, 24 -ere quidem ... fidei expositionem ... patrum *Nicaenorum* ..., servari autem et *decreta Constantinopolitanorum* (IV 2 p. 139, 1 -ere quidem ..., optinere autem, *gr. II 1, 2 p. 127, 4 προλάμπειν μὲν ..., κρατεῖν δὲ καί*). Alc. Avit. carm. 2, 47 *Lucifer olim* creaturae -sit in ordine primus (*cf. p. 656, 64*).

II *usu novato i. q. fere ante quaedam sequentia fulgere, fulgendo praeire sim.* (*sc. respectu fulgoris saepe evanescente*): **A** *vi praeverbii locali*: **1** *-ent varia*: Ivl. Vict. rhet. 27 p. 448, 6 lucem ... ⌊epistulis⌋ -ere oportet, nisi cum consulto [consilio] clandestinae litterae fiant ([⌊⌋ *dat., an abl. loci, ut ad I pertineat? p. 448, 8* clarae perspicuaeque *epistulae*]. Transit. Mar. [rec. B2] 2 *Maria* perrexit in montem Oliveti -ente sibi luce spiritus sancti, *quae emanavit e ramo palmae caelestis*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 19, 32 otiosum ... rectum dogma -et, quod virtutum chorus minime comitatur (*gr. Isid. Pelus. epist. 5, 240 καθηγούμενον*). Novell. Iust. 24, 4 cui *praetori* -ere sacri nostri cognominis volumus signum, sitque 'praetor Iustinianus' (*gr. προσκεῖσθαι*). **2** *-ent scripta priore loco corporis cuiusdam inserta* (*gr. respondere solet προλάμπειν. vix huc l. 12*): Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 57, 2 (*inde* I 2 p. 31, 28) legatur ... imperatorum scriptum ... et -at nunc celebrandis gestis (*cf.* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 34, 36 legantur ... piae litterae et -ant praesentibus gestis. Conc.^{S} II 2, 1 p. 44, 6 -ant gestis futuris [II 3, 1 p. 58, 2 in actorum serie]). p. 57, 7 lectum est ita: '... nostrae conversationis status' et reliqua quae -ent ([*sc. antea, p. 49, 23 sqq.*]. 2, 1 p. 44, 10 [*gr. II 1, 1 p. 82, 26 ἃ προτέτακται, II 3, 1 p. 58, 8* quae superius continentur]). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 168, 35 divinae litterae -entes (*opp.* subiecta *epistula*). Cassiod. var. 9, 16, 2 ad ... papam direximus constituta, quae his antelata -ent. Novell. Iust. 113, 3 *lex in litis exordio inscripta* gestis -ens prohibebit *dolos. al.* (*in act. conc.*). **3** *-ent singulae litterae, syllabae praecedentes*: Martyr. (*et inde* Cassiod.) gramm. VII 167, 2 va syllaba -ens in capite nominis ... ut 'vates'. 186, 7 (*185, 13 si* l antelata littera ... fuerit) si vero haec ... non -at littera.

B *vi praeverbii temporali* (*vix huc etiam p. 656, 41*): Pavl. Nol. epist. 45, 6 p. 384, 15 in qua *resurrectione domini* ... resurrectionis humanae viva imago -sit (*nisi mera vi refulgendi positum est*). Veran. Migne 72, 701^{B} in lege veteri, ubidum euangelicae perfectionis auctoritas -at.

part. praes. praefulgēns, -entis *vergit in vim adi. q. e. praefulgidus sim. inde a* Qvadrig.(*?*), Bell. Hisp., Verg., Sil., *v. maxime sub IA1 et IB2.*

praefulgidus, -a, -um. *a* prae *et* fulgidus (*cf.* praefulgeo). *compar. et superl. desunt.*

i. q. admodum fulgidus, splendidus sim. (*syn.* splendidus Rvfin. Orig. in Rom. *et* Max. Tavr. *sub 2b; accedit abl. instr. sub 2a et l. 15* [*fortasse etiam l. 27*]): **1** *proprie, sc. respicitur fulgor oculis percipiendus*: Ivvenc. 3, 330 caelo -a nubes ... vestibat lumine montem (*in transfiguratione Christi. cf. Matth. 17, 5* nubes lucida). Ps. Ambr. mans. praef. p. 11^{B} -um stellarum chorum (*cf.* Ps. Evseb. Gallic. hom. 18, 2 G. [*nisi ad 2bβ*] praecelsum ac -um sidus caelorum tartareae caliginis profunda viderunt *Christo descendente* [*inde Serm. Corp. Christ. 101B p. 881, 6* fulgidum]. Mirac. Theclae 3 p. 171, 15 duo sidera -a manu gestantem *Theclam*). Vita Maxent. (bhl 5804) 6 ut splendore cellula ... veluti micantium globis astrorum ... -a reluceret.

2 *in imagine et translate, sc. respicitur fulgor dignitatis, praestantiae sim.*: **a** *de hominibus*: Firm. math. 1, 2, 3 Itali fiunt regali semper nobilitate -i. 4, 10, 6 parentes nobili potestatis auctoritate -os. Ennod. carm. 1, 12, 6 dictis fuit -us *Cyprianus* (*cf.* Max. Tavr. *infra*). **b** *de rebus*: α *quae pertinent ad litteras, doctrinam, eloquium*: Rvfin. Greg. Naz. orat. praef. 7 eloquentiae eius *Gregorii* -um ... lumen (hist. 6, 19, 7 doctrinae ... et eruditionis Graecorum -um l. [*gr. aliter*]. *cf. l. 33 nec non* Ennod. opusc. 3, 137 p. 366, 15 -a conscientiae ... luce). Orig. in Ios. 7, 7 p. 335, 5 poetam ... -o carmine deos deasque texentem. Orig. in Rom. 2, 14 p. 919^{C} quae *philosophorum volumina* splendida et -a videbantur oratione composita. Max. Tavr. serm. 74 p. 684^{A} *Cypriani* ditissimus ac splendidus dicitur sermo, cuius tanto lumine -um radiavit eloquium, ut *eqs.* (*cf.* Ennod. *sub a*). β *quae pertinent ad deum, revelationem divinam sim.* (*hucine* Ps. Evseb. Gallic. *sub 1?*): Gild. Brit. 8 chron. III p. 30, 23 *sol verus* (*i. Christus*) -um sui coruscum ostendens. 74 p. 68, 19 veritatis et humilitatis -um lumen. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 10 p. 869^{D} praesentis gloriae suae (*sc. dei*) -am ... maiestatem.

praefulgo *v.* praefulgeo. *Scotti.*

[*τηλαυγής*: lucidus, **praefulgor** Gloss. II 455, 6 (praefulgens *ed. Stephani; sed fortasse legendum aut* prae fulgore *aut* praefulgorus, *cf. loc. infra cit.; v. etiam Quellet, Dérivés lat. en -or, 1969, 47*).]

praefulgōrus, -a, -um. *vox a Cassiod. e iunctura* prae fulgore *male intellecta postulatur (v. infra), fortasse sec.* decorus. *i. q. praefulgidus*: Cassiod. in psalm. 17, 14(13) 'praefulgorae in conspectu eius nubes transierunt' (*i. psalm. 17, 13, ubi Vulg.* prae fulgore [fulgurae *cod. 189*], *gr. ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως, v. etiam p. 378, 35*): ... '-ae' una pars orationis est, id est nominativus pluralis, et respondet ad 'nubes'; ... et sensus talis est: illae nubes, quae aquam dei continent, id est eloquia divina, sicut in hoc aëre ... obscurae videntur, ita in conspectu dei -ae sunt, ubi semper veritas patet. *cf. l. 37.*

praefulguro, -āre. *a* prae *et* fulgurare. **1** *cum obi. i. q. ante fulgurando illuminare*: Val. Fl. 3, 119 stricto ... vias -at ense (*sc. noctu*). Coripp. Iust. 3, 222 *Narses armiger* Augustam culta (*Cameron,* cultu *alii*) -at aulam comptus caesarie. **2** *absol. vel intrans. i. q. ante fulgurare*: Stat. Theb. 7, 502 multo ... latus *Polynicis* -at ense (*spectat ad magnum eius comitatum*).

[praefulsum *v. p. 656, 13.*] *Wieland.*

praefundo, -fūdī, -fūsum, -ere. *a* prae *et* fundere. [*falso trad.* Hyg. grom. p. 78, 4 (prof- *Lachmann,* ref- *Heraeus, Kl. Schr. 210, 2*), Amm. 19, 1, 7 (perfodit *vel* profudit *edd.*); *falsa var. l.* -sa *pro* profusae Alc. Avit. epist. 10; *falso editum* Ven. Fort. vita Germ. 38, 108 (*Krusch in ed. a. 1885, cf. eiusdem ed. a. 1919*).]

i. q. ante fundere: **1** *usu temporali: effundendo*: Cael. Avr. acut. 2, 18, 111 erit ... frequenti mutatione aqua innovanda, -sa scilicet anteriore (praeeffusa *coni. Bendz, Emendationen, 1954, 54 praeter necessitatem*). *infundendo*: Cael. Avr. chron. 2, 7, 110 (*antea*: pileum vini calidi infusione inflatum capiti imponendum) noxius est usus pilei vino calido -si vel lanae tinctae (*ad struct. 'aliquid aliqua re' cf.* fundo, *vol. VI 1, 1564, 17 sqq., et e. g.* infundo, offundo. praeinfusi *coni. Schmid, Rev. Phil. 17, 1943, 43 et Bendz, l. c.*). 5, 10, 124 lacte ac melle *aegrotos* potamus semine cucumeris -so (praeinfuso *coni. iidem*). **2** *usu potius locali* (*sec. praeverbium gr. παρα-, cf. e. g.* praebeo *iuxta παρέχω*): Gloss. II 397, 19 *παραχέω*: -o (*cf.* praefusor).

*deriv.: ?*praefusio, praefusor. *Ramminger.*

praefurnium, -ī *n.* *a* prae *et* furnus. *i. q. prior pars furni* (*sc. de ostio fornacis vel hypocauseos; ad rem v. Hug, RE XXII 2, 1348 sqq.*): Cato agr. 38, 1 si uno -o coques *calcem,* lacunam intus ... facito (*item in fornace calcaria*: 38, 2 si duobus -iis [-nis *var. l.*] coques, lacuna nihil opus erit; ... altero -o eruito *cinerem.* 38, 4 ventus ad -um caveto ne accedat). Vitr. 5, 10, 2 *in caldariis* solum sternatur inclinatum ad hypocausim, uti pila, cum mittatur *intro,* ... rursus redeat ad -um (*item in caldariis*: 8, 2, 4 caelum [*i. aer in caldario inclusus*] ... ex -is ab ignis vapore percalefactum). 7, 10, 2 fit fornacula ..., et eius -um ... comprimitur, ne flamma extra dissipetur (*in confectione atramenti*).

praefuro, -ere. *a* prae *et* furere. [*olim quidam* praef- Stat. Theb. 4, 830 (822) *pro* perf-.] *i. q. furendo praeire* (*sc. vi gemina, et locali et temporali, sicut nuntio convenit*): Stat. Theb. 2, 420 (*Eteo-*

[*Wieland*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cles ad Tydea, nuntium Polynicis) fides, qua torvus et (quam servo sed *P*) illum *Polynicen* mente gerens . . . -is (SCHOL.: id est 'ante furis'; *sed postea*: hoc est . . . 'valde furis'). *Wieland.*

[**praefuscās** *legebatur olim* MANIL. 4, 724 (721) *pro* perfusas.]

? **praefūsio,** -ōnis *f.* *a* praefundere. *i. q. actio praefundendi* (*vel metonymice de ipso loco, instrumento*): HIPPOCR. num. sept. 7, 9 (cod. G) veretri duae partes, una quidem urinae -o (profusio *cod. A nescio an recte*), . . . alia seminis ministratura (*subst. notionis q. e. ministratio intellegendum videtur*).

praefūsor, -ōris *m.* *a* praefundere. *i. qui praefundit* (*sc. aquam in balneis*): GLOSS. II 397, 24 *παραχύτης*: me⟨dia⟩strinus, -r (*cf. II 561, 38 παραχύτης*: balneator, mediastenus; *sed II 406, 10 περιχύτης*: . . . profusor [prorusor *trad.*, perfusor *Stephanus*]). *Ramminger.*

praegaudeo, -ēre. *a* prae *et* gaudere. *part. praes.* -ens *i. q. antea gaudens* (*sc. de eo, qui gaudia futura praecipit* [*cf.* praegestio]; *minus probabiliter notionem q. e. 'valde gaudens' intellegunt alii*): SIL. 15, 307 *Philippus* Pelopis sedes et Achaica adire moenia -ens (*cod. Col. teste Heinsio,* gavisus *cett.*) . . . Calydona . . . subibat *armis progressus.*

praegelidus, -a, -um. *a* prae *et* gelidus. *i. q. valde (vel nimis) gelidus*: **1** *spectat ad statum rerum naturalium*: LIV. 21, 54, 7 erat . . . nivalis dies in locis . . . -is (COLVM. 2, 9, 7 -is ac nivosis [*cf. Pallad. 1, 6, 16* frigidis]. PALLAD. 6, 4, 2 -is et pluviosis [perg- *var. l.*; *v. et l. 27*]. *cf.* PLIN. nat. 37, 25 regione). COLVM. 3, 12, 1 solum (*opp.* nimium calidum). 4, 8, 3 -a frigora regionis eius (*cf. Pallad. 11, 5, 2* praefrigida *hiems*). 5, 6, 20 caeli status neque -us neque nimium pluvius (*cf.* 11, 2, 41 -um et pluvium caelum). PLIN. nat. 9, 57 hiemem (18, 183). SIL. 4, 226 in -is duratos *Hernicos* . . . rivis (*cf.* CLAVD. carm. min. app. 2, 68 -is durando . . . in undis. MAR. VICTOR aleth. 2, 554 gurgite). AMM. 22, 8, 8 ventus (*cf.* CYPR. GALL. num. 28 -as aquilonis . . . auras). CYPR. GALL. gen. 913 -o consternit saxa cubili *Iacob.* Ios. 340 -i . . . nimbi *grandinis.* **2** *spectat ad sterilitatem anilem*: CYPR. GALL. gen. 563 quia -a partum non poneret alvo *Sara* (*cf. vol. VI 2, 1729, 29 sq.*). *Wieland.*

praegelo, -āre. *a* prae *et* gelare. *i. q. ante gelare* (*vi praeverbii locali, sc. extremas partes afficiendo*): PLIN. nat. 18, 334 praestringit enim atque -at (-cellat, -cellit, percellit *var. ll.*) hic *Boreas* ⌊radices⌋ arborum *serendarum* (⌊ ⌋ radicibus *trad.*, *quo servato* animam *pro* enim *coni. Mayhoff*).

praegenero, -ātum, -āre. *a* prae *et* generare. *i. q. antea generare*: PROSP. epitaph. 2 Nestoriana lues successi Pelagianae, quae tamen est utero -ta meo (*v. Migne 51, 151/2 in admonitione*).

praegermino, -āre. *a* prae *et* germinare. *i. q. antea germinare*: PLIN. nat. 16, 119 *v. p. 645, 47 sq.*

praegero, -gestum, -ere. *a* prae *et* gerere. [*falso editum est olim* -it *pro* progerit APVL. met. 4, 31, 7.] *i. q. antea gerere, sc. non nisi p. p. p. neutr. plur.* -ta *pro subst. i. q. gesta priora*: ITIN. Alex. 2 cum . . . triumphorum . . . tu, *Constanti,* exim stipendiis imbuare, ubi quisque felicior -tis (prae gestis *cod.*, pro gestis *Mai*) apicem posiverit (*Dilthey*; -vere *cod.*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 150 oblivione -torum *afficiuntur furiosi quidam.*

praegestio, -īre. *a* prae *et* gestire. *sec. duplicem notionem verbi gestiendi vel i. q. antea gaudere* (*ante eventum optatum, l. 56. 58*), *vel praeoptare* (*praeferendo, l. 61; vim intensivam verbis minus aptam, ut significet i. q. valde cupere, admittunt alii multi, cf. iam* PRISC.; *accedit inf.*): CIC. Cael. 67 *testes* cum aliqua spe delectationis exspecto; ⌊-it animus⌋ iam videre . . . lautos iuvenes (⌊ ⌋ *inde* CHAR. gramm. p. 407, 27 B.). CATVLL. 64, 145 quis (*sc. viris*) dum aliquid cupiens animus -it apisci, nil metuunt iurare (*opp. postea*: simul ac cupidae mentis satiata libido est). HOR. carm. 2, 5, 9 animus tuae . . . iuvencae . . ., in udo ludere cum vitulis salicto -entis (*sc. quam tecum amore frui? aliter* SCHOL. *p. 787, 16 et* PRISC. gramm. III 50, 11 *ad l.* -o: valde gestio).

praegestum *v.* praegero.

[**praegigno** *falso trad.* PLAVT. Pseud. 492 (pro- *Scaliger*).]

praegīro *v.* praegyro. [**praeglorior** *v.* praegloro.]

praeglōriōsus, -a, -um. *a* prae *et* gloriosus. *i. q. valde gloriosus*: CIL VI 1710, 4 (*a. 400*) Claudiano . . . -issimo (-clor- *lapis*) ⟨po⟩etarum.

[**praegloro** (-glorior *var. l.*): *παραχαλῶ* GLOSS. *corruptum*; precor vel oro *Bücheler.*] *Blundell.*

praegnācitās, -ātis *f.* *a* praegnax (praegnas). *i. q. praegnatio*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 168, 3 o quam veneranda -s *Mariae,* de qua nulla dolorum pariendi nascitur difficultas, quia integra permanet inviolata virginitas. *ibid.* divini sermonis paulatim crescebat per modos ampliata -s et inviolata regnabat cum -e virginitas.

? **praegnālis** *adi. mirae formationis non nisi in var. l. p. 661, 16.*

***praegnās,** -ātis *adi.* [*sine dubio a* prae *et radice* *gnā- *formatum, sed ratione compositionis non prorsus perlucida. Sch.*] *de scripturis et formis: 1) partis prioris*: pre- CE 498, 4. ITALA Matth. 1, 23 (cod. k). 24, 19 (codd. a, b *al.*). *et saepius*; prign- (pringn-, prinn-) *trad.* CONSENT. gramm. V 356, 4. 5. 11 GRAMM. suppl. 116, 19 sqq. CHIRON 424, 54 ANON. in Matth. 1 p. 24, 1, *in var. l.* VVLG. eccles. 11, 5 Matth. 24, 19 Marc. 13, 17 Luc. 2, 5. 21, 23 LEX Visig. 8, 4, 6. *al.*, *v. etiam p. 663, 29.* *2) partis posterioris*: -ās, -ātis *testantur* PLIN. *l. 28.* CONSENT. gramm. V 356, 4 (*inter communia, quae* nominativo singulari a et s litteris terminantur. *sim.* MART. CAP. 3, 299) *et praevalet in codd. antiquissimis, e. g.* PLAVT. Truc. 198 *et* 389 sq. *A.* TER. Hec. 640 sq. *A.* VERG. Aen. 7, 320 *FMR* (-ans *F*[1]). 10, 704 *M*[1]*P* (-ans *MR*). PLIN. nat. 11, 236 *M.* FRONTO p. 63, 7 v. d. H. DIG. *cod. F plus centies* (-ans *sim.* 5, 4, 5 pr. *bis.* 12, 2, 3, 3 [*bis; postea correctum ut* 37, 6, 12]. 25, 3, 1, 2). GAIVS inst. *cod. V ter* (*sed* 1, 94 -ante, *v. David-Nelson, 1954, ad l.*). ITALA Os. 14, 1 (cod. 175). Matth. 1, 23 (cod. k). Luc. 2, 5 (codd. b, e). *al.; etiam in codd. medii aevi haud raro servatur, e. g. in cod. B* PLAVTI *ubique praeter* Aul. 163 (*ubi* -atem *tradit* Fest. p. 238). Truc. 389. -āns, -antis *sec. partic. praes. novatum videtur* (*cf. p. 661, 47 et* praegno), *invenitur saepius in codd.* ITALAE *antiquissimis, e. g.* gen. 16, 11 (Lugd.). Matth. 24, 19 (codd. a, b, f *al.*, *sc. iuxta* lactans *ut*: Marc. 13, 17 [codd. a, d *al.*]. Luc. 21, 23 [codd. a, d, f *al.*]). Luc. 2, 5 (codd. d, f *al.*), *ceterum passim in codd. medii aevi* (*haud raro e correctura*). -āx, -ācis (*cf.* praegnacitas): *nom. sing.*: CE 498, 4 infelixs -x, *ceterum traditur* VARRO rust. 2, 4, 7. 2, 4, 14. 2, 10, 9 CHIRON 129; *var. l.* PRVD. c. Symm. 1, 264 (*B*). *aliae formae*: VINDIC. med. 12 -ci (*sed* 16 -antes). FVLG. myth. 2, 1 p. 38, 21 -ces (HIPPOCR. aer. 5 *et var. l.* PLIN. nat. 11, 236). CASS. FEL. 42 p. 99, 10 -cibus (-antibus *var. l.*). *3) de declinatione* (*tertiam decl. testantur* SACERD. gramm. VI 477, 4 PROB. cath. gramm. IV 26, 5. GRAMM. suppl. 116, 19 [*ubi schema decl. praebetur*]. *formas heteroclit. v. sub* praegno): *sing. abl.* -e IVLIAN. dig. 36, 2, 18 *et passim,* -i ITALA Luc. 2, 4 (cod. d). ANTH. 388 a, 8 VEREC. in cant. 2, 5 l. 22 D. *plur.: nom. f.* -is *trad.* VARRO rust. 2, 7, 11; *n.* -ia VARRO rust. 1, 44, 4 VITR. 2, 9, 1 PLIN. nat. 32, 59. *gen.* (*cf.* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 179, 10 B. '*ium*' *facit* consuetudo . . . ut -ium, optimatium. MART. CAP. 3, 299 '-ium' . . . dicimus . . ., quamvis veteres '-um' dixerunt): -ium PLIN. nat. 16, 100. 26, 153 QVINT. decl. 277 them. (-um *var. l.*). 277, 2. *al.*, -um TERT. anim. 6, 8. *acc.* -is (*testatur* MART. CAP. 3, 299): PLAVT. Asin. 276 Mil. 1077 FRONTO p. 63, 7 v. d. H. (*contra* -es *e. g.* VARRO rust. 2, 6, 4 TERT. castit. 9 l. 43). *4) compar. et superl. desunt; accedit adv.* bene FRONTO p. 63, 7 v. d. H., maxime PLIN. nat. 12, 58; *cf.* HIPPOCR. aer. 5 repente -es sunt valde (*gr.* [*ἐν*]*αριχύμονες*).

de genere: MART. CAP. 3, 299 feminini et neutri generis est. *exstat masc. et neutr. hic illic sub IB et II.* *de notione: v. vol. VI 2, 2269, 23 sqq., adde*: DON. Ter. Hec. 641 -s est ante gnatum vel ante genitricem: est enim 'prae' ante. GLOSS. *ἔγκυος*: gravida. GLOSS.[L] II Abav. PR 20 -s: gravida. Philox. PR 86 -s: *ἔγκυος, ἐγκύμων οὖσα.* *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, TER., *in oratione prosa inde a* VARRONE, CIC.; *iam apud scaenicos veteres rarius invenitur quam* gravidus, *postea poetis plerisque omnino deest, occurrit apud* VERG. (*2/* gravidus *15*), HOR. (*1/2*), STAT. (*1/8*), MART. (*1/1*), IVV. (*3/—*), *al.; frequentatur in sermone iuris* (*in digestis invenimus 122 locis*/gravidus *4*) *nec non in* VVLG. (*14/1, sc. Sirach 42, 10*); *inter scriptores rei rusticae et medicae* -s *praeferunt* VARRO, CHIRON, MARCELL. med., CAEL. AVR. gyn., gravidus *praevalet apud* CELS., COLVM., SORAN., *utramque vocem frequentat* PLIN. nat. (*29/47*). [*dalm.* prin; *it.* pregno *et var. dial.; francog. vet. et med.* preinz, preins, *var. dial.; prov. vet.* prenh, prens, *var. dial. francoprov., prov., vasc.; cat.* prenys; *galic.* preña; *port.* prenhe. *v. etiam sub* praegno *et cf. M.-L. 6720. Battisti-Alessio IV 3060. Wartburg IX 295 sq. Corominas*[2] *IV 642 sq. Machado*[3] *IV 423. St.*] [*confunditur in codd. cum* peregrinans PLIN. nat. 26, 153 VVLG. Ier. 31, 8 MART. CAP. 3, 299 *al.* (pelegr- ITALA Matth. 24, 19 *et* Marc. 13, 17 cod. ff[2]), praegrandis STAT. silv. 1, 6, 20. *e coni. multis probata*: PROP. 4, 7, 79 *tumulo hedera* pugnante (*trad.*, -e *Cornelissen*) corymbo . . . alligat ossa.]

i. q. gravidus (*gr. maxime respondent ἐγκύμων, ἔγκυος, κύουσα sim., in sacr. script. etiam ἐν γαστρὶ ἔχουσα*):

I *proprie de animantibus fetu concepto onustis*: **A** *de hominibus* (*eorum corporibus l. 68, qualitate p. 661, 15; de deis quibusdam l. 78. p. 661, 62*): **1** *sine additamentis*: **a** *adi.*: *α* -s esse (*hic illic copula supplenda*): PLAVT. Truc. 198 quae numquam fuit -s. 389. 390 adsimulavi me esse -em. TER. Hec. 641 neque fuisse -em . . . scivi. POMPON. Atell. 19/20 si -s non es. CIC. Cluent. 33 uxorem . . . interrogavit, essetne -s. div. 2, 145 *matrona* dubitans, essetne -s. *ibid. matronam* -em esse dixit *interpres somniorum.* Att. 1, 10, 5 soror -s est. VITR. 2, 9, 1 cum sunt -ia *corpora muliebria servarum.* CVRT. 10, 6, 9. MART. 11, 55, 5 dicat -em . . . se Cosconia. PLIN. epist. 8, 10, 1 neptem . . . abortum fecisse, dum se -em esse . . . nescit. EDICT. praet. perpet. Vlp. dig. 25, 4, 1, 10 si mulier mortuo marito -em se esse dicet. GAIVS inst. 1, 94 qui intellegit uxorem . . . esse -em. MARCELL. dig. 37, 10, 10 cum mulier . . . iuraverit se -em esse. *et saepe, maxime in digestis.* *β* -em facere (-s fieri [effici TERT.]; *cf. p. 661, 26. 62. 64*): PLAVT. Aul. 163 si eam senex anum -em . . . fecerit. Mil. 1077. Truc. 811 illam. QVINT. decl. 277, 7 indignum fuit occidere eam, quae -s facta est. IVV. 6, 405 viduam. VLP. dig. 37, 9, 1, 16 si quis prima uxore -e facta . . . aliam duxerit eamque -em fecerit. TERT. adv. Val. 7 p. 184, 19 *Sige* suscipit . . . et -s efficitur (*de eadem* IREN. 1, 1, 1 -em factam generasse *eqs.* [*gr. ἐγκύμονα γενομένην*]). IREN. 3, 19, 3 nec speravit *homo* virginem -em fieri posse. AVG. serm. 184, 1, 1 *Maria* a viro -s inventa, non facta: gravida masculo, sine masculo. COD. Iust. 5, 27, 11, 3 mulierem (*syn.* gravida). *γ cetera exempla* (*sive attrib. sive praedic.*): NAEV. com. 125 an nata est sponsa -s? TER. Hec. 640 abducta . . . -s fuerat

[Ed er]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

filia (*cf. l. 2. 13*). Novivs Atell. tit. virgo -s (Iren. 3, 21, 5 [*de Maria ut e. g. infra l. 64 sqq.*]). Cic. Flacc. 72 uxorem abduxit ab Amynta -em (de orat. 1, 183 *relinquere* [Cels. dig. 50, 17, 187 Ivlian. dig. 36, 2, 18. *al.*]. Ivv. 1, 122 languida vel -s. Svet. Aug. 63, 2 dimittere. Iavol. dig. 28, 3, 15 habebat [Ivlian. dig. 49, 15, 22, 4]. *et saepe*). div. 1, 39 Dionysi mater . . ., cum -s . . . Dionysium alvo contineret (*in eadem re Val. Max. 1, 7 ext. 7* conceptum utero haberet. *cf.* Capitol. Alb. 5, 9 *fasciolas* mater -s paraverat. Amm. 14, 11, 22 eum se *matrem* per novem menses utero portasse -em). Cels. 2, 10, 3 mulieri . . . -i . . . viribus opus est (Plin. nat. 30, 128 viperam m. -s si transcenderit, abortum faciet [*syn.* gravida]. Ivlian. dig. 1, 5, 26 *si* capta sit. *al.*). Qvint. decl. 277, 9 ultra commune flagitium est -s adultera. Svet. Aug. 62, 2 Liviam . . . matrimonio . . . et quidem -em abduxit (*de eadem* Prvd. c. Symm. 1, 264 -s nova nupta iugatur). *al.* *pro homine ponitur eius qualitas*: Petr. Chrys. serm. 92, 4 -s et onerata canities *Sarrae* (*var. ll.* praegnata *et* praegnalis, *quam tuetur Olivar*).

C *locutiones praepositionales* (*sc. quasi adverbiales*): CIL XIV 4704c (*aet. Tiberii; v. p. 675, 8*) sine -o (CVRT. 7, 1, 20 TERT. carn. 6 l. 3 VLP. dig. 25, 3, 1, 11 PAVL. dig. 20, 4, 16. ITALA I Tim. 5, 21 [*v. p. 677, 17*]. *al., e. g. p. 677, 30 sqq.; cf.* absque -o: GELL. 2, 2, 7 RVFIN. Orig. princ. 2, 6, 6 LEX Burg. extr. 21, 2. *al.*). SVET. Iul. 23, 1 in -um ([*v. p. 674, 32*]. *item cum acc.*: VLP. dig. 5, 3, 5, 2 MARCIAN. dig. 48, 5, 34 pr. 49, 1, 5 pr. SYMM. rel. 48, 5 MAXIMIN. c. Ambr. fol. 302^{r}, 26. *al.; cum abl.*: MAR. VICTORIN. in Gal. 2, 6 ENNOD. epist. 3, 4, 4 p. 75, 9 CASSIOD. var. 3, 31, 1). COD. Iust. 2, 15, 2, 2 (*a. 439*) ad . . . -um (12, 57, 13 pr. [*a. 442*]. CONC.^{S} II 3, 3 p. 26, 13 [*gr. II 1, 3 p. 21, 22 εἰς πρόκριμα*]. OP. imperf. in Matth. 13 p. 704. *al.*).

deriv.: praeiudicialis.

ˢpraeiūdico, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* iudicare. GLOSS. -o: *προκρίνω*. -tus: ante iudicatus. -vit: argumentum opposuit. -antes: ante iudicantes. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 469 -tis: ante damnatis. *legitur novies apud* CIC., *singulis vel binis locis apud* BRVT., CAES. (*dub., v. l. 30*), LIV., APVL., *saepius apud iurisconsultos* (*inde a* POMPON.) *et inde a* TERT.; *deest poetis praeter* AVIEN. ora 35 DRAC. Romul. 5, 249. [*confunditur in codd. e. g. cum* praedicare IVL. VAL. 3, 29 HIL. in Matth. 16, 7. *al.* (*falsa var. l.* TERT. resurr. 18 p. 49, 9 HIL. ad Const. 2, 5, 2; *dub. trad.* CAES. civ. 2, 32, 11 [*def. Brown, Textual transmiss., 1972, 74*]; *e coni. vix recta* ARNOB. nat. 3, 33), praeindicare (*v. supra s. v.*). *vix sanum* IND. capp. bibl. codd. CT I Petr. p. 270, 10 W.-Wh. *Christus* -turus est vivos et mortuos (*ad I Petr. 4, 5* paratus est iudicare); *nisi per contaminationem quandam referatur ad eum, qui 'iudicando praeest', aut compos. pro verbo simplici positum putetur.*]

I *usu originario i. q. antea (sc. praemature vel ante aliud iudicium) iudicare, decernere, praeiudicium facere, praeiudicio afficere sim.* (*disting.* iudicare *saepius, e. g. l. 44. 47. p. 679, 39. 40. 41. 62; accedit* ante HIER. in Am. 6, 12–15 l. 435, antea VICT. VIT. 2, 1, *cf. e. g. syn.* praedamnare *p. l. 69 et p. 679, 35*, praescribere *p. 681, 4. 54* praesumere *p. 681, 64*): **A** *exempla, quae ad ius vel rem iudiciariam pertinent*: **1** *sc. ad ius, iudicium hominum*: **a** *praevalente notione temporali*: *α actio -andi fit iudicio* (*sc. causa vel actione coram iudice peracta*): CIC. inv. 2, 60 quare, dum de ea *re* iudicatur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, -etur (*ad rem v. p. 674, 40. item pendet praepos.* de: Verr. II 3, 153 de hoc *homine* [*disting.* iudicarit]. Cluent. 124. 172 de hoc *Cluentio*. SCHOL. Cic. Bob. p. 92, 19 frequentissime. p. 162, 18 quo damnato . . . de Plancio -tum. SCHOL. Cic. Gron. A p. 346, 1 de criminibus legati *Verris* absoluto Charidemo). Cluent. 49 ut re semel atque iterum -ta condemnatus in iudicium venerit *Oppianicus* (Rab. Post. 32 dictis testium recitatis quasi -ta res ad has causas deferri solet). *β actio -andi fit alio modo*: CIC. Cluent. 6 iudices . . ., ut ne quid huc -ti adferatis (-dicii *var. l.; postea*: iudicia iam facta domo. *item p. p. p. neutr. pro subst.* LIV. 26, 2, 4 ne id ipsum, quod consultationi *senatus* reliquerant, pro -to ferret). leg. 3, 47 de . . . iis *magistratibus* censores -ent. BRVT. Cic. ad Brut. 11, 2 W. quod . . . nondum senatus censuit . . ., id adroganter non -o neque revoco ad arbitrium meum. APVL. apol. 48, 12 quam *rem* tu (*proconsul*) iam -asti neque culpae neque crimini confinem. 54, 5 si accusatum *venisti*, tute argue, quae dicis, si interrogatum, noli -are, quid fuerit, quod ideo te necesse est interrogare, quia nescis. TERT. scorp. 6 p. 157, 12 praescribis deo, quibus temporibus aut modis . . . iudicet, quasi non et -are iudici congruat. CYPR. epist. 26 p. 539, 12 quae res cum omnium nostrum . . . sententiam spectet, -are ego et solum mihi rem communem vindicare non audeo. HEGES. 1, 41, 9 nemo *e iudicibus filiorum Herodis* examinare audebat, quod a patre arguebatur . . .; -bat pietatis species, *quam pater prae se ferebat* (*item anticipatur damnatio*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 20 p. 650 ne quid de me -es [*gr. 1, 621 προκατεγνωκέναι, cf. Heges. 1, 44, 6* praedamnatum]. BOETH. cons. 1, 4, 14 W. -tae accusationis poena. CASSIOD. hist. 7, 40, 31 o multa inhumanitas iudicantis magisque -antis! [*Theodoret. 4, 22, 29 καταχρίναντος*]. LEX Visig. app. 10). *al. adiecimus per prosopopoeiam quandam* (*sc. obi. est res corp. pro pers.*): Ps. VICT. VIT. pass. 5 ecclesias, -tis venerabilibus portis, caementis ingentibus claudi mandavit *rex Vandalorum* (*ad sensum praedamnandi cf. l. 67; aliter Halm in indice; fortasse corruptum*).

b *magis respicitur deminutio iuris* (*praecipue quae metuenda est ordine iudiciorum turbato; afficitur vel iudicium futurum vel iudicaturus vel iudicanda res vel pers., quae indicantur fere per dat.* [*additum sive sec.* praescribere *sive sec.* obesse, nocere], *de quo v. sub IIIB2; huc collegimus selecta quaedam potiora; saepissime in enunt. negatis*): *α in iure civili*: POMPON. dig. 49, 14, 35 ne publicae causae -etur (*cf.* VLP. dig. 47, 8, 2, 1 neque debet publico iudicio privata actione -ari [*sim.* PAVL. dig. 47, 10, 6]. 47, 10, 7, 1 privato iudicio legi. COD. Iust. 11, 30, 1 [*imp. Carac.?*] actionibus *rei publicae*. CASSIOD. var. 2, 30, 1 non -at iuri

[Friis-Jensen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

publico personalis exceptio. Cod. Iust. 9, 31 rubr. civilis actio criminali). Vlp. dig. 3, 3, 27 pr. quae invito te acta sunt, tibi non -ant (*cf.* Cod. Iust. 7, 14, 8 [*a. 293*] pactum ... *non* his, qui transactioni non consenserunt, quicquam -are potest. Gaivs epit. 2, 9, 20 quod extra mandatum egit *mandatarius*, non -at mandatori). 11, 1, 6, 1 ne ... negando se heredem -et sibi (*cf.* Interpr. Gai 50 si *heres* ... dixerit se nolle esse heredem, nihil ei -ar⟨i potest⟩). 27, 8, 1, 9 (*ex rescr. Hadr.*) conventiones pupillo non -are (*cf. l. 3 et* Novell. Valent. 8, 1, 4 non -antibus contractibus). 37, 10, 3, 11 ut non condicioni *filii* ... -etur (Cod. Iust. 9, 20, 11 [*a. 293*]. *item spectat ad statum hominis*: Pavl. sent. 5, 1, 1 statui ingenuitatis. 5, 1, 2 veritati et origini ingenuitatis. 5, 1, 3 ingenuitati [*al.*]. Interpr. cod. Theod. 4, 8, 6 libertati [*sed cod. Theod.* obesse]. *sim. al.*). 48, 2, 7, 2 res inter alios iudicatae alii non -ant (*similiter*: Macer dig. 42, 1, 63. *cf.* Cod. Iust. 7, 56, 4 [*a. 294*] nec ... res inter alios actas absenti -are). Cod. Theod. 2, 11, 1 advocatorum errores in competenti iudicio litigatoribus non -ant (*cf.* Interpr., *ubi subi.* advocatus). *et saepe. huc fortasse*: Drac. Romul. 5, 249 dives -at urbi et ... iura *plebis* negat. **β** *in iure, iudicio sim. ecclesiae*: Conc. Carth. a. 411 (Corp. Christ. 149A) ind. capp. 3, 370 *concilium* Caeciliano absenti -are non posse. 3, 371 nec causa ⟨m⟩ causae nec persona ⟨m⟩ -are personae (*eadem formula*: Avg. coll. c. Don. 3, 16, 28 p. 77, 32 adv. Don. 3, 3 p. 100, 2. *et saepe in hoc libro.* epist. 141, 6. 173, 7 serm. 164, 9, 13. *al.*). Reg. eccl. Carth. (Corp. Christ. 149) p. 225 l. 1466 non ei *episcopo ex Donatistis converso* -et praefinitum tempus *eqs.* Conc. Carth. a. 419 (Corp. Christ. 149) p. 92 l. 95 nec vestra sanctitas -at ecclesiae Romanae ... de hoc capitulo *eqs.* Leo M. epist. 12, 5 non -antes apostolicae sedis statutis. 45, 2 (Conc.^{s} II 4 p. 24, 17) *per vim in synodo gesta* sacramentis ecclesiae et ipsi symbolo ... -are non posse. 144 (*ibid.* p. 138, 35) synodo. *al.* Conc.^{s} II 3, 1 p. 113, 21 (*gr. II 1, 1 p. 132, 6 προκρῖναι, altera vers. II 2, 1 p. 9, 7* praeiudicium non facere). *al.*

2 *sc. ad ius, iudicium divinum (quo iudicant deus, sancti sim., maxime praedamnando, fere ante iudicium q. d. ultimum)*: **a** *varia quaedam*: Tert. cult. fem. 1, 2 l. 45 nisi ... hic iam -verimus res eorum *angelorum malorum* praedamnando, quas in illis tunc damnaturi sumus (*spectat ad I Cor. 6, 3* iudicabimus). monog. 13, 6 adulterii -at *Paulus* te post mortem mariti alii nubentem. scorp. 14 p. 177, 17 *potestates terrenae quasi ministrae* divini iudicii hic etiam de nocentibus -antis. Cypr. epist. 55, 18 p. 636, 13 *non* -amus domino iudicaturo, quominus *eqs.* (*cf.* Pacian. epist. 1, 7 p. 24 ut iudicaturo Christo nemo -et). Favst. Rei. grat. 2, 6 p. 73, 15 divina providentia sicut novit iudicare de gestis, ita adhuc gerendis nescit -are. **b** *respicitur praedamnatio quaedam, quae ipsa impietate sim. efficitur (plus minus pendet e psalm. 1, 5* non resurgunt impii in iudicio *et Ioh. 3, 18* qui ... non credit, iam iudicatus est; *perf. pass. praeter* Val. Cem.): Hil. in psalm. 1, 23 *impios* -tos impietas facit (*item affertur versus supra cit. aut alter aut uterque*: Zeno 2, 21, 1 [1, 35, 3 L.] impietate -ti sunt. Hier. in Ier. 30, 10/11 in interitum [*cf.* adv. Pelag. 1, 28 in perditionem. tract. in psalm. I p. 8, 10 ad poenam]. in psalm. 1 p. 6, 1. Greg. M. moral. 26, 50 infidelitatis suae tenebris). Oros. hist. 7, 39, 14 vel incredulitate vel inoboedientia (*de Romanis*). Val. Cem. hom. 6, 8 p. 712^{D} *otiosi sermonis libertas* in examinatione futuri iudicii -at sanctitati. Fvlg. Rvsp. rem. pecc. 1, 6, 1. 2, 13, 1 -tus non carnis caecitate, sed cordis.

B *sine respectu iuris vel iudicii*: **1** *praeiudicium fit arbitrio censentis, decernentis, statuentis sim. (sc. ante explorationem, probationem vel exspectatione prius vel priore cognitione adducente; attulimus paucissima selecta; de notionibus coniectandi sim. et destinandi sim. v. p. 680, 81. 681, 2)*: Cic. nat. deor. 1, 10 tantum opinio -ta *Pythagorae* poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas (*cetera v. p. 680, 64*). Tert. anim. 8, 5 quod aquila *solem spectans* confiteatur, neget noctua, non tamen -ans aquilae. 43, 8 aemulas somno valetudines ... praeter naturam iudicando naturalem (*acc. praedic.*) somnum -verunt *medici.* adv. Prax. 2 p. 229, 23 ne videatur ... perversitas non examinata, sed -ta damnari (*inde similiter* Greg. Ilib. fid. 4, 18). Chalc. comm. 348 iam dudum ... et ab ineunte aetate -vimus omne, quod sit, corpus esse. Hil. coll. antiar. p. 101, 5 opus ... dissimulatione multorum ac metu -tum. Gavdent. serm. 18, 18 G. quid super eo sentiam, ... narrabo, nulli -turus, qualiter interpretari voluerit (*cf.* Ambr. parad. 5, 27 nec mihi -at Symmachi interpretatio). Avien. ora 35 -tae auctoritatis *Sallustii* (*alia v. p. 680, 67*). *et saepius.*

2 *praeiudicium fit actione vel statu, quibus aliorum status vel actio decernitur, destinatur sim.*: **a** *in bonam vel neutram partem; respiciuntur*: **α** *varia (actiones, res, condiciones)*: Liv. 42, 61, 4 (*Perseus exercitum alloquitur post victoriam*) -tum eventum belli habetis. Tert. fug. 4, 2 non sensus hominis -at statui rerum, sed status sensui; status enim ... dat sensui legem ita sentiendi statum, sicut est. adv. Marc. 1, 7 p. 298, 26 si communio nominum condicionibus -at, quanti nequam servi regum nominibus insultant Alexandri et Darii. 1, 19 p. 314, 17 -ant tempora, quod sub Antonino primum processit, sub Tiberio non processisse. Ivl. Val. 3, 29 nec nos aestimes ex colore *cutis*; quippe cui animi liberalis species intuenda est, ⌊non satis⌋ (nostratis *Ausfeld, Rhein. Mus. 52, 1897, 564*) corporis forma -at (*intellegas fortasse: 'corporis forma non est praeiudicium satis probabile'*). Ambr. epist. 7, 13 F. nihil ... -at pecunia, ... nihil tabulae auctionales ...; contractus non ... sapientiae libertatem adimit. Pelag. in Col. 3, 11 apud deum non -at sexus vel genus vel patria vel condicio, sed conversatio sola. Avg. c. Parm. 3, 5, 26 p. 133, 23 per istam vanitatem -verunt sibi, ut *eqs. al.* **β** *exempla et sententiae ex quibus quid sequitur*: Tert. anim. 57, 12 in resurrectionis exemplis ... solida ... veritate -tum est hanc esse formam veritatis *eqs.* (*item saepius sec. sacr. script., e. g.* bapt. 12 p. 211, 3 cum Paulus solus ex illis *apostolis* baptismum Christi induerit, ... -tum esse de ceterorum periculo *eqs.* carn. 7 l. 2 *nativitatem* ut -antem de carnis in Christo veritate. Ps. Cypr. singul. cler. 23 mihi de sanctorum exemplo. Ambr. Iob 3, 10, 27). coron. 3 l. 10 negabimus recipiendam *traditionem non scriptam*, si nulla exempla -ent aliarum observationum. Avell. p. 24, 19 de similibus -tum est *eqs.* (*sc. per exemplum Zosimi*). *in sermone gramm. spectat ad ea, quae iam pridem probata ad alia probanda afferuntur*: Serv. auct. Aen. 2, 324 'diecula' nihil -at *de genere vocis q. e. dies*, quia multa deminutiva recedunt a nominibus primae positionis. Avg. quaest. hept. 4, 28 (*de notione vocis q. e. 'visio'*) aliud loquendi consuetudo -vit (*cf.* Consent. gramm. p. 3, 9 N. metaplasmus ... ille est, qui ex vetere scriptorum auctoritate -tae consuetudinis ratione profertur).

b *in malam partem, sc. magis cum respectu officiendi, obstandi, impediendi (in enunt. negativis praeter l. 25 s]. nec non 33)*: **α** *generatim*: Veg. mil. 3, 8 nec utilitati -at forma *castrorum.* Ambr. Iob 2, 3, 9 non -at contumelia bonae conscientiae *Iob.* 3, 5, 14 patientia dei non -at veritati (Heges. 2, 12, 1 p. 164, 9. Ps. Avg. quaest. test. I 84, 3 *fallacia* quasi antiquitate -ans veritati [*sim. nisi ad a trahendum* I 114, 24]). Hier. adv. Iovin. 2, 17 virginitati verae non -at imitatio virginum. Pelag. in Gal. 2, 6 nec tempus -at fidei nec persona labori (Consvlt. Zacch. 1, 18 p. 21, 32 iustitiae ... aut f. Fvlg. Rvsp. epist. 14, 16. c. Fastid. 14, 2 catholicae). in I Tim. 5, 21 ut nulla illi res -et ad ista servanda. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 70 p. 943^{B} non -bat locus. Regvla mag. 90, 74 *vestes* nihil tibi -ant apud nos. *al.* **β** *speciatim in doctrina trinitatis, naturarum Christi sim.*: Favstin. trin. 5, 4 fac enim verbum dei factum esse dominum et Christum: quid hoc -at eius substantiae? Ambrosiast. in Rom. 9, 5, 4 nihil ... -bitur (-andum *rec. a*) deo patri, cum adoratur Christus ut deus. Ps. Avg. quaest. test. I 97, 8 non -are uni deo personam filii. I 122, 12. 125, 9. Leo M. serm. 65, 1 *in persona Christi* nec divina ... humanis -ant nec humana divinis (*inde* epist. 124, 6 [Conc.^{s} II 4 p. 161, 28]). *al.*

II *usu sec. προκρίνειν novato*: **A** *apud medicos, qui voce q. e. (προ)κρίνειν crisin q. d. maturatam vel adductam significant (aliter p. 681, 22)*: Cael. Avr. acut. 2, 19, 116 nisi intra id tempus fuerit aegritudo -ta (*i. prius in discrimen adducta; gr. Hippocr. acut. 25 p. 121, 19 K. προκριθῇ*). **B** *sec. notionem q. e. praeferre (dubites fueritne interpres sibi conscius an erraverit)*: Conc.^{s} I 3 Rustic. p. 165, 37 neque propter bonum colorem -es naturam (*i. praeferas solem homini; gr. I 1, 2 p. 78, 14 προκρίνῃς, vers. Tur.* praeponas).

III *appendix structurarum (neleximus subi., quae non modo hominem vel deum iudicantem significant [inde a* Cic. Verr. II 3, 153 leg. 3, 47 Brvt. Cic. ad Brut. 11, 2 W. Apvl. apol. 48, 12. 54, 5; *animal* Tert. anim. 8, 5], *sed etiam res, per quas praeiudicium adfertur [inde a* Papin. dig. 48, 5, 12, 9 crimen. Vlp. dig. 27, 8, 1, 9 conventiones. *et saepius, v. maxime sub IB2]; at saepe adhibetur pass. nec agente nec re destinante indicatis)*: **A** *usu transitivo*: **1** *pro obi. ponitur id (is), de quo iudicatur, decernitur sim. (saepe p. p. p.)*: **a** *-antur res*: **α** *quaelibet (fere quolibet modo; obi. enunt. interrog.* Apvl.): Cic. Cluent. 49 re semel atque iterum -ta (Rab. Post. 32 Tert. cult. fem. 1, 2 l. 45). Brvt. Cic. ad Brut. 11, 2 W. id. Apvl. apol. 54, 5 -are, quid fuerit. Tert. resurr. 5 p. 31, 27 nec idcirco restitutio mundi -bitur, quia *eqs.* Cod. Iust. 7, 14, 14 (*a. 294*) status ingenuae ... -ari nulla ratione potest. Hil. coll. antiar. p. 101, 5 opus ... dissimulatione multorum ac metu -tum. Cod. Theod. 11, 10, 2, 1 causam ... -are decretis (Lex Visig. app. 10 *de iudice corrupto*). *al.* **β** *bona, excellentia (quorum antea constat aestimatio, cf. bγ; non nisi p. p. p. vergens in usum pro adi.)*: Cic. nat. deor. 1, 10 tantum *Pythagorae* opinio -ta poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas (Hier. epist. 119, 11, 1 -ta doctoris o. Phoebad. c. Arian. 28 l. 20 D. -tae o. auctoritas. *aliter p. 681, 62*). Hil. in Matth. 16, 7 *Petri in caelo* -ta auctoritas (Avien. ora 35 Hier. in Gal. prol. p. 307^{B} Cassian. conl. 2, 13, 3 Clavd. Mam. anim. 1, 1 p. 21, 14. 1, 4 p. 37, 17). Symm. or. 1, 3 -ta bona in examen vocare (*cf. l. 77*). Consent. gramm. p. 3, 9 N. -tae consuetudinis ratione. Rvstic. epist. ad Eucher. p. 199, 8 -ti eloquii poetam *Vergilium* (*cf. p. 681, 25*). **γ** *mala, crimina (sc. damnando)*: Tert. adv. Prax. 2 p. 229, 23 perversitas ... -ta (*v. p. 679, 63*). Avg. c. Cresc. 4, 16, 19 p. 519, 18 -tis criminibus (c. Petil. 3, 16, 19 p. 177, 8). **δ** *additur alter acc. (quo indicatur, quali aestimatione quid censeatur)*: Apvl. apol. 48, 12 quam *rem* tu iam -asti ... crimini confinem. Tert. nat. 1, 1, 6 bonum -ari *aliquid* (*sim.* apol. 1, 10 *rec. prior; vix ad β*). anim. 43, 8 *p. 679, 61.* adv. Hermog. 1, 1 *posteriores* doctrinae haereses -buntur. resurr. 25 p. 61, 19 ut illa *resurrectio* corporalis -etur. scorp. 2 p. 147, 9 satis optimum -bitur, quod *eqs.* **ε** *additur causa (origo) praeiudicii per praepos.* de (*respicitur fere coniectura, conclusio sim.*): Tert. nat. 1, 4, 10 cum sit humanius occulta manifestis adiudicare quam manifesta de occulto -are (*sim.* apol. 3, 2 *v. p. 530, 72*). anim. 2, 2 de certis incerta (resurr. 21 p. 54, 3). 15, 6. 36, 3. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 23 de

[Friis-Jensen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

humanis divina. praescr. 21 l. 16 doctrinam de mendacio. 34 l. 29 de aetate *haereses.* ζ *additur is (id), cui quid adiudicatur, destinatur, per dat.*: TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 428, 26 ei -ans vitiationem (*antea*: praescribens). resurr. 53 p. 112, 4 carni distinctionem -vit (-bit *Kroymann*). adv. Val. 29 p. 205, 4 *genus humanum* certae saluti -tum. IVL. VAL. 2, 29 p. 100, 3 haec ... meae -veram possessioni. PS. VIGIL. THAPS. trin. 5, 9 cur -as ei? (*sc. patri sempiternitatem; 8* adscribis).

b *-antur homines (res per prosopopoeiam v. p. 678, 72, in comparatione l. 13)*: α *qui damnantur (accedit gen. criminis* TERT., *abl. l. 12. 13. p. 679, 50. 53; additur poena p. 679, 48)*: TERT. monog. 13, 6 adulterii -at te *apostolus.* HIL. in psalm. 1, 23 *impios* -tos impietas facit (*sim.* ZENO 2, 21, 1 [1, 35, 3 L.] iam sua impietate -ti sunt). OROS. hist. 7, 39, 14 incredulitate ... -tae *paleae (i. Romani). al.* β *qui quolibet modo iudicantur*: CEREAL. 19 p. 766[A] hominibus non -tis (*sc. ex ordine nominum non potest iudicari de dignitate*), taxatio cur deo praeiudicium infert? γ *quorum antea constat definitio vel aestimatio (cf. aβ)*: RVFIN. apol. Orig. epil. 6 de -tis iam catholicis (*i. quos cath. esse per praeiudicium constat; vix recte Simonetti in indice intellegit notionem q. e. praedictus; item ibid.* 8). HESYCH. in lev. 4 praef. p. 927[D] -are ... quodammodo eos, qui ex parte leprosi sunt (*sententias aliter iungit ed.; huc traximus coll. opp.* mundum dicit). THEOD. PRISC. log. 116 -tis ... iam tempore ... podagricis (*dist.* manifestis; *intellegimus: quos pod. esse ex signis ante cognitionem certiorem oblatis concluditur*). *inde superl.* -tissimus *i. q. optime notus sim. (sc. quem optimae existimationis esse constat)*: SIDON. epist. (carm. 22) 6 vir ille -tissimus *Statius (cf. p. 679, 70. 680, 71).*

2 *pro obi. est ipsa sententia iudicantis, quae indicatur per*: **a** *neutr. pron. (accedit* de CIC., PS. RVFIN., adversum TERT. pudic.): CIC. Cluent. 124 nihil de illo ... secus esse existimatum, nihil denique -tum (TERT. pudic. 11 p. 241, 11 adversum nos. SERV. auct. Aen. 2, 324 AMBR. epist. 7, 13 F.). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 20 p. 650 ne quid de me -es (*v. p. 678, 68*). AVG. quaest. hept. 4, 28 aliūd (*i. aliam explicationem*). CONC. Araus. a. 441 (Corp. Christ. 148) l. 9 quidquam. *accedit dat. (sc. rei vel pers., cui per iudicium praevenitur)*: VLP. dig. 25, 3, 1, 15 nihil -are filio (*item dat. pers.*: TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 592, 1 nobis. MACER dig. 42, 1, 63 scientibus. COD. Iust. 7, 14, 8 [*a. 293*] his. AMBROSIAST. in Rom. 9, 5, 4 deo patri. *al.*). 43, 5, 3, 6 nec -atur aliquid legi Corneliae (*item dat. rei*: COD. Iust. 11, 30, 1 [*imp. Carac.?*] actionibus ... nihil. 7, 10, 4 [*a. 260*] dominio tuo nihil. AVG. adv. Don. 18, 24 p. 123, 4 *causa eius* causae meae nihil -at. CONC.[S] II 3, 1 p. 223, 4 sensui [*gr. I 1, 7 p. 107, 10 λυμαίνεται, altera vers. I 5 p. 105, 28* nocet]. *al.*). **b** *acc. c. inf. (inf. solum* HIER.; *accedit* de TERT. anim., AVELL.; *cf. acc. dupl. sub 1aδ)*: TERT. nat. 2, 3, 2 *ut* iam hinc -tum sit deos elementa non esse. apol. 1, 9 -ant id esse *eqs.* 4, 5 -atur licere, quod bene fit (*vix cogites de nom. c. inf.*). anim. 9, 1 haec condicio ... de ceteris accidentibus ... -bit ... haec adesse *eqs. et saepius apud eundem.* CHALC. comm. 348 -vimus omne, quod sit, corpus esse *eqs.* HIER. adv. Rufin. 2, 23 p. 447[A] nullis -ans ... illa suscipere. PHOEBAD. c. Arian. 19 l. 8 D. AVELL. p. 24, 19 de similibus -tum est nihil illis prodesse, quod ... perseverant. **c** *per enunt. (accedit fere dat. iudicantis; vix addas* HIL. trin. 12, 52 HEGES. 2, 1, 2 p. 130, 13 AVG. c. Parm. 3, 5, 26 p. 133, 23 *vi potius consecut.*): CYPR. epist. 55, 18 p. 636, 13 *non* -amus domino iudicaturo, quominus ... faciat (69, 12 p. 760, 17 nemini. 73, 26 p. 798, 10 nemini praescribentes aut -antes. PACIAN. epist. 1, 7 p. 22 deo [AVG. c. Parm. 2, 1, 2 p. 45, 1]). GAVDENT. serm. 18, 18 G. nulli ... -turus, qualiter interpretari voluerit (*cf.* HIER. in Am. 6, 12–15 l. 435 qualem debeat ferre sententiam). LEO M. epist. 19, 1 subiectio ... consciis ... -are non poterit, ut ... minuerent dignitatem. VICT. VIT. 2, 1 ne ... fierent conventus *eqs.*

3 *pro obi. est ipse iudicans (sc. qui iudicio praecedente occupatur, tenetur sim.; non nisi p. p. p. de rebus ad homines pertinentibus)*: IVL. VAL. 1, 23 p. 33, 10 cum rem non ex opinione -ta fecisset (CASSIAN. conl. 12, 8, 3 ante -ta. *aliter sub 1aβ*). RVFIN. apol. Orig. praef. 1 l. 11 praesumpto vel -to animo (Clement. 1, 67, 6. Orig. princ. 1, 6, 1 iam -tum et praeventum. AVELL. p. 373, 12). CASSIAN. conl. 12, 8, 2 -tis inexpertorum definitionibus. PETR. CHRYS. serm. 131, 5 iudicium cordis nequitia -ta confundit.

B *usu intransitivo (vel absolute; saepe pass. impers.)*: **1** *accedunt praepos.*: de *(cf. l. 28. 42. p. 680, 83. 682, 19)*: CIC. inv. 2, 60 *v. p. 678, 44, ubi et alii loci; adde*: leg. 3, 47 de ... iis *magistratibus (item de hominibus*: TERT. scorp. 14 p. 177, 17 de nocentibus. HIER. in psalm. 1 p. 6, 1 de his *impiis.* AVELL. p. 14, 25 de sectatoribus). TERT. bapt. 12 p. 211, 3 de ceterorum periculo. carn. 7 l. 2 de carnis ... veritate. adv. Hermog. 6, 3 de reliqua comparatione. ieiun. 9 p. 284, 13 de inferioribus ... operationibus. in *c. acc.*: TERT. spect. 3 p. 5, 25 in ... gentem peccatricem. in *c. abl.*: HEGES. 2, 1, 2 p. 130, 13 in pecuniariis negotiis. LEO M. epist. 80, 4 (Conc.[S] II 4 p. 40, 17) ⌊ei⌋ in aliquo (⌊ ⌋ *om. E*).

2 *accedit dat.* (*sc. rei vel personae, cui praeiudicium adfertur vel cuius incommodo praeiudicium fit [cf. etiam l. 34]; unde plerique notionem nocendi vel impediendi statuerunt, cf. e. g. syn.* nocere *l. 41,* obesse *p. 679, 13, opp.* prodesse COD. Iust. 8, 39, 4, 2 NOVELL. Iust. 48, 1, 1): **a** *rei*: α *-atur ipsi iudicio, actioni, legi sim.*: POMPON. dig. 49, 14, 35 publicae causae (*sim. al., v. p. 678, 81 sqq.*). COD. Theod. 8, 4, 28 pr. vetustae consuetudini. LEO M. epist. 12, 5 statutis. *al.* β *-atur rei iudicandae*: CALL. dig. 4, 1, 4 maiori rei vel summae (HIL. syn. 85 p. 538[B] sanctis rebus). VLP. dig. 37, 10, 3, 11 condicioni (*similia v. p. 679, 9 sqq.*). MACER dig. 42, 1, 63 petitioni. TERT. castit. 9 l. 31 secundo matrimonio recusando. fug. 4, 2 (*v. p. 679, 75*). *et saepe.*

b *animantis (fere hominis; animalis et rerum ad homines pertinentium v. sub β)*: α *eius, de quo iudicatur*: PAPIN. dig. 48, 5, 12, 9 non utique crimen adulterii *matris* ... infanti -at. VLP. dig. 3, 3, 27 pr. quae invito te acta sunt, tibi non -ant. 27, 8, 1, 9 (*sec. rescr. Hadr.*) conventiones pupillo non -are. 42, 1, 15, 4 debitori (*cf.* MOD. dig. 4, 4, 29, 2 creditoribus). *al.* PAVL. sent. 5, 1, 4 defendenti. *et saepe.* β *eius, qui postea iudicaturus (decreturus) est*: TERT. anim. 8, 5 noctua ... aquilae (*v. sub IB1*). resurr. 48 p. 98, 23 sensui (*v. etiam p. 679, 75*). PACIAN. epist. 1, 7 p. 24 iudicaturo Christo (*v. etiam p. 681, 52. 55*). AMBR. parad. 5, 27 mihi. AVG. c. Cresc. 4, 34, 41 p. 540, 25 quod eis *Donatistis* non -ent verba laici sui. epist. 140, 32 ingenio. 173, 9 de cuius persona ... ecclesiae *-ant* (*item accedit* de: CONC. Carth. a. 419 [Corp. Christ. 149] p. 92 l. 95 de hoc capitulo. IVLIAN. in Iob 12, 1). *al. additur res, cui praeiudicium obstat, per* ad *c. gerund.*: PELAG. in I Tim. 5, 21 *v. p. 680, 29.*

3 *omittuntur talia additamenta*: TERT. virg. vel. 6, 4 illud ... -et (*sc. de appellatione*) ..., a quo forma (*i. significatio vocis*) descendit. COD. Iust. 1, 14, 3, 1 (*a. 426*) interlocutionibus ... non in commune -antibus. *al., v. e. g. p. 678, 63. 66, 71. 679, 9. 680, 2. 12.*

part. praes. praeiūdicāns, -antis *pro subst. masc. v. p. 678, 71.*

p. p. p. praeiūdicātus, -a, -um *usurpatur hic illic fere pro adi., v. maxime p. 680, 63. 681, 61 et e. g. p. 681, 17; superl.* -tissimus *v. p. 681, 24. neutr. sing.* -um *pro subst. v. p. 678, 54.*

deriv.: praeiudex, praeiudicabiliter, praeiudicatio, praeiudicatorius, praeiudicium.

compos.: impraeiudicata (GLOSS.; *interpretamentis non prorsus fiducia dignis, ut et de formatione et de notione dubitari possit*).

Friis-Jensen.

praeiungo, -iūnxī, -iūnctum, -ere. *a* prae *et* iungere. *i. q. ante iungere, praemittendo iungere sim.*: SACERD. gramm. VI 471, 3 'a' littera terminatus nominativus singularis sive pura sive aliqua consonanti -ta (*Prob. cath. gramm. IV 6, 26* iuncta). SERM. Bibl. Cas. III 117 *Iohannes ante Iesum nascetur*; oportet enim -ere militem, oportet praecedere ordinatorem *eqs.* (*sed Migne gr. 50, 793 προφθάσαι*).

praeiūrātio, -ōnis *f. derivatum verbi, quod a script. antiq. non traditur, a* prae *et* iurare *compositi. i. q. actio ante alios iurandi (technice in re militari; ad rem cf. Polyb. 6, 21, 1 sqq.)*: PAVL. FEST. p. 224 -es facere dicuntur hi, qui ante alios conceptis verbis iurant; post quos in eadem verba iurantes tantummodo dicunt: idem in me.

[praeiuvo, *verbum* a prae *et* iuvare *compositum, vix recte tradi videtur* TAC. hist. 3, 65, 1 *Flavius Sabinus* credebatur adfectam eius *Vespasiani fratris* fidem -isse domo agrisque pignori acceptis (parce iuvisse *Halm. alii alia*).] *Bk.*

praelābor, -psus sum, -ī. *a* prae *et* labi. GLOSS. *v. p. 692, 42. legitur inde a* CIC. Arat., VERG., SEN. nat. [*confunditur in codd. cum* per-, pro-, praeterlabi, *quod infra notavimus; dub. vel falsa var. l. pro* praelambere *v. infra s. v.*, prol- CIC. Arat. 126; *e coni. vix recta*: OBSEQ. 59 ripae ⌊labentis⌋ fluminis in aquam provolutae (⌊ ⌋ *trad.*, praela- *Jahn et edd. rec.*; lambentis *temptaverimus coll. vol. VII 2, 900, 60, cf. et ibid. l. 57*).]

1 *proprie de motu corporeo, sc. vi praeverbii locali sive intrans. i. q. ante labi, sive trans. i. q. ante labendo offendere, tangere sim.*: **a** *-untur animantia, stellae, naves, quae labuntur*: α *ante alium sequentem vel loco quodam commorantem*: CIC. Arat. 12 Pisces, quorum alter paulo -itur ante (*gr. 240 ἕτερος προφερέστερος ἄλλου, Avien. 548* consurgit ... celsior). TAC. hist. 2, 35, 1 (*alteram Padi ripam Othoniani, alteram Vitelliani tenent*) erat insula in amne medio, in quam gladiatores *Othonis* navibus molientes, Germani *Vitellii* nando -bantur; ac forte plures transgressos *Germanos* ... Macer adgreditur (*si recte intellegimus ante utrumque exercitum ripa commorantem quosdam hostem temptaturos quasi praecessisse; de aliis explicationibus v. Heubner, Gymnasium 62, 1955, 105 sqq., qui ipse minus probabiliter vim praeverbii ita explicavit ut Blase supra p. 611, 64*). APVL. Socr. prol. 4 p. 109 corvus et vulpes ... offulam simul viderant; ... ales bestiam praevenit et secundo flatu ... -itur et anticipat. β *ante locum quendam*: VERG. georg. 3, 180 Alphea rotis -i flumina Pisae et ... currus agitare. VAL. FL. 2, 580 *carbasus* litora ... et ... tumulos -itur Ili. γ *in summa parte rei suppositae*: AVIEN. ora 380 ut planiore texerent fundo rates, quo cymba tergum fusior brevius maris (mare *trad.*) -retur. CLAVD. rapt. Pros. 2, 162 *Pluto inferos relinquens gigantem* Enceladum calcabat equis: ... sulphureo -itur orbita dorso (prol-, *quod defendit Hall 1969 ad l.*, perl-, del- *var. ll.*).

b *-untur flumina, vapor (quae labuntur ante loca vel quaedam in loco manentia, ut subluceat notio praeverbii q. e. praeter; cf aβ)*: α *intrans.*: SEN. nat. 3, 24, 3 *aqua* frigida transitu *vaporis* mutatur in calidam nec ⌊tradit⌋ saporem evaporatio, quia clausa -itur (⌊ ⌋ *Gronovius,* trahit *codd.*; trahit ... e vaporario *sec. alteram Gronovii coniecturam edd. fere omnes, sed vaporem -i indicant verba antecedentia*: per

[Friis-Jensen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tubos lapsus *spiritus*). LVCAN. 4, 13 super hunc *collem* ... surgit Ilerda ...; placidis -itur undis ... Sicoris *amnis*. 9, 355 quam *paludem* ⌊iuxta⌋ Lethon ... -itur amnis (⌊ ⌋ *nisi adv., ut ad β pertineat*). AVSON. 288, 6 p. 146 P. procurrunt moenia *Trevericae urbis* ...; largus tranquillo -itur amne Mosella (perl- *var. l. ut loco simili* 296, 3 p. 150 per ... latus *Tolosae* pulchro -itur amne Garumna). Mos. 33 *amnis* placidis -sus aquis (prol- *ed. Ugoleti*). IORD. Get. 208 rivulus memorati campi humili ripa -ens. *de* ALC. AVIT. carm. 1, 293 *v. infra l. 58.*

β trans. (*item sunt trans. l. 19. p. 682, 72 sq. 75, fortasse l. 3, vix p. 682, 71*): SEN. nat. 4, 2, 4 *Nilus* harenas *quasdam* ... -itur. LVCAN. 6, 76 -sus (de- *var. l.*) moenia *Romae* Thybris. SOL. 37, 2 *Euphrates* -ens plurimas gentes. AVIEN. ora 251 quod *flumen* ... Vasconas -itur.

2 *in imagine et translate, sc. vi praeverbii deflexa vel evanescente*: **a** *fere i. q. labendo praeterire* (*cf. quae ad 1b monuimus*): COLVM. 11, 1, 29 -entis ... temporis fuga quam sit inreparabilis, quis dubitet? (*postea*: praetermissas ... horas). PETRON. 99, 3 ira ... feras quidem mentes obsidet, eruditas -itur. SYMM. epist. 1, 14, 2 (*ad Auson., cf l. 6*) volitat tuus Mosella per manus ... multorum ... a te versibus consecratus, sed tantum nostra ora -itur (praeter- *var. l.*). **b** *fere i. q. labendo procedere* (*intercedente quadam confusione cum praeverbio* pro): ENNOD. epist. 5, 2, 2 p. 125, 6 concordat scientiae cursus et fluminum, per consuetos alveos et dicendi unda -itur (7, 19, 4 p. 188, 1 per alveum suum Romanae eloquentiae u. -itur). 7, 21, 1 p. 189, 6 in tempore iuventutis actibus maturescens ... -itur *fides* (*contextu non prorsus dilucido*). *Friis-Jensen.*

[praelabōro, *sc.* -antium ... opus, *edebatur olim* NOVELL. Iust. 59, 7 p. 324, 10 *sec. gr. προπεπονηκότων pro lect. trad.* laborantium ... o.**]**

praelaetifico, -āre. *a* prae *et* laetificare. *i. q. antea laetificare, praeveniendo laetificare*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 124, 33 hoc suavium rerum nuntio te ut peculiarem proprium -are (*p. 124, 27* futurum est post paululum, ut *tibi* ipsa *scripta* ... destinemus). *Bk.*

praelambitio, -ōnis *f.* *a* praelambere. *i. q. actio praelambendi* (*sc. circumlambendo fere extrema?*): FVLG. aet. mund. p. 148, 11 (*respicitur exod. 3, 2*) ignis ... rubi ramulos innocua cursilitate lambebat et ... cum herbis ludibundus innoxiis -bus crispabatur.

praelambo, -ere. *a* prae *et* lambere. [*confunditur cum* praelabi AVIEN. orb. terr. 688. 1076, perlabi *ibid.* 1328.]

i. q. ante lambere: **1** *de animantibus cibos praegustantibus* (*vi praeverbii temporali, quae evanescit apud* FVLG.): HOR. sat. 2, 6, 109 *mus urbanus* -ens omne quod adfert *muri rustico* (SCHOL.: praegustans). FVLG. aet. mund. p. 178, 7 *gens Iudaea* filii carnes esuriens -bat. *in imagine*: AVG. serm. 21, 2 *deo* propinquamus et, quod avide manducaturi et bibituri sumus *in caelo*, nunc, etsi tenuiter, -imus atque gustamus.

2 *de aquis, fluminibus* (*vi praeverbii locali, sed v. l. 54*): **a** *cum obi. locorum, quae fluctibus tanguntur*: AVIEN. orb. terr. 495 *Tiberis* Romanos ... lares lapsu -it alumno. 688 curvo -itur ora fluento (1328 amnibus ... irriguis ... -itur ora [*gr. Dionys. periheg. 1124 γαῖα ... κατάῤῥυτος, Prisc. 1024* rigant]). 1076 Laodice ... -itur aequoris unda (*gr. 915 κεῖται ἐπ' ἠιονέσσι θαλάσσης*). PRVD. ham. 357 dum liventes liquor *fontis* incorruptus harenas -it, ... sordet. CYPR. GALL. gen. 60 *fluvius* Phisonus ... terram -it Evilam (*Vulg. gen. 2, 11* circuit). **b** *absolute* (*nisi obi. ἀπὸ κοινοῦ posita intellegas, sc. folia aquis [antea?] ablata, vel [apud* PRVD. *solum] potius herbam aquis tactam; de his locis v. Beikircher, Wien. Stud. 20, 1986, 261*): PRVD. cath. 5, 120 *in paradiso* cinnama spirant et folium *quoddam odoratum* (*cf. vol. VI 1, 1013, 24 sqq.*), fonte quod abdito -ens fluvius portat in exitum (*cf.* ALC. AVIT. carm. 1, 293 *fluvius paradisi* deciduas ... ⌊-ens⌋ furatur opes, *sc. folia odorifera*, et gurgite nostrum ducit in exilium [⌊ ⌋ *nisi recte var. lect.* praelabens *praetulerunt Peiper, Chevalier*]).

deriv.: praelambitio.

praelargus, -a, -um. *a* prae *et* largus. *i. q. valde largus*: **1** *de animantibus, vel partibus eorum, munificis, aliquid copiose praebentibus sim.* (*cum gen. rei praebitae* PERS.): PERS. 1, 14 scribimus ... grande aliquid, quod (quo *var. l.*) pulmo animae -us anhelet (SCHOL. vento abundans). AVDAX Aug. epist. 260 -i pectoris *tui* pusillum libamen (*i. responsum breve*). CORIPP. Iust. 3, 303 annua -i patris solacia vestri (*sc. tributa a Iustiniano barbaris soluta*). **2** *de variis rebus abundantibus, magnis* (*mero respectu spatii* CORIPP.): IVVENC. 3, 753 -is opibus ... instruximus *festa*. CLAVD. 28, 72 *pater* -a (praeclara *var. l.*) vocavit ditandas ad dona tribus. CORIPP. Iust. 3, 191 atria -is extant altissima tectis. *contextu parum certo*: ENNOD. carm. 2, 111, 5 dextera bellipotens ..., postquam -o rubuisti ⌊scammate⌋ campi, arva colis *eqs.* (*restituit Sirmond*; stemmate *sim. vel* stymmatae *codd.*, stymmate ['= *cruore*'] *Vogel*).

praelasso, -ātum, -āre. *a* prae *et* lassare. *non nisi p. p. p.* praelassatus *pro subst. masc. de hominibus antea lassis redditis*: FRONTIN. strat. 2, 5, 47 *dux naves* viginti praemisit, quae ... eluderent hostem; ut ... sensit minus agiliter moveri adversam partem, progressus -os facile superavit (lassatos *Gundermann parum bene*).

***praelātio,** -ōnis *f.* *a* praeferre, praelatus. GLOSS. I p. 42 -o a magis elegendo. *legitur inde a* VAL. MAX., CAPRO, TERT., VLP., *maxime apud Christianos et grammaticos* (*sc. in prosa orat. praeter p. 684, 66*). [*variat in codd. e. g. cum* praefatio OPT. PORF. epist. ad Constant. 3 (*v. p. 602, 51*); *e coni. vix recta pro* rel- ARNOB. nat. 5, 4.]

i. q. actio praeferendi (*rarius status eius, qui [quod] praefertur, sc. praestantia vel eminentia sim., maxime l. 22 sq. 38 sqq. 49 nec non sub IB2; qui [quod] praefertur, indicatur gen. saepe, pron. poss. l. 34, adi. l. 30; is vel id, cui quis [quid] praefertur, gen. l. 52. 56. 68 [fortasse etiam l. 22; cf. Ernout-Thomas, Syntaxe lat., ²1953, 56 sq.], dat. l. 50, praepos.* adversus *l. 43; praeterea; accedit* inter *l. 16, gen. respectus p. 685, 15*).

I *pertinet ad aestimationem*: **A** *in sermone communi; praeferuntur*: **1** *animantes*: VAL. MAX. 7, 8, 4 *pro fratre* erant ... instituti heredes ... alieni et humiles, ut ... -o contumeliosa videri posset (*cf.* VLP. dig. 38, 17, 2, 20 *in filii hereditate adiudicanda* cum ... ⟨c⟩esset -o, matre omittente senatus consulti beneficium. AMBR. epist. 14, 3 F. in quo [*deut. 21, 15—17*] non tam -em ... significari ... quasi inter *filios* primitivos duos, quam *eqs.*). TERT. nat. 1, 10, 11 (= apol. 13, 2) -o alterius *dei* sine alterius contumelia non potest. carn. 7 l. 74 *Christus* potiores fecit sibi alios *quam cognatos* et meritum -is ostendens *eqs.* (*respicitur Matth. 12, 48*). adv. Marc. 4, 35 p. 540, 9 in destructionem creatoris ... et -em eius *dei*, qui *eqs.* CHALC. transl. p. 18^{D} -em ... alterius *in coniugibus assignandis*. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 13 per -em et per eminentiam *τῶν ὄντων* deum dicemus supra omnem existentiam *esse* (*sim.* adv. Arium 4, 19 p. 1127^{B}, *v. supra p. 599, 34; exempla vix ad IIB trahas*). AMBR. fid. 2, 12, 105 *Christum* ad dexteram *patris* ... sedere nulla -o, nec ad sinistram iniuria. 3, 10, 67 haec est causa -is, ut *Christus Iohanni baptistae* merito antelatus videatur, qui ... *dei* sempiterna virtus est (*ad Ioh. 1, 30* prior me erat. *in eadem re* GREG. M. in euang. 7, 3 p. 1101^{B} [*antea*: mihi praelatus; *postea*: me ... superat]). 5, 5, 61 apostoli ... de sui -e (pro- *var. l.*) certabant. Hel. 5, 11 fraternae -is invidia (*respicitur gen. 4, 4 sq. ut*: in psalm. 36, 9 Cain -is gratiam ... parricidio persecutus est). in psalm. 118 serm. 14, 21, 2 -o *Ioseph* armavit fratres, humilitas conciliavit extraneos (*opp. ibid. iterum et* in Luc. 10, 51). HEGES. 1, 39 p. 82, 6 -is adulatio. 1, 44, 8 p. 117, 19 formido -is meae armavit *fratres* (*antea*: praeferebar). OROS. apol. 18, 5 in melioris -e ..., in minoris despectione. SCHOL. Ter. Bemb. Eun. 354 laborat ... frater p⟨rae⟩latione rivalis ditio⟨ris⟩ (*suppl. Umpfenbach*). GREG. M. in euang. 14, 2 *sacerdos nequam* terrenis commodis inhiat, honore -is gaudet (in I reg. 4, 169 h. -is et dignitatem [*opp.* laborem ministerii]. 5, 71. *sim. saepius apud eundem de statu eorum, qui sacerdotio, munere sim. praelati sunt, e. g.* in I reg. 5, 29 -o regum). *al.* **2** *res*: TERT. anim. 18, 10 -o *intellectus* retundenda est (*antea*: praefertur sensui intellectus). 18, 11 rerum ... -o, sublimiorum scilicet adversus humiliores *eqs.* ieiun. 5 p. 279, 18 ventris -e (*antea*: populus ... pronior ventri quam deo). adv. Marc. 5, 15 p. 628, 6 plenioris sanctitatis -e (*postea*: virginitatem nuptiis anteponens). uxor. 1, 3 l. 30 -o ... superior⟨um⟩ dissuasio est inferiorum (*antea*: praeferuntur). AMBR. off. 1, 34, 174 *in officiis non* personarum semper, sed plerumque causarum et temporum -es sunt. RVFIN. Orig. princ. 3, 6, 4 p. 285, 24 *invisibile visibilibus* multa longe -e praecellit. PS. AVG. serm. 126, 2 non sine gratia -is ceteris est diebus habendus *natalis Christi*. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 147, 1 (*opp.* coaequatio). in Iob 28, 12 sapientiam ... pretiosarum rerum -e commendat. SVLP. SEV. epist. app. 2, 10 p. 237, 16 divinae gratiae contumelia est mundani ... ornamenti -o. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 357^{B} *sensus* quantum illius *intellectualis substantiae* comparatione crassior, tantum eius *materialis s.* -e videtur esse sincerior (*Migne gr. 44, 145^{C} τοσούτῳ παχυμερέστερα ... ὅσῳ καθαρωτέρα*). *al.* *de parte quadam praefationis, sc. de operis laudatione, commendatione*: MAR. VICTORIN. rhet. 2, 2 p. 258, 34 finito praefationis uno genere, similitudinis scilicet, nunc -em, quae ... in praefatione facienda est, incipit dicere (*cf. p. 258, 11* praefert Tullius opus suum. *respicitur Cic. inv. 2, 5* magis hoc ... opus nostrum ... eniteret).

B *apud grammaticos*: **1** *pertinet ad comparationem; -o fit*: **a** *forma superlativi*: CAPER gramm. VII 102, 12 (*vers.*) '*omnibus maior' soloecismus est*, cum syncrisis (*i. comparatio*) omnis, alter ubi est, fiat, -o vero ubi plures (*seq. exempla comparationis* illustrior ⟨est⟩ luna sol *et -is* cunctorum ... illustrissimus). CHAR. gramm. p. 147, 12 B. superlatio per se -em omnium significat et confirmat neminem prae illo esse doctiorem, ubi doctissimus appellatur. VIRG. gramm. epist. 4 p. 159, 29 in comparatione et -e participiorum (*si recte huc traximus*). **b** *forma comparativi*: SERV. Aen. 7, 787 ('tam magis ..., quam magis') *particulae* non ... ad -em positae sunt sed ad exaequationem (*fere pro syn.* augmentum, comparatio). AVG. gramm. V 518, 17 *adverbia habentia significationem* comparationis vel -is, ut magis, potius. POMP. gramm. V 151, 27 quando dicimus 'doctior', non est comparatio sed -o (*cf. p. 685, 24 sqq.*).

2 *pertinet ad praestantiam quandam, sc. ad vim, potestatem: semivocalium* (*nisi abundantiam sermonis admittens ad IIA trahas*): PROB. inst. gramm. IV 50, 29 (*20 sq.* semivocales maiorem potestatem habent quam mutae, *sc. quod sonantiores sunt*) *grammatici* semivocales mutis praeferendas iudicaverunt; ... ideo hac -e semivocales mutas rite videntur antecedere. *verbi* (*simul ad IIA pertinere videtur*): VIRG. gramm. epist. 3 p. 134, 19 undecima *pars verbi est* -o (*de eadem*: p. 154, 32. 33 sq. quid est ... -o, et quomodo sine postlatione

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

intellegetur? -o ergo in modis solis constat, cum modus indicativus omnibus supereminet et ordine et virtute. *cf. e. g. epit. 7 p. 51, 11* primus et fortissimus *modus* indicativus nominatur).

II *pertinet ad ordinem, seriem*: **A** *scriptorum, dictorum* (*cf. etiam IB2*): AMBR. Cain et Ab. 1, 3, 11 (*ad gen. 4, 2* Abel pastor . . ., Cain *agricola*) quid sibi vult mutatio ordinis, ut prius iunioris *Abel* meminerit scriptura . . .? interrogemus officiorum distantiam, ut colligamus causam -is. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 13 non . . . sine -e huius syllabae dixit 'homo . . .', sed praeposuit dicens 'et homo *eqs.*' **B** *temporis* (*cf. p. 684, 24*): AVG. in psalm. 136, 20 ('filia Babylonis infelix') propter successionem dicitur filia, propter -em dicitur mater (*sc. civitas Babylon, ut vid.*); fuit prima quaedam Babylonia; numquid ipse populus in ea permansit? PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 71 (*ad Ioh. 1, 1*) *euangelista* filium ante patrem nominans non temporis aut honoris ⌊-em⌋ adsignans (⌊ ⌋ -e *man. pr. cod. Paris.*, rela- *ed. Sichardi, cod. instar*).

deriv.: praelativus.

praelātīvus, -a, -um. *a* praelatio (*vix a* praeferre; *deleas vocem* -us *p. 618, 17*).

i. q. ad praelationem pertinens; describuntur elementa grammatica vel qualitates eorum: **1** *quibus efficitur comparatio* (*cf. p. 684, 71*): CHAR. gramm. p. 390, 15 B. 'citius' praeverbium qualitatis -ae (*contextu corrupto respicitur differentia quaedam cum* celerius). CLEDON. gramm. V 38, 27 'doctior' dicunt grammatici comparativi gradus esse, cum res ipsa doceat et sensus esse -i (*postea*: non tam . . . videor . . . comparare quam praeferre. *sim. subaudias vocem q. e.* gradus, *nisi masc.* -us *pro subst. accipias*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 31. 33. POMP. gramm. V 151, 21 comparativus est 'tam doctus', -us est 'doctior'. 151, 29. 30 [*interpol.*]. 32). **2** *quibus inducitur protasis* (*sc. quae sec. ordinem rationalem prior est, ni fallimur*): PS. ASPER gramm. V 553, 18 *coniunctionum, quae concludunt,* tres species sunt: relativae, ut quamquam, . . .; -ae, ut si, sin; sunt et mediae, hoc est quae et incohant sententiam et includunt, ut et, atque. **3** *quibus vis praecellens attribuitur* (*cf.* praelatio *IB2*): VIRG. gramm. epist. 1 p. 119, 4 videtur mihi accusativus casus inter ceteros aliquid habere cuiusdam -ae firmitatis, sicut . . . activum verbum (*de re cf. epist. 3 p. 135, 10 sqq. epit. 5 p. 36, 4 sqq.*). *Blundell.*

praelāto, -āre. *a* praeferre (praelatum); *cf.* antelato. GLOSS. II 418, 39 *προκρίνω*: praeiudico, -o (*scrib.* pre-), praepono, praefero, antefer[r]o, antepono.

praelātor, -ōris *m.* *a* praeferre. *i. qui praefert* (*sc. aestimando*): TERT. pudic. 2 p. 222, 30 *deus* misericordiae -r quam sacrificii.

1. praelātus, -a, -um *v.* praefero.

2. praelātus, -ūs *m.* *a* praeferre. *i. q. praelatio, actio praeferendi: respectu locali*: PS. AVG. serm. 155, 11 crux apparebit . . . et . . . in eius -u dominus adveniet (*Migne gr. 49, 404 ἔχων αὐτὸν ἔρχεται*). *cum respectu aestimandi*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 20, 20 prae ceteris elimentis . . . admirationis -um habet *mare.* *Gatti.*

*?***praelaudo,** -ātum, -āre. *a* prae *et* laudare, *si recte trad.* *i. q. antea laudare*: DON. Ter. Ad. 447, 2 ('facinus indignum') admirandum eiusmodi Hegionis verba induci, qualia esse debuerunt ⌊tantum -ti⌋ viri (⌊ ⌋ tanto -ti *cod. unus,* tantopere laudati *Stephanus; ad rem v. Ter. Ad. 440 sqq.*).

praelavo, -lōtum, -āre *et* -ere. *a* prae *et* lavare (lavere). *formas stirpis praes. non exhibent nisi* APVL. *et* THEOD. PRISC. [*e coni. vix recta pro* relevanda CAEL. AVR. chron. 4, 3, 23 (-anda *coni. Bendz, Emendationen 1954, 54 sq.*). *dub. trad.* GLOSS. V 474, 60 -tus: perfusus, antelotus (*Goetz sine nota sec. cod. Cassin.; Theander autem, sc.* GLOSS.[L] V Aa P 1000, *edidit* [*sec. cod. Vat. lat. 1471?*] praelatus: perfusus [*an* praepositus*?*], antelatus).]

i. q. antea lavare (*sc. ad praeparandam aliam actionem*): **1** *-antur partes corporis* (*sc. purgando vel fovendo; obi. subintellegendo* THEOD. PRISC.): APVL. apol. 8, 5 eius *oratoris* merito os, ut bono potui poculum, -itur (-bitur *trad.*; -lavabitur *vel* -lavetur *emend. alii*). THEOD. PRISC. eup. faen. 82 caricarum . . . cinis vino tepido ⌊-antibus⌋ impositus prodest ([⌊ ⌋ *sc. loca sim.*; prius lavantibus, -ante *var. ll.*]. CASS. FEL. 31 p. 63, 13 *medicamentum* per calamum insufflabis -tis v. bono naribus. 48 p. 128, 3 *medicamentum* siccum appones . . . -to ipso longaone v. bono [*cf. Galen. XIII 313 προαπονίψας*]). **2** *-antur varia* (*sc. macerando, madefaciendo; purgando autem* APVL. *supra*): CAEL. AVR. acut. 3, 21, 202 dabimus . . . panem ex aqua frigida diligenter -tum, halicam vel oryzam ex aqua . . ., aut ova . . . aceto prius infusa. chron. 3, 4, 63 dat . . . aquam bibendam, in qua sit cantabrum -tum.

praelautus, -a, -um. *a* prae *et* lautus. *i. q. valde lautus*: SVET. Ner. 30, 1 -os vereque magnificos *esse putabat Nero,* qui abuterentur ac perderent *rem familiarem* (*opp.* sordidos ac deparcos. *item de homine*: Vit. 2, 2 Aulus . . . prael⟨a⟩utus alioqui famosusque cenarum magnificentia). *loci dubii*: TERT. pall. 3, 6 quae *vellera* muscosae lanositatis p⟨rae⟩lautiores conchae comant (*coni. Bulhart, Tertullian-studien, 1957, 27*; praelatiores *Reifferscheid ibid.* [*cf. supra p. 618, 3 sqq.*], lautiores *ed. priores*). ISID. orig. 19, 25, 1 regillum est -um reginarum amiculum (*sed var. l.* praelatum *recte tueri videntur Lindsay aliique; cf. p. 616, 23 sqq. 618, 10*).

praelaxo, -ātum, -āre. *a* prae *et* laxare. *i. q. antea laxare*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 27 motūs beneficio -to aegrotante *paralytico* (*antequam lavatur*). gyn. 1, 89 *pessarium apponendum* post lavacrum . . . -tis partibus, etiam sessionibus ante factis (*gr. p. 49, 3 Ilb. προλελούσθω . . . ἢ ἐγκαθίσμασι προανιέσθω, sc. mulier; cf. p. 48, 22 προανιέναι, ubi Cael. Aur. gyn. 1, 88* relaxanda). *Bk.*

praelēctio (praelēctio), -ōnis *f.* *a* praelegere (*vel* praeeligere). *de forma* praeel- *v. sub 2.* [*confunditur in codd. cum* perl- *et* prol-, *quod infra notavimus.*]

i. q. actio praelegendi, sc.: **1** *libros, scripta*: **a** *in institutione liberorum significat actionem magistri legendo praeeuntis* (*cf. p. 687, 77 sqq.*): QVINT. inst. 1, 2, 15 emendationi -ique numerus *discipulorum* obstat (*var. l.* perl-). 2, 5, 4 -o, quae in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur, etiam illa, quae vim . . . verbi . . . docet *eqs.* (*antea*: legentibus singulis praeire). **b** *in editione librorum iunctura* repetita -o *significat actionem emendatoris textum denuo recensentis vel ipsam secundam editionem* (*vi praeverbii non prorsus conspicua*): COD. Iust. tit. codicis . . . Iustiniani . . . r. -is liber primus (promulgationis *var. l.*). de emend. cod. 3 quod r. -o probavit, hoc satis validum . . . esse (lectio, prol- *var. ll.*). *ibid.* in antiquis . . . libris non solum primas editiones, sed etiam secundas, quas r. -is veteres nominabant, subsecutas esse (repetitas lectiones *vel* -es *var. ll.*). 4 *codicem* ex integro conscribi non ex priore compositione, sed ex r. -e (*var. l.* prol-).

2 *animantes praeferendos*: EVSEB. EMES. serm. 5, 11 *filius non* velut ex similibus praeelectus est . . .; natura ipsa rex est . . .; hoc est enim natura praecellere, non . . . -e; quid est autem virtute praecellere et non -e? (-em *prima manus codicis unici utroque loco, sc. priore* prael-, *posteriore* prae el-). PS. FVLG. RVSP. serm. 10 (*deus ad Salomonem*) exspecta de me thronum David patris tui, . . . cui te feci mea -e sessorem (*editur* prael-; *aliter loco gemino Ps. Aug. serm. Rev. Bénéd. 80, 1970 p. 53, 12* cui te feci magnum praedicationis sessorem). THEOD. MOPS. in Eph. 1, 5 p. 123, 13 ('elegit nos . . . in caritate praeordinans nos in filiorum adoptionem') caritas -e vel praeordinatione maior est (*si recte editur* -e *sec. cod. C corr.*; electione *C*[1] *H, gr. ἐκλογῆς tantum, sed cf. p. 125, 4* praeclegit nos).

praelēctor, -ōris *m.* *a* praelegere. *i. qui praelegit* (*sc. de grammatico*): GELL. 18, 5, 6 ecquid putatis, si *anagnostes quidam Ennium recitans* magistrum -emque (prol- *var. l.*) habuisset alicuius aeris, 'quadrupes equus' dicturum fuisse ac non 'q. eques'? (*ann. 232*).

praelēctus *v. p. 688, 50*

praelēgātio, -ōnis *f.* *a* praelegare. *i. q. actio praelegandi vel id ipsum quod praelegatur*: SCAEV. dig. 34, 4, 31, 1 an . . . ex -e ad matrem *heredem institutam* pertineret *fideicommissum.* COD. Iust. 5, 12, 2, 1 (*a. 213*) contentam . . . esse . . . filiam . . . pro portione hereditatis -bus.

1. praelēgo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* legare. GLOSS. II 239, 17 *ἀπονέμω*: adsigno, adrogo, delego, -o, tribuo, dispertio. 253, 38 *ἀφορίζω*: delego, -o, destino, determino. *legitur inde ab* ALF. dig. *maxime apud iuris consultos, quorum nonnulla exempla infra omisimus ceterorum omnia afferentes; abiit in sermonem gr.* SCHOL. Basil. 29, 5, 28, 4 praelegateu*θεῖσαν*. [*de confusione cum* relegare *v. sub 2b; vix recte trad.* POMPON. dig. 34, 3, 8, 6 obligatio . . . -ta (*contextu parum perspicuo; 'requiritur* erepta' *Mommsen*).]

technice in iure hereditario (*in imag.* TERT.) *i. q. antea legare* (*sc. praecipuum quoddam quod ante divisionem generalem conferendum est heredi, sed usu laxiore l. 62. 64. 82. p. 687, 7 etiam cuilibet legatario, cui quid fere per praeceptionem legatur [cf. legatum* per praeceptionem *l. 77. 79 eiusque formulam l. 63. 80]; ad rem v. Kaser, Röm. Privatrecht I*[2]*, 748. 751*): **1** *-antur variae res, servi*: ALF. dig. 40, 1, 7 pater utrique *filio* testamento peculium -verat (POMPON. dig. 33, 8, 10 servo vel filio. AFRIC. dig. 12, 6, 38 pr. id *p.* SCAEV. dig. 33, 8, 26 'Titi fili, e medio praecipito sumito tibique habeto domum illam . . .'; alio . . . capite peculia filiis -vit. VLP. dig. 21, 3, 1, 4 *servo. al.*). *ibid.* quoniam -tus non esset *servus* ([*antea*: legaret]. SCAEV. dig. 31, 88, 7 [*v. sub 2b*]. 40, 7, 40, 2 Pamphilo liberto, quem heredem ex parte instituerat, Stichum servum -verat. *cf.* 10, 2, 39, 4 certos homines unicuique eorum *filiorum* -vit, in quibus uni Stephanum cum peculio. *sim. al.*). LAVD. Murdiae (CIL VI 10230) 8 filios . . . fecit heredes . . .; viro . . . pecuniam legavit . . ., mihi *filio* . . . certas res testamento -vit (COD. Iust. 4, 2, 1 [*a. 204*] pro aestimatione rerum -tarum). VAL. MAX. 7, 8, 4 -batur (*var. l.* -legeba-) . . . ei *fratri* centies et quinquagies sestertium (CIL IX 5809 [*contextu manco*]). PLIN. nat. 33, 38 *Piso* coronam testamento ei *filio* -vit (rei publicae leg- *var. l.*). IVLIAN. dig. 35, 2, 86 *Titia* fratri quaedam praedia -vit (SCAEV. dig. 32, 34, 3 singulis *heredibus.* PAPIN. frg. Vat. 256 filiae. *al.*). SCAEV. dig. 32, 32 haec, quae -ta Marcio erant, . . . vindicare (*antea*: dedit . . . per praeceptionem Marcio certas species). 32, 39, 2 alteri *heredi* fundum -verat (36, 1, 80, 13 [*antea*: fundos per praeceptionem dedit]. PAVL. dig. 32, 92 pr. [*antea*: 'Maevia e medio sumito praecipito sibique habeto fundos']. *al.*). 32, 41, 1 an heres . . . oneratus videatur in praestando legato Fortunio *liberto,* quamvis domus universa libertis sit -ta (33, 2, 33 pr. uni ex heredibus. 35, 2, 94). 33, 2, 27 usum fructum (*v. sub 2b*). *al.* *in imagine*: TERT. uxor. 1, 1 l. 11 de divinis . . . posteritati nostrae prospicere . . . et lega-

[Friis-Jensen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum quodammodo -are, admonitionem et demonstrationem eorum, quae ... de hereditate caelorum deputantur (*postea*: admonitionis fideicommissum).

2 *-atur* dos: **a** *strictius heredi*: SCAEV. dig. 36, 1, 80, 14 maritus uxore instituta herede ... dotem ... -vit. PAPIN. dig. 36, 1, 53 cum uxori pro parte heredi scriptae dos -etur. *ibid.* dotis -tae partem. TRYPH. dig. 23, 4, 30 dote universa filiae *a patre* -ta. **b** *laxius aliis legatariis* (*occurrit fere eadem frequentia* dotem relegare, *quam iuncturam etiam his locis restituere temptaverunt e. g. Mommsen in app. ed. maioris ad* DIG. 33, 4 rubr. *et Röhle, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 94, 1977, 306 sqq., nimis acute, cum eadem res sub respectu sive reddendi sive per praeceptionem sim. legandi significari potuerit; cf. Kaser, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 87, 1970, 543 sq.*): GAIVS dig. 33, 4, 15 si is, qui tales res in dotem accepit, dotem -verit. SCAEV. dig. 31, 88, 7 impuberem filium heredem instituit; uxori dotem -vit, item ornamenta et servos et aureos decem (*postea*: dotis legato). 33, 2, 27 uxori maritus per fideicommissum usum fructum et alia et dotem -vit; heredes usum fructum ei concesserunt. 33, 4, 17 pr. uxori ita legavit: 'uxor mea quidquid ei comparavi et quod mihi dedit e medio sibi sumat'; quaero, an dos -ta videatur. PAPIN. dig. 31, 77, 12 *uxor post mortem res a marito sibi conlatas filiae restituet*; sed dos -ta retinebitur, quoniam reddi potius videtur quam dari (*in eadem re*: PAVL. sent. 4, 1, 1 [*Interpr.* cui ... dotem ... legati titulo dereliquit]). *et saepius.*

3 *absolute*: VAL. dig. 34, 1, 22, 1 ad causam -andi (praedii legandi *Mommsen dubitanter in app.*). SCAEV. dig. 32, 41, 3 filio *heredi* ... -verat in haec verba: 'Titi fili, hoc amplius de medio sumito legata mea *eqs.*' INST. Iust. 2, 20, 15 *si maritus uxori dotem* simpliciter legaverit, inutile esse legatum; si vero certa pecunia ... aut instrumentum dotis in -ando demonstrata sunt, valere legatum.

deriv.: praelegatio.

2. ˣ**praelego** (-ligo) *et* **praeēligo** (-lego), -lēgī, -lēctum, -ere. *a* prae *et* legere *vel* eligere. *scribitur* pre- *l. 39 et hic illic in codd. sola forma* prael- *traditur nimirum locis infra sub I et II allatis; sed sub III intercedit compositum verbi* eligendi, *quod certa ratione a* prael- *separari non potest; praevalere tamen videtur forma* prael-, *quae metro firmatur* PAVL. NOL. carm. 15, 98 (praeel- *falsa var. l.*). CARM. adv. Marc. 3, 232 CORIPP. Iust. 1, 216 ARATOR act. 1, 54, *et testimonio vocis gr.* πραιλῆχτος (*v. p. 688, 53*); *ceterum exstat* CIL XIII 2478 (*a. 632/3*) prelictus *et in codd. antiquis* ITALA psalm. 131, 13 sq. (Sangerm.; *v. etiam l. 45*; praeel- PSALT. Rom. *codd. fere omnibus*). SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 30 (*cod. C saec. V*). AMBROSIAST. in I Cor. 9, 21, 2 (*cod. C saec. VI*), *ut etiam saepius in recentioribus, e. g.* APVL. met. 7, 11, 1 TERT. nat. 1, 13, 3 CYPR. epist. 37, 1 p. 577, 1 CASSIAN. (*octies*); *v. etiam l. 48. 56.* praeel- *traditur* ITALA psalm. 131, 13 *et* 14 (Hil. in psalm. 131, 18 *et* 121, 2 [*cod. V saec. VI ter, sed* prael- p. 571, 19]) *et saepe in recentioribus, e. g.* CHROMAT. serm. 22, 3 L. RVSTIC. Conc.ˢ I 4 p. 204, 12 SACR. Gelas. 1625 M. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 49, 3 G. THEOD. MOPS. (*quater*). *al. stirps praes.* -leg- *trad. forma* praeleg- *nimirum sub I et II, sub III autem* CASSIAN. conl. 17, 8, 2. 17, 25, 14 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 19 Ps. EPHR. Migne suppl. 4, 637, *forma* praeeleg- (*cf. vol. V 2, 375, 60 sqq.*) GREG. TVR. Franc. 6, 39 (praeleg-, praeelig- *var. l.*). CAES. AREL. serm. 95, 6 (= Ps. AVG. serm. 18, 6, *ubi* praeelig-). *stirps praes.* -lig- *trad. forma* praeelig- AVG. serm. 51, 2, 3 CHROMAT. serm. 22, 3 L. Conc.ˢ I 3 Rustic. p. 27, 17 THEOD. MOPS. in Gal. 2, 15 sq. p. 28, 13. 5, 15 p. 97, 13 ISID. vir. ill. 27, *forma* praelig- CYPR. epist. 37, 1 (-legistis *var. l.*). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 13 (praeleg-, perleg- *var. ll.*, praeelig- *Engelbrecht*). *traditur inde a* MART., QVINT., TAC., *sed restituendum videtur iam* PROP. *et* LIV. (*v. sub I et cf.* praeliganeus *iam apud* CATONEM); *abiit in sermonem gr. p. 688, 53.* [*confunditur in codd. cum* perl- SVET. gramm. 1, 2 SIDON. epist. 7, 4, 3 CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 13. p. 138, 1; *vix recte trad.* -to *pro* proiecto GLOSS.]

i. q. ante legere: **I** *navigando* (*sc. -itur litus sim., quod a praenavigantibus fere stringitur, perlustratur; cf. vol. VII 2, 1127, 50 sqq.*): PROP. 1, 8, 19 ut te felici ₍-ta₎ Ceraunia remo, accipiat placidis Oricos aequoribus (₍ ₎ *si recte restitui, Class. et Mediaev. 36, 1985, 173* accipiat *post alios ἀπὸ κοινοῦ positum intellegens*; praevecta, provecta *codd.; coni. alii alia*). LIV. 22, 20, 7 nec continentis modo ₍-ta est ora₎, sed in Ebusum insulam transmissum ([₍ ₎ *Madvig aliique*, periectas oras *codd.*]. TAC. ann. 2, 79, 1 oram Lyciae). TAC. Agr. 38, 4 proximo Britanniae latere -to (*var. ll.* -ta, lecto). ann. 6, 1, 1 *Caesar* Campaniam -bat. RVT. NAM. 1, 223 Alsia -itur tellus. *in imagine*: ENNOD. carm. 1, 7, 40 *cumba poetae non* Aegeum pelagus ... agnovit, placidos sed gurgitis alti -egit bene cauta sinus (*nisi ad III trahendum*).

II *scripta legendo* (*significatur qui legendo praeit vel qui palam, coram multis audientibus discentibusve legit* [*ad hanc vim praeverbii cf.* 1. praedico]; *mera vi temporali prius legendi hic illic sub B, e. g.* Ps. RVFIN., BOETH.; *vi peculiari p. 688, 28*): **A** *-unt grammatici, magistri* (*rudimenta artis legendi tradentes vel auctores, maxime poetas, explicantes*): MART. 1, 35, 2 quos *versus* -at in schola magister. 8, 3, 15 an iuvat *tragoediam vel epos scribere* ..., -at ut ... rauca te voce magister? QVINT. inst. 1, 5, 11 quidam *grammatici* ... auctores, quos -unt, criminantur. 1, 8, 8 pueris, quae maxime ingenium alant ..., -enda *sunt*. 1, 8, 13 in -endo grammaticus et illa ... minora praestare debebit, ut partes orationis reddi *a pueris* sibi soluto versu desideret...; deprendat quae barbara, quae impropria ... sint posita *eqs.* (*item absolute*: MACR. Sat. 1, 24, 5 *Vergilianos versus* pueri magistris -entibus canebamus. GLOSS. III 226, 46 [*sim.* 122, 58 *et* p. 647] *εὑρίσκω τὸν καθηγητὴν ἐπαναγινώσκοντα*: invenio magistrum -entem [*B. Rhenanus*, perl- *trad.; cf.* II 305, 33 *ἐπαναγιγνώσκω*: -o]). SVET. gramm. 1, 2 antiquissimi doctorum, ... Livium et Ennium dico ..., Graecos interpretabantur, aut si quid ipsi Latine composuissent, -bant (perl- *var. l.*). 16, 3 *Caecilius Epirota* primus ... Vergilium et alios poetas novos -ere. vita Lucani p. 52, 3 poemata *Lucani* ... etiam -i memini. FLOR. Verg. 3, 8 M. carmina. *exemplum est ad illustrandos accentus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 192, 21 *acutus ponitur* in paenultima syllaba, ut '-istis' (*sim.* DOSITH. gramm. VII 377, 13 [*gr. 378, 1 προανέγνως, quod del. Tolkiehn*]. *al.*). **B** *vario usu*: Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 1 p. 657 *Augustus* secum praemeditans ea ..., -tis etiam ... Sabini litteris, optimates ... ad concilium vocat (perl- *ed.*, prael- *tradi testatur Niese in ed. gr. ad 2, 25 προαναγνούς*). AVG. in psalm. 70 serm. 1, 1 l. 9 ex hoc (*i. de hac re?*) ₍-tum₎ nobis et apostolum audivimus ... *dei* gratiam commendantem (₍ ₎ *vix* '-tum *est*', *sed iungas* -tum ... apostolum. *postea*: in lectione, quae lecta est). REG. eccl. Carth. (Corp. Christ. 149) p. 193 l. 379 'Aurelius episcopus ... huic decreto consensi et -to subscripsi' (*item* p. 205 l. 782 *et saepius ibidem*). COMM. apol. 57 subicio, qualiter ₍-egi₎ prophetas, et rudes edoceo, ubi sit spes vitae ponenda (₍ ₎ *antea, sc. cum e pagano christianus factus sum; vix cogites de colore docendi ut sub A*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 19 ante apodicticam ... rem syllogistica -atur (*p. 13, 11* prius ... in studiis lectitatur). Conc.ˢ IV 2 p. 177, 20 *dixit* episcopus: 'quantascumque *epistolas* vultis -ere, sine praeiudicio relegite'; ... coeperunt ... legere *eqs.* *-itur titulus libri* (*sc. qui exstat in fronte et primus legitur*): IVLIAN. in Ioel praef. quod non in omnibus prophetis indices temporum tituli -antur (*sec. Hier. praef. Vulg. XII proph.* tempus non praefertur in titulo).

III *eligendo* (*sc. prae aliis, ut vergat in colorem praeferendi* [*l. 75 fere abundanter accedit* magis], *sed viget vis praeverbii temporalis maxime l. 48 nec non 82* [*accedit* ante *l. 45*]). *dat. eius qui postponitur non accedit nisi* MAX. TAVR. serm. app. 11 p. 866ᶜ, *fortasse medii aevi; indicatur ad quid electio fiat: praepos.* ad *l. 44. 47 (pro acc. praedic.). p. 689, 7. al.*, in *c. acc. l. 84, dat. fin. p. 689, 15, ? inf. fin. p. 689, 23; cf. acc. praedic. p. 689, 9. 11* (*addito* quasi CAES. AREL. serm. 95, 6).

A *-unt homines* (*Philologia* MART. CAP. 2, 100): **1** *-untur animantia*: APVL. met. 7, 11, 1 unde (*i. e grege*) -tum grandem hircum ... Marti ... victimant. ITALA II Macc. 8, 9 (recc. BM) -tum Nicanorem ... praeposuit ... armaturae (*gr. προχειρισάμενος Νικάνορα, P* electum, *om. recc. cet.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 30 quos *iudices* accusator ad voluntatem suam -isset (*cf. Cic. Planc. 39* delegerit). CASSIAN. conl. 4, 1, 1 *quidam* ad diaconii est -tus officium (prelatus *var. l.*). c. Nest. 7, 30, 2 ex qua *Antiochena ecclesia* illum *sacerdotem* ante -erat *plebs religiosa*. EVSEB. EMES. serm. 5, 11 unus ex omnibus *hominibus* -tus est nobis ad regem. GREG. TVR. Franc. 6, 9 *episcopus aegrotus* Theodulfum abbatem in loco suo -egit (*var. l.* elegit). CORIPP. Iust. 1, 216 illum *Tiberium* primis puerum -egit *Iustinianus* ab annis utque pater ... nutrivit. *al.* *p. p. p.* -tus *pro subst. in nomine alae equitum* (*textu male descripto huc trahebatur olim* INSCR. Orelli 3425; *v. nunc* CIL II 3237): NOT. dign. or. 28, 34 ala quinta -torum, Dionisiada (*eadem ala exhibetur gr. Pap. Genav. 46, 12* [*a. 345*] *πραιλήχτων*). 35, 27 ala septima Valeria -torum.

2 *-untur res*: **a** *cum obi. subst. vel pron.*: TERT. nat. 1, 13, 3 (*contextu corrupto*) ex diebus *diem*. CYPR. epist. 37, 1 rogati ut de carcere recedatis carcerem ... -itis (*var. l.* -istis). PAVL. NOL. carm. 15, 98 *Felix velut Iacob deo serviebat, Hermias saeculo serviens* dura ... Idumaei -egit iura parentis (*i. Esau*). MART. CAP. 2, 100 dum flores ipsa *Philologia* decerperet -tis quibusdam herbusculis. CASSIAN. conl. 17, 25, 14 semper ... -enda (legenda *var. l.*) ac praeferenda esse meliora. Conc.ˢ I 3 Rustic. p. 27, 17 desistere a ... distortis dogmatibus ..., -ere autem rectam fidem (*vers. Tur. ibid.* adpraehendere, *IV 1 p. 160, 22* eligere, *gr. I 1, 1 p. 34, 1 ἀνθελέσθαι*). *al.* *in arte logica pro gr. προαιρέομαι* (*-itur propositio sim.*): BOETH. top. Arist. lat. 156a34 manifestum ... quoniam hoc sumpto (*sc. iram esse appetitum poenae*) habebimus universaliter, quod -egimus.

b *cum struct. verbali*: *α inf.* (*cf. inf. fin. p. 689, 23*): CASSIAN. conl. 20, 1, 2 *deposito abbatis munere* celeberrimo -egit coenobio subiugari. EPIST. pontif. 588 Schwartz p. 3, 14 si perversitate damnata ad sanam fidem remeare -egerit. SIDON. epist. 8, 13, 3 fide ... -egit censeri Israelita quam sanguine *Iudaeus quidam*. THEOD. MOPS. in Gal. 4, 12 p. 65, 18 -egi extra legem vivere (*var. l.* post elegi). RVSTIC. c. aceph. p. 1170ᴰ *Nestorius* Christi genitricem, non dei genitricem vocare virginem magis -egit. *al.* *β* ut: THEOD. MOPS. in Tit. 1, 7 p. 239, 17 *apostolorum* nomine se vocari grave existimantes, -erunt, ut ... episcoporum sibi vocabula vindicarent.

c *absolute*: THEOD. MOPS. in Gal. 2, 15 sq. p. 28, 13 qua *specie instructionis Paulus* nos legitimo animo praeparasset -ere (*sc. eorum, quae petenda sunt, praelectionem secundum legem divinam facere; p. 28, 19* ut quod volumus eligamus).

B *-it deus, Christus* (*saepe cum respectu praedestinandi, e. g. p. 689, 4 sqq. 17*): ITALA psalm. 131, 13 sq. (Sangerm. *al.*) quoniam elegit dominus Sion, -egit eam in habitationem suam; '... hic habitabo,

[Friis-Jensen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quoniam -egi eam' (*gr.* ἥρετίσατο ..., ἡρετισάμην, *Vulg.* elegit ..., elegi; *cf. e. g.* ARNOB. *ad l.* p. 534D elegit Sion sanctam, scilicet ... ecclesiam, quam -egit praescius in habitationem sibi). Eph. 1, 4 (Mar. Victorin. adv. Arium 1, 21 *al.*) *deus* -egit nos ante constitutionem mundi (*gr.* ἐξελέξατο, *Vulg.* elegit). PASS. Marculi Migne 8, 760D *Marculus* olim -tus et praedestinatus a domino. AMBROSIAST. in I Cor. 9, 21, 3 *Christum* deus ad iudicandum mundum -egit. AVG. in psalm. 51, 1 l. 20 cum ... David deus elegisset, et -egisset, et praedestinasset ad regnum. Ps. AVG. serm. ed. Mai 70, 1 *deus* voluit appellari Felicem, quem -erat martyrem. CHROMAT. serm. 22, 3 L. inter ... apostolos Iohannes -itur *a Christo*. SEV. MINOR. p. 742B (l. 540 V.) quos *monachos* dominus testes ... -egit. CASSIAN. conl. 13, 15, 1 apostolos ... spontanea gratiae suae dignatione -egit *Christus*. Ps. TIT. epist. l. 39 *Iepthae filia* deo -ta promissa paterna ... complens. LEO M. serm. 31, 2 *Christus* Bethlehem -egit nativitati, Hierosolimam passioni. PROSP. vocat. gent. 2, 33 p. 718D minui non potest summa *membrorum corporis Christi* praecognita atque in Christo ante saecula aeterna -ta. SACR. Gelas. 1625 M. *anima mortui* gratificet ... in sublimi solio patrum -torum. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 49, 3 G. 'diligit ... portas Sion super ... tabernacula Iacob' (*psalm. 86, 2*), id est: respuit synagogam et -egit ecclesiam. ARATOR act. 1, 54 ad messem -ta manus (*sc. apostoli*; praelata *var. l.*). TRANSIT. Mar. (rec. B 1) 15 domine, -egisti (elegisti *rec. B 2*) ancillam tuam *Mariam* ⌊fieri⌋ immaculatum tibi thalamum, et nos (*i. apostolos*) famulos tuos in ministerium tuum (⌊ ⌋ *potius inf. fin. quam acc. c. inf., sed exemplum fortasse medio aevo tribuendum est*). *al.*

deriv.: praelectio, praelector, praeliganeus. *Frīis-Jensen.*

praelepidus, -a, -um. *a* prae *et* lepidus. *i. q. valde lepidus, admodum venustus* (*cum respectu formae externae; accedit abl. limit.*): IVL. VAL. 1, 3 *Ammonem* canum caesarie ... et ore -um, temporibus tamen ... cornibus asperatum.

praelevo, -āvī, -āre. *a* prae *et* levare. *i. q. antea levare, extollere*: ITALA psalm. 67, 32 (Ambr. spir. 2, 10, 112) Aethiopia -vit manus suas deo (-bit, elevavit, praevalebit *var. ll.; versum affert Ambr. illustrans Ier. 38, 10 sqq., ubi Abdemelech [sc. typus ecclesiae] prophetam e lacu funibus levavisse narratur; aliter Sangerm. al.* = *Vulg.* praeveniet manus, *gr.* προφθάσει, *Hier. psalt. sec. Hebr.* festinet dare manus).

praeli- *v. etiam* proeli-.

praelībāmen, -inis *n.* *a* praelibare. *i. quod praelibatur, primitiae* (*in imagine oblationis sacrae de hominibus, qui primi baptizati sunt*): IND. capp. bibl. cod. R I Cor. 11 p. 173 W.-Wh. de -a Stephana (*syntaxi turbata*; de *cum acc. v. vol. V 1, 43, 30 sqq.; ad rem v. I Cor. 1, 16* baptizavi ... Stephanae domum *et 16, 15* sunt primitiae Achaiae *domus Stephanae et Fortunati* [*gr.* ἀπαρχή]).

praelībāmentum, -ī *n.* *a* praelibare. *i. quod praelibatur, rudimenta*: SERV. gramm. IV 448, 15 de ... figuris quaedam -a (perliva- *cod.*) posuerunt grammatici; nam ⟨sunt⟩ ipsi auctores, qui specialiter opus ... de hac re ... fecerunt.

praelībātio, -ōnis *f.* *a* praelibare. *i. q. actio praelibandi:* *sacrificando*: PAVL. FEST. p. 235 praemetium, quod -is causa ante praemetitur (*cf. p. 701, 21*). *detrahendo, violando*: TERT. anim. 58, 2 *animas non ante finem temporum puniri,* quia salvum debet esse ... in iudicio divino negotium suum sine ulla -e sententiae (*cf. 58, 3* delibari putas iudicium, an incipi?). *fruendo, gustando*: AMBR. Isaac 3, 8 ii qui se osculantur non sunt labiorum -e contenti, sed spiritum suum invicem sibi videntur infundere. MAX. TAVR. serm. app. 9 p. 862B *infantes* haurire ... cibos, nisi multa et assidua -e, non possunt. *breviter commemorando*: EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 127, 24 -e ... sextae actionis ostenditur, quia *canones* ... in septima continentur (*cf. p. 690, 79*).

praelīber, -a, -um. *a* prae *et* liber. *i. q. valde (vel potius omnino) liber*: PRVD. apoth. 87 liquido -a motu, subdita nec cuiquam *natura superni ignis, sc. dei* (per- *var. l.*).

***praelībo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* libare. *scribitur* -liv- *in codd. saec. VII Ambros.* AMBR. in Luc. 5, 113, *Veron.* SACR. Leon. 1201. *de notione*: GLOSS. -ando: praegustando. -at: leviter tingit. -ret: praegustaret. *al.* *legitur inde a* STAT. (*bis*), TERT. (*ter*). [*confunditur in codd. cum* prolibare AMBR. spir. 2, 13, 152, libare BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 23, proeliare HEGES. 3, 24, 1 p. 230, 20 *et al., cum voce medii aevi* praelibrare PETR. CHRYS. serm. 146, 9 SIDON. carm. 7, 223 (*cf. falsam var. l. pro* perlibrare STAT. Ach. 1, 762, *quam vix recte defendit Ernout, Rev. Phil. 29, 1955, 124*).]

I *actio -andi fit variis modis:* **A** *praebendi, i. q. antea libare, sc. antea offerre sim.* (*vi praeverbii evanida* FVLG.): **1** *deo, sc. in re sacra* (*cf. p. 690, 83*): STAT. Theb. 4, 464 Manto exceptum pateris -at sanguen. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 206 *tabernaculi* vasa ex oleo -to *curabat* (*sec. falsam var. l. gr.* προθυομένῳ; *restituendum videtur* προσχριομένῳ). **2** *homini: in imagine potum offerentis* (*vi praeverbii evanida; an cogites de notione q. e. summatim haurire?*): FVLG. Virg. cont. p. 86, 16 (*verba Virgilii*) de nostro torrentis ingenii impetu breviorem urnulam -bo. *in praefiguratione* (*cf. p. 690, 3. 38*): MAX. TAVR. hom. 23 p. 273A quod aquae novo sint ordine in vina mutatae (*Ioh. 2, 1 sqq.*), novi nobis poculi -tum est sacramentum.

B *gustandi, fruendi, utendi sim.:* **1** *usu communi -antur:* **a** *cibi et potus:* *α vigente vi praeverbii i. q. antea libare: de praegustatore, qui potiones gustu explorat*: STAT. silv. 3, 4, 60 -are verendum nectar *in aula Domitiani.* *de muliere sacramenta praefigurante* (*eo quod pedes Christi unxit, Luc. 7, 38; cf. p. 689, 80*): PAVL. NOL. epist. 23, 32 ipsum vivum ... panem ... ore praesumpsit, sanguinem quoque calicis, antequam fieret calix sanguinis, osculis sugentibus -vit. *de variis*: CASSIAN. conl. 2, 26, 2 hora nona ... uno paxamatio -to aliud ... in vesperam reservemus (*cf. 3* uno p. iam praemisso). CONSTANTIVS vita Germ. 3 in refectionibus primum cinerem -vit (-bat *var. l.*), deinde panem ordeaceum sumpsit. *β vi praeverbii evanida i. q. libare, gustare sim.*: AVG. serm. dub. 372, 2, 2 *ad nuptias* (*Matth. 22, 2 sqq.*) invitata est ... gentium multitudo; ipsa ... accepit ... non viles epulas, ... sed ... Christi carnem -vit et sanguinem. GREG. TVR. Franc. 10, 24 p. 516, 8 *numquam* dies praeteriit ..., quod sine paupere epulum -asset *beneficus quidam* (*postea*: cibum capere). VITAE patr. Iurens. 66 M. vinum ... vel leviter -are (*postea*: degustaret).

b *varia incorporea, i. q. antea libare, sc. fere attingere sim. sive anticipando sive praeveniendo* (*vel ante aliam actionem* BOETH.): SCHOL. Cic. Bob. p. 113, 7 ut, antequam argumentationes impleat, victoriam -et in ipsis propositionibus *Cicero*. AMBR. fug. saec. 2, 10 p. 170, 4 qui non potest cognitionem boni illius, *i. dei*, -are (BOETH. in Porph comm. pr. 1, 7 p. 19, 7 haec ... nisi -ta generis specieique cognitione sciri non possunt). in Luc. 5, 113 diripit regnum *caelorum* (*Matth. 11, 12*) illa quae fluxu sanguinis laborabat; nam furtivo quodam tactu sanitatis remedium -vit (*Luc. 8, 44*). HEGES. 3, 24, 1 p. 230, 20 licet -are (proeliare *var. l.*) bellum, ..., rapere victoriam, dum adiumenta veniunt (*cf. gr. 3, 481* ἁρπάσαι ... καὶ ... φθάνειν). RVFIN. patr. 2, 26 l. 106 S. ipso *Christo* mediante et -ante eas *benedictiones homini datas*. CASSIAN. conl. 7, 6, 4 *qui* eam *mensurae plenitudinem* (*Eph. 4, 13*) ... adhuc in hoc saeculo positus -arit (*antea*: praemeditatus). SACR. Leon. 723 sancti Xysti ... natalicia -antes (*inter preces ipsius natalis insertum tamen ad vigiliam spectat, v. Feltoe, 1896, 199 ad l. et cf. supra p. 518, 41. 597, 21*). 1201 *Felicitas*, quod nomine -vit, rebus implevit. GREG. M. dial. 4, 27, 9 mysteria caelestia non per somnium, sed vigilando -are. GREG. ANTIOCH. bapt. 2 Migne gr. 88, 1868A (*verba Iohannis baptistae*) in utero ... exsultabam ... tuam, *Christe*, praecedens -ans nativitatem (*Migne gr. 10, 1181A* προεορτάζων; praecedens *delendum, an pleonastice duo verba posuit interpres?*). *praefigurando* (*cf. p. 689, 80*): PETR. CHRYS. serm. 166, 3 *ut diluvio* baptismatis formam terra ... -ret.

2 *vi deflexa cum respectu experiendi, temptandi e colore gustandi derivando (cf. supra l. 1) fere i. q. (antea) examinare, probare (fortasse etiam comprobare l. 46. 48; evanescit fere vis praeverbii)*: SIDON. carm. 7, 223 *rex* te paulatim -at (-librat *var. l.*) sensibus imis atque animis: vult esse suum (*item -atur homo*: GREG. TVR. Mart. 2, 4 qui *servus* erat ei in commissis prumptuariis -tus ['*praeter ceteros degustatus, i. e. probatus*' *Krusch in indice p. 956*]). CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 146, 17 iuxta -tam tacita discussione rationem ... videamus. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 24, 6 experiamur ..., utrum -verit (spreverit *ed. princ.*) Christus ... Cananitidis in oratione sermonem, an fortassis exasperet ineptiam supplicantis; 'o mulier', ait, 'magna est fides tua' (*Matth. 15, 28*). *huc vergit* (*servata quodammodo notione communi gustandi, usu cognoscendi sim.*): PAVL. PETRIC. Mart. 4, 606 *qui paulo ante monachus factus est,* vix -tum cupiens laxare rigorem *disciplinae.*

II *actio -andi fit dicendo, scribendo* (*cf. imag. sub IA2; aliter l. 19.* GLOSS.L V Abba PRAE 43 -vimus: aliqua contulimus, aliqua diximus, ⌊vel summatim collegimus⌋ [*add. cod. Vat.*]. *accedit obi. acc. passim [saepe pron. vel adi. neutr.; explicantur oratione recta l. 71, enunt. secund. l. 84, praepos.* de *l. 69. p. 691, 7; cum struct. separativa p. 691, 17. 21], interrog. obliqua* VITA Hil. Arel. 2 l. 28; *absolute fortasse* AVELL. p. 665, 20 BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 16): **A** *vi praeverbii temporali i. q. antea libare, dicendo vel scribendo praemittere*: **1** *antequam eadem suppleantur, fusius tractentur* (*sc. anticipando*): TERT. resurr. 2 p. 26, 8 Christo ... servabatur omnia retro (*sc. in vetere testamento*) occulta nudare, ... ⌊-ta supplere⌋, praedicta repraesentare (⌊ ⌋ *sed fortasse usu generali comprehenduntur etiam actiones sim.*). 2 p. 28, 18 sq. ut quaedam -ari sollemne est, ita et differri necesse est, dummodo et -ta suppleantur suo corpore et dilata reddantur suo nomine. TREB. trig. tyr. 13, 1 multa de hoc *Macriano Iuniore* in patris imperio -ta sunt (VOPISC. Tac. 16, 7 haec ... de Probo). SYMM. or. 1, 21 *id Valentis* laudibus ... reservetur; unum ... hoc -asse sufficiet: '...'. epist. 6, 68 sume ... -tam salutationem, quam ... voce proxime deferemus. 9, 22 haec interim pro tempore -vimus; sed plura tribues *eqs.* AMBR. in Luc. 6, 83 iam illud in superioribus -vimus (*cf.* spir. 2, 13, 152 accipiamus nunc expressius, quod superius -vimus [*var. l.* pro-]. CASSIAN. c. Nest. 7, 2, 1 quas *res* necdum libris superioribus -vi [*postea*: de intactis dicere]). MART. CAP. 1, 2 Hymenaeo -ante disposita. EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 127, 21 in actionis sextae terminum iam canonum norma -atur, *quae in septima sequitur. al.* **2** *antequam alia tractentur* (*vel quaelibet fiant l. 82*): SYMM. epist. 1, 74 -o ... salutationem ...; reliqua pars paginae ad causam ... pertinebit. 5, 73 *mos est,* ut ingressi iter -ent primitias scriptionis (*sublucente fortasse imagine rei sacrae, cf. IA1*). FAV. EVL. 2, 1 W. (= p. 2, 8 H.) primum illud existimo -andum, quod ... Pythagoras numeris censet constare

[Scotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

naturam (*nisi ad B; distinguitur 20, 2* sequenti parte . . . symphoniam mundi . . . referemus). Macr. somn. 1, 3, 1 his -tis antequam ipsa somnii verba tractemus, prius *de somniorum generibus* . . . edisseramus (1, 20, 19 Ps. Prisc. gramm. III 521, 31). Ps. Max. Tavr. serm. app. 25 p. 900D in -tis exemplis (*sc. antea allatis; an excerptis* [*cf. antea*: plura exempla], *ut ad B pertineat?*). Boeth. in Porph. comm. pr. 1, 2 p. 6, 23 pauca de accidentibus -are (1, 5 p. 14, 23 [libare *var. l.*]). Greg. M. in Ezech. 1, 2, 21 haec nos in expositionis exordio -asse sufficiat. *al.*

B *vi praeverbii sive evanida sive potius ad usum localem referenda fere i. q. summatim libare, sc. perstringendo vel excerpendo commemorare* (*exempla certiora; cf. l. 1. 5*): Serv. georg. 1, 276 (*antea*: plenissime . . . expressit) rem breviter . . . -at (Leo M. epist. 24, 1 [Conc.S II 4 p. 4, 1] quamvis . . . per libellum . . . querimoniam *suam* miserit, b. tamen aliqua -vit asserens *eqs.* Isid. epist. 8, 3 [*in fine epist. fortasse spuriae*] haec *vobis* . . . b. -vi). Aen. 2, 506 hanc opinionem plene Vergilius sequitur, licet etiam illam -et (perhibet *var. l.*). Clavd. Mam. anim. praef. p. 19, 17 *primus liber* quippiam ex geometricis . . . regulis modeste ac moderate et quam potuit parciter -vit (Iord. Rom. 6 ex diversis voluminibus maiorum -ans aliqua floscula . . . in unum redigere *cupio. cf.* 114 aliqua exinde -ans multa supersedi). Ennod. epist. 9, 23, 2 p. 245, 9 satis modicum de illa meritorum messe -o (*opp.* maius aliquid . . . depromere). Ven. Fort. carm. 5, 5 praef. 1 etsi non aliqua compte, saltim comiter -are.

deriv.: praelibamen, praelibamentum, praelibatio.

praelicenter *adv.* *a* prae *et* licenter. *i. q. admodum, nimis licenter: potius contra normam*: Gell. 16, 7, 1 Laberius in mimis . . . oppido quam verba finxit -r (*cf. 16, 7 tit.* licentius petulantiusque). Amm. 17, 8, 3 *Salios* ausos olim in Romano solo . . . habitacula sibi figere -r. 28, 4, 25 aurigam . . . audentem omnia -r (*sc. calumniando*). *potius contra modum*: Amm. 16, 5, 3 *Constantius in libello* -r disponens, quid in convivio Caesaris impendi deberet.

praelīcio, -āvī, -āre. *a* prae *et* liciare. *i. q. antea liciare* (*translate de creatore, qui antea constituit quae postea explicantur*): Vincent. Ler. 23, 7 hunc ratum *esse* . . . crescendi ordinem, si eas semper in grandioribus partes ac formas numerus detexat aetatis, quas in parvulis creatoris sapientia -verat (praeform- *Baluzius*). *Scotti.*

praeligāmen, -inis *n.* *a* praeligare. *i. quod praeligatur, sc. in re magica de amuleto* (*cf. vol. VII 2, 1379, 46*): Marcell. med. 8, 57 lippitudo . . . depelletur, si in charta . . . scribas et collo . . . licio suspendas: '. . .', et hoc -n (-laeg-, -leg- *codd.*) purus castus facias (8, 58 in faciendo ac suscipiendo -e). 8, 59 collo gestandum -n. 29, 26 dum utetur quis hoc -e, abstineat venere. 31, 33 *aegrotum* nudum . . . -e illo cinges.

praeligāneus, -a, -um. *a* praelegere (-lig-), *quod apud auctores multo posteriores traditur* (*v. p. 687, 57*). *fere i. q. antea lectus, non nisi de vino, quod ex uvis ante communem vindemiam lectis factum est* (*cf.* [vinum] passum *vol. X 1, 200, 75 et 201, 15, ubi notio similiter ab uvis transiit ad vinum*): Cato agr. 23, 2 uvas miscellas, vinum -um quod operarii bibant, ubi tempus erit, legito.

1. praeligo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* ligare. Gloss. -o: *προδεσμῶ. legitur singulis fere locis inde a* Plavto, Cic., Liv., *sed ter decies apud* Plin. nat. [*e coni. vix recta* -ta *pro* praedita Arnob. nat. 5, 23 (*supra p. 575, 13*).]

i. q. ante ligare (*praeverbio quodammodo abundanter illustratur respectus vinculi sim. ante aliquid circumiecti; vix cogites de vi temporali p. 692, 1; adhibetur proprie praeter* Plavt.; *vinculum indicatur passim ablativo, ponitur pro subi. l. 73; cui quid alligetur indicatur dativo* Liv., Plin. nat. 28, 42): **1** *-antur partes corporis* (*animal l. 66*): **a** *praecludendo, secludendo: in imag.*: Plavt. Bacch. 136 (*loq. adolescens et paedagogus*) tua disciplina nec mihi prodest nec tibi. :: o -tum pectus (perre- *var. l.; explicat Ussing ad l.: 'quo sana admonitio penetrare non potest'; alii vix recte pectus incantamentis constrictum intellegunt, cf. Schönbeck, 1981, 20 sq. ad l.*). *corporaliter*: Plin. nat. 8, 188 dextro teste -to feminas generat *aries* (*in eadem re* 30, 149; *cf. Colum. 6, 28* testiculum . . . obligemus). 28, 146 -to *vesicae iecoris* ore lino crasso (*cf. Diosc. 2, 78, 1 ἀποδήσας τὸ στόμα αὐτῆς λίνῳ*). 30, 40 quo *lino* -ta infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur. **b** *operiendo, velando*: Cic. inv. 2, 149 *parricidae* os . . . obvolutum est folliculo et -tum. Petron. 102, 16 -emus vestibus capita et nos in profundum mergamus. Spart. Did. 7, 10 -tis oculis *puerorum.* **c** *variis modis cingendi*: Plin. nat. 28, 42 pollex in pede -tus proximo digito tumores inguinum sedat (allig- *var. l. et Plin. med. 2, 22, 4. item respicitur articulorum ligatura* [*v. e. g. vol. VII 2, 1381, 69 sqq.*]: 29, 32 sistit . . . sanguinem . . . sucida *lana* articulos extremitatium -ans. *cf.* 29, 38 cauda . . . quam artissime -ta ⌊evolsa inde lana⌋ [*abl. instr.*] statim vescuntur *pecora fastidientia*). 28, 63 vulnera nodo Herculis -are.

2 *-antur res variae* (*absolute fort. p. 692, 5*): **a** *quae vinculo sim. afficiuntur* (*cingendae sim.; applicandae* Liv.): *α vario usu* (*hucine* Svet. *ex b?*): Liv. 22, 16, 7 faces . . . fascesque virgarum . . . -antur[que] cornibus boum (*cf. e. g. Frontin. strat. 1, 5, 28* ad cornua . . . alligaverat). Plin. nat. 17, 87 plagam *arboris* . . . oblini fimo et foliis -ari praecipiens *Cato* (*agr. 28, 2 arbores praecisas* summas . . . foliis alligato). 17, 109 salice -ant marginem *fissurae, ne nimis scindatur.* 17, 180 pars *vitis* . . . -ta fructum dat (*antea*: alligari, religari). Cael. Avr. chron. 3, 8, 117 quadrangulam compaginem immittendam *esse in aquam* -tam loris, in quam erit includendus aegrotans; sed ⌊-anda⌋ compago pelle, ut aquae prohibeat ingressum (⌊ ⌋ *minus probabiliter vim praeverbii temporalem intellexit Drabkin*). *β praecludendo*: Plin. nat. 25, 93 *dictamnum colligentes* in . . . harundine condunt -antque, ne potentia evanescat (*obi. suppl. an absolute?*). 28, 133 sub ipso ore *vasis* . . . -to. Hyg. astr. 2, 4 p. 35, 8 Icarum . . . utrem . . . vento plenum -asse (perlig- *var. l.*).

b *ipsa vincula, tegumenta*: Rvt. Lvp. 2, 7 -to palliolo frigus a capite defendens (-to *Jacob*, prae lectulo *sim. codd.*). Vitr. 1, 1, 8 *catapultarum sim. funes* non praecluduntur nec -antur, nisi *aequaliter tenti sunt.* Svet. Iul. 79, 1 *cum quidam* statuae eius coronam lauream candida fascia ⌊-ta⌋ inposuisset (⌊ ⌋ *cod. M*, -tam *rell.*, '*fort. rectius*' *Ihm, ut ad a pertineat locus*).

deriv.: praeligamen. *Friis-Jensen.*

2. praeligo *v.* 2. praelego.

praelīneo, -ātum, -āre. *a* prae *et* lineare. *i. q. antea lineare, praefigurare* (*in explicatione mystica sacrae scripturae; cf. vol. VII 2, 1441, 30—34*): Pavl. Nol. epist. 23, 14 p. 170, 20 in caecitate ipsius *Samson* et in morte divini sacramenta mysterii -ta mirabimur (*inde* Caes. Arel. serm. 120, 4 passionem dominicam -tam esse [-linia- *cod., v. Rev. Bénéd. 16, 1899, 305 ad l. 78*]).

praelino, -lēvī, -litum, -ere *et* praelinio, -linītum, -īre. *a* prae *et* linere (linire). *formae ordinis quarti certae non exstant nisi* -irent Leo M. *et p. p. p.* -nitus Cael. Avr. chron. 2, 4, 80. *legitur fortasse iam apud* Catonem (*v. l. 28*), *certe inde a* Gell.

i. q. ante linere: **1** *vi praeverbii locali* (*imagine loci obscurata l. 28*): Gell. 6, 14, 11 *genus dicendi*, cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque -itur, fit praestigiosum. 13, 24, 1 Cato (*cf.* or. frg. inc. 10 [174 M.]) . . . villas suas inexcultas . . . ne tectorio quidem -litas fuisse dicit. Leo M. epist. 15, 15 quomodo *haeretici* . . . decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle -irent (*eadem imagine*: Prosp. carm. de ingrat. 817 nullo -levit letalia p.m.). *e coni. dub.*: Fronto p. 58, 26 v. d. H. caeno corpus oblitum, calicem melle delitum, mucronem veneno ⟨-litum⟩ (*coni. Orelli, sed etiam aliud compositum verbi linendi suppleri posse bene monuit*). **2** *vi praeverbii temporali* (*si recte sec. notam auctoris consuetudinem agnoscitur*): Cael. Avr. chron. 2, 4, 80 linteolum apponendum -linitum oleo cocto vel sale et cedria. 3, 8, 120 *squillas* concisas in vas fictile novum -litum mitti ('*sc.* -litum *gypso sim., antequam imponitur operculum*', *Fischer in plagulis*).

praeliquātus *v.* praeliquo. *Bk.*

[praelabitur: **praelīquitur** Gloss. (*Goetz,* -loq- *trad.; corrige sec. Gloss. IV 156, 5* praefa[ri]tur: praeloquitur).] *Ramminger.*

praeliquo, -ātum, -āre. *a* prae *et* liquare. *non nisi p. p. p.* -atus *i. q. antea liquatus*: Cael. Avr. chron. 5, 10, 108 *collectionis internae* ruptio fit aliquando paulatim tenuatis primo vomicae tegminibus, ut -tum atque parvum liquorem mittant (*sc. praemature per membranam expressum, transmissum; vix conferas vol. VII 2, 1490, 59 sqq., ut cogites de adi. notionis q. e. valde liquidus*).

praeloco, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* locare. *i. q. ante locare, praeponere* (*sc. vi praeverbii potius locali*): **1** *res: in arte gramm. vel rhet.*: Ter. Mavr. 290 consonans si -atur (*opp.* vocalis . . . praedita . . . consonis). 501 rarum esse . . . *ἰῶτα* post *v* subdere, verum . . . nec -ari . . . potest ([*cf. 506* prior locata]. 529 quis *vocalibus*). 643 alteri *vocali* cum -atur *u.* Mart. Cap. 5, 522 fit . . . pessima clausula, si pro trochaeo . . . spondeum -veris (pro- *var. l.; postea*: praemiseris). *vario usu*: Avien. ora 540 omne late -tis rupibus latus *portus* ambiere cautium cacumina. Avg. gen. ad litt. 7, 17 *sensus omnes praeter tactum* in sola facie -ti (-locuti *var. l.*) sunt . . .; anterior quippe pars posteriori merito praeponitur, quia . . . ab ista sensus, ab illa motus est. Primas. in apoc. 4, 7 l. 162 licet superius (*sc. 101 sqq.*) multorum patrum expositionem . . . maluerim -are, . . . tamen hic *eqs.* **2** *animantes* (*sc. spectandos, imitandos*): Cassian. inst. 5, 23, 2 quos *sanctos* ad imitandum gratia Christi velut . . . luminaria omnibus -vit. *Bk.*

***praelocūtio,** -ōnis *f.* *a* praeloqui. *plur. non nisi* Cassian. c. Nest. 7, 6, 4 Cassiod. var. 11, 15, 1.

i. q. actio vel eloquium praeloquentis (*respiciuntur verba scripta praeter l. 72. 75. 81*): **1** *de verbis, quae antecedunt alia verba*: **a** *in principio operis, sermonis, libri sim. positis* (*cf.* Isid. orig. 6, 8, 9 *prooemium* apud nos interpretatum praefatio nuncupatur, quasi -o. *distinguitur* prooemium *l. 79*): Sen. contr. 3 praef. 11 Silo Pompeius . . . haberetur disertus, si a -e dimitteret *auditores.* Frontin. strat. 3 praef. nec morabor ulla -e (*cf.* Cassiod. var. 11, 15, 1 ne vestram laetitiam longis -bus differamus). Svlp. Vict. rhet. 17 p. 322, 15 insinuatio . . . est laboriosa -o, quae fit in admirabili genere causarum. Avg. civ. 7, 6 p. 282, 18 D. in ista -e *Varronis* proposita theologia naturalis (*ad rem v. p. 694, 3*). doctr. christ. 4, 1, 2 expectationem legentium . . . ista -e cohibeo (*sc. praefatiuncula libri quarti; cf. 4, 1, 1* prooemium, *sc. totius operis*). epist. 147, 5 haec -o mea nondum propositam discutit quaestionem, sed . . . *lecturos* praestruit *eqs.* (*de eadem* 147, 6. 11 [pro- *var. l.*]). in euang. Ioh. 63, 1 haec -o . . . intentam fecerit caritatem vestram. *al.* **b** *quolibet loco positis* (*sc. ad alia praeparanda*): Avg. epist. 243, 3 -o . . . superior (*Luc. 14, 26*) cum extrema conclusione (*Luc. 14, 33*) concordat. pecc. orig. 7, 8 hanc

[Scotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius *Caelestii* -em (*antea*: superius . . . praedixerat: '. . .'). 23, 26 id eum *Caelestium* egisse hac -e praemissa, ut *eqs.* (*var. l.* locutione). c. Faust. 22, 47 Iacob quod pro ingenti crimine quattuor obiciuntur uxores, generali -e purgatur. CASSIAN. c. Nest. 7, 6, 4 -bus blandis fallax insidiator egisti, ut *eqs.* (*cf. 7, 6, 4* sancta praemittis, ut perversa suadeas). ENNOD. opusc. 2, 21 p. 294, 9 -i . . . divinum subdidistis exemplum.

2 *de prophetia*: CASSIOD. in psalm. praef. 1 l. 70 *qui prophetat* res incognitas . . . ⌊-is beneficio facit⌋ esse notissimas (per locutionis beneficia *var. l.*).

praelongo, -āvī, -āre. *a* praelongus (*nisi a* prae *et* longus *apud* PLIN.). *i. q. praelongum facere* (*an i. q. ante longiorem facere, ante producere* PLIN.*? pleonastice* VEREC., *nisi intrans., ut non* sol, *sed* tempus *sit subi.*): PLIN. nat. 11, 3 (*de animalibus subtilibus*) qua subtilitate *natura* . . . -vit pedum crura! VEREC. in cant. 6, 13 l. 13 D. *cum sol* super mensuram unius diei tempus longissimum -ret (*cf. Ios. 10, 14* non fuit ante et postea tam longa dies).

praelongus -a, -um. *a* prae *et* longus. *compar. et superl. desunt; nota* quamlibet -us PLIN. nat. 16, 184. [*confunditur in codd. cum* perlongus CHROMAT. serm. 25, 1 L.; *e coni.* OV. met. 6, 673 -a cuspide *Heinsius pro tradito* pro longa.]

i. q. valde vel nimis longus (*sc. vi locali praeter l. 43*): **1** *de armis*: LIV. 22, 46, 5 Gallis Hispanisque . . . dispares . . . gladii, Gallis -i . . ., Hispano . . . brevitate habiles (38, 17, 3 *Gallorum.* TAC. hist. 1, 79, 3 gladii, quos -os utraque manu regunt *Sarmatae*). 31, 39, 10 -is hastis (*de sarisis Macedonum ut*: 37, 42, 4. 38, 7, 12. CVRT. 8, 14, 16 -ae et validae. *de hastis Germanorum*: TAC. hist. 5, 18, 1 ann. 2, 21, 1). **2** *de partibus corporis* (*de ipso homine* QVINT.): PLIN. nat. 8, 121 *chamaeleoni est* cauda -a ([*Arist. hist. anim. 503a19 μακρὰν σφόδρα. cf. Sol. 40, 21* prolixa]. 11, 264 *caudae sunt* -ae saetosis *animalibus*, ut equis [-is saetosae *trad., corr. Mayhoff. cf. Arist. part. anim. 658a33 μακραῖς*]). 10, 67 glottis -am exerit linguam ([*Arist. hist. anim. 597b22 ἐξαγομένην . . . μέχρι πόρρω*]. 11, 171 serpentibus *est lingua* . . ., si extrahas, -a [*Arist. op. c. 508a23 ἐξέρχεται μέχρι πόρρω*]. 11, 173 *apium*). 10, 129. 11, 97 in quodam genere *insectorum* . . . cornua -a *sunt*. 11, 201. 11, 246 *simiarum pedes* sunt . . . ut manus -ae (*var. ll.* -es, -i. *Arist. op. c. 502b5 μεγάλαι*). 11, 258 araneis quibusdam -i accedunt bini *pedes*. 11, 263. 11, 274 -os digitos. QVINT. inst. 6, 3, 67 quod refert Cicero de homine -o (*respicitur de orat. 2, 267* magnum . . . Memmium). **3** *de variis rebus*: PLIN. nat. 13, 46 suum genus . . . *est* dactylis, -a gracilitate curvatis interim. 14, 15 -is dactyli porriguntur acinis. 16, 184 trabis quamlibet -ae. 19, 76 *naporum genus* -um (*Theophr. hist. plant. 7, 4, 2 μακράν*). 25, 137 *lonchitis est* radicibus -is. *cum respectu longi temporis*: QVINT. inst. 10, 3, 32 iuvenem . . . -os habuisse sermones.

deriv.: praelongo.

praeloquium, -ī *n.* *a* praeloqui. *i. q. dictum, sententia sim. antecedens, praelocutio*: ENNOD. epist. 2, 10, 2 p. 49, 19 domni Avieni dictionibus a me debentur ista -a (*sc. initium epistulae meae*). 4, 4, 3 p. 100, 16 ne sinuosis in longum procedant verba -is. *de inscriptione libri*: ENNOD. opusc. 2, 7 p. 289, 17 istud -um (*var. l.* proel-. *antea*: titulus *et* in praenotatione).

***praeloquor,** -locūtus sum, -ī. *a* prae *et* loqui. NOT. Tir. 26, 15[c] -itur. *formae significationis passivae: gerundiv.* HIL. in psalm. 138, 9 AVG. serm. 20, 5. *al., part. perf. p. 694, 58* (*sunt qui huc trahant p. 695, 1. 5*). *legitur inde a* PLAVTO, SEN. *phil.*, QVINT., PLIN. epist.; *saepe apud* AVG. [*confunditur in codd. cum* proloqui *e. g.* HIL. trin. 11, 15 CONSENT. gramm. p. 3, 2 N. (*falsa var. l.* GREG. ILIB. fid. 3, 56), perloqui AVG. anim. 3, 14, 20, loqui RVFIN. symb. 44 (42).]

i. q. antea loqui (*spectat ad verba dicta vel scripta; de actione signorum voce carentium p. 694, 77 sqq.*). *distinguitur* loqui *p. 694, 4. 18. 38; plus minusve abundanter accedunt* ante(a) *l. 70. p. 694, 44. 55*, prius *p. 694, 37, sim. al., v. sub 2b. indiculus structurarum: pendet acc. rei passim, personae hic illic sub 3b, praepos.* de *p. 694, 12 sqq. 695, 1 sqq. al., acc. c. inf. p. 694, 19 sqq. 82 sqq. al., enunt. secund. l. 71. p. 694, 27 sqq. (cf. et p. 694, 50. 65), oratio recta p. 695, 4* (*cf. p. 694, 35. 52 al.*).

1 *loquitur aliquis ante alium*: **a** *ut illum praeveniat*: PLAVT. Rud. 119 qui *servus* praefestinet, ubi erus adsit, -i. 248 occupas -i quae mea oratiost. **b** *qualibet causa*: HIL. in psalm. 128, 5 quid a nobis dici oporteret, quodam ipse *propheta* confessionis exemplo ante -itur. PACIAN. epist. 3, 11 p. 67, 4 quia prior euangelista (*sc. Matthaeus*) de gentibus -tus sit, de solvendo et ligando posterior (*sc. Iohannes*) impleverit (*respiciuntur Matth. 28, 19 et Ioh. 20, 23*). AVG. serm. 20, 5 -endum . . . nobis fuit ex more (*sc. ut sermo presbyteri praeparetur? v. Lambot ad l.; huc spectat fortasse* EVSEB. EMES. serm. 7, 3 donat nobis sermones pater qui -tus est). RVSTIC. Conc.[s] I 4 p. 182, 28 dignare . . . -i religiositati eius et eum nobis ad persuadendum facilem praeparare.

2 *loquitur aliquis, antequam ipse aliud argumentum proferat*: **a** *respiciuntur varia praemonenda, quibus sequentia quodammodo praeparentur, inducantur* (*sc. sive in prooemio, initio operis vel sermonis sive quolibet loco, antequam novum quid tractetur*): *α cum acc. rei*: SEN. nat. 2, 11, 3 haec necessarium fuit -i dicturo de tonitru *eqs.* QVINT. inst. 4, 1, 2 ea, quae prius quam causam exordiantur ad conciliandos sibi iudicum animos -untur *oratores*. HIL. in psalm. 138, 9 de semita . . ., antequam . . . tractatur *versus psalmi*, non nihilum -endum *est* (*item additur praepos.* de: AVG. civ. 7, 5 p. 281, 14 D. de naturali *theologia* . . . paucissima -itur *Varro* in hoc libro. in psalm. 118 prooem. l. 29 sit huc usque prooemium: iam de ipso *psalmo* est loquendum, de quo istuc visum est -endum. *al.*). SYMM. epist. 3, 41 quod ideo -or, ut *eqs.* 7, 34 salutationis honorificentiam -tus (AVELL. p. 634, 10 CASSIOD. var. 3, 1, 4. 10, 22, 3). AVG. gen. ad litt. 4, 14 p. 111, 25 dicam . . ., quod sentio, haec duo indubitata -ens *eqs.* serm. 23A,1 hoc -tus admonuerim caritatem vestram *eqs.* ENNOD. epist. 9, 8, 1 p. 233, 16 dum inscitiam sublimitas tua -itur, eruditionis secreta patefecit. opusc. 2, 14 p. 292, 10 *ut* illud iure -rentur exordium *episcopi. al.* *β cum praepos.* de: QVINT. inst. 5, 13, 60 de quibus *praeceptis* brevissime -tus, quid ipse sentiam . . . non tacebo. PLIN. epist. 3, 4, 3 collegae . . . de . . . necessitatibus -ti excusare me . . . temptarunt. SVLP. VICT. rhet. 7 p. 317, 4 de communibus omnium periculis -entes, *sc. in exordio*. AVG. civ. 7, 6 p. 281, 32 D. *dicit* Varro adhuc de naturali theologia -ens . . . se arbitrari *eqs.* BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 219, 22 de quibus singularibus diligentissime -tus nunc de universalibus . . . loquitur *Porphyrius*. *γ pendet acc. c. inf.* (*deest copula* DON.): AQVILA rhet. praef. p. 22, 4 tantum *nobis* -tis (-tus *trad., corr. Ruhnken*), quo maxime orator ab oratore differat, unum hoc . . . esse *eqs.* DON. gramm. IV 393, 3 nos cavenda haec vitia -ti controversiam de nomine pertinacibus relinquemus (*inde* DIOM. gramm. I 453, 6 haec vitia -ti). SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 26 quod *genus dicendi* . . . ne pro inepto accipiatur, iam -itur a modo praesentis causae non abhorrere *eqs.* AVG. civ. 18, 27 p. 291, 21 D. quorum *regum* diebus se prophetasse -itur *Isaias* (*sc. Is. 1, 1*). *δ pendet enunt. secund.*: AVG. c. Iulian. 4, 12, 58 *quae Ciceronis* verba . . . antequam interponeres, cautissime -tus es, quod . . . sexuum tangat effectum *auctor*. CONSENT. gramm. p. 3, 2 N. ut, quae sit distantia *inter barbarismum et metaplasmum*, -amur, priusquam *eqs.* (pro- *var. l.*). FAVST. REI. spir. 2, 3 p. 135, 21 -ti sumus, ut actionem nostram . . . catholicis disponamus oraculis. *ε cetera exempla*: PLIN. epist. 4, 5, 3 *libri* amplitudo non sinit me longiore epistula -i. 8, 21, 3 quod *factum* mihi *recitaturo* causam -endi dedit. AVG. anim. 2, 16, 22 in exordio . . . libri modeste . . . -tus est dicens: '. . .' (*eadem structura*: 3, 14, 20 [per- *falsa var. l.*]. c. Maximin. 2, 14, 9). c. Faust. 22, 83 p. 685, 9 sed prius -endum est, ne quemquam . . . offendat, quod *eqs.* serm. 52, 7, 19 iam locutus sum et -tus, et cautos reddidi et cautus fui. FACVND. defens. praef. 4 -i ac praemonere curavi. *al.*

b *respicitur res iam tractata, quae iterum affertur* (*tractatur* CONSVLT. Zacch.): TERT. adv. Iud. 4, 6 sicuti iam -ti sumus (14, 12 CASSIOD. in psalm. 142, 1 l. 12. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 17, 4 sicut -tus sum [serm. 51, 8, 12. NOVELL. Iust. 38, 6, *ubi gr. καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν. al.*]). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 130, 16 uti ante -ti sumus (GAVDENT. serm. 11, 24 G.). SCHOL. Cic. Bob. p. 160, 4 de . . . acerbitate iam sumus in argumento -ti (AVG. serm. 117, 8, 11 iam -ti sumus coaeva nos quaerere. *adde l. 41*). HIER. Didym. spir. 43 p. 140[A] et superius -ti sumus in omnibus sanctis . . . gratiam fuisse versatam (MVTIAN. Chrysost. hom. 33, 2 p. 445/6 quod s. -tus est [*gr. p. 227 ὅπερ ἀνωτέρω ἔλεγε*]). AVG. in euang. Ioh. 20, 5 hoc . . . paulo ante -tus sum, quia *eqs.* nupt. et concup. 2, 14, 28 p. 282, 5 sic . . . ⌊fuerat -tus⌋ *Iulianus*, quia '. . .' (-tus, erat -tus *var. ll.*). in psalm. 34, serm. 1, 11 l. 31 de quo *Iob* -ti sumus. 147, 25 l. 2 non denuo laborandum est dicere, quid sit crystallum; -ti enim sumus. quaest. hept. 3, 23 p. 254, 22 quod *pectusculum inpositionis* antea -tus est sacerdoti esse dandum. CONSVLT. Zacch. 1, 1 p. 8, 10 oportunitas praestitit, ut quae olim abusive -bamur, nunc libere . . . proferre liceat. PROSP. resp. ad Vinc. 9. *al.* *part. perf. passive i. q. praedictus, praefatus*: PS. VEN. FORT. vita Leob. 12, 37 (*nisi est medii aevi*) -tus Tyrannus.

3 *loquitur aliquis (aliquid), antequam eveniat, appareat vel manifestetur aliquid* (*aliquis*): **a** *spectat ad famam sim. virorum factorumve praenuntiam*: IVL. VAL. 1, 11 (*Nicolaus ad Alexandrum advenientem*) te Philippi filium fama -ta est ([*gr. Hist. Alex. M. I p. 19, 9 Kr. ἔμαθον . . . ὅτι κτλ.*]. AVG. conf. 5, 3, 3 fama . . . de illo *Fausto* -ta mihi erat, quod esset . . . eruditus). AVSPIC. ad Arbog. 39, 3 cresce meritis, ut -ta populi vox caelo sacra veniat (*antea*: te iam sacerdotio praefiguratum teneo. *an ad 1?*).

b *spectat ad verba vel signa, quibus futura praedicuntur vel praefigurantur*: *α cum acc. rei vel personae*: LACT. inst. 4, 12, 12 Daniel . . . similia -tus est (*4, 12, 10* sic praedicavit *Isaias*). HIL. in psalm. 126, 1 ut miserabilem populi casum . . . prophetae spiritus -atur. trin. 11, 15 in psalmo passionis suae sacramenta prophetico spiritu -tus *Christus* (pro- *var. l.*). PS. AMBR. mans. 42 p. 38[C] quae ad populum Madian -tus est *rex* (*respicitur num. 22, 4*). RVFIN. symb. 44 (42) quid . . . propheta olim per sanctum spiritum -tus sit (locutus sit *var. l.*). AVG. conf. 13, 36, 51 *ut* hoc -atur nobis vox libri tui, quod *eqs.* c. Faust. 12, 8 p. 336, 28 omnia . . . Christum et ecclesiam -untur (*sc. in creatura, cf.* in psalm. 47, 1 aliquid etiam -tus est deus in illo opere suo). SACR. Gelas. 58 M. quem *Christum* (*sc. venturum?*) . . . sollempnitatis (*i. epiphaniae*) pia munera -untur. MAX. TAVR. serm. 62 p. 660[C] dei filium ut propheta -itur *Iohannes baptista. al.* *β cetera exempla*: LACT. inst. 1, 6, 13 *sibylla* Erythraeam se nominatuiri -ta est (*pendet acc. c. inf. ut*: 4, 13, 21 ascensurum esse florem -tus est *Isaias* [pro- *var. l.*]. epit. 42, 2 HIL. trin. 5, 27). HIER. chron. a. Abr. 2047 prophetias, quae de eo *Christo*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuerant -tae (*item pendet praepos.* de: AVG. in euang. Ioh. 16, 7 de illo *Christo* . . . psalmus [*86, 5*] -tus est dicens *eqs.* IVLIAN. in Iob 19, 25 de . . . resurrectione. *al.*). epist. 149, 2, 1 (*spuria*) in eis *prophetis* domino -ente: '. . .'. PAVL. NOL. epist. 12, 2 *Christus* per legem praeformatus, per prophetas -tus. *part. praes.* -ens *pro subst. masc.* (*accedit gen. obi.*): Ps. CYPR. Iud. incred. 4 p. 124, 6 qui per prophetas ante adventus mei futuri -ens fueram.

deriv.: praelocutio, praeloquium. *Scotti.*

praelōtus *v.* praelavo.

praelūbricus, -a, -um. *a* prae *et* lubricus. *i. q. valde lubricus* (*sc. valde flexilis, cf. vol. VII 2, 1687, 37 sqq., maxime 40*): ENNOD. carm. 2, 46, 1 (*de muraenula aurea*) ⌊spiritus⌋ exhausto volitat -us auro (⌊ ⌋ *tropice de filo tenuissimo, cf. 2, 47, 2* flamina fulva). *Bk.*

praelūceo, -xī, -ēre. *a* prae *et* lucere. *formas stirpis perf. vix ad* praelucesco *trahas.* *legitur singulis fere locis inde a* VARRONE, CIC., SALL., HOR. [*confunditur in codd. cum* praeludere STAT. silv. 1, 2, 89 RVFIN. Orig. in lev. 12, 1 p. 455, 9 (*restit. e coni. dub.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 105).]

1 *vi praeverbii locali i. q. ante lucere, sc. ducendo, viam monstrando lucere:* **a** *intransitive* (*accedit dat. saepe* [*cf. exemplar elocutionis* -o mihi lumine ARVS. gramm. VII 503, 15 *sec.* SALL. *sub β, quem affert*], coram *l. 35*): *α -ent quaecumque lucem emittunt*: VARRO frg. Adnot. Lucan. 2, 356 venienti novae nuptae funal -at ([*cf. quae in Maia 37, 1985, 255 sqq. exposui*]. FLOR. epit. 2, 2, 10 *et* VIR. ill. 38, 4 *v. supra p. 439, 31. 47. cf.* SERV. auct. Aen. 11, 143 his *funalibus candelis* -entibus . . . mortui *efferuntur*). FEST. p. 289 qua *face* -ente nova nupta deducta est (*item in nuptiis*: MART. 12, 42, 3 SERV. Aen. 4, 167. *ceterum*: AMM. 18, 6, 15 duci. SERV. auct. Aen. 11, 143 *v. infra*). PHAEDR. 4, 11, 9 ne ignis . . . facinori *furis* -at. SEN. Tro. 900 (*loq. Andromacha*) thalamis Troia -et novis. PLIN. nat. 32, 141 ut baculum *ardens* . . . -at. SOL. 32, 43 machinas ad -endi ministerium fabricatas pharos dicunt (*de iisdem*: AMM. 22, 8, 8 -entem navibus . . . turrim. 22, 16, 9). SERV. auct. Aen. 11, 143 (*e Varrone et Verrio*) *cadaver* in urbem infertur cereis facibusque -entibus (GREG. TVR. Franc. 8, 5 p. 374, 11 -entibus coram eo *rege* lyghnis ac c.). MAXIM. epist. Migne suppl. 1, 1094 (*in imag.*) opinionis tuae lampada -ente. *β -ent animantes lumine usi: proprie*: SALL. hist. frg. 4, 15 praedatores facibus sibi -entes (APVL. met. 10, 32, 1 dominae. ARNOB. nat. 5, 24 sibi. *cf.* APVL. met. 4, 35, 2 *taedis nuptialibus*). STAT. silv. 1, 2, 89 (*verba Amoris*) *Leandro* natanti -xi (-lusi *var. l.*). SVET. Aug. 29, 3 servum . . . -entem. *in imagine*: Ps. CIC. in Sall. 5 ego meis maioribus virtute mea -xi (pro- *var. l.*), ut *noti fiant* . . ., tu tuis . . . offudisti tenebras. ITALA Luc. 1, 79 (cod. e) *Christus* visitavit nos . . . -ere eis qui in tenebris sunt *eqs.* (*Vulg.* illuminare, *gr. ἐπιφᾶναι*). PAVL. NOL. carm. 19, 229 *Christus* voluit sibi -ere . . . Felicem, ut nostras isto decerperet umbras sidere (*nisi ad 3*). epist. 5, 18 *dominus* -ens tibi in lumine vultus sui.

b *accedit obi.* (*si contuleris vol. VII 2, 1696, 51 sqq. et 34 sqq., intellegendum videbitur obi. rei, quam quis -ere faciat [sc. vi causativa], potius quam obi. int. lucis emissae; in imag. vel translate*): CIC. Lael. 23 *amicitia* bonam spem -et in posterum (bona spe *pars codd.; v. Seyffert-Müller ad l., 1876, 155 sq.*). AVSON. 322, 95 p. 266 P. his ego quaesivi meritum . . . nepoti consul avus ⌊lumenque⌋ tuae -o vitae (⌊ ⌋ *acc.; sed nom. intellegit Müller, Syntax des . . . Akk., 1908, 37*; -at *var. l.*).

2 *vi praeverbii comparativa i. q. prae aliis lucere, sc. praefulgere sim. (accedit dat. l. 56. 64); -ent quae percipiuntur potius*: **a** *oculis*: HOR. epist. 1, 1, 83 nullus in orbe sinus Bais -et amoenis. SEN. contr. 1, 6, 4 fastigatis supra tectis auro puro fulgens -et Capitolium. AMM. 26, 9, 9 a vespertino ortu luna -ens in diem (*item part. praes. fere pro adi.*: PAVL. NOL. carm. 28, 31 *in atrio* -ens cantharus exstat [*cf. epist. 32, 15* (*vers.*) nitens]. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 467, 12 quia . . . terra est informior et minus -ens quam cetera *elementa* [*467, 7* carens luce]).

b *mente:* *α eo quod aliis praestant*: SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 5 (vers. 2) cedenti cui non -erit Amnius unus? (*cum dat. ut*: PAVL. NOL. epist. 29, 12 p. 259, 9 splendoribus vanitatis *senatorum* -bat christianae humilitatis gratia *Melaniae*. AVSPIC. ad Arbog. 10, 4 tu -es omnibus [praecluis *var. l.*]). CIL VI 1735, 12 (*saec. V*) quod illis *meritis* summus in curiis . . . sententia ⟨pariter ac⟩ vetustate -et (*item cum abl.*: CASSIOD. var. 1, 43, 5 huic . . . talibus meritis -enti. 2, 3, 3 prudentiae facibus . . . -xit in curia). *β eo quod conspicua sunt, apparent*: Ps. PHILO antiq. 37, 3 (*loq. rubus, v. iud. 9, 15*) veritas in specie spinae -bat (*cf. exod. 3, 2 sqq.*). AMBR. off. 1, 45, 218 (219) in quo *ordine et modo* vere -et *decorum*. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 37, 85 p. 70, 2 ut haec ab apostolis facta -ant, eorum actibus edocemur. DIONYS. EXIG. praef. 3, 3 ut in *vestris moribus* . . . eius *magistri* . . . videantur opera -ere (per- *ed. Florent.; e cod.?*).

3 *vi praeverbii temporali i. q. antea lucere* (GLOSS.^{L} V Aa P 1001 -xit: ante lucem apparuit. *ceterum non nisi translate; v. etiam l. 45*): *in praefiguratione christiana*: RVFIN. Orig. in lev. 12, 1 p. 455, 9 quia apud ipsos *Iudaeos* adumbratio quaedam et imago -erat (-lus- *var. l.*) veritatis. ANIAN. Chrysost. hom. 3, 3 duorum populorum typum esse hos puerulos (*Phares et Zara, gen. 38, 27 sqq.*) eoque pertinere, ut intellegas posterioris populi rem publicam -isse ortui prioris (*Migne gr. 57, 35 προεξέλαμψε*). *in qualibet significatione futurorum*: CONC.^{S} I 2 p. 89, 16 ut iam tunc futuri in eodem episcopatus insignia -rent.

part. praes. praelūcēns *vergit in usum adi. p. 695, 58 sqq.*

praelūcēsco, -ere. *a* prae *et* lucescere. *de formis stirpis perf. v. sub* praeluceo. *vi incohativa detersa fere i. q. praelucere* (*sc. monstrando*): GREG. TVR. Franc. 10, 31 p. 535, 2 -ente (*scribitur et* -lucis-; rel- *var. l.*) cereo visitare *martyrum reliquias.*

praelūcidus, -a, -um. *a* prae *et* lucidus. [*falsa var. l. pro* perlucidus CASSIOD. var. 6, 14, 2 (*cf.* CYPR. GALL. exod. 1033 [-us *et* perliquidus *trad.*, perlucidus *Peiper, cf. num. 551 et e. g. Epist. Sapph. 157*]); -um *temptavit O. Müller loco corrupto* NAEV. com. 93^{c}, *v. vol. X 1, 141, 25 sqq.*] *i. q. valde lucidus*: PLIN. nat. 37, 88 arabicae *sardonyches* excellunt candore, circulo -o (*postea*: renidente, nitente). *Ramminger.*

praelūdo, -sī, -sum, -ere. *a* prae *et* ludere. *scribitur* pre- *in pap. Paris.* ALC. AVIT. hom. 24 p. 145, 28. *al.* NOT. Tir. 50, 16^{c} -it *et* -sit (*uno tantum codice*). *legitur inde a* STAT., GELL. [*confunditur in codd. cum* praecludere FLOR. epit. 4, 2, 2 AMBR. Hel. 13, 47 *et maxime cum* proludere AMBR. Hel. 13, 47 MACR. Sat. 2, 2, 15 (*v. et l. 64; falsa var. l.* OV. ars 3, 515 SEN. Tro. 182 PLIN. nat. 37, 19. *al.*).]

i. q. ante ludere (*vi praeverbii temporali praeter 2b; usurpatur sive transitive [v. infra sub 2a nec non l. 29, vix etiam l. 38. 45; pro obi. ponitur inf. l. 39] sive intransitive [cum dat. l. 31. 77, cf.* in *c. abl. l. 48; ceterum accedit abl. e. g. l. 34. 56 sqq.]; cf.* proludo, *quocum saepe confunditur*): **1** *scribendo, loquendo:* **a** *generatim, sc. antequam alia dicuntur, scribuntur:* *α respiciuntur carmina minora, leviora, quae quis scribit, antequam aggrediatur maiora* (*sc. carmina praeter l. 32*): STAT. silv. 1 praef. *nullus est poeta,* qui non aliquid operibus suis stilo remissiore -erit (*cum obi. acc. ut*: PHOC. carm. de Verg. 84 culicis tenui -sit funera versu. *vix addas* SERV. *infra*). Ach. 1, 19 magnus . . . tibi, *Domitiane carmine heroico celebrande,* -it Achilles (*i. Achilleis; ad dat. cf. l. 29. 77*). GELL. 19, 11, 2 cum tragoediis . . . faciendis -ret *Plato iuvenis* (*antea*: quibus *versiculis* . . . luserit. *eadem fere* MACR. Sat. 2, 2, 15 [pro- *var. l.*]. *item c. abl.*: AVSON. 412, 6 p. 270, 28 P. paucis iambicis. SERV. auct. ecl. 6, 5 quatenus vires suas levioribus [*trad.*; leviora *Thilo*] -endo ad altiora narranda praepararet *poeta*). *β vario usu*: HIER. in Gal. 1, 1 p. 311^{B} quod . . . in sequentibus, nunc quasi occulto sermone -ens, manifestius facit. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 359, 22 hoc, quod asserere sermo -it (in Mich. 7, 8—13 l. 435 quasi ex superfluo otiosus s. -erit. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 15). AVG. mag. 8, 21, 4 -o tecum non ludendi gratia, sed exercendi vires et mentis aciem. BOETH. syll. categ. introd. p. 761^{C} in quibus *studiis* . . . quadam quasi intelligentiae luctatione -rent (*postea*: brevior . . . doctrina, . . . *προλεγόμενα*). CASSIOD. in psalm. 56, 1 (praef.) l. 23 quae (*potius fem. attributive quam neutr. pro obi.*) imagines rerum in hoc titulo . . . -unt (*antea*: allusione).

b *speciatim, sc. futura adnuntiando*: IVLIAN. in Os. 2, 21—24 haec . . . suavitas gaudiorum *promissorum* . . . in illa aetate -sit (-clus- *Migne 21, 980*^{A} *per errorem*), cum est Babylonis soluta captivitas.

2 *quolibet modo:* **a** *vi praeverbii temporali:* *α cum respectu praeparandi vel se exercendi:* Ⓘ *-unt pugnaturi, bellaturi* (*in imag.* EPIST., VAL. CEM., AMBR. Hel., PAVL. PETRIC.): *intransitive*: FLOR. epit. 4, 2, 2 Mariana . . . Cinnanaque rabies iam intra urbem -erat (-clus- *codd. plerique*), quasi experiretur *bella civilia posteriora.* AMBR. hex. 6, 4, 26 nondum cervo cornua *sunt,* et tamen fronte -it. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 7 p. 763 quod in Hierosolymam copiis et apparatu -ret *Simon* (*gr. 4, 513 προγυμνάζων*). EPIST. pontif. 628 Schwartz p. 56, 27 quod duobus cornibus -endo . . . Iesum solvere niteretur antichristus. VAL. CEM. hom. 16, 5 (*comparatur rudis miles, qui* vulnera ludendo componit) in similibus . . . -endum nobis *Christianis* est. ISID. Goth. 70 chron. II p. 294, 24 exercere . . . sese telis ac proeliis -ere (*dat. an abl.? cf. l. 63. 76*). *transitive*: AVIEN. orb. terr. 1365 discursu . . . sacro -it proelia Liber *in India* (AMBR. off. 1, 10, 32 *militaturus* tamquam in procinctu positus -it proelium [*var. l.* pro- *praetulit Testard, ed. 1984, sed sequitur* praetendit *et iteratur* -it, *v. l. 75*]). AMBR. Hel. 13, 47 minoribus poculis velut ferentariis pugna -itur ([pro- *var. l., cf.* praelusorius]. RVT. NAM. 1, 257 solet excussis pugnam -ere glebis *taurus* [*cf. Verg. georg. 3, 234* proludit]). PAVL. PETRIC. Mart. 3, 388 (*in imag.*) classica nondum bellica inexpertis . . . -ere telis. CASSIOD. var. 1, 40 ars . . . bellandi, si non -itur, cum fuerit necessaria, non habetur. Ⓘⓘ *-unt quidlibet facturi: transitive*: IVL. VAL. 2, 6 *Alexander* interitum nostrum (*sc. oratorum, quos sibi dedi postulavit*) molitur civitatisque -it exitium. AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 349, 19 *voluptas tamquam meretrix* oculis prima temptamenta -ens. *intransitive*: AMBR. off. 1, 10, 32 in mari *navigaturus* . . . prius in fluvio -it. CLAVD. 28, 68 *Theodosius Honorium* parvum . . . triumphis imbuit et magnis docuit -ere fatis (*item cum dat.*: SIDON. epist. 4, 25, 5 in quae *monasteria* . . . solitus escendere iam caelestibus . . . -is habitaculis). MART. BRAC. iact. 6 -it . . . elatio in quibusdam et velut dux . . . suadet, *quae sint gerenda* (*nisi ad b trahas; postea*: praecedit).

β cum respectu praeostendendi sim. (fere alludendo): pro obi. sunt res significantes: MAR. VICTORIN. in Gal. 3, 7 hoc *mysterium* (*v. p. 710, 79*). PRVD. ham. 724 accipe gestarum monumenta . . . rerum, -sit quibus historia spectabile signum (*narratur gen. 19, 23 sqq.; vix cum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

colore praefigurandi, v. Palla, 1981 ad l.). SEDVL. op. pasch. 3, 8 *paralytici* vita . . . funeream -bat imaginem (*carm. pasch. 3, 92* mortis imago fuit). *pro obi. sunt res significatae* (*sc. futurae*): CLAVD. 22, 337 (*Roma affert textum imaginibus ornatum*) hic ego promissam subolem sperataque . . . pignora -si. MAX. TAVR. hom. 65 p. 385[B] *in utero* parvuli . . . gaudia futura -unt (*cf. Luc. 1, 41*). *absolute*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 105 ut augmenti indicia tamquam -ere videantur (praelucere *Bendz, Emendationen, 1954, 55 vix recte*). ALC. AVIT. hom. 24 p. 145, 28 -ens per coniecturam praesentium (*sc. donorum sim.*) contemplatio subsequent⟨i⟩um.

b *vi praeverbii locali:* *-unt* delphines *quasi praesules pompae ceterorum piscium* (*ni fallimur; hucine imagine ducendi p. 696, 79 ?*): AMBR. hex. 5, 1, 2 *in creatione aquatilium* pisces exsilibant de flumine, delphines -bant in fluctibus. *-it* imago *posita in conspectu alicuius*: CASSIAN. conl. 9, 3, 3 *praecedentium* actuum . . . vel sensuum ante oculos imago -ens *orantes avocat* (20, 5, 2 quamdiu ei *peccatori* . . . criminum a. o. i. -erit). VEREC. in cant. 6, 7 D. *qui oculos clausit, irradiantem* splendorem . . . non videt, imaginem tamen quandam sibi -entem agnoscit.

deriv.: praelusio, praelusorius. *Scotti.*

praelum *v.* prelum.

praelumbo, -āre. *a* prae *et* lumbus, *cf.* delumbare. *i. q. percutere ita, ut tundantur vel frangantur lumbi* (*sc. adversi, ut possis vim praeverbii localem accipere, nisi mavis conferre* praecido *vel* praefringo *supra p. 431, 53 sqq. 654, 48*): NOVIVS Atell. 93 coepit unum quemque -are fustibus (*explicat* NON. p. 156, 9 -are: lumbos perfrĭngere [*inde* GLOSS. V 645, 66 l. frangere]).

praelūmino, -ātum, -āre. *a* prae *et* luminare. *i. q. antea illuminare, sc. explicatione antecedenti*: TERT. resurr. 33 p. 72, 18 *omnem* parabolam . . . aut ab ipso *Christo* invenias edissertatam (*e. g. Matth. 13, 18 sqq.*) . . . aut a commentatore euangelii -tam (*e. g. Luc. 18, 1 sqq.*).

[**praelūminōsa** ratio GAIVS inst. 1, 190 *legit Böhm, Hermes 102, 1974, 128, scripturam breviatam audacius solvens*; pretiosa *Studemund in apographo et edd.*]

praelūsio, -ōnis *f.* *a* praeludere (*cf.* GLOSS. I p. 42 -o a ludendo). [*confunditur cum* pro- PANEG. 9, 2, 3; *olim ed. pro* pro- HEGES. 3, 8, 1.]

i. q. actio praeludendi, prolusio, quae actionem principalem, seriam antecedit: 1 *usu vario* (*usus technicus sublucere videtur*): PLIN. epist. 6, 13, 6 in ipsa pugna . . ., cuius quasi -o atque praecursio has contentiones excitavit (*in causis agendis; sim. Cic. div. in Caec. 47, ubi* prolusio). MACR. Sat. 7, 5, 4 est . . . rhetorica ⌊-o⌋ communes locos in utramvis partem . . . tractare (*sic Willis sec. codd. ut videtur, pro vulgo editur*). CASSIOD. in psalm. 143, 1 (*de David*) non . . . exercitio armorum aut aliqua -e constat imbutum, sed hosti suo *Goliath* subito apparuit egregius. 2 *technice in ludis publicis*: SYMM. epist. 2, 77 *canes* -is die ita Roma mirata est, ut *eqs.* 4, 8, 2 ludicris quaestorum -bus (praelationibus *var. l.*). MARCELL. med. 20, 5 *contusio* frequenter gladiatoribus accidere in -bus solet (*ex Scrib. Larg. 101* lusionibus).

praelūsōrius, -a, -um. *a* praeludere. *i. q. ad praelusionem pertinens*: AMBR. Hel. 13, 47 *proeliatores* in principio -is se exercent poculis, ut inritent sitim (pro- *var. l., sed cf. antea*: praeluditur).

praelūstris, -e. *ab ipso* OV. *sec.* illustris *formatum videtur, sc. ad illam vocem variandam (metri gratia?); cf.* praesignis *pro* insignis *apud eundem, nec non* sublustris. *i. q. perillustris vel nimis illustris*: OV. trist. 3, 4, 5 sq. vive tibi, quantumque potes, -a (*neutr. plur. pro subst.*) vita; saevum -i fulmen ab igne venit.

? **praelūvium,** -ī *n.* *notione parum dilucida fortasse sec.* diluvium *formatum; cf. etiam* proluvium. *codd. praebent fere* -lub-, *nonnulli etiam* proel-. GLOSS. IV 459, 41 -um: pelagus (*item* V 607, 61. *ordine inverso formatum ex* IV 457, 33 pelagus: -um [*item* V 606, 65]. *cf. fort. Verg. Aen. 1, 246, ubi Serv. explicat*: pelago: aquarum abundantia).

praemācero, -āre. *a* prae *et* macerare. *i. q. antea macerare*: SCRIB. LARG. 193 *in aqua* -antur aut mala Cydonea aut vitis capreoli *eqs.*

[**praemadeo,** *sc.* -uisse, *olim edd. pro trad.* per- ORIENT. comm. 2, 228, *compendio perperam soluto.*]

praemadidus, -a, -um. *a* prae *et* madidus. *i. q. valde madidus*: CYPR. GALL. num. 136 rivo viridantis olivi -a *vasa* (*ad num. 7, 13* conspersa).

praemagnus, -a, -um. *a* prae *et* magnus. [*falso in edd. vet. pro* magnus MAR. VICTORIN. defin. p. 10, 8. 31.] *i. q. permagnus*: PAVL. FEST. p. 373 vastum: -um.

praemaledīco, -dīxī, -dictum, -ere. *a* prae *et* maledicere. *i. q. antea maledicere*: TERT. adv. Marc. 5, 3 p. 577, 21 *Christus non* videbitur . . . iam tunc in lege (*sc. deut. 21, 23*) maledictus; aut quomodo -xisset eum creator, quem ignorabat?

1. praemando, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* mandare. [*falso trad. p. 698, 16.*]

i. q. antea mandare: 1 *cum colore commendandi, sc. amicum* (*cf. Langen, Beiträge, 1880, 307*): PLAVT. Trin. 335 (*ironice*) hominem -tum ferme familiariter (praedicatum *P*). 2 *cum respectu hominum, maxime fugitivorum, quaerendorum fere i. q. nuntiis vel litteris praemissis mandare, iubere*: PLAVT. Truc. 403 mater ancillas iubet . . . ire, -are et quaerere puerum . . ., qui supponatur mihi. VATIN. Cic. fam. 5, 9, 2 *de fugitivo tuo* mihi nihil mandasti, ego tamen terra marique ut conquireretur -vi. *p. p. p. neutr. plur. pro subst.*: CIC. Planc. 31 emissus aliquis e carcere; . . . idem postea -tis requisitus. 3 *cum colore mittendi* (*cf. vol. VIII 265, 42*): FVLG. aet. mund. p. 153, 22 *Samuel* e somno ⌊Heli⌋ ('*dativus aut delendum*' *Helm*) elicitus nuntius -atur. 4 *usu vario*: PS. AVG. serm. coll. Morin p. 623, 13 faciam quod iussit *pater moriens*, quia iusta mihi novissima -vit. PETR. CHRYS. serm. 27, 1 Christus . . . milites suos -tis vigiliarum vicibus commonuit contra diaboli . . . dolos.

2. praemando, -mānsum, -ere. *a* prae *et* mandere. *i. q. antea masticare*: GELL. 4, 1, 11 si me tibi -ere, quod aiunt, postulas (-are *trad.; in imag., sc. diligentius explicando, cf. Otto, Sprichw. n. 1254*). ANIAN. Chrysost. hom. 17, 6 p. 144, 1 S. -sis uti cibis inter principia vitae bonum est (*var. l.* immensis, *Migne gr. 57, 262 μεμασημένην τροφήν*).

praemanifēsto, -ātum, -āre. *a* prae *et* manifestare. *i. q. antea designare*: NOVELL. Iust. 159 praef. suprascriptas domos . . . et -ta quinque proastia (*gr. προδηλωθέντα . . . προάστεια*).

praemastico, -ātum, -āre. *a* prae *et* masticare. *i. q. antea mandere*: GLOSS. med. ed. Heiberg p. 90, 17 ex nimio appetitu ciborum plurimorum atque non -torum properante transvoratione (praemasticati *vel* -gati *codd.*). *Gatti.*

praemātūrus, -a, -um. *a* prae *et* maturus. *compar. et superl. desunt.* *de notione*: SYNON. Cic. p. 438, 19 praeceps . . . praerapidus. praecox. pernix. -us. PRISC. gramm. III 50, 16 *v. supra p. 372, 38 sq.* *legitur inde a* PLANCO (*sed adv. iam inde a* PLAVTO, *v. etiam l. 39 sq.*); *frequentant* TAC. *et* AMBR. [*e coni. dub.* LIV. 42, 16, 9 (maturam festinationem *cod., sed praestat* immaturam, *quo adi.* LIV. *saepius utitur*).]

1 *de eis quae prius fiunt quam fieri debent vel solent, i. q. praeproperus, intempestivus*: **a** *de rebus*: *α exempla varia*: PLANC. Cic. fam. 10, 8, 4 -a denuntiatio boni civis imparati quam periculosa esset. SEN. contr. 2, 6, 10 -a *iuvenis* . . . severitas non est frugalitas, sed tristitia. VELL. 2, 88, 3 *Lepidi uxor* -a[m] morte[m] immortalem nominis sui pensavit memoriam (PLIN. nat. 7, 171 [*e Catone*]. CE 1109, 1 [*saec. I?*]. TAC. ann. 13, 17, 2 ut iam non -a neque saeva m. *Britannici videatur. cf.* IVV. 11, 44 -i cineres. TAC. ann. 2, 71, 1 -o exitu. CE 1301, 4 -o funaere). LVCAN. 7, 98 ad -as segetum ieiuna rapinas agmina conpulimus (*nisi per enallagen ad 2a referendum, cf.* ADNOT. ante tempus maturatas, id est cum seges plena non esset). PLIN. nat. 8, 180 domitura boum in trimatu, postea sera, ante -a. SIL. 15, 356 (*Marcellus ad filium*) sit -us felix labor (ALC. AVIT. carm. 5, 398 ne -us [*praed.*] . . . contristet *senes* . . . l.). TAC. ann. 1, 30, 2 auxerat militum curas -a hiemps (2, 5, 3. 4, 51, 3 -a . . . et saeva). 4, 17, 2 mobiles adulescentium animos -is honoribus ad superbiam *extollere*. 14, 57, 4 caput . . . tamquam -a canitie deforme. POMPON. dig. 40, 4, 41, 1 -ae pecuniarum solutioni. VLP. dig. 37, 6, 1, 21 -a . . . spes. ARNOB. nat. 2, 75 ubi . . . finis et initium nullum est, nihil -um est, nihil tardum. LACT. inst. 6, 20, 31 *pueros* -is (-iis *var. l.*) vitiis imbui. AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 37 *mysteria* ne -o sermone et infidis auribus . . . quasi incocta committas. 2, 9, 38 -a poena. in psalm. 118 serm. 8, 51, 2 -us (permaturus *var. l.*) luminis veri . . . occasus. PHILIPP. in Iob 20 p. 668[D] durities senii iam -a. COD. Theod. 12, 1, 69 -a cupiditate. *β* -um existimatur *cum acc. c. inf.*: PLIN. nat. 8, 198 castrari agnos nisi quinquemenstres -um existimatur. *γ n. plur. pro subst.*: TAC. ann. 3, 66, 4 qui *boni* spretis quae tarda cum securitate, -a vel cum exitio properant. **b** *de ipsis hominibus* (*sc. praedicative*): APVL. met. 9, 23, 3 percontatur *uxor* de marito, cur . . . -us adforet (*antea*: celerius opinione rediens).

2 *de eis quae ante sollemne tempus, cito adepta sunt maturitatem, perfectionem, i. q. ante ceteros maturus*: **a** *de fructu, flore, partu sim., sc. praecocibus* (*in compar.* AMBR.): COLVM. 11, 3, 51 qui -um fructum cucumeris habere volet. APVL. met. 9, 33, 6 gallina . . . -um . . . prodidit partum. ITALA Is. 28, 4 (Hier. *ad l.*) -a ficus (*gr. πρόδρομος σύκον, Vulg.* ante maturitatem). AMBR. hex. 3, 15, 62 *alia arborum genera* tristiores ferunt sucos, alia dulciores, alia tardos, alia -os. *in comparatione*: AMBR. hex. 3, 7, 29 *caro hominis* -a ut flos, caduca quasi faenum (*respicitur Is. 40, 6*). **b** *de homine eiusve qualitatibus, sc. promptis*: AMBR. apol. Dav. I 2, 5 *David* ne exiguo quidem momento manere penes se delicti passus est conscientiam, sed -a (premitur a *unus e codd.*) confessione . . . reddidit peccatum suum domino. exc. Sat. 2, 111 ut, quicumque . . . ad tabernaculum testimonii -a intentione convenerit, opera possit spectare divina. incarn. 4, 31 exsilivit e navi *Petrus*, ut occurreret domino, non gloriae cupidus, sed oboedientiae -us (*potius gen. quam dat., cf. vol. VIII 498, 18 sq. 20*). in Luc. 7, 18 non inconsulta petulantia, sed -a devotio.

adv. **praemātūrē.** *compar.* -ius PAPIN., *cf.* -e nimium CE. GLOSS. *πάνυ ταχέως. ταχέως πάνυ. προκαίρως.* *fere i. q. ante iustum tempus, praepropere, intempestive sim.*: PLAVT. Most. 499 me Acheruntem recipere Orcus noluit, quia -e vita careo (*cf.* CE 466, 2

[Maslowski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dolebis, quam -e nimium sim mortis adeptus [*nisi adi.* -ae *intellegendum est*]). AFRAN. com. 335 adpetis dominatum demens -e praecocem (*explicat* GELL. 10, 11, 8 cum significandum ... est, coactius quid factum et festinantius, tum rectius '-e' factum id dicitur quam 'mature' [*inde* MACR. Sat. 6, 8, 13]). PAPIN. dig. 45, 1, 118, 1 dixi posse pecuniam peti nec videri -ius agi non finito stipulationis die. VLP. dig. 36, 1, 23 pr. *hereditatis* partem ... quasi -e datam. AMBR. obit. Valent. 16 -e prandium *petere*. COD. Iust. 6, 17, 1 (*a. 293*) -e rerum ... restitutionem postulari. 6, 33, 3, 2 sive tardius sive -e aliquis missus est *in possessionem*. 7, 63, 5, 2 -e causam inducere neque annali spatio expectato. INST. Iust 4. 6. 33b qui -e petit. *Maslowski.*

praemedico (-or*?*), -ātum, -āre (-ārī*?*). *a* prae *et* medicare (medicari). *i. q. antea medicare, praecavendo medicamentis instruere: part. perf.* -ātus (*sc. notione passiva*): OV. epist. 12, 15 (*verba Medeae imprecantis*) isset *Iason* anhelatos non -tus in ignes *taurorum* (-meditatus *var. l.*). TERT. ieiun. 12 p. 291, 5 *Pristinum martyrem* condito mero tamquam antidoto -tum ita enervastis, ut *eqs. part. praes.* -āns: LVX. anth. 369, 4 in quibus *herbis* est genio -ante salus (*coll. vol. VIII 545, 57 sqq. intellegam genium herbarum vel medicinae herbas vi medica implentem; aliter Rosenblum 1961, Happ 1986 ad l.*).

[praemeditātē *v. p. 700, 17.*] *Bk.*

praemeditātio, -ōnis *f.* *a* praemeditari. *i. q. actio praemeditandi:* **1** *de actione cogitandi, deliberandi:* CIC. Tusc. 3, 29 -o futurorum malorum lenit eorum adventum (*fere technice in philosophia ut*: 3, 31 *Cyrenaicorum* arma contra casus et eventus, quibus eorum advenientes impetus diuturna -e frangantur. 3, 34 *Epicurei* reprehendunt -em rerum futurarum. *cf. infra l. 73 sqq. et Dougan-Henry, comm. ad Cic. Tusc., 1934, II p. XXXVI sq.*). AVG. anim. 3, 15, 23 animus, *qui proprio iudicio damnato meliora sectatur, ...* ipsa est correctionis -e ac praeparatione catholicus. conf. 11, 18, 23 *v. p. 700, 8.* PALLAD. hist. mon. I 54 lucra praesentia futurarum opum -e ac provisione *contemnere* (*gr. p. 162, 14 B. τὰ μέλλοντα βλέποντες*). GREG. M. in I reg. 4, 179. **2** *de qualibet actione praeparandi:* SERV. Aen. 12, 106 *taurus* 'ad pugnam proludit': praemeditatur; Cicero (*div. in Caec. 47*) 'si mecum in hac prolusione nihil fueris', id est -e (-is *var. l.*) certaminis. HIER. in Matth. 17, 9 futuri regni -o (premedicatio *var. l.*) ... demonstrata fuerat (*sc. in transfiguratione Christi. de praefiguratione ut*: MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 26 p. 739 *deus* in -e colluctabatur cum Iacob, quod in passione Christi impletum videmus). GLOSS.^{L} IV Plac. o 21 oeconomia est dispositio vel -o vel praeparatio.

praemeditātōrium, -ī *n.* *a* praemeditari. *i. q. locus praemeditandi* (*sc. praeparandi; cf.* meditatorium, cogitatorium): TERT. ieiun. 6 p. 280, 9 *stomachus cibis stipatus* -um efficitur latrinarum (*ironice; cf. vol. VIII 573, 12*).

praemeditor, -ātus sum, -ārī. *a* prae *et* meditari. *de genere: sensu passivo saepius in stirpe perf. inde a* CIC., *l. 73. p. 700, 16. 42 sqq. 49; imperf.* IREN. 4, 30, 4. 4, 34, 4. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., LIV., SEN. *philos.*, SIL., QVINT., TAC. [*e coni. dub.* CIC. Tusc. 4, 61 (-antem *Schiche pro* prementem).]

i. q. antea meditari (*pro obi. ponitur acc. saepius [nota* nihil de *futuro l. 71], enunt. interrog. l. 58 nec non 84 sqq., acc. c. inf. l. 82 et p. 700, 7 inf. p. 700, 5. 12. 29. 33. 37; absolute vel obi. subaudiendo l. 65. 70. p. 700, 10. al.; plus minusve abundanter accedit* ante *p. 700, 1. 51. 55,* antea *700, 49,* prius *l. 79*): **1** *respicitur mera actio cogitandi, deliberandi sim.:* **a** *contemplatur aliquis quaelibet, sc. fere futura antequam eveniunt* (*pro obi. ponuntur verba ad futura spectantia l. 69*): *α deponens:* RHET. Her. 2, 5, 8 accusator dicet eum *reum* usque adeo -tum fuisse, quid sibi esset usu venturum, ut *eqs.* SIL. 1, 686 -ans Fabius surgentia bella. SERV. georg. 2, 405 'curas venientem extendit i(n) a(nnum)': quasi in tempore alieno -atur (-bitur *var. l.*) futurum laborem. AMBR. exc. Sat. 1, 35 *fratris* casum, quo esset tolerabilior, nec -ari potui. HIER. epist. 60, 14, 3 debemus ... animo -ari, quod aliquando futuri sumus *eqs.* in Matth. 17, 23 *ut tristia* a -tis ferantur animis. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 14, 1 quid ... est quod pati homo per hominem potest*?* -emur apud nosmet ipsos semper (*Migne gr. 35, 1245^{C} ἴδωμεν*). AVG. in psalm. 83, 8 l. 7 iam -atur gaudia futura (*contextu nobis parum perspicuo*). 138, 12 illum finem maris (*i. saeculi*) spe fideli -emur. serm. 151, 7, 7 apostolus iam -ans triumphum (*respicitur I Cor. 15, 54 sq. ut*: 163, 7, 7 -amini verba triumphantium). 206, 1 -ando significare *nostrae celsitudinis tempus* (*opp.* videndo agere). MART. BRAC. form. vit. 2, 9 qui nihil de futuro -atur (-at *unus e codd.*), in omnia incautus incedit. *β passive:* CIC. Tusc. 3, 32 neque vetustate minui mala nec fieri -ta leviora *Epicurus censet* (*cf.* praemeditatio). 4, 57 *sapienti* nihil, quod homini evenire possit, ⟨non -tum sit⟩ (*suppl. Bouhier*). SEN. epist. 107, 4 nemo non fortius ... duris quoque, si -ta erant, obstitit. AMBR. exc. Sat. 1, 40 tolerabiliora ... tanti doloris -ta quam inexplorata vulnera. HIL. AREL. vita Honorat. 30 l. 11 -ta ... non repentina advenerat *mors*. ORIENT. comm. 2, 144 nova praemia ... non sensu -ta prius.

b *deliberat, consiliatur aliquis de eis, quae ipse facturus vel dicturus est* (*huc vergit l. 60*): *α deponens:* CIC. Phil. 11, 7 est ... sapientis, quicquid homini accidere possit, id -ari ferendum modice esse. Att. 6, 3, 4 ex qua *forma rei p. a te descripta* me fingere possim et -ari, quo animo accedam ad urbem. LIV. 40, 23, 6 tandem legati, iam ante -ti (-tis *pars codd.*) in Macedonia, quae ab Roma renuntiarent, venerunt. ITALA Matth. 10, 19 (Aug. serm. 276, 2) nolite -ari, quomodo aut quid loquamini (*gr. μὴ μεριμνήσητε, cod. a al. et Vulg.* cogitare). Luc. 21, 14 (cod. f *al.* = VVLG.) non -ari, quemadmodum respondeatis (*gr. προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι,* Cypr. epist. 76, 5 *al.* -ari excusare, Hier. Didym. spir. 18 -ari ad respondendum). COD. Theod. 9, 37, 3 *accusatores* sciant cuncti, -entur ... eam se rem deferre debere *eqs.* AVG. conf. 11, 18, 23 scio nos plerumque -ari futuras actiones nostras eamque praemeditationem esse praesentem, actionem autem, quam -amur, nondum esse *eqs.* 11, 27, 36 *constituere* -ando (-anda *unus e codd.*), quam longa futura sit *vox edenda*. CHROMAT. in Matth. 24, 2, 2 E.-L. per Salomonem praecipere spiritus sanctus -batur (-atur *var. l.*) dicendo *eqs.* ROMVL. fab. 14, 4 rec. vet. *aper* -tus intra se ... inquit (cogitans secum *rec. W*). ISID. in gen. 23, 14 hoc (*sc. necem*) ... Iudaicus populus in Christo -tus. *β passive:* QVINT. inst. 4, 5, 2 *qui* ad agendum nihil cogitati -tique detulerit. 5, 13, 3 accusator -ta pleraque domo adfert (*opp.* inopinata. *var. l.* praemeditate, *sed cf. Winterbottom, Problems in Quint., 1970, 97 sq.*). SYMM. epist. 2, 25 si quid -tum utrique nostrum stilus fraternus ingesserit (*opp.* adhuc novum). AMM. 26, 2, 3 -ta dicere iam parabat *Valentinianus*. MAXIMIN. c. Ambr. fol. 341^{r}, 36 qua *scientia* posses -ta vel ab aliis suggesta ... quaerere. CARM. adv. Marc. 2, 106 magnae rationis imago -ta patris (*respici videtur Col. 1, 15 Christus* est imago dei, *sed contextus vix sanus est*).

2 *respicitur quaelibet actio, qua aliquid praeparatur, antea exercetur vel antea efficitur:* **a** *vario modo:* *α deponens:* LIV. 38, 3, 8 *Aetoli* nihil, ne bellum haberent, priusquam paene in conspectu hostis erat, -ti. TERT. adv. Marc. 2, 17 p. 359, 10 quo facilius in pecudibus -ta humanitas in hominum refrigeria erudiretur (-iret *pars codd.*). IREN. 4, 20, 8 ut praeformaretur et -retur (meditaretur *pars codd.*) homo applicari in ... gloriam. 5, 35, 2 in qua *Hierusalem terrestri* iusti -antur incorruptelam (*ibid. iterum*). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 96, 23 bonum ... vinum gustaverat prius 'in lege et prophetis', ex quo velut -ta fuerat sponsa laetitiam cordis accipere (*cf. gr. ibid. l. 31 ἔχουσα παρασκευήν*). Ps. RVFIN. Clement. 3, 5, 1 *v. p. 726, 46.* AVG. in psalm. 148, 4 l. 41 laudet ... creatura dominum; quia hoc ibi (*sc. post mortem*) facturi sumus, quod hic -amur. HIL. AREL. vita Honorat. 5 l. 35 iam tunc in parvo -ans cuncta contemnere. VEN. FORT. vita Radeg. 2, 7 hoc ... -ans ... gerebat. virt. Hil. 3, 7 *parentes* iam quasi defuncti *fili* -antes exsequias. *inde technice de prolusione, qua quis se ad certamen praeparat*: TAC. ann. 14, 15, 4 *Nero* scaenam incedit, multa cura temptans citharam et -ans adsistentibus phonascis. SERV. Aen. 12, 106 *v. sub* praemeditatio. *β passive:* SYMM. epist. 8, 42, 2 si vel in tabulis vel in tegulis exemplum de te -ti operis (*sc. novi generis musivi inventi*) sumpserimus. AMM. 30, 4, 19 ex -to colludio *advocatorum*. MAXIMIN. c. Ambr. fol. 339^{r}, 6 que ... temere inter vos solo furore fuerat -ta ... factio.

b *praefiguratione* (*usu christiano; typus indicatur per obi., abl., praepos.* in): *α passive:* IREN. 4, 30, 4 haec in typo -bantur (4, 34, 4 in Abel. HIL. myst. 1, 32, 2 *nihil* non tamquam -tum antea in ipsis hominum et aetatibus et moribus *cernebatur*. MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 26 p. 739 *Christus* in figura ... hominis ante -tus colluctasse cum Iacob invenitur). CONC.^{S} I 3 p. 162, 15 dudum ... dei praesentia -ta figuris est (*addito abl. contra gr. I 1, 2 p. 74, 14 προεμελετᾶτο*). *β deponens:* HIER. epist. 36, 16, 5 diabolus ⌊fratricidae Iudae os⌋ (-as Iudaeos *pars codd.*) in Cain ante -ans in Esau manifestissime confitetur. *obi. est typus:* Ps. ORIG. de Melch. l. 26 qui *Melchisedech* imaginem Christi sacrificio suo -tus fuisset.

part. perf. praemeditātus, -a, -um *saepius ponitur fere pro adi. vel pro subst., v. l. 15 sqq. 44. 49. p. 699, 77 sq.*

deriv.: praemeditatio, praemeditatorium.

compos.: impraemeditatus. *Maslowski.*

praemeleto, -āre. *a* prae *et* meletare *sec. gr. προμελετᾶν, cf.* com-, promeletare. *i. q. praemeditari, antea cogitare:* ITALA Marc. 13, 11 (cod. a, n) nolite solliciti esse ⌊nec -are⌋, quid loquamini (*deest ceteris et gr. praeter quosdam, qui addunt μηδὲ προμελετᾶτε, sc. sec. Luc. 21, 14 μὴ προμελετᾶν* [*v. l. 4*]).

praememor, -oris *adi.* *a* prae *et* memor. *potius i. q. antea memor, praescius (v. quae Philol. 132, 1988 exponam), quam i. q. bene memor vel valde gratus* (*cf. vol. VIII 656, 81*): LVX. anth. 305, 7 (*ad nobilem quendam*) *aves marinae* stagna ... frigida ... *non* retinent, sed, quo tuorum temperiem nemorum monstrent volatu -es famulo, ... non repetunt patriam.

praememoro, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* memorare. *i. q. antea commemorare, praedicere* (*praeter* AMBROSIAST. *non nisi p. p. p. pro adi. vel subst.*): AMBROSIAST. in Gal. 1, 11–12 (rec. *γ*) sicut -vi (*rec. α* sicut supra memoravi). CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 66, 6 *Nestorius* suscipiens -tas chartas (memoratas *vers. Tur. nec non I 2 p. 52, 12, gr. I 1, 2 p. 37, 18 προειρημένα*). I 5 p. 356, 5 *ne* mos ... a quopiam -torum commoveatur (*gr. I 1, 7 p. 123, 13 μνημονευθέντων*). II 2, 1 p. 3, 24 ut -tum Eutychem adesse iubeatis (*gr. II 1, 1 p. 101, 24 προειρημένον, altera versio II 3, 1 p. 79, 9* praedictum).

praemēnsus *v.* praemetior.

praemercor, -ātus sum, -ārī. *a* prae *et* mercari. *i. q. antea mercari, praeemere* (*sc. praeveniendo alium emptorem, qui indicatur*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dativo apud PLAVT.): PLAVT. Epid. 407 edepol ne istam *puellam* temperi gnato tuo sumus -ti. HEMINA hist. 13 ni qui ad polluctum *pisces* emerent ... ea (*i. pisces non squamosos*) ... -rentur. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 10 -atur (pro- *var. l.*) ancillam senex. GLOSS.^{L} III Abol. PR⟨A⟩E 31 praestinaturus: -turus (*item* GLOSS. V 510, 58).

praemergo, -mersum, -ere. *a* prae *et* mergere. *non nisi p. p. p.* -sus *i. q. antea mersus, qui prius occidit* (*sc. de stellis*): GERM. 639 Pegasus abscondit ... pennas nec lucet caudā -us pectore Cycnus (*sc. cuius pectus iam prius occidit, cf. 616* Cycnus ... caudam vix lucet ad ipsam *et Arat. 628 προτέρου Ὄρνιθος ἐφέλκεται ἔσχατος οὐρή*).

praemessum *v.* 2. praemeto.

praemētior, -mēnsum, -īrī. *a* prae *et* metiri. *non nisi perf. passive accipiendum. i. q. antea metiri* (*subest notio distribuendi, cf. vol. VIII 882, 56*): SIC. FLACC. grom. p. 101, 8 -um *est* ... quod universis *civibus* suffecturum videbatur solum.

[praesultator: **praemetiva** GLOSS.^{L} II Abav. PR 51 *corrupta nec non ex duabus glossis concinnata est; cf. sub* praemetium *et sub* praesultator, prosaltor.]

praemetium, -ī *n.* *a* prae *et* metere, *nisi a* praemetere. *i. quod ante messem communem metitur, primitiae*: FEST. Gloss.^{L} IV p. 340^{b} (p. 234 M.) ⟨-um praelibatio Cereri, quo⟩d ante metitur, qua⟨si praemessum⟩ (*suppletur sec.* PAVL. FEST. p. 235 -um, quod praelibationis causa ante praemetitur. *pendet fortasse* GLOSS.^{L} II Philox. PR 92 -um: *ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία* [praemetivum *ed. Stephani*]). PAVL. FEST. p. 319 -um de spicis, quas primum messuissent, sacrificabant Cereri (*inde lemma restituendum videtur* FEST. p. 318).

1. praemēto (-or*?*), -ātum, -āre (-ārī*?*). *a* prae *et* metare (-ari). [*falsa var. l.* -tum *pro* metatum SOL. 40, 5.] *i. q. antea metari: ipso cursu*: MART. CAP. 1, 8 cum zodiaca eum *Mercurium* hospitia -antem numquam abesse menstrua praecursione permitteret *Sol. descriptione*: MART. CAP. 8, 811 in quo *libro* -ta divum (*sc. planetarum*) itinera et cursus recursusque siderei ... praenotati ex metallis diversicoloribus apparebant.

2. praemeto, -ssum, -ere. *a* prae *et* metere. *? 1 vi praeverbii temporali i. q. antea metere: l. 21 (p. p. p. neutr. pro subst.). 23 (non nisi in sermone epitomatoris).* **2** *vi praeverbii locali i. q. ab anteriore vel superiore parte metere, praecerpere* (*sc. crines ad sacrificandum*): STAT. silv. 3, 4, 11 forsan et ipse *Apollo* comae numquam labentis honorem -et (*cf. supra p. 426, 53 sqq.*). SCHOL. Pers. 1, 29 *cirrati* crines habent in honorem Veneris, quos statuto tempore -bant.

cf. praemetium.

praemetuo, -ī, -ere. *a* prae *et* metuere. *part. praes. praeter* SYMM. *et* PRVD. *i. q. antea metuere* (*sc. antequam periculum sim. proxime adest*): **1** *vario usu* (*fere cum dat.; cf.* SYMM. *sub 2*): LVCR. 3, 1019 etsi absunt *poenae,* at mens sibi conscia factis -ens adhibet stimulos (*dub. an* sibi *cum* -ens *iungendum*). CAES. Gall. 7, 49, 1 Caesar cum iniquo loco pugnari ... videret, -ens suis ad ... legatum ... misit, ut *eqs.* EPIT. Alex. 88 Antipater suspicans criminationem factam et ... sibi -ens iniit consilium *eqs.* (praeterm- *trad.; Hist. Alex. M. I p. 133, 18 Kr. εὐλαβούμενος solum*). **2** *cum obi. acc. vel struct. verbali*: VERG. Aen. 2, 573 *Helena* deserti coniugis iras -ens. PHAEDR. 1, 16, 4 illa *ovis* -ens dolum *lupi.* SYMM. epist. 1, 1, 6 utrum verecundiae (*gen. an dat.?*) -endum sit discrimen an gloriae (*nisi cum Callu vim praeverbii comparativam intellegas*). PRVD. c. Symm. 2, 682 *Iupiter,* dum -it cultus inolescere Christi, saeviit. PAVL. NOL. carm. 10, 306 anima ... cauta futuri -ens, ne ... non possit in auras regis ... se tollere *die novissima.*

adv. **praemetuenter.** *i. q. modo antea metuentis, praecaventis*: LVCR. 4, 823 errorem vitare ... -r (praemetuentur, praemeditentur *var. ll.*). *Ramminger.*

[**praemia** *v.* praemium.]

praemiālis, -e. *a* praemium. *i. q. ad praemium pertinens*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 36 p. 1591 si mors esset ... poenalis, esset quoque ... resurrectio -is (*inde* AVG. *ibid.* p. 1593 [*bis*]. 1595. *item de re praemio data*: CASSIOD. in psalm. 45, 7 mirabile donum, ... -e beneficium). CASSIOD. in psalm. 128 praef. videamus quid sit positum in hoc numero -i, quia ipse est denarius, quem laborantibus in vinea sua dives dominus pia largitate concedit. CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 10 p. 46, 15 -e sibi periculum indicit, qui bellum suscipit cum natura (*antea*: castitatis dura sunt proelia, sed maiora sunt praemia).

praemiātor, -ōris *m.* *a* praemium. **1** *usu prisco significatur qui rapinae praemiis victum quaerit, sc. fere i. q. grassator, latro sim.* (*cf. p. 714, 76 sqq. et quae exposui Mus. Helv. 43, 1986, 186*): NAEV. com. 17 nam in scena vos nocturnos coepit -es tollere (*affert explicatque* NON. p. 150, 28 -es ⌊nocturni⌋: praedones [⌊ ⌋ *delendum?*]. *inde* GLOSS. V 645, 27 -es: praedonis. *cf. etiam* GLOSS. IV p. XVIII -r [proeminator *codd.*] praemii atque praedae appetens). **2** *usu novato significatur qui praemia dat, fere i. q. remunerator*: AMBR. in psalm. 36, 57, 2 principem agonis humani -emque luctantium (*sc. Christum*).

f. **praemiātrīx,** -īcis. *i. quae praemia dat, remuneratrix*: AMM. 14, 11, 25 ultrix facinorum impiorum bonorumque -x ... Adrastia ..., quam ... etiam Nemesim appellamus. MEROB. pros. frg. 2 A, 12 habes ... -e⟨m⟩ conscientiam tuam (*cf. p. 716, 20*). *Massaro.*

praemico, -āre. *a* prae *et* micare. *inter formas praevalet part. praes.*

1 *usu sollemni i. q. micando eminere, praefulgere* (*vis praeverbii comparativa* [*cf. e. g.* praecello, praeniteo] *fere in vim auctivam abiisse videtur*): **a** *proprie -ant res lucentes, splendentes*: APVL. met. 5, 20, 2 lucernam ... claro lumine -antem (11, 10, 3). 10, 1, 2 galeam nitore -antem et scutum ... longius relucens. 11, 1, 1 -antis lunae candore nimio completum orbem (*cf.* ORIENT. carm. app. 4, 13 te *dominum* ... omnes ... guttae [*i. stellae*] -antes invocant). MIN. FEL. 5, 9 tonitrua mugire, rutilare fulgora, fulmina -are (*cf.* PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 44, 3 *in monte Sina deus* scripsit legem cum fulgore -ante [*cf. exod. 19, 16* micare fulgura]). VEN. FORT. carm. 10, 6, 14 nituerunt culmina templi postque usus veteres -at aula rudis (*i. ecclesia restituta; cf. 10, 6, 1* emicat). **b** *translate -ant homines eorumve virtutes praecellentes*: CASSIOD. hist. 2, 1, 9 *in concilio* ministrorum ... dei alii sapientiae sermone fulgebant, alii continentia vitae ... coruscabant ...; erant ... alii ... animi robore -antes (*Socrat. 1, 8 διαλάμποντες*). EPIST. episc. Greg. Tur. Franc. 9, 39 p. 462, 3 *sanctitatis* radio -ante ... reddis audientium pectora caelesti fulgore suffusa. VITA Amator. (BHL 356) 33 *Romae* amicorum Christi notitia -at.

2 *usu peculiari i. q. micando praecedere*: PRVD. perist. 1, 84 (*de martyrum anulo et orario miro modo in caelum translatis*) quod sursum per auras evolarunt munera, quae viam patere caeli -ando ostenderent.

praemigro, -āre. *a* prae *et* migrare. *i. q. antea migrare*: (*sc. praeveniendo*): PLIN. nat. 8, 103 ruinis imminentibus musculi -ant (*cf. 8, 102 animalia* pericula praemonent *et vol. VIII 935, 82 nec non Aelian. nat. anim. 11, 19 φθάνουσιν τὴν καταφορὰν καὶ ἐξοικίζονται*).

praeminēns *v.* praemineo.

praeminentia (praeeminentia), -ae *f.* *a* praeminere (praeeminere). praem-, *quod testatur etiam cod. R saec. V/VI* AMBR., *solum tradi videtur apud* BOETH., *ceterum iuxta* praeem-, *quam formam Engelbrecht praetulit omnibus locis* CLAVD. MAM., *cum sola tradi videatur* anim. 2, 12 p. 146, 15.

i. q. status praeminendi, sc.: **1** *excellentia, praestantia*: AMBR. spir. ind. capp. 2, 9 quia eadem verba, quibus spiritum inferiorem videri volunt, -am ostendunt patris et filii. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 4 quantum ad negotii -am spectat (*cf.* 2, 7 p. 120, 5 de quaestionis huius -a). 2, 9 p. 134, 3 duos praeclarissimos virtutum doctrinarumque -a ... praeditos (*Augustinum et Hieronymum*). 3, 15 p. 184, 13 excellentias et -as ac supremitates *corporum vel animorum. t. t. phil. pro ὑπεροχή* (*qua discernuntur potiora a deterioribus*): BOETH. top. Arist. lat. 116a9 quod nullam videmus alterius ad alterum -am (117a6. *cf.* 119a4 auferre ... eam, quae ad a. est, -am). 116a10 ostensa -a vel una vel pluribus (*quae sequuntur v. p. 704, 19*). **2** *eminentia corporalis, altitudo*: CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 146, 15 cum nec -a localis beatum faciat (*cf. p. 146, 12* cum non id sit ... beatius, quod loco sublimius). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25, 2 pendebat ... in ligno ... excelso triumphali -a mediatoris nostri corpus altatum.

ˢpraemineo (praeemineo), -uī, -ēre. *a* prae *et eadem radice ac* eminere, imminere *al.; intercedit etiam compos. a* prae *et* eminere. *longe praevalet forma* praem-, *quae et metro firmatur* TIBERIAN. carm. 1, 10 AVIEN. Arat. 361 AVSON. 275, 4 p. 191 P. *al. et compluribus codd. antiquis traditur, e. g.* HEGES. 5, 12, 2 p. 315, 12 (*M saec. VI ut* 5, 22, 2 p. 354, 4. *cf. l. 58*). PRVD. cath. 11, 109 (*A saec. VI*). AVG. doctr. christ. 1, 8, 8 (*L saec. V*). EPIST. pontif. 632 Schwartz p. 20, 21 (*U saec. VI*). *forma* praeem-, *quam Migne et aliae ed. vet. praeferunt, traditur* HEGES. 4, 2 p. 241, 20 (*M² saec. VII, qui* praem- *exhibet* 1, 35, 4 p. 69, 3. 3, 5, 2 p. 192, 27). EVCHER. instr. 1 praef. p. 66, 6 (*S saec. VI, sed* praem- *P saec. VII*) *et saepius codd. posterioribus.* NOT. Tir. 25, 20a -et. *falsis var. ll. traduntur formae heteroclit.* -it, -ire *pro* -et, -ere AMBR. hex. 6, 9, 56 HEGES. 4, 2 p. 241, 20. *al. formae stirpis perf. non leguntur nisi p. 704, 9 sq. nec non* AVG. pecc. mer. 2, 10, 12 CASSIOD. in psalm. 44, 3. *de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. PR 542 -et: excelsior cunctis est. 543 -et: excellit. III Abol. PRAE 18 -et: praecellit. *legitur inde a* CIC. (*v. l. 72*), SALL., SEN. *rhet.*, TAC., APVL. [*falso trad.* CAEL. AVR. acut. 3, 8, 78 (prementia *em. Bendz*).]

I *transitive i. q. eminendo superare, praecedere sim.* (*cf. exemplum elocutionis* ARVS. gramm. VII 503, 9 -et illa re illam rem [*affertur* SALL.]): *altitudine*: SALL. hist. frg. 2, 82 omnis (*acc., v. l. 69*), qui circum sunt, -ent (*cacumina montis?* -et, *sc. mons, coni. Lipsius*) altitudine *tanta. qualibet praestantia*: CIC. Tusc. 4, 61 *virum fortem* humana omnia -entem (*Giusta,* prementem *trad.,* spern- *vulgo; opp.* qui eventus humanos superiores quam suos animos esse ducunt). SEN. contr. 1, 4, 12 *dictum* illud Albuci ... Graecos -et (*antea*: nescio an nostros antecesserit *Nicetes*). TAC. ann. 3, 56, 2 *ut Augustus* appellatione aliqua cetera imperia -ret (12, 12, 1 ceteros -bat peritia legum. 12, 33 ut *Caratacus* ceteros Britannorum imperatores -ret). 15, 34, 2 ut *Vatinius* gratia pecunia vi nocendi etiam malos -ret.

II *intransitive vel absolute* (*saepe part. praes.* -ens *vergens in usum nominalem, quem non distinximus nisi sub B1c*): **A** *pertinet ad eminentiam corporalem, fere i. q. prae aliis eminere, altitudine praestare* (*vis praeverbii comparativa evanescit sub 1a, ut etiam de confusione quadam cum* prominere *cogitare possis; vi locali fortasse* APVL.*; ceterum*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. l. 68. 81. p. 702, 70): **1** *proprie*: **a** *negleguntur (vel subaudiuntur), quae altitudine superantur*: APVL. met. 6, 31, 6 virginem ... *corio asini* insuere, ut sola facie ⌊-ente⌋ ceterum corpus *corium tegat* (⌊ ⌋ *i. ante [a fronte] eminente, ut sub B2a?* prominente *det. aliquot et edd. vet. haud inepte, cum ea voce Apul. utatur sexies et praeverbia confundantur etiam met. 8, 29, 5 flor. 9, 35*). SERV. Aen. 5, 204 procurrentibus *saxis*: -entibus (*var. l.* promin- *praetulit ed. Harvard.*; -entibus *vel* pro emi- *codd. Serv. auct.*). PRVD. perist. 12, 12 pendere ... -ente ligno *crucis*. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 15 (*aedes in arce civitatis sita flammis corripitur*) de ... -entis incendii arce. **b** *indicantur, quae altitudine superantur* (*sc. dat., cf. praepos. l. 21*): HEGES. 3, 5, 2 p. 192, 27 mons urbi -et (GREG. M. dial. 3, 23, 1 urbi *cuidam. cf. l. 20. p. 702, 71*). AVG. civ. 15, 23 p. 109, 16 D. quae *femina* corpore ... giganteo longe ceteris -ret. conf. 6, 9, 14 qui *cancelli* vico argentario desuper -ent (*ad rem v. Oehler, RE X 2191, 49 sqq.*). SALV. eccl. 1, 18 superbas ac -entes celsis urbibus domus. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 145, 13 quanto ... terrae imis locorum intercapedine -ere *caelum animadvertimus*.

2 *in imagine (minus dilucida ad B relegavimus)*: *notione communi*: PRVD. perist. 10, 349 *deus* aedem sibi ... mente in hominis condidit ... -entem culmine. CASSIOD. in psalm. 45, 3 montes (*i. apostolos*) ... pio cacumine -entes (124, 2 *m.* super communem naturam magna altitudine -ere). GREG. M. in I reg. 3, 161 *sancti, cum moriuntur*, de vicino -entem sibi supernam patriam conscendunt. *accedit color ducendi, regendi* (*cf. l. 30*): GREG. M. in euang. 22, 7 p. 1178^{B} cuius domus (*i. mentis*) superliminare est ipsa intentio, quae -et actioni. moral. 4, 18 eis *impiis* ad iniquitatem quasi caput -et *diabolus*, illi ... velut ... corpus inhaerent. past. 2, 7 p. 39^{D} *oculus* praevidendis gressibus -et.

appendix iuncturarum notabiliorum: **1** *verbalium*: **a** -um *accipere, habere sim.*: PLAVT. Men. 1018 hoc -i feres (CAES. civ. 1, 86, 1 -um. VERG. Aen. 1, 605. 12, 360. *et saepe*; *cf.* auferre: PLAVT. Pseud. 1224 sq. TER. Eun. 1057 [feres *var. l.*]. OV. trist. 4, 10, 96. *al.*). PACVV. trag. 22 percipiat (CAES. civ. 2, 32, 6 SVET. Galba 6, 3. *al.*; *cf.* capere: RHET. Her. 4, 23, 33 CIC. inv. 2, 144. LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 122. VERG. Aen. 5, 232. 11, 857. *et saepius*; accipere: BELL. Alex. 77, 2 VERG. Aen. 5, 308 DIRAE 85 LIV. 45, 23, 1. *et saepe*). CIC. Vatin. 11 habeat hoc -i (PROP. 4, 4, 94 OV. met. 8, 850. *al.* LIV. 33, 39, 6. *et saepe*). prov. 13 quae -*a* erant ... consecuti (BRVT. Cic. fam. 11, 20, 2 CAES. Gall. 1, 43, 5 OV. trist. 5, 7, 68. *et saepe*). *sim. al.* **b** -um *petere, sperare, merere sim.*: TRAG. inc. 30 petit (GRACCH. or. frg. [44 M.] Gell. 11, 10, 4 VAL. ANT. hist. 21 QVADRIG. hist. 41 CIC. inv. 2, 110. *et saepissime*). CIC. inv. 2, 113 postulet (Catil. 3, 26 Phil. 8, 25. *al.*). Phil. 12, 26 sperabit (OV. met. 2, 631 COLVM. 12, 1, 3 TAC. hist. 5, 16, 3. *al.*). LVCR. 5, 5 quaesita (VAL. FL. 8, 253 SIL. 2, 601 Ps. CYPR. tract. 37. *al.*). CAES. Gall. 7, 34, 1 meruissent (OV. epist. 14, 84 SEN. contr. exc. 8, 5, 1. *al.*). *ibid.* exspectarent (SALL. Iug. 85, 20 VERG. Aen. 5, 70. *al.*). HOR. epist. 2, 1, 78 posci (OV. am. 1, 10, 53 epist. 15[16], 19. *al.*). *sim. al.* **c** -um *ponere, dare*, -o *afficere sim.*: PLAVT. Rud. 620 date (CIC. inv. 2, 111 Verr. II 3, 143. *et saepissime*. *cf.* CIC. Verr. II 3, 140 -i nomine dare [GAIVS dig. 29, 5, 25, 1. 2]. LIV. 4, 61, 10 bona in -um data [ARNOB. nat. 7, 27 p. 376, 15 M. *al.*]. *ceterum* -um reddere: CATVLL. 64, 157 VERG. Aen. 2, 537 SEN. contr. exc. 8, 5, 1. *al.*). TER. Hec. 584 esse positum (CIC. Verr. II 2, 115 SALL. Catil. 20, 14 VERG. georg. 2, 382. *et saepius*. *cf.* proponere: CIC. Cluent. 154 Sest. 86. *al.* CAES. Gall. 5, 40, 1. 7, 27, 2. *et saepissime*. exponere *v. vol. V 2, 1761, 53*). CIC. inv. 2, 113 -o affici (Catil. 4, 10. *al.* HIRT. Gall. 8, 49, 3. *et saepe*). S. Rosc. 108 -is donabantur (Arch. 5 NEP. Ages. 3, 2. *al.*; -a donare: VERG. [?] catal. 9, 39 HOR. carm. 4, 8, 3). Verr. II 1, 38 -a ... tribuit (Arch. 25. *al.* CAES. civ. 2, 21, 3. *et saepissime*). Cael. 68 persolutum *est* (Planc. 101. *al.* R. GEST. div. Aug. 16 OV. fast. 3, 392. *al.*; *cf.* solvere: CIC. Phil. 14, 30. 38 [*in senatus consulto*]. VERG. Aen. 9, 253. *al.*). Phil. 5, 4 constituere (CAES. Gall. 6, 13, 5 LIV. 28, 46, 5 VITR. 7 praef. 4. *al.*). 11, 39 promissa sunt (14, 35 OV. met. 14, 810 fast. 3, 392. *al.*). *sim. al.* **d** -o *inducere, allicere sim.*: CALP. hist. 17 cuius unius -o multorum allicuit animos (CAES. Gall. 5, 55, 3 ARNOB. nat. 7, 12 p. 356, 23 M. *cf.* elicere: CIC. Balb. 37 Tusc. 5, 20. TAC. ann. 4, 30, 3 per -a. sollicitare: PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 CVRT. 5, 8, 9 FRONTIN. strat. 3, 6, 4. illicere: SALL. Iug. 97, 3 SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 25). SISENNA hist. 43 inductum (SALL. Iug. 13, 8. *al.*, *v. p. 717, 52*. *cf.* adducere: CIC. Verr. II 3, 1 part. 49. deducere: Att. 2, 5, 1 CAES. Gall. 7, 37, 6. *sim. al.*). CIC. Scaur. 41 excitata (Rab. Post. 42 CAES. Gall. 3, 26, 1. *al.*; *cf.* incitare: CIC. or. frg. B 27 CAES. civ. 1, 56, 2 AMBR. paenit. 1, 16, 89. *al.*). Deiot. 2 corruptum (SEN. epist. 88, 29 FRONTIN. strat. 3, 3, 1. *al.*). *sim. al.*

2 *nominalium*: **a** *accedunt gen. varii* (*possess. vel explicat. vel etiam rei pro qua remuneratio fit. specimina se ecta*): SISENNA hist. 43 libertatis (FIRM. math. 7, 4, 1 COD. Theod. 7, 13, 16. *al.*). CIC. inv. 2, 113 laboris (Planc. 101 CAES. civ. 2, 32, 11 HOR. sat. 2, 1, 12. *al.*). 2, 114 virtutis (Balb. 26. *et saepe*, *v. e. g. p. 716, 56. 717, 7*). Quinct. 74 sceleris (*al.*, *v. p. 714, 63*). Verr. II 3, 12 victoriae (fam. 6, 1, 3 NEP. Milt. 6, 1 LIV. 4, 25, 2. *al.*; *cf.* victoris: OV. met. 10, 102 LIV. 9, 40, 6. 26, 32, 3. *al.*). 5, 125 laudis (Mil. 81 CATVLL. 64, 102 MANIL. 4, 141. *al.*; *v. etiam p. 716, 18*). LVCR. 3, 899 vitae (*et saepe*, *v. p. 713, 83 sqq. 716, 50*). SALL. (?) rep. 2, 13, 2 belli (DIRAE 85. *al.*, *v. p. 715, 13*; *cf.* pugnae: VERG. Aen. 11, 78 VAL. MAX. 2, 8, 2 p. 95, 3 AVSON. 1, 4 p. 320 P. *al.*). R. GEST. div. Aug. 3 ⟨mil⟩itiae (*al.*, *v. p. 715, 17. 717, 83*). VERG. georg. 3, 49 palmae (*al.*, *v. p. 719, 18*). CVLEX 225 pietatis (AVSON. 224, 3 p. 75 P. COD. Theod. 8, 13, 2. *al.*). HOR. epist. 2, 2, 38 meritorum (*al.*, *v. vol. VIII 816, 37 sq.*). QVINT. decl. 252, 20 operae (*al.*, *v. vol. IX 2, 663, 19 sqq.*). CYPR. epist. 37, 3 immortalitatis (*al.*, *v. p. 716, 52*). *al.* **b** *iuncturae cum gen. quodammodo abundantes* (*vergunt ad gen. inhaerentiae*): CIC. fin. 2, 99 -orum mercedibus (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 155, 24 mercedes recepti ... -i. *vice versa* -um mercedis: LACT. inst. 6, 18, 3 DYNAM. vita Max. 1 l. 31 G.). SVET. Aug. 24, 2 commoda emeritorum -orum (PAPIN. dig. 42, 1, 40 CASSIOD. var. 11, 33). APVL. met. 9, 29, 4 -i destinatum compendium. FIRM. err. 19, 6 -orum ... munus. **c** *in lusu verborum cum* praeda *v. p. 529, 32 sq.*, *cum* proelium (*scribitur* prael-) AVG. serm. 280, 1, 1 CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 10 p. 143, 31.

deriv.: praemialis, praemiator, praemior, praemiosus.

Massaro.

praemixtio, -ōnis *f.* *a* praemiscere, praemixtus. *i. q. mixtio, commixtio* (*vis praeverbii vix apparet, cf.* praemisceo): CHIRON 29 causa, in qua duorum valitudinum -o invenitur (*sc. epiploce, v. vol. V 2, 674, 38 sqq. et cf. p. 706, 6*).

praemixtus *v.* praemisceo. *Blundell.*

praemoderor, -ārī. *a* prae *et* moderari. *i. q. praecedendo moderari*: GELL. 1, 11, 6 Cretenses ... proelia ingredi solitos *esse* ... praecinente ac -ante cithara gressibus.

praemodicus, -a, -um. *a* prae *et* modicus. *i. q. valde modicus* (*item* GLOSS. IV 156, 24 V 322, 63 GLOSS.^{L} I Ansil. PR 585): DRAC. laud. dei 2, 673 (*respicitur IV reg. 20, 1–6*) Ezechias ... prece ⌊-a vitae⌋ tria lustra meretur (*sc. prece exigua, brevi potius quam moderata sim., si recte restituit Peiper*; ⌊ ⌋ pmo dicavit *cod. Brux. falsa distinctione*, sub modica v. *excerpta Berol.*, permodica v. *Moussy*).

praemodulor, -ātum, -ārī. *a* prae *et* modulari. *i. q. praeoccupando modulari, praeformare*: QVINT. inst. 11, 3, 109 unde id ... fluit vitium, ut iuvenes cum scribunt, ⌊gestu -ti cogitationem⌋, sic componant quo modo casura manus est (⌊ ⌋ *var. l. codd. det.* gestum -ti cogitatione *praeferunt alii*).

praemodum *adv.* *a* prae *et* modus *sec.* admodum. *i. q. ratione modum excedente*: LIV. ANDR. carm. frg. 28 parcentes -m (*v. vol. X 1, 338, 23*; *explicat frg. afferens* GELL. 6, 7, 12 -m dicit quasi admodum: 'p.', inquit, '-m' [postmodum *var. l. utroque loco*], quod significat 'supra modum' dictumque est quasi 'praeter modum'; in quo scilicet prima syllaba acui debebit).

praemolestia, -ae *f.* *a* prae *et* molestia. *in sermone philos. de molestia quadam, quae ante veram molestiam est, fere i. q. molestia praevia*: CIC. Tusc. 4, 64 *quidam* metum -am (-a *var. l.*) appellabant, quod est quasi dux consequentis molestiae (*gr. προλύπησις, sc. Plat. rep. 584^{c} conferunt viri docti*).

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praemōlior, -īrī. *a* prae *et* moliri. *i. q. antea moliri, praeveniendo moliri*: Liv. 28, 17, 4 *Carthaginiensibus Hispania pulsis Scipio* iam Africam ... spectabat; itaque -endas sibi ratus iam res *eqs.*

praemollio, -ītum, -īre. *a* prae *et* mollire. *i. q. antea mollire* (*cf.* Gloss. -o: *προμαλάσσω*): *corporaliter*: Qvint. inst. 2, 9, 3 frustra sparseris semina, nisi illa -tus foverit sulcus (*in comparatione*). Fortvn. rhet. 3, 17 quotiens declamandum fuerit ..., aliquid ante pronuntiabis, ut vocis itinera -as. Cael. Avr. chron. 2, 6, 92 draganto ex mulso et vino -ito (*item madefaciendo*: 4, 3, 54 illa *specierum genera* ... infusione -enda *sunt*, radix autem coquenda). *incorporaliter* (*sc. dicendo*): Qvint. inst. 4, 3, 10 si quid erit asperum, -emus, quo facilius aures iudicum quae post dicturi erimus admittant (*-untur res dicendae ut* Don. Ter. Hec. 585, *v. supra p. 392, 48*). 6, 5, 9 quo genere defensionis ... offendisset *Cicero* nondum -tas iudicum mentes (*cf.* Serv. auct. Aen. 8, 374 ante causa dicenda est, ut -tis animis tunc quod petitur suggeratur. Anian. Chrysost. hom. 16, 10 p. 108, 10S. praeparans atque -ens auditoris animam [*Migne gr. 57, 253 προλεάνας*]).

praemollis, -e. *a* prae *et* mollis. *i. q. valde (vel nimis) mollis: de rebus corporeis*: Plin. nat. 9, 165 ova -a *torpedinis*. 11, 181 *cor* -i firmoque opertum membranae involucro. *de clausularum numero*: Qvint. inst. 9, 4, 65 singulis verbis (*sc.* 'balneatori', 'archipiratae') bini pedes continentur, quod etiam in carminibus est -e. *Bk.*

ˢ**praemoneo,** -uī, -itum, -ēre. *a* prae *et* monere. *scribitur* pre- Inscr. Année Epigr. 1955 n. 156 (*e Numidia; a. 198/9?*). Not. Tir. 53, 58ª -et. Gloss. *προπαραινῶ. προμιμνήσκω. legitur inde a* Cic., Pomp. *p. 722, 19*, Tib., Ov., Liv.; *frequentat* Cypr. [*confunditur in codd. e. g. cum* prae- *vel* promovere Cic. har. resp. 10 Hier. epist. 65, 4, 1. *al.*, praeponere Cypr. laps. 7 (*falso trad.* Ps. Cypr. mont. 9 p. 114, 19); *saepius falsa var. l. pro* praemunire (*v. ibi*); *e coni.* Frontin. strat. 2, 9, 7 qui *transfuga hostes* ⌊-ret de⌋ fuga (-ret se *vel* premoveret se *trad.*; -ret de *Hedicke, Hermes 6, 1872, 161, coll.* Cic. *p. 722, 35 vix recte, nam* -ere de *respicit rem sive faciendam, observandam p. 722, 11, sive imminentem p. 722, 34, non rem omittendam, cavendam*).]

i. q. antea monere. vis praeverbii haud raro minus manifesta est, cf. syn. vel iuxta pos. dicere Cypr. Demetr. 17 epist. 13, 3 *al.*, instruere Cypr. epist. 58, 7. 73, 16, docere Cypr. mortal. 9 zel. 1. *al.*, hortari Amm. 20, 11, 1, admonere Patric. conf. 40. *accedit* ante Cypr. epist. 70, 2 laps. 7 Pelag. in II Thess. 2, 2 Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 34, 2. *al.*, iam pridem Cypr. laps. 6. *-ent fere homines vel dei nec non eorum verba sim. (apud Christianos saepe ad verba scripturae afferenda adhibetur), animalia vel res maxime p. 722, 32 sqq., ceterum e. g.* Sen. Herc. O. 721 Plin. nat. 25, 19 Plin. paneg. 25, 1. *structuras indicantes, quid -atur, v. sub IA passim, nota* quod *p. 722, 29* (*cf.* quia *p. 723, 79 nisi a* meminisse *pendet*).

I *usu sollemni de monitione, quae antecedit quamlibet actionem*: **A** *indicatur, quid -atur (simul accedit acc. personae [nom. in struct. pass.]: iuxta acc. rei l. 55 [acc. subaud.]. 58. 62. p. 722, 56. 723, 21 sqq.; saepius iuxta alias struct., e. g. l. 68. p. 722, 34. 76. 723, 43 [reflex.]; accedit dat. personae p. 723, 29)*: **1** *praevalet notio q. e. (antea) commonefacere, docere sim.*: **a** *-entur varia (sc. iam exstantia vel gerenda, facienda), quae indicantur per*: *α casus*: Ⓘ *acc.*: Cic. leg. 2, 21 *augures eos*, qui ... agent rem duelli ..., auspicium -ento. Liv. 21, 45, 4 nihil umquam satis dictum -tumque ad cohortandos milites ratus *Hannibal*. Colvm. 11, 2, 1 *caeli* varietatem mutationemque si ex hoc commentario fuerit -tus vilicus. Apvl. Socr. 17 p. 157 *deus Socratis* -enda -uit (*v. supra p. 396, 33 sq.*). Cypr. laps. 7 *dei* iram ostendens et poenae metum -ens ... dicit *scriptura eqs.* (praeponens *var. l.*). Firm. err. 28, 3 hoc idem in psalmis -et spiritus sanctus (Hier. epist. 14, 6, 2 haec ego non ... quasi ignaros fluctuum doctus nauta -o, sed *eqs.* Vincent. Ler. 1, 8 [*in fine praefationis*]). Hil. trin. 11, 28 apostolus impietatis finem ... -ens ait (*seq. Phil. 3, 19 sq.; an ad bγ?*). *al.* Ⓘⓘ *gen.* (*cf. p. 722, 58*): Hier. epist. 65, 4, 1 quid necesse est audientem ⌊intellegentiae⌋ -eri? (*sc. sensus spiritalis, nisi pertinet ad 2;* -ere, praemoveri *var. ll.*).

β acc. c. inf. (*addidimus struct. impers.*): Liv. 10, 14, 7 -tis militibus adesse certamen (Prvd. cath. 1, 30 vox ... Christi docentis -et a. iam lucem prope). 25, 16, 4 cum haruspices ad imperatorem id pertinere prodigium -uissent et ab occultis cavendum hominibus (*cf.* Itin. Alex. 19 vates ... *ea* et excidium urbi portendere ... et regi periculum -ent). Sen. Herc. O. 721 (*loq. Deianira*) fraudes esse -uit dolus *Nessi*. Plin. paneg. 53, 5 licet nobis ... futuros *imperatores* sub exemplo -ere nullum locum esse *eqs.* Vlp. dig. 19, 1, 13, 3 *venditor* -ere debuit *servum* furem esse. Cypr. Fort. 8 p. 329, 14 *Christus* -ens ... nos paratos semper esse debere, *sc. Luc. 12, 35 sqq.* (Ps. Hil. libell. 18 p. 89, 30). *al.* *c. gerund.*: Liv. 25, 16, 4 (*v. l. 71*) cavendum *esse* (Plin. nat. 19, 6 priore libro imbres et flatus cavendos ... -bamus. *al.; cf.* Chromat. in Matth. 35, 2 E.-L. falsos prophetas ... praecavendos esse). Pavl. Fest. p. 96. Tert. praescr. 5 l. 9 uti de ... temptationibus -ret *Paulus* non esse mirandum *eqs.* (*sc. I Cor. 11, 18 sq.*). Hil. in psalm. 65, 2. *al.*

γ orat. rectam (*nude positam vel additamentis praeparatam*): Ov. trist. 5, 1, 16 siquis lasciva ... carmina quaerit, -o: non est, scripta quod ista legat. Cypr. epist. 43, 5 p. 594, 12 -ente domino et dicente: 'caeci sunt *eqs.*' (*Matth. 15, 14. sim. afferuntur loci scripturae*: Fort. 11 p. 334, 15 dominus ... -et et praenuntiat dicens: *eqs.* Aster. ad Renat. l. 183 ita -emur: *eqs.* Ps. Avg. c. Fulg. Rev. Bénéd. 1948 p. 192, 22. *al.*).

δ interrog. obl.: Plin. epist. 2, 6, 6 convenit ... sub exemplo -ere, quid debeas fugere. 3, 18, 2. Cypr. laps. 10 vox auditur e caelo -ens, quid dei servos facere conveniat. Amm. 29, 2, 8 eum, ... quibus figurarum commentis splendida loca attemptare debeat, -bat. Pallad. hist. mon. II 9 p. 357ᴬ qualiter posset ... evadere.

ε praepos. de (*adde l. 34 et cf. fortasse* in *c. acc. l. 70; paulo aliter sub B2*): Plin. nat. 18, 330 de ipsa regionis eius *Italiae* hora -uisso (*i. docere, qua hora quid facere oporteat*). Tert. apol. 21, 4 ut *Iudaei* de dei vocibus, quibus edocebantur, de promerendo deo et non offendendo -rentur (*item c. gerund.*: praescr. 14 l. 15 de refugiendis *haereticis*). Ps. Evseb. Gallic. hom. 72, 7 G. teneamus oboedientiam, de qua ille *Honoratius* semper ... studiosius -bat.

b *-entur eventus futuri (ut saepius vergat in notionem q. e. praedicere, maxime sub γ)*: *α ratione providente*: Pomp. Cic. Att. 8, 12ᵈ, 1 quod putavi et -ui fit. Ov. am. 2, 19, 47 iam ... ego -o: nisi tu servare puellam incipis, incipiet desinere esse mea. Liv. 33, 20, 12 *civitates socias iuverunt* providendo ac -endo conatus hostis. 36, 34, 3 quae tum maxime accidebant, casura -ens *T. Quinctius* (*pendet acc. c. inf. ut*: Ivst. 2, 12, 12 -ente Themistocle, victoriam ... non finem ... belli fore. Hil. Arel. vita Honorat. 33 l. 16 *discipulum* afuturum [*antea*: praescius]). Tert. apol. 39, 3 *scripturas legimus*, si quid praesentium temporum qualitas aut -ere cogit aut recognoscere. Avien. Arat. 1690 *ubi stellae deciderunt*, inde ... ventos mox adfore -et usus. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 23 p. 385ᴮ si quis ... rudem ... -at, quod aestatis tempore fructuum fiat opulenta collectio (*Migne gr. 44, 208ᴰ προείποι*).

β signis variis, maxime prodigiis (*quae ad interpretationem signorum spectant v. p. 721, 56. 71 sq.*): Cic. har. resp. 10 ex hoc toto prodigio atque responso nos de istius scelere ... ac de impendentibus periculis ... prope iam voce Iovis ... -eri (pro-, promoveri, permoveri *var. ll.*). Tib. 2, 5, 78 *Caesare occiso* fata ... vocales -uisse boves. Ov. met. 15, 785 *ferunt* audita ... cornua caelo -uisse nefas. Plin. nat. 8, 102 *animalia* pericula -ent ... fibris ... extisque *eqs.* (Drac. laud. dei 1, 41 -et ante pius *deus* quam ⟨mittat⟩ tanta p.). 18, 347 *luna rutila* imbres -bit (*antea*: praesagit. *item de prognosticis*: Avien. Arat. 1857 lupus villarum proxima oberrans ... consurgere nubila caelo -et. *cf. l. 28*). Amm. 19, 12, 19 partus ita distortus -bat rem publicam in statum verti deformem (praeman- *trad.*). Vvlg. sap. 18, 19 visiones ... haec -bant (pro-, promin- *var. ll.; gr. προεμήνυσαν*).

γ vaticinatione, prophetia; accedit: Ⓘ *acc. c. inf.* (*pro acc. ponitur enunt.* Tert.): Ov. epist. 16(17), 240 quos *vates* ... Ilion arsurum -uisse ferunt. Tert. adv. Iud. 2, 9 *deus* -uit futurum, ut *eqs.* (Novatian. trin. 1, 9 D. quo *mandato* ... futurum *esse malum* ... -retur. Svlp. Sev. chron. 1, 12, 4 famem. Chromat. in Matth. 35, 1 E.-L. pseudoprophetas). Cypr. mortal. 2 p. 298, 3 in novissimis temporibus adversa crebrescere ante -uit *dominus, sc. Luc. 21, 7 sqq.* (*antea*: praedixerit; praenuntiavit). *al.* Ⓘⓘ *casus: acc.* (*subaudiendus* Cypr.): Plin. nat. 2, 147 *cum ferro pluisset*, haruspices -uerunt superna vulnera. Cypr. laps. 7 p. 242, 8 quicquid nunc geritur et geretur, nonne ante -uit *Christus*? Ivst. 43, 1, 8 *Fatua* divino spiritu inpleta ... futura -bat (Epiphan. in euang. 38 p. 85, 14 cum omnia f. eos -uerit [-ret, premoverit *var. ll.; antea*: edocuit eos]). Hil. trin. 4, 38 idipsum. Pelag. in II Thess. 2, 2 hoc. *gen.* (*cf. p. 721, 65*): Hesych. in lev. 2, 13 p. 812ᴬ testamenti euangelici et salis apostolici -ere nos legislator vult. Ⓘⓘⓘ *orat. recta* (*additamentis praeparata vel nude posita*): Cypr. epist. 11, 2 sicut -uit divina censura dicens: *eqs.* (58, 7 apocalypsis instruit et -et d. laps. 27 -at et praestruat d.). 55, 27 cum dominus -at et dicat: *eqs.* (unit. eccl. 10. 14. *cf.* laps. 6 cum iam pridem -uerit ac dixerit). unit. eccl. 16 praenuntiante per apostolum nobis et -ente spiritu sancto: *eqs.* Ⓘⓥ *alia*: Plin. nat. 16, 199 urbis -ta⟨e⟩ (post monita *var. l.*) oraculo, cum arbor arma peperisset (*obi. enuntiato secund. circumscribitur, cf.* Rvfin. hist. mon. 1 p. 393ᶜ si ... correptio a deo immineret, ... -bat [*gr. Pallad. hist. mon. 1, 11 προαπήγγειλε. antea*: praedicebat]). Iren. 1, 30, 11 Sophiam ... *per prophetas* -entem et rememorantem homines in incorruptibile lumen et in primum hominem et de descensione Christi (Consvlt. Zacch. 2, 6 p. 59, 11 vere ... de salvatore -tum [*sc. Is. 33, 10* nunc resurgam *eqs.*]).

2 *praevalet notio q. e. (antea) hortari, impellere ad aliquid (ad 1 relegavimus ea, quae docent necessitatem agendi, e. g. p. 721, 78 sqq.); ad quid -amur, indicatur per*: **a** *enunt. secund.* (*quae praeparantur pronominibus v. sub c*): *α* ut: Cic. Verr. I 23 me ut ... caverem -bat (Vell. 2, 57, 2 haruspices -uerant, ut ... iduum Martiarum caveret diem). Val. Max. 1, 7 ext. 2 Alexander per quietem visa imagine -tus erat, ut vitae suae custos esset. Plin. paneg. 15, 1 iam tunc -ente fortuna, ut ... perdisceres *eqs.* Svet. Otho 6, 2 -tis consciis, ut se ... opperirentur. Cypr. eleem. 12 cum dominus ..., ut nobis amicos ... faceremus, ... fideliter ac salubriter -ret (*sc. Luc. 16, 9*). Ivst. 1, 6, 1 *somnio* -tus, ut *eqs.* Amm. 20, 11, 1 Constantius ... regem ... -bat et hortabatur, ut ... perseveraret. *al.* *β* ne: Colvm. 1, 3, 7 *Cato*

[Scotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

futurum agricolam -uit, ne sua sponte ad eam *pestem* (*sc. vicinum malum*) perveniret. 1, 8, 1 -o, ne ... instituamus *eqs.* QVINT. inst. 6, 1, 20 ne ipsius *reae* discrimen obiciatur sibi, -et *accusator*. TERT. adv. Marc. 4, 28 p. 517, 13 quos ... -et *Christus*, ne timeant *eqs.* (*sc. Luc. 12, 4*). GARG. MART. pom. 1, 1 ne cum ceteris pomis cydoneum misceatur. CYPR. epist. 73, 16. IVST. 12, 14, 7 -to filio, ne ... crederet (AVG. c. Cresc. 4, 60, 73 p. 573, 4). COD. Theod. 9, 45, 4, 3 ne hoc faciant (*gr. ὑπομιμνήσκομεν*). *al.* **γ** *coni. nudus*: PLIN. epist. 4, 11, 11 *Licinianus arreptus* -etur, ... ad confessionem confugeret. 6, 22, 7 ut te ... -rem, plurimum tibi credas nec cuiquam satis fidas *eqs.*

b *orat. rectam* (*nude positam vel additamentis praeparatam* [*v. etiam l. 20. 28. 44*]): TIB. 2, 5, 114 at tu ..., -o, vati parce, puella, sacro. CYPR. Demetr. 17 *cum* spiritus sanctus -at et dicat: 'ne dixeris *eqs.*' (*sc. prov. 20, 22. sim. afferuntur adhortationes scripturae*: epist. 13, 3. 58, 7). mortal. 9 docet et -et scriptura divina dicens: 'fili, ... sta *eqs.*' (*Sirach 2, 4sq.; sim.* zel. 1 Ps. CYPR. singul. cler. 7 p. 181, 3 PATRIC. conf. 40. *al.*). AVIAN. fab. 3, 4 hunc *cancrum saxis laesum* genitrix ... talibus alloquiis -uisse datur: 'ne tibi ... placeant *eqs.*'

c *acc.* (*maxime neutr. pron., quod saepe aliis structuris explicatur*): OV. epist. 13, 99 hoc ... -o: de nave novissimus exi (CYPR. zel. 14 AMBROSIAST. in Rom. 12, 17, 2 quia. AVG. in psalm. 36, serm. 3, 8 hoc te -ueram, ne ... poneres *eqs.* serm. coll. Morin. p. 320, 12 hoc ... illos [*ad Matth. 7, 6* nolite dare *eqs.*]. *cf.* LIV. 22, 18, 10 haec nequiquam -to magistro equitum). COLVM. 3, 19, 2 illud ... serentem -o ... immodicum ventum ... vitare (COD. Theod. 15, 5, 2 illud ... -emus, ne quis *eqs.* LEO M. epist. 4, 4 illud ... duximus -endum, ut *eqs.*). CYPR. epist. 70, 2 p. 768, 22 quod ante in psalmis -uit ..., ne quis *eqs.* (NICET. spir. 2 p. 19, 22 B. quod -et Paulus: 'videte *eqs.*'). Ps. CYPR. tract. 12 *ut mulier* vicinis laudem -ret dicens: 'congaudete *eqs.*' CHROMAT. in Matth. 33, 3 E.-L. idipsum.

d *inf.* (Ps. AVG. hypomn.) *et acc. vel nom. c. inf.* (*structuris mancis* Ps. AVG. serm., COMM.): Ps. CYPR. tract. 21 viderit ..., quam non corpore tantum sed et corde ... sincerum ... hominem Christus ... -at esse (-et *var. l.*). TRACT. Pelag. 4 p. 106 (*sec. Eph. 5, 4. 6*) illos etiam ab ... vanitate alienos esse desideravi atque -ui. PAVL. NOL. epist. 13, 17 p. 98, 23 -emur ponere ori nostro custodiam. Ps. AVG. hypomn. 3, 1 l. 13 nolle -uit *deus* (*sc. gen. 2, 17; antea*: velle permisit). serm. 50, 1 promptiorem me ad loquendum vestra sanctitas -et. COMM. apol. 204 abscisos ... a saeculo -et esse. LEO M. epist. 6, 4 quod dilectionem tuam sollicitius agere -emus. Ps. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 43 l. 33 eos in lucem ... incedere.

e *alia*: TERT. orat. 4 p. 183, 25 hoc dicto ('*fiat voluntas tua*') ad sufferentiam nosmetipsos -emus (CHROMAT. in Matth. 15, 3 E.-L. per David spiritus sanctus ad paenitentiam populum ... ante -uit dicendo *eqs.* [*si recte iunximus*]). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 34, 2 *non est deviis* intendendum, sicut et proverbialis ante sermo -uit (*sc. prov. 4, 27*).

B *indicatur tantum, quis -atur* (*v. quae ad A monuimus*): **1** *acc.* (*nom. in struct. pass.; saepe forma p. p. p.*): LVCAN. 2, 690 ne tuba -tos (per-, ter monitus *var. ll.*) perducat ad aequora nautas, praecepit *Pompeius* (*i. ut antea instructi silentio proficiscerentur, nisi fallimur*). PLIN. nat. 28, 15. QVINT. inst. 6, 1, 39 is a nobis -tus discesserat. FLOR. epit. 4, 12, 56 a quibus *proditoribus* -tus ... advenit *legatus*. HYG. fab. 54, 2 Prometheus Iovi pollicetur se eum -turum. ITALA Matth. 14, 8 (cod. a *al., sim.* VVLG.) -ta a matre sua *Herodiade* dixit: 'da mihi ... caput Iohannis' (*gr. προβιβασθεῖσα*). INSCR. Année Epigr. 1955 n. 156 (*e Numidia; a. 198/9?*) *mulier* somnio -ta (CE 263, 1). VICTORIN. POETOV. in apoc. 2, 4 arguit et -et ceteros. HIER. in Ezech. lib. 4 praef. lectoris sollicitudinem -entes (*i. lectorem sollicitum*). AVG. serm. 196, 4, 4 'si ante -remur, non faceremus; ipsi -uissent presbyteri, non fecissemus.' ecce episcopus -et; moneo *eqs.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 106 *signis accessionis* -tus epilepticus. *al.* **2** *dat.* (*cf. supra l. 29*): PETIL. Aug. c. Petil. 2, 19, 42 de Iudaeis et paganis nobis -et Christus (*sc. Iudaeos et p. respiciens nos monet, ut fugiamus, Matth. 10, 23*).

C *absolute*: PLIN. nat. 25, 19 si ... -ret tempusque formidinis demonstraret *natura nobis herba quadam serpentes indicans*. CYPR. Demetr. 23 per prophetam deus -ens hortatur *eqs.* (*item part. praes.*: epist. 59, 7 p. 674, 4 apostoli -entis mandata. CLAVD. DON. Aen. 11, 45 p. 413, 16 VINCENT. LER. 11, 8. *al.*). ANTH. 459, 2 ante dies multos nisi te, Basilissa, rogavi et nisi -ui, te dare posse negas (*nisi ad B1*). FACVND. defens. praef. 4 idcirco ... praeloqui ac -ere curavi, ut neminem ... offendat ista diversitas. *al.*

II *usu peculiari de monitione, quae antecedit aliam monitionem, orationem sim.* (*notabiliora; huc fortasse l. 70. p. 721, 63*): TAC. ann. 11, 35, 2 apud quos *milites*, -ente Narcisso, pauca verba fecit *Claudius*. TERT. monog. 3, 11 quod -uit *olim Paracletus, nunc* definit; quod sustinuit, exposcit. TER. MAVR. 1874 -ui chorion dici, quem saepe trochaeum dicimus. QVEROL. p. 8, 17 R. -ueram, *sc. p. 8, 5*, de tridente; cave abstine! RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 89, 5 meminisse oportet illud, quod in praefatione -uimus, quia libellus hic ... dramatis in modum conscribitur. GREG. ILIB. fid. 5, 38 -ui, *sc. 5, 1sqq.*, ut ... de unitate substantiae crederes. MART. CAP. 8, 817 hoc ... -to illud insinuo, quod *eqs.*

p. p. p. neutr. plur. praemonita, -ōrum *pro subst.*: GELL. 14, 2, 3 generalia ... quaedam -a et praecepta sunt, quibus ... iudex praeparari ... debeat. ITIN. Alex. 41 *Alexandrum* prohibitum Syrae vatis multis -is (*si locum recte restituit Volkmann, v. app. crit.*).

gerund. neutr. plur. praemonenda *pro subst. v. p. 721, 59.*

deriv.: praemonitio, praemonitor, praemonitorius, praemonitus (-ūs). *Scotti.*

praemonitio, -ōnis *f.* *a* praemonere. *i. q. actio praemonendi, monitio antecedens:* *quamlibet actionem*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 339, 8 agnosce ... bonitatem dei ... ex legibus et -bus (*trad.* -mun-, *corr. Gelenius*) bonis et benignis (*respicitur gen. 2, 17 ut* patient. 5 p. 7, 21 dei -em). RVFIN. hist. mon. 1 p. 402[A] de futuris rebus a deo -es fiebant. EPIST. pontif. 761 Schwartz p. 157, 3 -is formam. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 267 regi ... talia facienti secundum -em vatis (*gr. προαγόρευσιν. cf. 1, 257* praecepit *eqs.*). Ps. IGNAT. Trall. 8, 1 praevidens seditiones iniqui -e conforto vos (*gr. παραγγελίαις*). *alia dicta*: CONSVLT. Zacch. 3, 1 p. 95, 35 non absurda -o est tutis primordiis munire proposita.

praemonitor, -ōris *m.* *a* praemonere. *i. qui praemonet*: APVL. Socr. 16 p. 156 *proprius daemon est* in rebus incertis prospector, dubiis -r, periculosis tutator.

praemonitōrius, -a, -um. *a* praemonere. *i. q. ad praemonendum aptus, praemonens*: TERT. anim. 3, 1 *Paulus* concepit -⟨i⟩um illud edictum (*sc. Col. 2, 8. cf. iuncturam sollemnem* edictum peremptorium).

praemonitum *v. p. 723, 83.*

praemonitus, -ūs *m.* *a* praemonere. [*falsa var. l. pro* spreti monitus VAL. MAX. 1, 6, 11.] *i. q. praemonitio* (*cf. vol. VIII 1419, 28. 1421, 47sq.*): OV. met. 15, 800 non tamen insidias venturaque vincere fata *Caesaris* -us potuere deum (*cf. 785* praemonuisse). *Flury.*

praemōnstrātio, -ōnis *f.* *a* praemonstrare. *i. q. actio praemonstrandi, quae fit:* *praefiguratione*: LACT. inst. 7, 14, 12 minora et exigua magnorum figuras et -es esse. *institutione*: AVG. mus. 6, 8, 22 indigebamus aliqua -e, ut sequeremur *numeros.*

praemōnstrātor, -ōris *m.* *a* praemonstrare. *i. qui praemonstrat, praeceptor*: TER. Haut. 875 (*ironice*) adiutor meus et monitor et -r Chremes.

praemōnstro, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* monstrare. *scribitur*: -mostr- *in var. l.* PLAVT. Trin. 342 (*B*; -monstr- *A ut etiam* 854) *et* CYPR. epist. 63, 5 (*S*). *de notione*: GLOSS. II 419, 12 *προμηνύω*: -o, praesago. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., LVCR., PLIN. nat., STAT. [*confunditur in codd. maxime cum* demonstrare TERT. praescr. 22 l. 24 AVG. epist. 55, 3 p. 155, 3 in psalm. 63, 1. *al.* (*falsa var. l.* CHALC. transl. p. 48[A]), *ceterum cum* praedemonstrare *supra p. 534, 33; e coni. dub.* AMM. 18, 6, 9 (per- *trad.*).]

i. q. antea monstrare (*sc. vi praeverbii temporali; fere abundanter accedit* prius *l. 55*, ante *p. 725, 27; pro obi. sunt enunt. interrog. l. 53 l. 68. 78. al.*, quia *p. 725, 21*, ?ut *l. 57, acc. c. inf. l. 75. p. 725, 6 [addas l. 74. p. 725, 26, nisi sunt acc. praedicat.; l. 67 part. attributive ponitur]; absolute l. 61sq. p. 725, 32 et fortasse l. 63; part. praes. pro subst. p. 725, 31?*): **1** *-atur aliquid, antequam aliud quiddam monstretur vel fiat; praemons ratio fit:* **a** *dictis, scriptis:* **α** *ante varias actiones vel eventus*: PLAVT. Epid. 317 ei *fidicinae* -bitur, quo pacto fiat subdola (*item cum enunt. interrog.*: Persa 148 -a docte, praecipe astu filiae, quid fabuletur. Trin. 854 quae voluit mihi dixit, docuit et -vit prius, quo modo quicque agerem. CHROMAT. serm. 17[a], 1 L.). Merc. 577 (*ironice; v. Enk, 1932, ad l.*) scio pol te amare, quom istaec -as mihi. Trin. 342 ego hoc verbum quom illi quoidam dico, -o tibi, ut ita te aliorum miserescat, ne tis alios misereat (*minus probabiliter enunt. fin. pro obi. accipiunt alii*). LVCR. 6, 93 (*nisi ad b*) tu mihi ... currenti spatium -a, ... Calliope (*inde fortasse* VERS. metr. Diom. gramm. I 512, 2 scribenti mihi -a dea). STAT. Theb. 1, 67 (*verba Oedipodis*) Sphingos ... ambages te, *Tisiphone*, -ante resolvi (temet monstrante *var. l.*). ITALA Ezech. 33, 7 (Aug. serm. 46, 20) audies ex ore meo sermonem ⌊et -bis eis ex me⌋ (*sc.* sermonem, *an absolute?* ⌊ ⌋ *om. LXX, sed exhibent e. g. Constit. Apost. 2, 6, 8 διαφυλάξεις καὶ διαγγελεῖς αὐτόν et Vulg.* adnuntiabis). DON. Ter. Hec. 807 '*Bacchidem* exeuntem video': docte poeta -at locuturam personam. VINCENT. LER. 6, 1 *beati confessores* clarissimam posteris formulam -arunt, quonammodo ... conteratur audacia haereticorum. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 159 quamquam ... ⌊facti sit⌋ -are gerendum (⌊ ⌋ *si recte coni. Petschenig*, factis id *codd.*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 21 p. 381[D] -ans serpens fructum peccati (*Migne gr. 44, 200[C] προδείκνυσιν*). **β** *ante alia docenda*: IREN. 3, 10, 6 quem ... deum confessi sunt *prophetae*, hunc patrem ... Christi -ans *Marcus initio euangelii*. PRISC. gramm. II 477, 25 secundum -tam regulam (*item* 497, 24). III 91, 10 '*a*' *est* interiectio, ut -vimus in bucolico esse positum.

b *quibuslibet signis*: TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338, 5 mundus ex bonis omnibus constitit, satis -ans, quantum boni pararetur *homini futuro*. monog. 3, 11 disciplina ... -ta ... in carne domini et in voluntate (*nisi ad 2a*). IVL. VAL. 2, 26 p. 82, 4 accepto habitu, quem deus monitor -verat *somnio*. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 12 p. 821 deum ... hominibus consulere, modisque omnibus -are, quae sint eorum generi salutaria (*var. l.* per- *ed. Schüsslerii 1470, sc.* 7, 18, *at v. gr. 6, 310 προσημαίνοντα*). AVG. in psalm. 63, 1 nisi talia sperarent *martyres* in resur- *[Dc Luca]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rectione, qualia ipse *Christus* de se -vit (de- *var. l.; item -atur resurrectio Christi*: serm. 361, 19, 18. 362, 14, 15 quod -tum est in capite, tempore suo demonstretur in membris).

2 *-atur aliquid futurum, sc. antequam id ipsum eveniat; praemonstratio fit*: **a** *quibuslibet signis*: **α** *vario usu*: CIC. progn. frg. 3 ventos -at saepe futuros inflatum mare. har. resp. 20 *v. supra p. 440, 36*. PLIN. nat. 10, 82 *canendi* suavitatem -tam *esse* . . . auspicio, cum *luscinia* in ore Stesichori cecinit infantis. GELL. 14, 1, 14 quid -ret aut coetus stellarum aut circuitus aut transitus? 14, 1, 20 *ut* stellae istae -are debuerint, qualis *homo* . . . futurus sit. AMM. 21, 1, 9 volatus avium dirigit deus, ut rostrum sonans aut praetervolans pinna . . . futura -et. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 12 p. 768 *signa* imperium -antia (*gr. 4, 623 προφαίνοντα*). **β** *per praefigurationem*: GAVDENT. serm. 15, 18 G. praesumitur ista *mater Macchabaeorum* ecclesiae sanctae imaginem -asse. AVG. divers. quaest. 58, 2 p. 42 duo populi in geminis, Esau scilicet et Iacob, -antur. epist. 55, 3 p. 173, 13 hoc . . . ecclesia . . . expectat in fine saeculi, quod in . . . Christi corpore -atum est (demon-, praesentatum *var. ll.; nisi ad l. 1. ceterum -atur vita aeterna fidelium*: epist. 55, 17 p. 187, 17. in psalm. 26, serm. 2, 2 l. 27 sacramento -atur [*antea*: praefiguratur]). c. Faust. 32, 10 hoc ipsum (*sc. deut. 25, 5 sqq.*) . . . quid aliud in figura -at, nisi quia *eqs.* serm. 201, 2 *magi ab oriente venerant* (*Matth. 2, 1*), ut ille . . . olivae inserendus iam -retur oleaster (*Rom. 11, 24*). PS. AVG. serm. 153, 2. serm. ed. Mai 93, 3. ALC. AVIT. carm. 5, 249 *sanguis* -ti dudum . . . agni.

b *dictis, scriptis*: TERT. praescr. 22 l. 24 *Iohanni* soli dominus Iudam traditorem -vit (*Ioh. 13, 26*; demon- *var. l.*). CYPR. epist. 63, 5 per Salomonem spiritus sanctus typum dominici sacrificii ante -at (*per prov. 9, 1 sqq.; postea*: prophetica voce praenuntiat). IREN. 5, 17, 3 David praedixit: '. . .' (*psalm. 31, 1 sq.*), eam, quae per adventum eius *domini* est, remissionem -ans. AMM. 30, 4, 11 *quidam gravitatem simulantes* velut fata natalicia -antes aut . . . oraculorum interpretes. MAX. TAVR. (?) serm. 59 p. 649^{D} *cum Elisabeth* angelo -ante conciperet.

deriv.: praemonstratio, praemonstrator. *De Luca.*

praemordeo, -morsī (-mordī), -morsum, -ēre. *a* prae *et* mordere. *de formis*: GELL. 6, 9, 7 Plautus in Trigeminis neque 'praememordisse' ⟨neque 'praemomordisse'⟩ dicit, sed 'praemorsisse'. PRISC. gramm. II 482, 2 -eo, -mordi. *iuxta* mordeo *affert* MACR. exc. gramm. V 637, 15.

i. q. mordere ita, ut pars anterior, extrema vel superficies alicuius rei aut laedatur aut auferatur: **1** *proprie*: PLAVT. Trig. frg. 1 nisi fugissem . . ., credo, -isset ⟨mihi manum⟩ (*supplet Leo e. g.*). SEN. clem. 1, 5, 5 ferarum *est* . . . -ere et urguere proiectos. LVCAN. 6, 568 *maga Thessala mortui* linguam -ens. 10, 446 fera nobilis abdita claustris . . . frangit rabidos -so carcere dentes. **2** *translate*: IVV. 7, 218 ex hoc (*sc. mercede grammatici*) . . . discipuli custos -et (*sc. partem sumit*) . . . et qui dispensat frangit sibi.

[**praemordicus** *falso editum est* HIER. reg. Pachom. 52 *Migne 23, 71*^{B}; permodicus *sec. codd. ed. Boon p. 29, 4.*] *Flury.*

^{x}**praemorior,** -tuus sum, -ī. *a* prae *et* mori. *inter formas longe praevalet part. perf. (rarius usu verbali, saepe fere pro adi., pro subst. p. 726, 26); imperf. deest. inde ab* OV., LIV.; *saepius in* NOVELL. Iust. *pro gr. προτελευτᾶν vel προαπελθεῖν.* [*e coni.* GLOSS. II 416, 12 *προαποθνήσκω*: emorio (praemorior *ed. Stephani*); *falso trad.* CAEL. AVR. *p. 726, 55.*]

i. q. antea mori: **I** *-untur vel -tui sunt animantes eorumve partes vel qualitates*: **A** *strictius respicitur ipsa mors, quae praevenit*: **1** *finem vitae naturalem* (*fit abortu l. 59*): OV. epist. 8, 121 (*loq. Hermione*) aut ego -ar primoque exstinguar in aevo, aut *eqs.* FIRM. math. 1, 8, 6 in maternis visceribus immatura festinatione -itur. 3, 4, 16 Mars . . . in curvis signis *constitutus* -i facit. **2** *mortem alterius*: **a** *dativo vel abl. compar. indicatur, quem quis morte antecedat*: PETR. CHRYS. serm. 153, 2 (*de infantibus Bethlehemiticis*) coorta regi cohors regi suo magis -i quam commori . . . gestiit. ENNOD. carm. 2, 117, 8 quod votum est sanctis, coniuge -or (epist. 7, 29, 5 p. 196, 8 [vers.]). NOVELL. Iust. 2, 2 pr. si vero -antur omnes matri filii. 22, 26 pr. *si* -atur eis *filiis* parens. **b** *nude*: NOVELL. Iust. 2, 1 si quidem mater -atur, *sc. filiae.* 2, 3 pr. licet -antur filii omnes (*antea*: praeobeuntes). 22, 26 pr. -ente genitore. 22, 26, 1 -entis parentis aut secundi morientis. 127 praef. si quis moriatur relinquens . . . filios alterius -tui fratris. *al. ibid.* **3** *supplicium destinatum*: EVSEB. EMES. serm. 6, 24 (*mater ad filias*) certe propositum est nobis *martyribus* mori, -amur.

B *laxius vel translate respiciuntur variae debilitationes* (*sc. fere ipsam mortem antecedentes vel imitantes; additur* velut OV., quasi SVET.; *cum abl. resp. l. 84. p. 726, 5. 13. 25,* ab *p. 726, 17,* ex *p. 726, 11,* in *p. 726, 5*): **1** *afficitur potius status corporis vel membrorum*: **a** *variis causis*: OV. am. 3, 7, 65 (*de mentula*) nostra . . . iacuere velut -tua membra. PLIN. nat. 29, 38 tradunt . . . -i *partem caudae ovium praeligatae.* PS. QVINT. decl. 12, 7 iam -tuas vires *fame laborantium.* SVET. gramm. 3, 3 parte ea corporis (*sc. pedibus veneno tractatis*) quasi -tuā (-tui *codd.*). HIER. epist. 22, 7, 2 *ieiunantis* iam carne -tua. MACR. somn. 1, 6, 67 in utero sic -tuum ut tantummodo spirans nascatur (*de fetu ante partum quasi mortuo ut ibid. iterum*). GREG. TVR. glor. mart. 95 iam carne *martyrum* -tua (*sc. frigore ut*: VEN. FORT. vita Radeg. 5, 14 *ut* iaceret gelu penetrata, tota carne -tua). **b** *aetate progrediente, senectute*: SEN. epist. 58, 33 *si* integri sensus animum iuvant nec defectum et -tuum corpus est. PLIN. nat. 7, 168 *in senectute* -itur visus, auditus, incessus, dentes etiam. PS. QVINT. decl. 4, 10 per exigua festinantis aevi momenta -imur. HIER. in Am. lib. 2 praef. l. 23 *senectus* multis membris -tua. epist. 10, 2, 3 adhuc viventes -untur in carne. 23, 4 cum cotidie (secundum corpus loquor) -amur, in ceteris non nos perpetuos aestimemus. ORIENT. comm. 2, 196 hoc quoque, quo loquimur tempore, -imur. DRAC. laud. dei 2, 633 *Sara* ⌊-tua⌋ membra trahebat (*Arevalo,* prom- *vel* prope mortua *codd.*). **c** *morbo sim.*: CARM. adv. Marc. 2, 206 carnis -tua membra curabat *Christus* (EVCHER. pass. Acaun. 8). SVLP. SEV. Mart. 16, 2 *puella paralytica* omni ex parte -tua (VITA Marcell. Ebred. [BHL 5228] 23 paene). 16, 4 solo spiritu vivit iam carne -tua. GREG. TVR. Mart. 3, 49 omnium membrorum usu -tuus *puer.* vit. patr. 19, 4 p. 740, 27 *puer* -tuus, accepta salute, surrexit . . . redivivus. VEN. FORT. vita Albin. 10, 26 -tuae palmae . . . se . . . tepor infudit. 20, 57 nervi -tui *paralyticorum.* vita Germ. 11, 37 (*bis; syn.* exanimis, semiviva). GREG. M. dial. 4, 40, 3 corpus eius ab extrema fuerat parte -tuum (*item* in euang. 38, 16 p. 1292^{D}, *sim. in eadem re* dial. 4, 40, 6 in euang. 19, 7. 38, 16 p. 1293^{B}).

2 *afficitur potius status animi*: LIV. 3, 72, 5 etsi -tui iam sit pudoris *senex quidam.* AMM. 29, 1, 14 advenit . . . Theodorus *maiestatis accusatus* -tuus et atratus (*sc. terrore ut*: IVLIAN. in Am. 1, 13—15 ita consternabuntur, ut videantur et -i). PS. EVSEB. GALLIC. hom. 8, 3 G. tunc plane vera mors est: quando homo anima -ente deteriore sibi parte hominis sit superstes. 50, 1 hominem . . . fidei igne -tuum. 51, 8 l. 129 *in sicario* non tam persona vivit quam umbra -tui. PS. PRIMAS. in Rom. p. 444^{A} dum de filiis perditionis filii adoptionis efficimur, priori naturae secunda nativitate -imur.

II *-tuae sunt res naturales*: RVRIC. epist. 1, 5 p. 358, 12 quicquid . . . ariditate -tuum hactenus fuit, *vere ineunte* ad instar resurrectionis emergit.

praemortuus, -a, -um. *a* prae *et* mortuus (*part. perf.* -us *v. sub* praemorior). *i. q. antea vita carens* (*cf. vol. VIII 1497, 36 sqq.*): PRISCILL. tract. 3, 70 si duritia petrarum naturaliter -a ad dandum testimonium deo . . . animatur.

praemōstro *v.* praemonstro. *Suter.*

[**praemōtio:** *προβιβασμός* GLOSS.^{L} II Philox. PR 94. *legas* promotio *coll. ibid. 337.*]

praemoveo, -mōtum, -ēre. *a* prae *et* movere. *inf. praes. pass.* -vi CAEL. AVR. chron. 5, 7, 81 (*folia Zwiccaviensia,* -eri *Sichardus*). [*de loco vix sano* FRONTIN. strat. 2, 9, 7 *v. sub* praemoneo. *ceterum falso trad.* ZENO 2, 38 (1, 24, 2 L.) *pro* promotus. *e coni. dub.*: CAEL. AVR. acut. 2, 40, 232. chron. 1, 5, 168 (*Bendz, Gnomon 24, 1952, 21 pro* renovandae).]

1 *vi praeverbii temporali i. q. antea movere* (*sc. corpus vel partes eius*): **a** *commotione naturali*: PS. RVFIN. Clement. 3, 5, 1 omne, quod servit muliebribus desideriis, -etur et praemeditatur naturaliter secundum uniuscuiusque aetatem. CAEL. AVR. chron. 5, 7, 81 -i (*inf. pass., v. supra*) corpus et praetangi accessione *morbi* ventura. **b** *remediis praeparantibus*: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 168 quoties *partes* longe remotae -entur *ante ipsas partes patientes* (*antea*: praetangendae). **c** *gestatione quadam*: CAEL. AVR. chron. 2, 1, 46 -tis . . . vel exercitis *paralyticis* (*aut partibus aut hominibus*). salut. praec. 61 ut paulatim se -endo (*Rose,* seremovendo *trad., fortasse* sese movendo*?*) futurae peregrinationi componant. *ibid.* ut -tum (*Rose,* praemortuum *trad.*) corpus . . . longiori peregrinationi praeparetur.

? **2** *vi praeverbii locali*: **a** *i. q. promovere* (*per mutationem praeverbiorum*): HIER. c. Ioh. 11 p. 364^{A} non potuit -ere gradum (*sed fortasse* prom- *legendum*). **b** *i. q. prae se movere*: PHYSIOGN. 98 *androgynus* resupinatas plerumque manus -et (*cf. gr. Adamant. 2, 52 χειρῶν φοραὶ ὕπτιαι. Foerster in app. crit. suspicatur* permovet).

praemulceo, -mulsum, -ēre. *a* prae *et* mulcere. *formas primae et quartae coniug. praebent* GLOSS.; *cf. vol. VIII 1561, 75 sqq.*

1 *vi praeverbii locali i. q. a fronte mulcere* (*ludit inter* prae- *et* pro- APVL.): APVL. flor. 3, 10 *crines Apollinis* -sis antiis et promulsis caproneis anteventuli et propenduli. GLOSS. V 323, 21 -ere (-mulgare *trad.*) sive lucernam spiritu[s] ardentem sive calamum scribentem (*v. quae adnotavit Lindsay ad Gloss.*^{L} *Corp. P 755 p. 207*). **2** *vi praeverbii comparativa i. q. mulcendo praestare*: GLOSS.^{L} Aa P 1013 -et: plus lenit (*sim.* II Abav. PR 22 -lcat. GLOSS.^{L} Corp. P 16 -it [*item* GLOSS. V 383, 16]).

? **praemulco,** -āvī, -āre. *si recte restituitur, a* prae *et* mulcare. [*non huc pertinet l. 70.*] GLOSS.^{L} Corp. P 755 -arit (*restit. Lindsay,* -mulg- *trad.*): inpress⟨er⟩it.

? **praemulgo,** -āre. *per variationem praeverbii ex* promulgare, *nisi hoc restituere mavis.* [*non huc pertinent l. 66. 74.*] GLOSS.^{L} I Ansil. PR 586 -ans: porrigens.

praemundo, -ātum, -āre. *a* prae *et* mundare. *i. q. antea mundare: a sordibus corporeis*: THEOD. PRISC. eup. faen. 32 *ut hoc* adhibeamus, -tis . . . oculis molli . . . penicillo a pituitis aegri tunc oculis inhaerentibus (*cf. Cass. Fel. 29 p. 50, 7* primo . . . detrahere). *a maculis status non ingenui*: NOVELL. Iust. 74, 1 modus, qui libertos ad ingenuitatem deducit -ans eos alio quodam actu (*i. per ius anuli aurei. gr. προκαθαίρων*).

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? **praemunero,** -āre. *a* prae *et* munerare. [*e coni. dub. l. 20.*] *i. q. prae aliis munerare*: PHILO quaest. in gen. 4, 245 l. 16 P. ut rursus acciperet *Esau Mahelet uxorem* et -ret eam, quae vitam sine vita conficiunt (*de acc. dupl. cogitat Petit ad l. sensum parum dilucidans; fortasse quasi per ironiam referendum ad sterilitatem eius uxoris, coll. Lib. geneal. chron. I p. 173, 270, ut sit sensus: prae aliis uxoribus eam condicionibus sterilitatis donavit; nisi conicias* remun-, *si recte latere putatur gr. ἀντιδιδόναι*).

***praemūnio,** -īvī (-iī), -ītum, -īre. *a* prae *et* munire. *formae perf. traduntur stirpis longioris* -vit CAES. civ. 3, 58, 1 RVFIN. Basil. hom. 5, 6, -verit AVG. anim. 2, 17, 23 p. 357, 21 (-ierit *var. l.*), *stirpis brevioris* -iit CAES. civ. 3, 112, 7 (-nit, -niti *sim. var. l.*), -ierant Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 4 p. 677, -nisset CASSIOD. Didym. in Ioh. 5, 18 p. 78, 21 GREG. M. epist. 10, 20, -ierim GLOSS. *l. 16* (*cf. l. 11*). *de notione*: GLOSS. II 423, 60 *προτειχίζω*: -o. IV 156, 6 praestrincxerim: -ierim (*inde* 552, 24 V 235, 20. praestruxerim *coni. Thomson* GLOSS.[L] III Abstr. PRAE 66). *legitur inde a* CIC., CAES. *in prosa tantum oratione.* [*confunditur in codd. maxime cum* praemonere, *e. g.* QVINT. inst. 9, 1, 43 AVG. doctr. christ. 3, 1, 1. *vix recte trad.* GLOSS. II 424, 10 *προτιμῶ*: -o, praefero (pro- *trad.*), praepono (praemunero *vel* praemio *coni. Heraeus in exemplaribus suis*).]

I *transitive vel absolute fere i. q. ante munire* (*sc. vi praeverbii locali sub A1a, sed potius temporali sub A1b, A2, B, nisi est minus conspicua. obi. indicat passim id, quod munimento tegitur [saepe structura plena 'aliquid aliqua re'], rarius id, quod muniendo opponitur vel efficitur, v. A1b, B1a et 2a ['aliquid alicui rei' non nisi l. 52]; pro obi. ponitur inf. l. 53, enunt. secund. l. 58. 73 [iuxta pron. neutr. l. 78]; arcenda vel impugnanda indicantur praepos.* adversus *p. 728, 11. 32,* contra *l. 48. p. 728, 28. 37,* ab *p. 728, 14, cf. et* ad *p. 728, 31*): **A** *corporaliter, pro munimento est*: **1** *vallum, fossa, murus sim.* (*in re militari praeter* Ps. RVFIN.): **a** *-itur quod tegitur, defenditur*: CAES. civ. 3, 56, 3 Rutilius Lupus ... Isthmum -ire instituit. 3, 58, 1 Caesar ... aditus duos ... magnis operibus -vit. 3, 112, 7 loca. TAC. hist. 3, 21, 2 *legio* septima Claudiana agresti fossa ... -ta. VEG. mil. 4, 16 *machinae quaedam in obsidione* itinera ... -unt. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 4 p. 777 quibus *saepibus* hortos ... incolae -ierant (*gr. 5, 107 προαναστήσαντο*). *in imagine*: GELL. 13, 28, 4 *pancratiastae* os suum manibus oppositis quasi vallo -unt. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 96 ('si interdicta petes, vallo circumdata', *sc. mulieres honestas*) custodiis septa ac -ta. **b** *-itur vallum*: LIV. 5, 38, 1 tribuni militum non loco castris ante capto, non -to vallo ... instruunt aciem.

2 *medicamentum sim.*: SVET. Cal. 29, 1 *fratrem* metu venenorum -iri medicamentis suspicabatur. Nero 34, 2 *matrem* antidotis -tam. RVFIN. hist. praef. p. 951, 5 quo *medicamento* -ti homines ab imminenti defendantur exitio. Ps. DIOSC. herb. fem. 42(41) adipe vel oleo vel vino corpus -ire, *ne herbā aduratur. in imagine*: Ps. IGNAT. Trall. 8, 1 praemonitione conforto vos ... praepotans vos medicamine -ente contra imminentem pestilentiam (*gr. τὰ φυλακτικά*).

B *incorporaliter*: **1** *fere technice in arte rhetorica* (*v. sub* praemunitio): **a** *pro obi. est id, quod firmandi vel defendendi causa profertur*: CIC. Cael. 19 quae ex accusatorum oratione -iri iam et fingi intellegebam. leg. 1, 34 quae -untur omnia reliquo sermoni disputationique nostrae. IVL. RVF. rhet. 32 Cicero pro Milone ante -it, licere hominem occidere, et tum subicit occisum P. Clodium iure. SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 32 *ut* semina futurarum quaestionum ad defensionem Milonis pertinentium ... -at (*nisi aliud obi. excidit lacuna cod.*). CAELEST. Aug. pecc. orig. 6, 6 hoc -ire ..., ne *eqs.* CASSIOD. Didym. in I Ioh. 5, 18 p. 78, 21 dum -isset, quoniam filius est dei homo huiusmodi, ... adiecit '...' (-monuisset *var. l.; gr. ἀσφαλιζόμενος*). **b** *pro obi. est id, quod firmatur*: CIC. de orat. 3, 32 *genus dicendi* -tum et ex omni parte causae saeptum, acre, acutum *eqs.* QVINT. inst. 4, 2, 71 propositione -iri potest causa, deinde exponi (*cf. 4, 2, 74* primae propositionis defensione mollita *crimina sim.*). 7, 10, 12 quaestiones ... praeparatione -endae. SCHOL. Cic. Bob. p. 119, 30 -tam ⌊*διήγησιν*⌋ (*supplevit Ziegler in lacuna cod.; cf. p. 119, 27* praeparationibus instructa narratio). AVG. anim. 2, 17, 23 p. 357, 21 cum ille *Vincentius Victor* suos libros et initio -verit et termino communiverit (*cf. 2, 16, 22 p. 357, 4* humiliter praelocutus est). **c** *absolute*: CIC. orat. 137 sic ... dicet *orator* ..., ut ante -at. QVINT. inst. 8, 3, 37 si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis -endum est: 'ut ita dicam, si licet dicere *eqs.*' FRONTO p. 140, 13 v. d. H. *Chrysippus* exaggerat, -it, iterat *eqs.* AQVILA rhet. 1 *προδιόρθωσις*, praecedens correctio: haec figura ... -it. **d** *per enunt. fin. indicatur quod -endo cavetur:* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 63, 3 *haec dicens apostolus* commendare et -ire (-mon- *var. l.*) curavit, ne vestro dogmati opitulatus aliquid putaretur.

2 *usu vario*: **a** *pro obi. sunt quae muniendo efficiuntur vel praeparantur, ut esse possint*: CIC. Att. 5, 13, 3 illud praefulci atque ⌊-i, quaeso, ut simus⌋ annui, ne intercaletur quidem (⌊...⌋ -tus que(s)o simus *codd. plerique*). VELL. 2, 6, 2 *Gaius Gracchus* vel vindicandae fraternae mortis gratia vel -endae regalis potentiae ... tribunatum ingressus. TERT. ieiun. 12 p. 290, 16 ad -endam per nosmet ipsos novissimorum temporum condicionem. CIL X 6892 (*aet. Diocl.?*) firmitate sua ⟨durat⟩uram itineris facili⟨tatem⟩ com(m)eantibus -ret (*sc. via?*). MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 41, 25 quae *vox* et genetricis ⟨hominis et genetricis⟩ dei -at intellectum. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 24, 16 *animus* viam sibi ad incorporalia intellegenda -it.

b *pro obi. sunt quae munimento firmantur, defenduntur*: *α usu communi, sc. act. vel pass.* (*-untur animantes vel partes eorum passim, res rarius, e. g. l. 22*): RVFIN. apol. Orig. 1 p. 556[A] *diabolus decipit eos*, qui non omni custodia sua corda -unt. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 7 p. 666 *Essaei* execrationibus explorant et quasi -unt accedentes (*gr. 2, 142 ἐξασφαλίζονται tantum*). PAVL. NOL. epist. 23, 26 salutis titulo -ta fronte. AVG. doctr. christ. prol. 1 *reprehensores quidam alios* movere possent, nisi -tos praeparatosque invenirent. AVG. (?) un. eccl. 11, 28 p. 263, 11 aures nostras adversus eos, quos *eqs.* LEO M. serm. 34, 1 *fides* contra omnes -iebatur errores. EVGIPP. Sev. 27, 2 instruxerunt aciem, non tam ... armis quam sancti viri orationibus -ti. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 186, 16 quae *satisfactio* ab omni ... dubitatione valeat -ire *conscientiam.* CASSIOD. in psalm. 59, 10(8) vitae nostrae ... institutum ... euangelica -it auctoritas, ut tali beneficio communiti *eqs.* PRIMAS. in apoc. p. 879[C] his *operibus* ecclesia dicitur sicut alis aquilae... -iri (*apoc. 12, 14*). Ps. PRIMAS. in Rom. p. 470[C] *voluit deus Israelitas* ad cavendum iniquitatem ... terrore suae potentiae -ire. ORIG. in Matth. ser. 75 p. 175, 26 *Christus passionem* praedicit ... discipulis suis -ens eos, ut ne *eqs.* GREG. M. epist. 2, 38 p. 136, 8 quemadmodum eum admonendo et terrendo -as (-mon- *var. l.*), ut *eqs.* 5, 9 res ecclesiasticae (*sc. vasa sim.*) cauta debent sollicitudine -iri. *al.* *β reflexive*: POMPON. dig. 1, 2, 2, 10 magistratus ..., ut scirent cives ... seque -re⟨n⟩t, edicta proponebant. RVFIN. Basil. hom. 5, 6 p. 1768[D] eruditionibus se atque institutionibus assiduis -vit. PHYSIOGN. 11 p. 20, 1 *huius artis peritus* ex improviso nec praecaventem aut se -entem considerabit. EPIST. pontif. Arel. 14 *ut* contra eos *haereticos* spiritali se virtute -ant. GREG. TVR. Mart. 2, 45 nec se ... signo salutare *crucis* -unt. *γ mediopassive*: GELL. 14, 2, 3 quaedam praemonita et praecepta sunt, quibus ante causam -iri iudex praepararique ad incertos casus ... debeat. TERT. idol. 2 p. 32, 12 uti adversus abundantiam idololatriae -amur. AVG. util. cred. 1, 2 p. 4, 9 *qui*, antequam ... verum ... intueri queant, ⌊credendo⌋ -untur et inluminaturo praeparantur deo (⌊...⌋ *abl. gerundii potius quam dat. gerundivi*).

c *absolute*: IREN. 3, 16, 2 providens spiritus sanctus depravatores et -ens contra fraudulentiam eorum (MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 42, 16 c. eorum *haereticorum* morbum). GREG. M. moral. 26, 87 *vitia* incerta -entes devitant *homines pii* (*antea*: ne veniant medentur).

II *intransitive fere i. q. munitioni esse sim.* (*sc. a fronte*): APVL. Plat. 1, 15 superciliorum saepes -unt oculis (oculos *var. l.; cf. Cic. nat. deor. 2, 143* munitae ... sunt palpebrae tamquam vallo pilorum).

homoeoprophoron AVG. doctr. christ. prol. 1 -tos praeparatosque (*cf. etiam supra l. 31*); *ceterum cum acumine quodam iungitur cum* praemoneo, praemonitio *l. 30. p. 727, 47.*

p. p. p. praemunītus, -a, -um *vergit in vim adi. maxime l. 10. p. 727, 60.*

deriv.: praemunitio.

praemūnītio, -ōnis *f.* *a* praemunire. *plur. non legitur.* [*confunditur in codd. cum* praemonitio CIC. de orat. 3, 204 AMBR. Isaac 4, 37 (*falso trad.* TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 339, 8).]

i. q. actio vel effectus praemuniendi: **1** *technice in arte rhetorica de figura, qua quis firmando vel excusando praeparat, quod postea dicturus est, vel infirmando praeoccupat, quod adversarium dicturum esse suspicatur* (*cf.* praemunio *IB1 et v. ad rem Martin, Antike Rhetorik, 1974, 277*): CIC. de orat. 2, 304 si in homines caros ... sine ulla -e orationis acerbius ... invehare. 3, 204 -o ... est ad id, quod adgrediare. QVINT. inst. 9, 2, 2 -o (*in enumeratione figurarum*). 9, 2, 17 (*inter varias species figurae q. e. praesumptio*) est ... -o, qualis Ciceronis contra Q. Caecilium (*respicit div. in Caec. 1*). IVL. RVF. rhet. 32 *προυπεργασία* vel *προπαρασκευή*, -o, qua ante utimur, ut confirmetur id, quod subiecturi sumus. **2** *usu vario*: ITALA cant. 2, 14 (Ambr. Isaac 4, 37 in psalm. 118 serm. 6, 33) veni tu, columba mea integimento (*vel* in t.) petrae iuxta -em (*gr. ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος, Hier. adv. Iovin. 1, 30* iuxta promurale, *Vulg.* in caverna maceriae. *explicat* AMBR. Isaac *l. c.* haec *fides sim.* illis *animis piorum* est -o. *in psalm. l. c.* propugnacula fidei tuae gesta sunt Christi *eqs.*).

praemunītus *v.* praemunio.

praenarrātio, -ōnis *f.* *a* praenarrare (*nisi a* prae *et* narratio). *i. quod praenarratur* (*de praefatione carminis epici*): COMMENT. Lucan. 1, 183 hinc incipit narratio; ante enim -o fuit.

praenarro, -āvī, -āre. *a* prae *et* narrare. *i. q. antea narrare*: TER. Eun. 982 recte sane interrogasti: oportuit rem -asse me.

deriv.: praenarratio. *Rosellini.*

praenāscor, -nātus (sum), -nāsci. *a* prae *et* nasci. -gnatus GLOSS. [*dub.*: COMM. instr. 1, 6, 13 -i *C*[2] (*fortasse recte, cf. p. 729, 4 et Schwyzer, Zeitschr. vergl. Sprachf. 56, 1929, 14*), pronasci *C*[1], *edd. rec.; falsa var. l.* praegnatum *pro* pro- Ps. APVL. Ascl. 23.]

1 *usu sollemni i. q. antea nasci vel oriri* (*cf.* GLOSS. II 416, 40 *προγεννηθείς*: praegnatus): CHALC. comm. 143 iuxta Platonem -itur (-nosc- *var. l.*) providentia *ante fatum* (*antea*: praecedit). AVG. catech. rud. 3, 6 Iacob manum prius, dum nasceretur, emisit ex utero, qua ... pedem -entis fratris tenebat. serm. coll. Morin p. 351, 11 verbum in

[Wieland]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mente -itur, quo vox loquentis fiat *eqs.* HIPPOCR. progn. 21 si ... aliquid signorum ... -untur *ante dolores* (*gr. cod. unus προγίγνοιτο, plerique προσγ-*).

? 2 vi praeverbii mutata i. q. prognatus (*sc.* male, bene -tus *i. mala vel bona natura praeditus*): CHIRON 775 equus male -tus si erit. 776 equus bene -tus (pedatus *trad., quod utroque loco legendum putat O. Skutsch, Class. Rev. 51, 1937, 56 coll. Hippiatr. gr. I 324, 11 sq. μαλακόπους ... στερεόπους*). *Wieland.*

praenato, -āre. *a* prae *et* natare. **1** *trans. de fluminibus i. q. ante natando tangere, sc. praefluere* (*de vi praeverbii v. p. 645, 69 sqq.*): VERG. Aen. 6, 705 Lethaeum ..., domos placidas qui -at, amnem (SERV. -at [per- *var. l.*]: praeterfluit [*inde* GLOSS. V 556, 12]; et contrarie dictum est: nam non natant aquae, sed nos in ipsis natamus; Ennium ... secutus est [*affert ann. 596* fluctus ... natantes]). CYPR. GALL. gen. 550 celer Euphratis Syrorum -at urbes. **2** *intrans. de animantibus i. q. ante natare, sc.: ante locum vel ante quendam loco morantem*: OV. hal. 15 *si scarus* ⌊dum -at, arto⌋ (*corrupte trad.; emend. Heinsius*) ... luctantem *alium scarum* ... in vimine vidit (*inde Plin. nat. 32, 11 si* extrinsecus videat). PLIN. nat. 9, 146 *urtica* -ante pisciculo frondem suam spargit complectensque devorat. *ante quendam sequentem*: PLIN. nat. 9, 186 vada -ans demonstrat *musculus ballaenae*. STAT. silv. 3, 2, 36 *Neptunus navi adsit*; hinc ... Proteus ... *et* hinc ... Triton -et. *? in summa parte aquarum* (*vi praeverbii deflexa, cf.* praelabor *1ay*): PRVD. perist. 7, 73 (*loq. martyr fluvio mergendus*) ut ... suspendar leve -ans summo gurgite fluminis (*nisi coll. 7, 31 sqq. eum natare putes ante populum spectantem, ut locus ad l. 17 pertineat*).

praenātus *v.* praenascor. **praenāvigans** *v.* praenavigo.

praenāvigātio, -ōnis *f.* *a* praenavigare. *i. q. actio praenavigandi vel via a praenavigantibus confecta*: PLIN. nat. 4, 57 Aegina ..., cuius XVIIII *milium passuum* -o est (praeternavi- *ed. Gelenii*). 6, 199 *ab Atlantide insula tot* dierum ⌊-e⌋ *sunt* solitudines ad Aethiopas Hesperios (⌊ ⌋ *sc. secundum oram facta? var. ll.* navi-, pernavigationis). 6, 201 -e Atlantis *montis*.

praenāvigo, -āvī, -āre. *a* prae *et* navigare. GLOSS. II 395, 56 *παραπλέω*: praetervehor, -o (*sic codd.*, praetervehо, praeternavigo *ed. Stephani*). [*apud* FLOR. epit. 3, 8, 3 *edd. praeferunt lectionem cod. Bamb.* praeternavigantes (praen- *classis altera*).]

i. q. navigando praelabi (*sc. vi praeverbii locali, quae vergit in notionem q. e. praeter maxime l. 42. 46*): **1** *trans.*: VAL. MAX. 1, 8, 9 Lentulus litus -ans. SEN. dial. 5, 21, 5 *C. Caesar villam quandam diruendo praeclaram reddidit*: stantem enim -bamus (*sc. eam neglegentes*), nunc causa dirutae quaeritur. MELA 2, 45 ab eo *Pagasaeo sinu* ad Sunium tendentibus illa -anda: Maliacus ... sinus, ... Thermopylae *eqs.* PLIN. nat. 6, 146 quidam et alia duo oppida longis intervallis Tigri -ari tradunt. HYG. fab. 141, 2 astutia ... sua cum -asset *Vlixes* scopulos, ... praecipitarunt *Sirenes* se in mare (praetern- *ed. princ.; antea*: praetervectus, *ut bis loco gemino 125, 13*). *in imagine*: SEN. epist. 70, 2 -vimus (-amus *var. l.*) ... vitam, et quemadmodum in mari ... 'terrae ... recedunt' (*Verg. Aen. 3, 72*), sic in hoc cursu ... primum pueritiam abscondimus *eqs.* (*sc. vita comparatur litori sim. e nave conspecto, non mari, ut putat Blase, Woch. Klass. Phil. 1916, 309*).
2 *sine obi.*: SEN. dial. 6, 18, 7 quaedam *animalia* (*sc. ballaenae*) haurientia undas et magno -antium periculo efflantia. epist. 51, 12 ut *Baiis commorans* -antes adulteras dinumeraret et tot *cumbas*. PLIN. nat. 6, 97 (*in descriptione orae*) deinde Icthyophagi tam longo tractu, ut XX dierum spatio -verint *Onesicritus et Nearchus*. HYG. fab. 15, 2 Argonautae -antes Lemno accesserunt. 199, 2 Vlyxem -antem sociis spoliavit *Scylla*.

part. praes. praenāvigāns *pro subst. masc. v. l. 54.*

deriv.: praenavigatio. *Friis-Jensen.*

praendo *v.* prehendo.

praeneco, -āre. *a* prae *et* necare. *i. q. praeveniendo necare*: CASSIAN. inst. 11, 17, 2 animarum medici emersuras valitudines cordium spiritali conlatione velut ... antidoto -antes (*antea*: praevenire).

praenecto, -xum, -ere. *a* prae *et* nectere. *non nisi p. p. p.* praenexus, -a, -um *pro adi. i. q. ante nexus, praeligatus*: SOL. 1, 6 *diva Angerona* praesul silenti ipsius -xo obsignatoque ore simulacrum habet (*Plin. nat. 3, 65* obligato obsignatoque).

[praenego, -āre *sec. versionem aetatis recentioris perperam editum est* BOETH. elench. soph. 2, 3 *Migne 64, 1029*^{B} (*v. ed. crit.* Arist. lat. 177a19 prius negare).**]**

praenexus *v.* praenecto.

? ἱματίου σ(ε)ιρά: **praenicula** GLOSS. II 332, 17 ([perni- *ed. Stephani*]. *eadem fere* 431, 49. *cf.* I p. 42 prinicula: ornatus vestimentorum, borda [*anglosax.*]). *vocem quodam modo deformatam esse ex* *penicula, *subst. cum* peniculamentum *coniungendo, suspicatus est Svennung per litteras; vix subest* nere *notione texendi adhibitum et* prae.

*deriv.: ?*praenicularius.

? **praeniculārius,** *subst. a* praenicula *derivandum et significans eum qui praeniculas facit, coni. Schlutter in schedis ad* GLOSS. II 570, 14 (*v. supra vol. II 2049, 77*).

praenimis (praenimium, praenimiō) *adv.* *a* prae *et* nimis (nimium, nimio). *i. q. nimis* (*sc. abundanter accedente praeverbio; formas* -um, -o *vix pro adi. accipias*): GELL. 19, 10, 9 *verbum 'praeterpropter'* -s plebeium est. CHAR. gramm. p. 306, 5 B. (*ex Palaem.*) *'prae' praepositio* accipitur ... pro valde, ut cum dicimus ... -um opulentae divitiae (*item* -um: GLOSS. validum vel multum). GLOSS. -o ⌊valido vel⌋ multo (⌊ ⌋ valde *suspicatur Thomson* GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 27. *item* -o: GLOSS. valde multo. GLOSS.^{L} I Ansil. PRAE 590. 591 Corp. P 579).

praenīsus: ante conatus GLOSS. V 474, 65. *a* prae *et* niti (nisus). *Bk.*

praeniteo, -uī, -ēre. *a* prae *et* nitere. *de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 13 praestat. melius est. antecellit. eminet. emicat. elucet. enitet. praefulget. -et. GLOSS. V 474, 64 -et: antestat. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 594 -ens: valde splendens. *inde ab* HOR., VELL., SEN. *trag.*, PLIN. nat. *saepe apud* MART. CAP.

i. q. prae aliis nitere, nitendo eminere, praefulgere sim. (*sc. vi praeverbii comparativa, sed sub 2 saepe minus perspicua, ut hic illic vergat in notionem q. e. valde vel late nitere, maxime part. praes., quod inter formas praevalet [cf. l. 14; vergit in vim adi. l. 49. 61]. est verbum intrans., sed accedit acc. gr. l. 54, obi. int. l. 40*): **1** *pleno respectu eorum, quae minus nitent, nitore superantur*: **a** *structuris positis: dat.* (*structuram testatur* PRISC. gramm. III 268, 21): HOR. carm. 1, 33, 3 cur tibi iunior *rivalis* laesa -at fide (PORPH.: apud Glyceram scilicet -at. *ad nitorem formae spectare videtur ut*: SEN. Med. 94 unius *sponsae* facies -et omnibus *virginibus*). SYMM. epist. 1, 4, 1 *tua* epigrammata puto hebdomadon *Varronis* elogiis -ere (*cf.* 10, 2, 1 sermonem illum *Gratiani* -ere ... rescriptis aliis). *praepos.* inter: MART. CAP. 5, 436 inter utrumque ... columen sectatorum *Rhetoricae* -at Tullius meus.
b *structuris e contextu subaudiendis* (*certiora; cetera v. sub 2*): SYMM. epist. 1, 5, 1 licet Campaniae amoena -ant, *sc. Praenestinis*. SEDVL. op. pasch. 2, 4 *Christi* species divina videbatur gratia -ere (*sc. hominibus; affertur enim psalm. 44, 3* speciosus forma prae filiis hominum).

2 *minus manifesto vel evanescente respectu eorum, quae minus nitent* (*saepius accedit abl. instr.*, in *c. abl. l. 60*): **a** *proprie spectat potius ad nitorem oculis percipiendum: α -ent res variae*: PLIN. nat. 2, 42 *luna* maculosa eademque subito -ens. APVL. met. 2, 7, 3 russea fasceola -ente ... succinctula *mulier*. 5, 9, 5 -ent vestes. 5, 22, 2 lucernae ... lumen ... increbruit et ... novacula -bat. PRVD. cath. 7, 80 metalli ... lux argentei sudum polito -ens purgamine. PAVL. NOL. carm. 21, 826 (*ad urbem Nolam*) cerne tuam faciem, qua nunc nova -uisti (paenituisti *trad., corr. Zechmeister*). epist. 34, 2 *cur* -at *mensa eleemosynarum in ecclesia*. MART. CAP. 1, 7 -ens speculum (2, 169). 1, 15 *fluvii* lactei -ens unda. 1, 67 *peplum Iunonis*, si ... *lumine* tangeretur, inter obumbrantes nebulas sudae perspicuitatis gratia -ret. 2, 114 *diadema* maxime medialis gemmae lumine -bat. 2, 176 -ens virga *Mercurii*, cuius caput auratum. 3, 223 *ferculum* levi exterius elephanto -bat. 6, 593 Canopum ac Berenices crinem, stellas admodum -entes (*ibid.* conspicuae ac -entes. *sec. Plin. nat. 2, 178, ubi* insignes). *β -ent homines eorumve partes*: STAT. silv. 2, 7, 130 *coniugis vultus* simili notatus auro stratis *viduae* -et. APVL. met. 11, 9, 5 veste nivea ... -ens ... chorus (PRVD. perist. 2, 234 v. et ore -ent *principes* [praeminet *var. l.*]. *cf.* MART. CAP. 1, 67 lacteo quodam calymmate -bat *Iuno*). 11, 10, 1 *viri* capillum derasi funditus verticem -entes (vertice *edd. vet.*). LACT. opif. 10, 3 *oculi membrana*, nisi umore adsiduo tersa -at, obsolescit (reniteat, pure niteat *var. ll.*). FIRM. math. 1, 10, 2 cur ... alibi puro ... splendore -ant *corpora hominum* (*opp.* nigro ... colore sordescunt).

b *translate spectat potius ad nitorem, praestantiam mente percipiendam*: VELL. 2, 35, 1 virtutem M. Catonis ... multis in rebus conspicuam atque -entem. 2, 39, 2 gentes, quarum titulis forum eius *Augusti* -et. PLIN. nat. 5, 108 Caria interiorum nominum fama -et. AMBR. exc. Sat. 1, 22 *fratre absente in altero fratre* non vigor solitus -bat. in psalm. 43, 25, 3 *tempore David* adhuc fides electi populi -bat. MART. CAP. 2, 127 matronae ... simplici quadam comitate -entes. 5, 429 inter quos *sectatores Rhetoricae erant* ... duo ... -entes (*sc. Cicero et Demosthenes*). ENNOD. opusc. 6, 7 p. 404, 7 (vers.; *loq. Castitas*) nil moror adflictos ... prodere vultus, dum mihi -ant casti monumenta decoris. *Tesařová.*

praenōbilis, -e. *a* prae *et* nobilis. *compar.* -ior, *sc. fere pro* nobilior, APVL. flor., *superl. deest.* [*e coni. dub. v. sub* praenotabilis.]

i. q. valde nobilis (*cum ironia quadam* PRVD. c. Symm.): *de animantibus*: APVL. met. 8, 1, 5 erat ... iuvenis natalibus -is, quo clarus et (eo *trad.*) pecuniae fuit satis locuples (*item c. abl.*: flor. 16, 31 *Strabo Aemilianus* est ... tantus in studiis, ⟨ut⟩ -ior sit proprio ingenio quam patricio consulatu. PRVD. ham. 698 [*deus ad Adam*] vade, homo, adflatu nostri -is oris). PRVD. c. Symm. 1, 111 hic deus *Priapus* e patrio -is Hellesponto venit. 2, 644 -is ille senator *Symmachus*, orandi arte potens *eqs.* *de medicamento*: APVL. met. 10, 25, 3 illa -is potio, quam ⌊sacram⌋ doctiores nominant (⌊ ⌋ *cf.* hiera antidotos *vol. VI 3, 2782, 77 sqq.*). *Bk.*

***praenōmen,** -inis *n.* *a* prae *et* nomen. NOT. Tir. 21, 79. GLOSS. *παρώνυμον, προωνύμιον. χρηματισμός.* cognomen. *legitur inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE, *saepius apud gramm.; in versibus*

[Maslowski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apud Hor. sat., Ter. Mavr., Avson. *al.* [*confunditur in codd. saepius cum* pronomen, *e. g.* Vlp. dig. 28, 2, 1 Cod. Iust. 6, 23, 4 Oros. hist. 7, 13, 5; *v. etiam p. 732, 5. falso traditur* Apvl. Socr. 15 p. 153.]

I *notione originaria de nomine proprio animantium, fere i. q. nomen antecedens (vi praeverbii neglecta de quolibet nomine* Schol. *et* Avg. *sub B3*): **A** *usu sollemni de primo membro nominis Romanorum tripertiti*: **1** *definitiones, explicationes sim. grammaticorum (rem fusius tractat* Lib. de praen.): **a** *agitur de origine* -um: Varro ling. 9, 60 in -bus *non sunt tria genera* . . ., quod haec instituta *sunt* ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilicia. 9, 61 *e -bus masculis* declinarant -a mulierum antiqua, Mania, Lucia, Postuma (*cf.* Lib. de praen. 7). Fest. p. 130 Mamercus -n Oscum est ab eo, quod hi Martem Mamertem appellant. Pavl. Fest. p. 26 Aquilius -n ab aquilo colore . . . est dictum. p. 96 Gneus et corporis insigne et -n a generando dicta esse . . . apparet. p. 119. p. 148 Manius -n dictum est ab eo, quod mane quis initio natus sit *eqs.* p. 366 *e voce 'tituli'* Titi -n ortum est. Mar. Victorin. rhet. 1, 24 p. 214, 37 fuit . . . nonnulla aput maiores nostros -is ratio; nam et Quintum ideo dixerunt, quod quinto fortassis loco natus esset *eqs.* Lib. de praen. 4 Hostus -n fuit in eo, qui peregre apud hospitem natus erat *eqs. al.* **b** *agitur de notis -um*: Prob. litt. sing. gramm. IV 271, 8 *usus notarum* in -bus . . . etiamnunc manet. Qvint. inst. 1, 7, 29 in -is nota (Dosith. gramm. VII 382, 11. 385, 2. *et saepe*). Ter. Mavr. 893. 897 'Gaius' -n . . . c notatur, g sonat. Mar. Victorin. rhet. 1, 24 p. 214, 35 -n . . . interdum una, interdum duabus, interdum tribus litteris continetur (*sim.* Don. gramm. IV 373, 10. Prisc. gramm. II 57, 18. *al.*). *al.* **c** *varia*: Fest. p. 359 Talus Sabinorum nominibus -is loco videtur fuisse. Pavl. Fest. p. 224 -bus feminas esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Taracia, *sc. Gaiae appellatae.* Qvint. inst. 7, 3, 27 propria liberi, quod nemo habet nisi liber, -n, nomen, cognomen, tribum: habet haec addictus (*cf.* Pomp. gramm. V 141, 12 -n est, quod ad dignitatem pertinet; nullus enim servus habet -n. Frg. Bob. gramm. VII 540, 14 Isid. diff. 1, 388). Lib. de praen. 3 Varro putat fuisse . . . -a circa xxx. *ibid.* quae olim -a fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus. Don. gramm. IV 373, 9 propriorum nominum secundum Latinos quattuor sunt species, -n nomen cognomen agnomen (*sim. distinguunt*: Char. gramm. p. 193, 16 B. Serv. gramm. IV 429, 2. *al.*). Dosith. gramm. VII 390, 7 -a, quae nominibus gentiliciis praeponuntur (*sim. definiunt*: Diom. gramm. I 321, 4 Prisc. gramm. II 57, 13. *al.*). Explan. in Don. gramm. IV 536, 6 -a tantum Romanis hominibus sunt (*cf.* Prisc. gramm. II 57, 17 ut nemo Romanus sit absque -e). Prisc. gramm. II 58, 8 quae in aliis personis sunt -a (pro- *var. l.*), haec in aliis loco nominis accipiuntur, ut 'Tullius Servilius' . . . 'M.' vero 'Tullius'. *al.*

2 *cetera exempla*: **a** *usu vario*: Cic. Att. 4, 15, 1 *Eutychides libertus nunc tuo* vetere -e, novo nomine T. erit Caecilius. fam. 7, 32, 1 sine -e *tuo* familiariter . . . ad me epistulam misisti. Phil. 13, 28 ut in eorum *Sasernarum* -bus errem (Ivlian. dig. 37, 11, 8, 2 cum in -e cognomine erratum est [*in testamento ut*: Vlp. dig. 28, 1, 21, 1. *al.*]. Pompon. dig. 5, 1, 80). Lex Iul. munic. (cil I² 593) 146 *civium* nomina, -a, patres aut patronos, tribus, cognomina *censor* . . . accipito (*in simili serie* Lex Irnit. [Journ. Rom. Stud. 76, 1986, 153 sqq.] 9 C 20). Hor. sat. 2, 5, 32 gaudent -e molles auriculae. Fest. p. 257 Quintipor servile nomen . . . erat, a -e domini ductum. Pavl. Fest. p. 366. Sen. benef. 4, 8, 3 sive -n eius *creditoris* sive nomen dixisses sive cognomen, idem tamen ille esset. Ascon. Scaur. p. 27, 19. Qvint. inst. 3, 7, 20 *Marci Manlii* -n e familia in posterum exemptum est (*de simili damnatione memoriae cf.* Gell. 9, 2, 11). Tac. ann. 3, 17, 4 *ut Piso* -n mutaret (*item mutatur*: Svet. Galba 4, 1. *cf.* Cod. Iust. 9, 25, 1 [*a. 293*] initio nominis, cognominis, -is . . . impositio privatim libera est . . .; mutare itaque . . . -n [pro- *var. l.*] . . . minime prohiberis). Svet. Nero 1, 2 ne -a quidem ulla praeterquam Gnaei et Luci usurparunt *Ahenobarbi.* Vit. 2, 2 filios . . . cognomines ac tantum -bus distinctos. Vlp. dig. 28, 2, 1 nomen et -n (pro- *var. l.*) et cognomen eius, *qui nominatim exheredatur*, dicendum est an sufficit vel unum ex his? *al.* *explicatur nomen piscis*: Avson. Mos. 120 Latio risus -e . . . lucius. **b** *vox -n ponitur iuxta singula praenomina*: Rhet. Her. 3, 18, 31 cui -n sit Decumo (*sim.* Liv. 30, 18, 15 cui Marco -n erat). Fest. p. 170 Numerius -n numquam ante fuisse in patricia familia dicitur (*item ponitur eodem casu*: Lib. de praen. 4 Ancum -n . . . e Sabinis translatum putat. 6 Appius ab Atto . . . -e. *cf. etiam l. 13. 14. 15. 23*). 171 ut . . . -e avi materni Numerius appellaretur (*cf.* Avg. *sub B3 et abl. sine verbo*: Svet. Claud. 1, 1 Drusum, olim Decimum mox Neronem -e. CE 428, 5 [*aet. Hadr.*] in his iaceo . . . sedibus . . . -e Gaius olim). Svet. Tib. 1, 2 *gens Claudia* Luci -n consensu repudiavit (*item gen.*: Cal. 60 quibus Gai -n fuerit. Nero 1, 2. Avson. 263, 1 p. 187 P. -n Tiberi nanctus Nero. *cf. l. 16. 61. 82. p. 732, 13*). Insor. Année Epigr. 1966 n. 372 (*e Dacia*) -n Aurel(ius) nomenque Claudiu⟨s⟩ habebat (*de nominativo cf. l. 11*).

B *transfertur*: **1** *ad titulum honorificum fere pro nomine usurpatum*: **a** *principis, sc. ad vocem q. e.* imperator (*qua Caesar potius pro titulo, Augustus tamen pro -e sollemni usus est, cf. vol. VII 1, 556, 33 sqq. 558, 47 sqq. nec non comm. ad Suet. Tib. 26, 2, sc. Rietra 1928, Vogt 1975*): Svet. Iul. 76, 1 *recepit* -n Imperatoris, cognomen Patris patriae (Tib. 26, 2 recusavit. Claud. 12, 1 -e I. abstinuit). **b** *Christi*: Hil. trin. 9, 33 omnem -um et cognominum suorum vel naturalium vel adsumptorum consuetudinem praetermisit *Christus* (*antea*: 'filium hominis' *al.*).

2 *temporibus recentioribus ad nomen sollemne gentis vel familiae (cf. Veyne, Rev. Phil. 38, 1964, 253 sqq.; vulgo huc trahuntur loci quidam Hist. Augustae, ubi traditur* pronomen *quosque sub illa voce tractabimus; non huc pertinet* Ven. Fort. carm. 4, 5, 9 [-e *Migne 88, 157*, spe nomine *codd. et Leo*]): Amm. 28, 4, 7 -um claritudine conspicui quidam *Romanorum*, ut putant, . . . semet extollunt, cum Reburri et Flavonii . . . appellentur . . . aliisque ita decens sonantibus originum insignibus. Epigr. Bob. 8, 9 -n *Iunius* (*vel Iulius*) ductum ex atavis. Oros. hist. 7, 13, 5 *Hadrianus Hierusalem* Aeliam vocari de -e (pro- *var. l.*) suo praecepit. CE 567, 3 matris de nomine . . . Plotia, patris -e Aemilia. 845, 2 -n Marciae pestis . . . negavit *ancillae ante manumissionem mortuae.*

3 *ad varia nomina peregrinorum*: Diom. gramm. I 321, 23 Achilles -n est, nomen Aeacides, cognomen . . . podoces (*nomina Graeca ad morem Romanum revocat, cf. ibid.* l. 14 Alexander proonymos est *Paridis*, quod nos -n dicimus). Schol. Stat. Theb. 3, 441 'Perseius heros': mos poetae huius est . . . personas nondum cognitis -bus invocare, ut nunc Adrastum significat. Avg. c. adv. leg. 2, 12, 42 Manichei *cuiusdam*, qui -e Addas dictus est.

II *peculiariter vel abusive: ?* **A** *de quolibet subst., quod aliud subst. antecedit*: Varro ling. 9, 54 *genetivo* praeponuntur -a (nomina *man. pr. cod. et Kent, fort. recte*) plura, ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii *eqs.* **B** *de appellatione magistratus (in versione parum apta)*: Novell. Iust. 13 praef. (*de praefectis noctium*) appellationem istam . . . obscuram et noctis -n (*gr. προσηγορίαν . . σκοτεινὴν καὶ τῆς νυκτὸς ἐπώνυμον*).

deriv.: 1. praenomino; *cf.* praenominativus

praenōminātīvus, -a, -um. *a* 1. praenominare (*cf.* praenomen). *i. q. praenomen indicans*: Explan. in Don. gramm. IV 535, 35 *nomina* aut praenomina sunt, quae nomini praeponuntur et -a dicuntur, ut Lucius Quintus; aut nomina gentis *eqs.* (*distinguuntur* cognominativa, agnominativa. *sim.* Consent. gramm. V 339, 13).

1. praenōmino, -ātum, -āre. *a* praenomen. *i. q. praenomine afficere, ornare*: Varro frg. Non. p. 352, 32 qui . . . celeriter erant nati fere Numerios -bant (praemoniebant, -muniebant *codd.*). Lib. de praen. 4 (*e Varrone ?*) Tullus -tus est ominis gratia quasi tollendus.

deriv.: praenominativus.

2. praenōmino, -ātum, -āre. *a* prae *et* nominare. [-tus: *cf. hisp.* pornombrado; *v. Corominas² IV 235. St.*]

i. q. antea nominare: **1** *formae finitae*: Tert. adv. Marc. 5, 15 p. 629, 8 qui salutem carnis abnuitis et si quando corpus . . . -atur, aliud . . . interpretamini (*fortasse de scripturae textu explicationi proposito, nisi spectat ad ordinem verborum in I Thess. 5, 23, ubi apud Tert. aliosque vox* corpus *antecedit. cum* 1. praenominare *iungere temptat Oehler*). Rvstic. c. aceph. p. 1236ᴬ nonnumquam -atur caro et postea deitas (*antea*: divinitas . . . post carnem nominatur; *postea*: prius nominans). **2** *p. p. p.* -tus *pro adi. fere i. q. praedictus, praefatus*: Greg. M. epist. 4, 22 clericos . . . -tae civitatis (*syn.* praedicto). 9, 197 ex testamento -tae Syricae (supranominatae, praemonitae *var. ll.; syn.* suprascripta, memorata). 14, 13 in -ta . . . ecclesia (Pap. Tjäder 16, 37 [*scribitur* -num- *ut* l. 58]. 69. 80. 90 [*ibid. l. 20* supranominatae]). 14, 14 suprascriptam massam . . . cum -tis omnibus fundis. *Maslowski.*

praenōscentia, -ae *f.* *a* praenoscere, *sed notio sub 1 illustrata potius a* prae *et* noscentia *derivanda esse videtur.* **1** *in sermone philosophico i. q. cognitio, quae ante cognitionem est (v. Hadot, Christl. Platonismus, 1967, 380 adn. 192; cf.* praecognoscentia): Mar. Victorin. adv. Arium 1, 33 p. 1066ᴬ si . . . aliud *est* deo esse, aliud deum esse, praeexistentiale est deo esse . . .; et dicunt istud -a concipi, quae ipsa per semet nihil est, sed conceptione, quod praeexsistit, suscipitur. **2** *in sermone medicorum i. q. actio praenoscendi, prognosis (cf. p. 733, 18 sqq.)*: Vindic. med. 40 -am, quam prognosin dicimus (*inter partes quattuor medicinae*).

***praenōsco,** -nōvī, -nōtum, -ere. *a* prae *et* noscere. *de formis: stirpis perf. non inveniuntur nisi* -nosti Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 27, -novit Ps. Avg. praed. dei 5, 7, -novimus Ov. met. 12, 86, -noverat Greg. M. in I reg. 5, 102, -nosse Stat. Theb. 1, 706. *al.* Ivl. Val. 1, 8 p. 16, 11. *p. p. p. non nisi* Hier. in Is. 16, 13 p. 173ᶜ (*ratione contraria* praecognoscere, *v. p. 501, 9 sqq. et nota p. 734, 15*). *legitur in versu dactyl. inde a* Cic. Arat., Ov., Lvcano; *in prosa apud* Cic. div. *quater, singulis locis apud* Sen. *phil.*, Colvm., Plin. nat. *al.*, *saepius inde a* Ivl. Val. [*confunditur in codd. cum* pernoscere Stat. Theb. 3, 490. *restituitur pro* pronoscere Avien. Arat. 864.]

i. q. antea noscere, praescire (formis perf. act. [v. l. 67] de statu praesenti praeter Ps. Avg.; *vi praeverbii temporali evanescente p. 733, 50. 734, 49 et sub IIB, aliter p. 734, 26. plus minus abundanter accedunt* ante Veg. mil. 4, 38 p. 154, 10 Rvfin. Orig. in Rom. 7, 8 p. 1124ᶜ, prius Avg. gen. ad litt. 4, 32 p. 131, 12 [*cf.* priusquam *ibid.* l. 16]). *fere pro syn. iuxta ponuntur e. g.* praevidere Rvfin. Orig. in num. 10, 2 p. 72, 18. *al.* (*cf.* prov- Rvfin. hist. 1, 3, 3), praescire Avg. in euang. Ioh. 66, 1 Ps. Avg. praed. dei 5, 7 Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 63, 11. *al.*, praecognoscere Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 63, 26; *opponuntur vel di-*

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

stinguuntur e. g. noscere Rvfin. Orig. in Rom. 7, 8 p. 1125[B] Vincent. Ler. 10, 4. *al.*, cognoscere Avg. gen. ad litt. 4, 35 p. 136, 8. *al.*

I *cum respectu futuri sim:* **A** *usu communi pro obi. sunt res rariusque personae, quae cognoscuntur antequam ipsae exsistunt, eveniunt* (*antequam adsunt, sensibus corporeis percipi possunt sim. e. g. l. 12. 26. 44. 70. et al.; antequam ad effectum perveniunt l. 48. 53, fortasse l. 29; absolute ursupatur l. 24. 75. p. 734, 11 sqq.*): **1** *-unt homines vel res ad eos pertinentes* (*-unt gramina per prosopopoeiam l. 50; sententiam generalem v. p. 734, 15*): **a** *ratione, consilio, sagacitate sim., vel modo incerto* (*pro obi. sunt fere quae facultatibus mere humanis cognoscuntur*): *α in prognosticis et medicina* (*cf. p. 734, 37 sq.*): Cic. Arat. 75 hoc signum (*i. sidus*) veniens poterunt -ere nautae. Colvm. 1 praef. 23 *non* omnibus annis eodem vultu venit aestas aut hiems . . .; quae -ere *difficile est.* Avien. Arat. 864 hoc . . . notum -ere (pro- *trad.*) signo nox docuit. 1384 motus . . . aerios. 1721 instantes -ere . . . imbres (*cf. gr. 987 περισκοπέων ὑετοῖο*). 1755 hibernae -ere dura procellae (*cf. gr. 1018 ἐπὶ χεῖμα δόκευε*). Macr. Sat. 1, 20, 5 medicus vel commoda vel incommoda in corpore futura -it. Ps. Hippocr. epist. 1 ut . . . quibus -rentur indiciis *morbi* . . . ostenderem (*Paul. Aeg. 1, 100, 1 τίνων προγενομένων σημείων*). 7 haec sunt de -endis praeveniendisque morborum causis. Cael. Avr. chron. 1, 4, 67 *epileptici* -entes futura (*i. morbi accessionem*) motibus solitis admoniti. 1, 4, 70 accessionem futuram. gyn. 2, 59 quae *corruptio uteri* -itur, cum mammarum marcor accesserit. Sidon. epist. 5, 2, 1 dialectica disputat et astrologia -it. *β in quibuslibet condicionibus:* Ov. met. 12, 86 (*Cygnus ad Achillem*) te fama -vimus. Sen. dial. 3, 1, 7 nec ignoro .*.*. audaciam dare sui signa et posse -i. Plin. nat. 18, 206 facta . . ., quae futura -i non possint. Sil. 8, 302 multo . . . didici casus -ere Marte. Stat. silv. 5, 1, 99 *libertum ab epistulis oportet* mille . . . -nosse vices, an merserit agros Nilus *eqs.* (*sc. antequam earum effectus sentiri possint?*). Nemes. cyn. 139 pondere . . . catuli poteris perpendere vires corporibusque leves gravibus -ere cursu (*cf. Gratt. 298* manibus vires . . . futuras perpensare). Ivl. Val. 1, 8 p. 16, 11 (*pater Alexandri procul a patria sepultus est*) fuit . . . inde -nosse, quid huic genito ad vitae clausulam deberetur. Serv. auct. Aen. 8, 654 sacrificiorum . . . dies. Clavd. Don. Aen. 11, 330 p. 462, 29 *rami pacis* praenuntii monstrantur, ut adhuc tacente legatione quid velit . . . -i possit. Veg. mil. 1, 1 profuit . . ., quaecumque evenire in . . . proeliis possunt, omnia in campestri meditatione -ere. Hier. in Eph. 4, 13 apostolus homo erat . . ., qui ad primos quosque disputantium conatus sagaci mente, quae erant inferenda, -ret. Prvd. apoth. 854 *anima* certum sapere et -ere iussa. Avg. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 333, 11 futuram fidem perfidiamve hominum -ere non valemus (*cf. ibid. l. 7 Christus* noverat, quia praescius erat *eqs.*). Cypr. Gall. gen. 1152 quem *Ioseph* procul ut varia licuit -ere veste (*cf. Itala gen. 37, 18* [*Ambr. Ioseph 3, 11*] praeviderunt illum). Clavd. Mam. anim. 2, 9 p. 137, 15 -i . . . licet, tacerene (*v. vol. VI 3, 2454, 75*; tacere ne *edd.*) habeam facta, quorum nomina non tacebo. Cassiod. Ios. antiq. 5, 249 *cum rupem* murare niterentur, voluntatem eorum Abimelech -ens super eos cum exercitu venit (*gr. ἔφθη . . . μαθών*). *al. per prosopopoeiam:* Ennod. carm. 2, 111, 13 *in horto regis* gramina cultorem -unt, muta locuntur; quod tetigit princeps, ver habet in glacie.

b *divinatione, inspiratione divina, portentis observandis sim.:* Cic. div. 2, 130 (*sec. Chrysippum*) officium . . . esse eius *divinationis* -ere, dei erga homines mente qua sint quidque significent *eqs.* Lvcan. 6, 423 stimulante metu fati -ere cursus, *Sex. Pompeius veneficam consuluit.* 6, 615 (*loq. venefica*) si -ere casus contentus *es.* Val. Fl. 1, 732 siquid ab excitis melius -ret umbris *Alcimede.* Sil. 3, 7 rerum -ere fata (Anth. 406, 1). Stat. Theb. 3, 490 nos . . . venturum . . . sinas, *Iuppiter,* caelo -nosse laborem. Frontin. strat. 1, 11, 13 ab ea *cerva alba Sertorius* se, quae agenda aut vitanda essent, -ere asseverabat. Svet. Nero 56 volebat . . . credi monitione eius *imagunculae* futura -ere (Firm. math. 3, 10, 3 deorum monitu. Chalc. comm. 250. Amm. 21, 1, 7 -endi f. pravas artes. *al.; cf.* Gell. 14, 1, 6 si homines quoque, *sicut dei,* res omnis post futuras -rent. *sim.* Greg. M. moral. 24, 19 p. 297[A] omnia ventura). Itala gen. 15, 13 (Quodv. prom. 1, 12, 18) dictum . . . est ad eum *Abram:* sciens -e, quod peregrinum erit semen tuum (*gr. γινώσκων γνώσῃ,* Vvlg. scito -ens. *inde* Cypr. Gall. gen. 538 venturae -it semina gentis. Mar. Victor aleth. 3, 532). Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 27 (*explanatur somnium Philippi*) *pudendorum uxoris tuae* consignatio . . . fides est . . ., ex quo -nosti, quod illa conceperit. Arnob. nat. 1, 43 imminentia. Amm. 23, 5, 14 si exinde (*sc. a fulmine*) -itur aliquid, incrementa claritudinis imperatori portendi. 29, 2, 5 altiora. Rvfin. Clement. 2, 13, 7 *anima* cum excedit a corpore, statim -it futurum esse iudicium (*antea:* praescientiam habet. *-it anima morientis* Greg. M. dial. 4, 28, 1). 2, 51, 5 est . . . sextus sensus, id est -endi (*postea: sensus* praescientiae . . ., quem habuerunt prophetae). Avg. perf. iust. 19, 42 iusti antiqui . . . gratia eius *Christi* adiuti, ut gaudentes eum -rent et quidam etiam praenuntiarent esse venturum. Vincent. Ler. 10, 4 quae humana sunt, nosse, . . . quae supra hominem sunt, -ere. *al.*

2 *-unt dei vel natura* (*nec non deorum qualitates; angeli p. 734, 26 sqq.*): **a** *apud paganos* (*cf.* Gell. *sub 1b*): Cic. div. 1, 82 (*sec. Stoicos*) neque non possunt *di* futura -ere (= 2, 102. 2, 106). Stat. Theb. 1, 706 (*invocatur Apollo*) tu doctus iniquas Parcarum -nosse manus . . . et summo placitura Iovi, quis letifer annus *eqs.* silv. 1, 2, 178 cuius *imperatoris* -ere mentem fas mihi *Veneri.* Amm. 21, 10, 3 tamquam natura in dicionem Romanam redigendas nationes circumsitas -ente.

b *apud Christianos* (*pro obi. sunt res passim, homines non nisi l. 16* [*aliter* praecognosco, *v. p. 501, 45 sqq.*]): Hier. in Is. 16, 13 p. 173[C] non quod praescientia dei causam vastitatis attulerit, sed quod vastitas futura dei maiestati -nota sit. Rvfin. Orig. in num. 9, 3 p. 58, 17 salvator noster, qui cuncta -it (*cf.* 10, 2 p. 72, 18 qui omnia praevidet et -it. Boeth. cons. 5, 3, 3 W. universa [*postea:* prospicit, praeviderit]). Orig. in Rom. 7, 8 p. 1124[C] *quidam* praescientiam dei in hoc tantum accipiunt, quasi qui ea, quae . . . futura sunt, ante -at. p. 1125[A] *sermonem* de -endo vel de praedestinando (*sc. Rom. 8, 29* quos praescivit, hos et praedestinavit. *item absolute:* p. 1125[B] quomodo noscat vel -at deus. Avg. in euang. Ioh. 66, 1 iste *Petrus* promittebat, ille *Christus* -bat [*syn.* praesciebat]. Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 63, 26 [*in sententia generali*] non ad -entis sed ad praecogniti pertinebit reatum omne delictum. *al.*). Avg. anim. 1, 7, 7 praescientia . . . dei eos, quos sanaturus est, peccatores -it, non facit (*cf.* catech. rud. 18, 7 quamvis eum peccaturum -ret). praed. sanct. 12, 24 quasi futurum peccatum *a deo* -i possit nec possit ignosci. Favst. Rei. grat. 2, 2 p. 62, 6 tu, *homo,* me . . ., ut de te malum -rem, compulisti (*loq. divina providentia, cf.* Boeth. cons. 5, 6, 37 W. quae illa *providentia* -it. *v. etiam l. 24*). 2, 3 p. 63, 11 aliud est praescire, aliud praedestinare: praescientia . . . gerenda -it, . . . praedestinatio retribuenda describit; illa praevidet merita *eqs.* Boeth. cons. 5, 3, 5 W. si . . . *humanas* voluntates . . . -it (*sc. deus vel providentia*), nulla erit arbitrii libertas (*postea:* praesenserit). *al. ratione temporis quodammodo sublata dicuntur angeli sim. ex verbo dei -ere id quod creatur* (*in explicatione gen. 1, 3 sqq.*): Avg. gen. ad litt. 4, 32 p. 131, 12 (*130, 26* etiamsi nulla hic morarum temporalium sint intervalla) *erat* aliud -endum, quod fuerat verbo dei faciendum, prius in cognitione mentis angelicae, deinde in natura ipsius firmamenti. p. 131, 16 in cognitione spiritalis creaturae hoc, priusquam in eo ipso fieret, -entis. 4, 35 p. 136, 8.

B *usu deflexo pro obi. sunt ipsa signa, ex quibus futura cognoscuntur:* Val. Fl. 1, 231 *Idmoni Apollo* genitor tribuit monitu -ere divum omina (Sil. 16, 124 deum . . . o.). Cypr. ad Donat. 4 p. 6, 19 hic (*sc. in hoc saeculo*) adhuc positi futurorum indicia -imus. Avien. Arat. 1732 venturae -ere signa procellae ([*verbo gr. 994 σκέπτεο respondent* -ere . . . convenit ac . . . inspice]. Veg. mil. 4, 38 p. 154, 10 turbinum s. debet ante -ere.).

II *cum respectu ordinis; pro obi. sunt quae ante alia cognoscuntur, cogitantur:* **A** *pertinet ad ordinem temporalem; -untur quae cognoscuntur:* **1** *antequam alia eveniunt* (*actio, quae secutura erat, reprimitur apud* Ps. Avg.): Ov. fast. 3, 159 *Caesar* promissum . . . sibi voluit -ere caelum, nec deus ignotas hospes inire domos. Stat. silv. 5, 2, 41 iter -nosse timendum (*sc. antequam exercitus sequatur*). Rvfin. Clement. 2, 3, 3 scire . . . velim, quibus sit moribus *Simo* . . .; refert enim ista -ere (*sc. antequam cum eo disputo*). Avg. trin. 10, 1, 2 l. 75 *ut studiosi* usu amplectantur, quod ratione -unt. Ps. Avg. serm. 195, 4 (*loq. Ioseph*) *Mariam non tetigi,* quia et David filiam esse et regali me functum sacerdotio -bam. Greg. M. in I reg. 4, 70. **2** *antequam alia cognoscuntur, cogitantur, considerantur sim.:* Chalc. comm. 353 potentias eius *materiae* necesse est . . . -i mentibus. Avg. in psalm. 93, 5 l. 5 *apostolus* admonuit nos et istum psalmum intellegere et -ere titulum ipsius. Cael. Avr. acut. 1, 8, 56 siquidem -entes animae regalia in capite constituta exinde mentis alienationem fieri acceperimus. Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 9 p. 157, 17 quae . . . priora sunt, ea et -untur et notiora sunt sequentibus naturaliter. Prisc. gramm. III 122, 21 si -itur, quis sit . . ., tunc supra dictis *interrogationibus de accidentibus* utendum est. Primas. in apoc. 2, 7, 102 (*contextu parum dilucido*).

B *pertinet ad ordinem logicum; -untur quae cognoscuntur antea esse, prius ponenda esse quam alia:* Chalc. comm. 123 hoc *punctum, cui terra comparatur,* . . . antiquius esse omni magnitudine . . . naturali quadam mentis conceptione -itur. 226 constat . . . *essentiam* esse antiquissimam *categoriam* -ique generibus ceteris (*abl. compar., nisi dat. ut Waszink in indice ed. p. 419*). Mar. Victorin. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 29 p. 128, 23 species -untur (nosc- *var. l.*) ⌊quam accidentia⌋ (*om. cod. nonnulli; fortasse non versioni tribuenda sed Boethii explicationi:* -untur, id est praeintelleguntur, hoc est ante esse cognoscuntur q. a.; *gr. p. 21, 12 προεπινοεῖται τῶν συμβεβηκότων. cf. Boeth. Porph. isag. p. 50, 13* ante subintellegi quam accidentia).

syntactica quaedam: **1** *pro obi. accedit structura verbalis:* **a** *enunt. secund.:* *α interrog.:* Cic. div. 2, 130 dei . . . mente qua sint *eqs.* (*item cum pron.* Stat. Theb. 1, 706 Frontin. strat. 1, 11, 13. *al.*). Stat. silv. 5, 1, 99 -nosse vices, an merserit agros Nilus *eqs.* Clavd. Mam. anim. 2, 9 p. 137, 15 -i . . ., tacerene habeam facta (*v. p. 733, 46*). Greg. M. in I reg. 4, 70. *β* quod, quia (*in struct. pass. personali* Prosp.): Itala gen. 15, 13 (Quodv. prom. 1, 12, 18) quod ([*v. p. 733, 66*]. Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 27 Rvfin. hist. 1, 3, 3. Prosp. epist. 1, 6 quia *plurimi,* q. nec renovari velle habeant, -antur). Alc. Avit. c. Eutych. 1 p. 20, 29 'discite . . ., quia' (*Matth. 11, 29*), . . . -ite, quia. **b** *acc. (nom.) cum inf.* (*nisi quaedam pro acc. dupl. accipias, ut* Avg. anim. 1, 7, 7 eos . . . peccatores): Chalc. comm. 123 hoc *punctum* . . . antiquius esse . . . -itur. Amm. 21, 10, 3 redigendas nationes. Rvfin. Clement. 2, 13, 7 Avg. epist. 102, 14. *et saepe.*

[Baumgartner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *indicatur a quo vel quo indicio sim. quid -atur* (*cf. ipsa signa pro obi. sub IB*): **a** *abl.*: Ov. met. 12, 86 te fama -vimus. Val. Fl. 1, 231 monitu (Firm. math. 3, 10, 3. *cf.* Svet. Nero 56 monitione). Stat. Theb. 3, 490 caelo. *al.* **b** *praepos.*: Val. Fl. 1, 732 ab excitis ... umbris (Frontin. strat. 1, 11, 13). Anth. 406, 1 per humanas fibras (Ennod. epist. 8, 17, 1 p. 212, 1. *al.*). Ivl. Val. 1, 4 p. 7, 27 ex quo *facto* (Greg. M. moral. 1, 4). **c** *adv.*: Ivl. Val. 1, 8 p. 16, 11 inde (*sim. al.*). 2, 1 p. 67, 3 divinitus.

3 *accedit abl. compar. p. 734, 56. 64* (*conferasne* quam *p. 734, 66?*). *in lusu verborum cum* ignoscere *p. 734, 19.*

deriv.: praenoscentia, praenotio.

[praenōsticātio *subst. apud* Alex. Trall. 1, 72 *editum vix ipsi antiquitati tribuendum est, cum voces* praenostico, pro(g)nostico, pro(g)nosticatio *propriae sint medii aevi; gr. I 559 P. non exstat subst. quod respondeat,* prognosticum *exhibet cod. Monac. lat. 344 quem inspeximus.*] *Baumgartner.*

? **praenotābilis,** -e. *a* prae *et* notabilis, *si recte conicitur. i. q. valde vel maxime notandum*: Symm. epist. 2, 16 *Promoto* iamdiu -i familiaritate sociatur *Nicasius* (*Seeck*; praenotalis, -natalis *sim. trad.*; praenobili *Callu, alii alia*).

praenotātio, -ōnis *f.* *a* praenotare. *i. quod ante notatur, scribitur* (*de actione praenotandi fort.* Greg. M.): Avg. perf. iust. 1, 1 quae -o *chartulae,* credo, quod non illius *Caelestii* sed eorum sit, qui hoc attulerunt. Prosp. c. coll. 2, 1 in libro cuius -o est 'de protectione dei' (*sim. forma*: Isid. vir. ill. 19). in psalm. 119 instr. -o tituli ... indicat *eqs.* (Ivst. Vrgell. prol. Migne suppl. 4, 236). Ennod. opusc. 2, 7 p. 289, 14 cum in -e ipsa significantia operis innotescat immundi. Verec. in cant. 3, 1 D. nullis -ibus *titulare.* Facvnd. defens. 5, 3, 15 dierum -o *in gestis synodi.* Greg. M. dial. 1 praef. 7 *quae in dialogo* dicta sunt, sola nominum -e distinguo. *Newman.*

praenōtio, -ōnis *f.* *a* praenosco, *nisi sub 1 intellegere malis compos. a* prae *et* notio.

1 *in versione t. t. phil. Epicureae προλήψις de notione omnium hominum communi, quae facta est ante singulas cognitiones* (*paulo aliter ac Epicurus fere de notionibus innatis cogitavisse videtur* Cic.; *ad rem v. Überweg-Prächter, Grundriß der Gesch. der Phil., 1¹², 1926, 448 et Philippson, Hermes 51, 1916, 576*): Cic. nat. deor. 1, 44 hanc nos habere sive anticipationem ... sive -em deorum — sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse prolepsin appellavit, quam antea nemo eo verbo nominavit — hanc igitur habemus, ut deos ... immortales putemus (*antea*: insitas eorum *deorum* vel potius innatas cognitiones. *cf. etiam* anteceptam animo rei quandam informationem). **2** *i. q. praescientia* (*sc. futurorum*): Boeth. cons. 5, 4, 6 W. -o nullam futuris rebus adicit necessitatem (*loco gemino 5, 3, 9* praescientia). 5, 4, 21 earum rerum, quae necessarios exitus non habent, ... -o (*20* praescientia). 5, 5, 12 *apud deum* quonam modo ..., quae certos exitus non habent, certa ... videat ... -o neque id sit opinio, sed summae ... scientiae ... simplicitas. 5, 6, 21 divina -o. *Bk.*

ˣpraenoto, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* notare. *legitur inde ab* Apvl., Tert.; *in versibus apud* Prvd. (*2*) *et* Pavl. Nol. (*1*).

i. q. (ante) notare. dicuntur -ari sive ipsae notae sim. (v. IA1b, 2b, 3b et p. 736, 68. 737, 8. 15; struct. plena aliquid alicui p. 736, 28. 43. al.), sive id quod nota distinguitur vel significatur (structura plena aliquid aliqua re l. 72 [reflex. l. 82] et saepe, iuxta acc. relationis p. 736, 84; pro abl. ponuntur in *c. abl. p. 736, 59,* sub *c. abl. l. 74, verba tituli l. 83 sqq.). ceterum accedunt subst. vel adi. praedicative posita p. 734, 64. 737, 20, partic. (ut etiam de supplendo inf. cogitare possis) p. 736, 57. 68; pro obi. ponitur or. recta p. 736, 17 (cf. p. 736, 27), enunt. secund. p. 736, 33. 78, fort. etiam p. 736, 82, acc. c. inf. p. 736, 22. 737, 14.*

I *magis minusve vigente vi praeverbii*: **A** *locali* (*cf. B2a*): **1** *usu vario* (*huc pertinere videtur locus structurae parum perspicuae* Ivst. Vrgell. in cant. 21): **a** *-atur id, cui quid anteponitur, quod nota afficitur*: Apvl. met. 10, 9, 3 in hoc ipso sacculo conditos eos *aureos* anulo tuo -a, donec altera die ... comprobentur. Pavl. Nol. epist. 32, 12 omne cubiculum *basilicae* binis per liminum frontes versibus -atur. **b** *-atur id, quod anteponitur*: Avg. in psalm. 53, 1 hoc ... in ipso poste -tum est (*antea*: quod in domus fronte praefixum est). Mart. Cap. 2, 178 ibis -tum gerit nomen mensis cuiusdam Memphitici.

2 *spectat ad titulum, initium libri totius vel capitum eius*: **a** *-atur id, cui quid anteponitur*: *α vario usu*: Hil. psalm. instr. 8 *psalmi* illic, *sc. apud Hebraeos, non* primus aut secundus ... -antur. 17 qui *psalmi* auctorum suorum nominibus aut causarum vel temporum significationibus -antur (Hier. epist. 133, 3, 8 Avg. civ. 17, 14 p. 236, 12 D. epist. 187, 1. *al.; cf.* Hier. in psalm. 80 p. 62, 20 sub Asaph nomine [Avell. p. 286, 24]. Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 25, 24 Pauli multorumque sanctorum vocabulis -ta *scripta*). Hier. epist. 107, 12, 3 *apocrypha* non eorum esse, quorum titulis -antur (in Matth. 21, 33 l. 1556. *et saepe.* Avg. cons. euang. 1, 10, 15 epistulari t. *al.*). Avg. epist. 51, 1 sic epistolam -vi (perf. iust. 1, 1 Cassiod. in psalm. 16 praef. p. 115ᴰ. *al.; cf.* Avg. nupt. et concup. 2, 4, 11 ita [in psalm. 87, 1 l. 19. *al.*]). in psalm. 105, 1 l. 37 eodem numero -atur. *al.* *in imag.*: Hier. tract. in psalm. II p. 12, 16 nullus est ..., qui hoc se audeat titulo -are. *β afferuntur ipsa verba tituli: oratione recta*: Hil. psalm. instr. 22 cum 'illius David' vel 'illi David' ... in titulo ... -antur (*sc. psalmi, nisi ad l. 17*). Hier. in Gal. 1, 11 p. 323ᴮ Ciceronis libros, qui 'de quaestionibus philosophiae' -antur. praef. Vulg. reg. p. 5, 11 *liber,* qui deuteronomium -atur. Avg. civ. 8, 14 p. 342, 22 D. ut 'de deo Socratis' -ret librum *Apuleius.* Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 120, 14 voluminum, quae *περὶ ῥυθμῶν* ... -at *Philolaus. et al., imprimis apud* Hier. *et* Avg. *variis structuris*: Hier. praef. Vulg. Salom. p. 4, 11 *librum* parabolas -tum (*cf.* vir. ill. 23 quem -vit *Ψάλτην* [*Euseb. hist. 4, 18, 5 ἐπιγεγραμμένον Ψάλτης*]). tract. in psalm. I p. 106, 4 psalmi, qui oratione -antur. Cassian. inst. 2, 11, 3 *psalmus* in titulo suo alleluiae inscriptione -atur. Greg. M. moral. 9, 64 psalmi quidam ... ad respondendum scripti -antur. *γ dicitur -ari liber sim., cuius partibus tituli praefiguntur*: Cassiod. in psalm. 67 praef. p. 461ᴰ longus psalmus ... quinque diapsalmatibus -tus. Isid. vir. ill. 41 *Leander* edidit unum ... libellum titulorum distinctionibus -tum.

b *-atur id, quod anteponitur*: *α pro obi. sunt ipsa verba tituli*: Hil. in psalm. 56, 1 ubi 'pro populo ...' -tum est (*Zingerle,* enotatum, enigmatum *sim. trad.; postea*: praescribitur. *item oratione recta*: 68, 1 ubi '...' -atur. Hier. tract. in psalm. I p. 206, 1 in titulo 'alleluia' -tum est. *al.; intercedente verbo dicendi*: Apon. 12 p. 221 sicut ... in epistola sua -at Paulus dicendo: 'Paulus *eqs.*' [*Rom. 1, 1*]). Hier. in Abd. 1 l. 43 titulo -at visionem. Consvlt. Zacch. 2, 14 p. 78, 11 in ... titulo -tum, a Sabellianis ... spiritum denegari. Arnob. in psalm. 65 p. 414ᴰ psalmus hic resurrectionem in titulo -at. *β cetera exempla*: Hil. psalm. instr. 2 quorundam psalmorum superscriptionibus *prophetarum* nomina -are *visum est* (Avg. anim. 1, 1, 1 Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 25, 18. Greg. Tvr. Mart. 3, 45 in paginis. *al.*). Hier. epist. 54, 4, 3 psalmi titulus -atur 'pro oculis filii' (in Gal. 5, 26 p. 424ᶜ proprii nominis titulos -are. vir. ill. 23 cui *volumini* t. -vit *ἔλεγχος.* Cassiod. var. praef. 15. *al.*). Pelag. in I Tim. 1, 1 p. 474, 10 auctoritas et nominis et officii -atur *a Paulo.* Avg. coll. c. Don. 3, 17, 31 p. 80, 19 temporum attestatio -ta (*cf.* p. 80, 26 prophetas indicia ... temporum suis litteris -asse. adv. Don. 15, 19 p. 117, 15). Conc. Aurel. a. 549 p. 101, 6 quae conveniant ... custodiri, ... signanter est titulis -tum.

3 *spectat ad varia signa, quae verbis, sententiis sim. anteponuntur*: **a** *-atur id, cui quid anteponitur*: Hier. in Dan. prol. p. 493ᴬ has visiones obelo -vimus significantes eas in hebraico non haberi (*al., v. vol. IX 2, 45, 30 sqq.*). in Ier. 29, 14—20 hucusque in LXX non habetur, quae asteriscis -vi (in Is. 23, 6—7. *cf.* Avg. in psalm. 67, 16 l. 4 stellā appositā). Cassiod. in psalm. 136 praef. p. 974ᶜ liber, qui quadrifario -atur alphabeto (*respicitur thren. 1—4 in textu hebr.*). **b** *-atur id, quod anteponitur*: Hier. epist. 112, 19, 1 interpretatio asteriscos ... *habet* et virgulas -tas. Avg. in psalm. 89, 17 cui versui ... docti -ant stellam, quos asteriscos vocant (105, 7). Ps. Avg. c. Felician. 1 -tis ... principalibus nominum litteris (*in partibus dialogi ut* Rvstic. c. aceph. p. 1170ᴮ propria per singula -atur ... persona). Ps. Prisc. gramm. III p. 520, 4 decem accentus, quos ita huic operi dignum existimavi -are. *usu deflexo -atur non ipsa nota, sed id quod nota indicatur, ut vergat in notionem q. e. notando anteponere*: Gramm. suppl. 65, 12 sqq. praenomen dicitur, eo quod singulis litteris -atur *eqs.* (*sec. Don. gramm. IV 373, 10, ubi* notantur).

B *temporali*: **1** *pertinet ad futura, quae*: **a** *significantur, indicantur praefiguratione, prophetia aliisve signis*: *α -antur res futurae: formis passivis*: Tert. ieiun. 2 p. 276, 6 *dicunt psychici* nos esse iam tunc (*sc. a Paulo, I Tim. 4, 1*) -tos ' in novissimis temporibus abscedentes *eqs.*' adv. Iud. 14, 1 *duos* adventus eius *Christi* -tos *esse a prophetis* (*sim.* adv. Marc. 3, 7, *v. l. 67*). adv. Marc. 3, 6 p. 383, 25 in quem *Christum* ita admissuri -bantur *Iudaei.* resurr. 22 p. 55, 3 *diem ultimum* signis atque portentis ... -tum. Tycon. in apoc. 201 B. in 'mensibus quinque' (*apoc. 9, 5*) quinque annorum spatia -antur. Prvd. perist. 10, 629 crux -ta, crux adumbrata est prius. Avg. civ. 16, 22 p. 159, 18 D. inlucescentibus rebus, quae illis umbris -bantur. 13, 6 p. 384, 22 *ut* de illo *Christo* cuncta figuris -rentur, quae nunc expressa rebus agnoscerentur. Verec. in cant. 1, 2 l. 24 D. spiritaliter omnis humani generis caro equus figuraliter -atur. Cassiod. in psalm. 82, 14 sq. non ... nobis ventus aliqua figuratione -atur. *al.* *formis activis*: Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 386, 9 duos ... Christi habitus ... totidem adventus eius -asse. Consvlt. Zacch. 2, 16 p. 84, 20 quae futura sic -at *Christus.* *β -antur ipsa signa, indicia*: Tert. bapt. 4 *spiritus dei* iam tunc (*sc. cum super aquas ferebatur, gen. 1, 2*) etiam ipso habitu -batur baptismi figurandi (*gen. finalis*; ad baptismi figuram *var. l.*). adv. Marc. 4, 39 p. 557, 22 conflictationes orbis signum -ant regni praecedendo illud. Prvd. psych. praef. 50 haec ad figuram -ta est linea. Consvlt. Zacch. 2, 6 p. 57, 21 *si in lege* mortis *Christi* indicia -entur. Leo M. serm. 55, 1 *cum* damnandorum formam blasphemantis *latronis* impietas -ret (praemonstraret *var. l.*).

b *animadvertuntur, praevidentur*: Mart. Cap. 8, 811 (*v. sub* 1. praemeto). Greg. M. moral. 5, 81 mala imminentia per sollicitudinem -at (*postea*: exspectat). 31, 84 longe ... -at ex unaquaque re, cuius vitii pugna succrescat. 31, 85 priusquam veniat culpa, deprehendit *discretio sanctorum,* eamque quo vigilanter -at, eo fortiter declinat.

2 *pertinet ad ordinem, seriem actionum*: **a** *quarumlibet*: Pallad. 9, 8, 1 (*quaeritur aqua*) in quo loco ... aerem surgere videris ..., signo aliquo vicinae ... arboris -bis (*intellegimus locum prius signo quodam memoriae mandari*). Pavl. Nol. carm. 24, 141 -tos ora vexillo *[Newman]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

crucis (*v. apoc. 7, 3*) transibit ultor angelus (*nisi vi locali, ut fortasse et* Leo M. serm. 55, 5 *limina* sanguine agni et signo crucis -ta non intrat [*v. exod. 12, 23*]). **b** *dictorum, scriptorum, sc. -tus fere i. q. praedictus*: Iord. Rom. 113 *ordinem consulum* servaverunt per ann(os) -tos. Greg. M. in I reg. 3, 102 studium adinplendi -ti consilii.

II *vi praeverbii fere evanida i. q. notare*: **A** *spectat ad ipsam actionem scribendi* (*sc. -antur verba, argumenta*): Apvl. met. 2, 24, 2 verba concepta de industria quodam tabulis -ante. 6, 25, 1 pugillares et stilum non habebam, qui tam bellam fabellam -rem. 11, 22, 8 libros litteris ignorabilibus -tos. *in imag.*: Verec. in cant. 7, 8 l. 28 D. ista sunt in cordis tabula -anda. **B** *spectat ad actionem figurandi, signo indicandi*: Apring. in apoc. 21, 17 *numerus XLIV* euangelii veritatem ... in eius *dei* -at permanere virtutem (*contextu vix sano*). Lavrent. paen. p. 92[B] utrumque signaculum, *sc. circumcisionis et baptismi*, Christus pendens in patibulo -vit, *sc. sanguine et aqua effluente*. **C** *spectat ad quamlibet actionem significandi*: Praef. bibl. I Macc. (rec. B) Machabeorum libri duo -ant proelia inter Hebraeorum duces gentemque Graecorum. Cassiod. in psalm. 16, 14 l. 299 *porcina* inter cetera veteris testamenti praecepta immunda -atur. Dionys. Exig. epist. de pasch. 1 p. 64, 12 K. ab incarnatione ... Christi annorum tempora -are. Isid. Goth. 65 chron. II p. 293, 16 in eo *Riccimero* et meritis et vultu paternarum virtutum effigies -etur.

deriv.: praenotatio. *Newman.*

praenōtus *v.* praenosco.

praenūbilo, -āre. *a* prae *et* nubilare *i. q. ante nubilare, nubibus praetegere*: Pass. Fabii (bhl 2818) 2 *irrupit* edictorum ... tempestas et mundi ⌊faciem⌋ aequa praeceptionis caligo -ans fidei solem ... obscurabat (⌊ ⌋ *temptaverim sec. usum trans. verbi q. e.* nubilare; *tradi vid.* facie [*vix cogites de forma prisca dat.*]).

praenūbilus, -a, -um. *a* prae *et* nubilus. *i. q. valde nubilus*: Ov. am. 3, 13, 7 stat vetus et densa -us arbore lucus.

praenūbo, -nūpsī, -ere. *a* prae *et* nubere (*sub 2 intercedente compos.* obnubere). **1** *i. q. ante ipsas nuptias nubere, praeveniendo nubere*: Tert. orat. 22 p. 196, 16 *virgines esse* velandas ex ... die *sponsaliorum* ...; omnia enim in his -erunt: et aetas per maturitatem ... et mens per voluntatem. **2** *i. q. praetegere* (*notione sec.* obnubere *novata*): Cypr. Gall. lev. 98 praetentis dimissa umbracula velis altar habet sacraque simul -itur arca (*cf. Vulg. lev. 16, 2* sanctuarium quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca).

[praenum *falso trad. pro* prelum Gloss.[L] **II** Philox. pr 193; *inde coniciebatur olim* Tert. apol. 5, 4 *pro lectione non tradita quarundam ed. vet.* praenomine (portio *codd. recte*).**]**

[praenumeria. *corruptum.* Isid. orig. 11, 3, 8 portenta ... vel portentosa exsistunt alia magnitudine ...; alia (alii a *var. l.*) decisione, ut sine manu ... generata, ...; alia -a, quando solum caput aut crus nascitur (per numeria *var. l.*, privimeria *Arevalo coll. Gell. 9, 4, 9, ubi cum ed. quibusdam vet. legit* monomeri [*sed recte trad.* monocoli]; *vix cogitari potest de voce a* prae *et* numerus [Numerius] *composita*).**]**

praenumero, -ātum, -āre. *a* prae *et* numerare. *i. q. antea numerare*: Ps. Philo antiq. 50, 8 noluit ... ei *matri futurae* dicere Heli ..., quia -tus est ex ea propheta *Samuhel* (*sc. ordini prophetarum adnumeratus, antequam nasceretur*).

praenuncupo, -ātum, -āre. *a* prae *et* nuncupare. *i. q. antea nuncupare*: Prvd. cath. 7, 179 *Iesus,* -tus ore qui profetico Emmanuel est (*Is. 7, 14 Matth. 1, 23*). *Bk.*

praenuntia *v.* praenuntius. **praenuntiāns** *v.* praenuntio.

***praenuntiātio,** -ōnis *f.* *a* praenuntiare. *legitur inde a* Tert., *saepe apud* Avg. [*confunditur in codd. cum* pronuntiatio: Avg. de mend. 15, 26 Leo M. serm. 34, 2. *al.* (*falsa var. l.* Tert. bapt. 3 p. 202, 18).**]**

i. q. actio praenuntiandi vel eius effectus (sc. nuntius vel signum futura antecedens); praenuntiatur: **1** *verbis, praedictione* (*certiora; generalia v. sub 2a*): **a** *vaticinando, prophetando:* α *apud paganos*: Tert. anim. 46, 12 *daemones* per beneficia fallentes medicinarum et admonitionum, -um (-e *var. l.*). Cassiod. Ios. antiq. 18, 199 tales -es quae non valent ipsis operibus approbari (*postea*: deorum praesagio; *gr. bis προαγόρευσις*). *de facultate vaticinandi*: Damig. lapid. 11 valet ⌊autem haec -o⌋ *lapide conlata* usque ad horam sextam (⌊ ⌋ praenuntio eo *Pitra*). β *apud Iudaeos et Christianos*: Ps. Cypr. tract. 34 proficiat tibi ... -o Salomonis dicentis: 'felix vir ..., qui *eqs.*' (*Sirach 31, 8; ad futurum referri videtur*). Rvfin. patr. 2, 3 l. 28 S. (*ad gen. 49, 1 sqq.*) futurorum ... -o (Avg. doctr. christ. 3, 10, 15 in psalm. 117, 2). Avg. cons. euang. 3, 25, 80 p. 384, 14 de illa -e angeli (*sc. Marc. 16, 6–7; postea*: praedictionem). c. Iulian. op. imperf. 3, 84, 1 prophetiam ... Ezechielis (*sc. 18, 20*) ... ad -em pertinere revelationis testamenti novi. *al. apud eundem.* Cassian. c. Nest. 5, 6, 1 antiquam -em novae praedicationis confirmatio *consequitur* (Leo M. serm. 34, 2 de a. Balaam -bus [*sc. num. 24, 17*; pro- *var. l.*]). 5, 10, 1. Max. Tavr. serm. 61b, 2 M. -em euangelii (*sc. Luc. 1, 35*). Ivnil. 1, 10 veteris *testamenti* intentio est novum figuris -busque monstrare (*var. l.* renun-). Pallad. hist. mon. I 22 p. 303[D]. I 23 p. 305[A] *Posidonii* etiam -em, quam prophetiam vocant, ... cognovi (*gr. p. 108, 6 B. προφητείαν ἔγνων*). **b** *varia ratione*: Boeth. herm. sec. 3, 9 p. 228, 22 propter rerum necessitatem veritas in -e vel falsitas invenitur. p. 229, 19 Aristoteles -em eventumque coniungens.

2 *quolibet modo*: **a** *de praefiguratione sim., qua annuntiantur futura in script. sacris*: Victorin. Poetov. in apoc. 6, 1 resignatio sigillorum ... apertio est veteris testamenti ⌊praedicatorum et -o⌋ in novissimo tempore futurorum (et praed. -o *rec. Hier.*). Avg. c. Adim. 16 p. 162, 21 ad quarum rerum significationem et -em pertinerent *tempora sollemnia.* civ. 10, 32 p. 458, 11 D. sacrata *erat Hebraeorum* res publica in prophetationem et -em civitatis dei. c. Faust. 12, 30 p. 359, 5 *Faustum nihil in vetere testamento* invenisse, quod ad -em Christi pertineat (c. Petil. 2, 37, 87 p. 71, 27 sqq. sacramentum baptismi eius *Iohannis* adhuc ad -em Christi pertinet, sed plane novissimam *eqs.* [*dist.* annuntiationes]. *al.*). 16, 17 p. 458, 4 *Moyses populum Iudaeorum* in prophetica -e figurabat. gen. ad litt. 9, 12 p. 282, 21 quod ad -em futurorum *valet* (in psalm. 147, 5 l. 34 signa erant et -es f. *al.* Evcher. instr. 1 p. 75, 16). de mend. 15, 26 figuratam -em. *al. apud eundem.* Evcher. form. 9 p. 54, 15 pasca -o dominici transitus. Mvtian. Chrysost. hom. 27 p. 405/6 (*gr. p. 188 πρόρρησις*). **b** *usu vario*: Ps. Avg. serm. 131, 3 *magorum* stellam ... biennii tempore -e fulsisse siderea. Prisc. rhet. 7, 21 p. 556, 23 si quid in nascendo evenit mirum, ut ex somniis vel signis vel huiuscemodi quibusdam -bus.

praenuntiātīvus, -a, -um. *a* praenuntiare. [*falsa var. l. pro* praenuntius Plin. nat. 2, 181.] *i. q. ad praenuntiationem pertinens, praenuntians* (*spectat ad praefigurationem; accedit gen. obi. l. 28*): Avg. c. Faust. 6, 9 p. 300, 7 desipientes essemus, si nunc iam manifesto novo testamento illas -as observationes *praeceptorum de quibusdam escis non edendis* aliquid nobis prodesse putaremus. 19, 13 p. 510, 22 prima sacramenta, ... -a (pro- *var. l.*) erant Christi venturi (19, 14 p. 511, 8). 22, 17 p. 605, 18 -a immolatio sanguinis futuram passionem mediatoris ... testificans (*inde* Isid. in lev. 2, 2). c. mend. 12, 26 p. 507, 6 figuras -as.

praenuntiātor, -ōris *m.* *a* praenuntiare. Gloss. *προάγγελος. i. qui praenuntiat, futura* annuntiat (*accedit gen. obi. vel pron. poss. praeter l. 44*): **1** *quolibet modo*: Iren. 4, 25, 1 *Abrahae* principi et -i facto nostrae fidei (*postea*: ut praefigurarentur in eo utraque testamenta). Avg. c. Faust. 22, 79 p. 680, 8 dispensatores veteris testamenti idemque -es novi testamenti. serm. 288, 4 *verbum* misit patriarchas, misit prophetas, misit tot et tantos -es suos (*nisi ad 2*). **2** *prophetando, praedicendo*: Avg. conf. 9, 5, 13 quod *Isaias* prae ceteris euangelii vocationisque gentium sit -r apertior (pro- *var. l.*). gen. ad litt. 8, 4 p. 237, 1 illud (*gen. 28, 18*) ... scripsit narrator rerum praeteritarum, hoc (*psalm. 117, 22*) -r tantummodo futurarum. in Rom. imperf. 4, 3 *ex Iudaeis oriebantur* Christi -es prophetae (*cf.* serm. 288, 2 prophetae ..., salvatoris -es). serm. 163, 11, 11 (*distinguitur* promissor).

f. **praenuntiātrīx,** -īcis. *i. quae praenuntiat*: Prvd. perist. 2, 30 (*Xystus cruci affixus Laurentio martyrium praedixit*) extrema vox episcopi, -x gloriae, nihil fefellit.

praenuntiātus, -a, -um *v.* praenuntio. *De Luca.*

***praenuntio,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* nuntiare. *scribitur* -nunc- *haud raro in codd. medii aevi.* Not. Tir. 25, 94a -at. Gloss. *προαγγέλλω. προμηνύω. legitur singulis vel paucis locis apud* Cic., Bell. Afr., Nep., Sen. *rhet.*, Sen. *phil.* (*bis*), Plin. nat. (*septies*), Sil., *saepius inde a* Tert., Itala, *persaepe apud* Avg. [*confunditur in codd. maxime cum* pronuntiare, *e. g.* Bell. Afr. 92, 2 Plin. nat. 2, 196 Tert. cult. fem. 2, 12 l. 24 praescr. 4 l. 3. *et saepe* (*restit.* Tert. adv. Marc. 5, 8 p. 600, 20 Amm. 18, 7, 7. *al.*; *variant versiones* Itala Gal. 3, 8 [*v. p. 740, 83,* pron- *codd. d, e*]. Victorin. Poetov. in apoc. 5, 2 p. 64, 12 [pron- *rec. Hier.*]. *al.*; *ceterum v. infra ad II*).**]**

I *vi praeverbii temporali i. q. antea nuntiare. fere abundanter accedit* ante Itala act. 3, 18 (*v. p. 739, 55*). Victorin. Poetov. in apoc. 4, 7 p. 58, 4 Chromat. in Matth. 13, 1, 2 E.-L. Conc.[S] I 5 p. 165, 1 (*gr. I 1, 6 p. 144, 23 προθεσπίζων*). *al.*, prius Avg. in psalm. 73, 25 l. 59. *iuxtapos. vel syn. potiora*: praedicare Tert. adv. Marc. 4, 1 p. 425, 15 Iren. 4, 20, 4. 4, 34, 1 Cypr. epist. 63, 8 p. 706, 10 patient. 22 p. 414, 2. *al.*, praedicere Iren. 4, 34, 3 Cypr. mortal. 2 unit. eccl. 17 Avg. civ. 12, 11 p. 528, 15 D. coll. c. Don. 3, 8, 10 p. 60, 4 conf. 11, 18, 24. *et saepius*, praefigurare *v. supra p. 638, 38 sq.* (*mira distributione* Iren. 4, 25, 3, *v. p. 740, 8*), prophetare Avg. catech. rud. 3, 8. 24, 1 civ. 20, 23 p. 463, 20 D. in psalm. 109, 3 l. 24. *al. distinguitur* nuntiare *p. 739, 82. 740, 43* (*adde* Avg. civ. 18, 47 p. 331, 8 D.), adnuntiare *p. 739, 84.* Avg. epist. 138, 8, enuntiare Avg. civ. 17, 1 p. 197, 30 D.

A *usu sollemni nuntiatur aliquid, antequam id ipsum eveniat, appareat, manifestum fiat*: **1** *respiciuntur futura*: **a** *varia ratione*: α *verbis enuntiatis*: Ⓘ *praedictione hominum, qui scientia vel coniectura utuntur*: Cic. div. 1, 12 est ... vis et natura quaedam, quae tum observatis longo tempore significationibus, tum aliquo instinctu ... divino futura -at (*spectat simul ad b*). Plin. nat. 25, 10 inventa ... ratio est -ans horas ... solis lunaeque defectuum (*fusius de eadem re* Avg. conf. 5, 3, 4). 28, 81 cum haec *Elephantis* fecunditatem fieri isdem modis (*sc. medicamentis*) quibus sterilitatem illa *Lais* -ret. Avg. civ. 5, 1 p. 191, 33 D. ad ea -anda, quae in siderum positione reperire se putant *mathematici* (*de eisdem*: 5, 5 p. 196, 14 -ant aegritudines). conf. 11, 18, 24 intueor auroram; oriturum solem -o

[Scotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eqs. doctr. christ. 2, 25, 38 saltante pantomimo praeco -ret (pron- *var. l.*) populo . . ., quid saltator vellet intellegi. BOETH. herm. sec. 3,9 p. 228, 4. 230, 2. *al.* Ⅱ *nuntiis perlatis*: BELL. Afr. 92, 2 legatos . . . Caesar domum iubet antecedere ac suum adventum -are ([pron- *var. l.*]. IVST. 20, 5, 12 *cum Suniatus* Dionysio a. exercitus et segnitiam ducis familiariter -asset. *cf.* NEP. Eum. 9, 4 *simulata castra* suspicionem iniciant hostibus . . . de eorum adventu esse -tum). Ⅲ *praeceptis de re facienda datis* (*cf. p. 740, 45 nec non 738, 81*): DICT. 5, 11 *Graeci* equum . . . ad muros movent -to Troianis, uti cum religione susciperent. CLAVD. DON. Aen. 11, 15 p. 408, 10 *Aeneas* dixit gesta et agenda -at.

β actionibus vel signis quibusdam (*subi. sunt saepe ipsa signa; homo l. 39, dei l. 15. 36. 42, lapis l. 37*): Ⅰ *somniis, visionibus* (*v. etiam l. 36*): SEN. contr. 7, 7, 15 praesagiis . . . et insomniis hanc fortunam -antibus (-tus, -tis *var. ll.*). CYPR. epist. 57,5 p. 655, 9 hostis nobis imminere -atur et ostenditur (*antea*: per visiones. *cf.* p. 656, 3 *deus* futuram -at pugnam). IVST. 1, 4, 3 cuius *nepotis* magnitudo -etur, *sc. somnio Astyagis*. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 67 visionem *pincernae* (*gen. 40, 9 sqq.*) . . . indulgentiam . . . -antem ([*gr. προμηνύουσαν*]. 2, 80 [*gr. προδηλοῦσι*]). 2, 85 *quae vidisti, Pharao,* famem Aegypto . . . -ant (*gr. προκαταγγέλλουσιν ut* 2, 218). 2, 86 experimenta -tarum rerum (*gr. κατηγγελμένων*). Ⅱ *signis naturalibus, prognosticis*: PLIN. nat. 2, 196 *postes* crepitu . . . -ant (*sc. terrae motum*; pron- *var. l.*). 16, 223 *iuglandis lignum* frangi se -at crepitu (*cf. Theophr. hist. plant. 5, 6, 1 ὥστε προαισθάνεσθαι*). 18, 339 aquilonem -at terra siccescens repente. 18, 365 vasa . . . sudorem repositoriis relinquentia diras tempestates -ant. CYPR. mortal. 25 *si* tempestas . . . -ret futura naufragia. ZENO 2, 43, 2 *in zodiaco leonem* sequitur virgo -ans libram. AVIEN. Arat. 1532 *lunae species quaedam* subitos -at euros. HIPPOCR. progn. 6 *sudores quidam* mortem -ant (*gr. σημαίνουσιν*). Ⅲ *quibuslibet rebus*: SEN. epist. 13, 12 apparentibus signis, quae mali aliquid -ent. PRISCILL. tract. 3, 71 animalium viscera futura -are confirmant *gentiles*. AMM. 18, 7, 7 (*de gestis ducis ominosis*) tristia futuros -ant⟨ia⟩ motus (pron- *trad.*). CLAVD. DON. Aen. 2, 175 p. 173, 12 *Palladium motum est,* cum pernicies aliqua -batur. ANON. de mach. bell. 3 *futurorum nummorum* formas . . . pictura -ante subieci. AVG. civ. 2, 24 p. 89, 13 D. haec illi dii . . . non extis, non auguriis, non . . . somnio vel vaticinio -bant. DAMIG. lapid. 2 *heliotropius lapis* vaticinatur et -at futura per fluvios perennes et vocaliter per carmina. SACR. Leon. 239 *Iohannes in utero* unigenitum dei praescia exultatione -ans (*cf.* 254). APRING. in apoc. 20, 9—10 qui in iudicium adventus eius *Antichristi* male credendo -ant. CASSIOD. Ios. antiq. 3, 216 per duodecim . . . lapides, quos supra pectus pontifex . . . portat, victoriam pugnaturis deus -bat.

b *vaticinatione, prophetia* (*v. etiam l. 37. p. 738, 78. afferimus pauca selecta omissis minus definitis, quae vel huc vel ad c spectare possunt, cf. p. 740, 26*): *α -ant dei, daemones, angeli sim.*: Ⅰ *paganorum*: TERT. nat. 2, 17, 9 *Apollo* timebat . . . verum . . . -are *Croeso*. SERV. Aen. 3, 252 *Harpyiae* Troianis famem . . . -antes (*sim.* SERV. auct. Aen. 3, 218). CLAVD. DON. Aen. 3,360 p. 316,28 quod eius *Heleni* ore . . . numina -are voluissent. AVG. civ. 8,26 p. 364, 7 D. Hermes . . . quasi futura -ando deplorans ait *eqs. al.* Ⅱ *Iudaeorum vel Christianorum*: TERT. adv. Marc. 5, 15 p. 629, 1 ut et futura -et et occulta cordis revelet. praescr. 44 l. 21 (*loq. Christus*) -veram plane futuros fallaciae magistros (*v. Matth. 24, 5*). ITALA act. 3, 18 (cod. d *al.* = VVLG.) -vit per os omnium prophetarum pati Christum (cod. g ante -verat, *gr. προκατήγγειλεν. cf.* IREN. 4, 21, 3 per . . . prophetas [CYPR. epist. 63,8 p. 706, 10. *al.*]. AVG. in psalm. 134, 20 l. 22 prophetice. CHROMAT. in Matth. 28, 7, 7 E.-L. per Esaiam). I Petr. 1, 11 (cod. q, *sim.* VVLG.) *spiritus Christi per prophetas* -vit in Christo passiones *eqs.* (*gr. προμαρτυρόμενον*). AVG. catech. rud. 24, 1 de illa *vite* prophetatum et ab ipso domino -tum erat (*sc. Ioh. 15, 1 sq.*). civ. 16, 24 p. 164, 11 D. in verbis -antis dei. serm. 11, 2 l. 54 quod . . . angelus . . . -verit *viduae* Heliam . . . esse venturum. *et saepius.*

β -ant sacrae scripturae vel homines (*maxime prophetae vet. test. vel apostoli; alii* TERT. carn., HIER.): TERT. carn. 2 l. 17 si prophetes es, *Marcion,* -a aliquid. adv. Hermog. 1, 1 *haereses* futurae veritatis . . . regula -bantur (*sc. I Cor. 11, 19. sim.* praescr. 1 l. 6. 4 l. 3. *al.*). adv. Marc. 5, 8 p. 600, 20 prophetas . . ., qui . . . futura -rint (AVG. civ. 12, 11 p. 528, 15 D. *al.*). ITALA act. 7, 52 (cod. d, *sim.* VVLG.) qui -verunt de adventu iusti (*gr. προκαταγγείλαντας, cod. e al.* adnuntiabant. *cf.* IREN. 1, 27, 2 ex propheticis *libris* . . . -antibus adventum domini [3, 10, 1 HIL. in Matth. 17, 4. *et saepius*]). IREN. 4, 10, 1 scripturae . . . -antes salutem. CYPR. epist. 63, 5 calicem domini . . . prophetica voce -at *Salomon* (*v. prov. 9, 5*). 73, 25 *Iohannes baptista dominum* verbis -vit. HIL. in Matth. 7, 2 ut -tus in lege . . . cernatur (*sc. Christus ut*: 14, 7. RVFIN. Adamant. 2, 13 qui a prophetis -tus fuerat. [*gr. τὸν κηρυσσόμενον*]. *sim. saepius*). HIER. chron. a. Abr. 2084 Iosephus . . . Vespasiano -at de morte Neronis. *et saepe.*

γ non indicatur, a quo -etur: TERT. apol. 20, 2 quicquid agitur, -batur; quicquid videtur, audiebatur. adv. Marc. 5, 17 p. 633, 17 *Iudaeis* Christus -batur ab initio. IREN. 4, 34, 1 cum . . . venit rex, . . . -to gaudio adimpleti sunt. CYPR. unit. eccl. 17 -tae rei veritate. AVG. civ. 10, 32 p. 459, 6 D. partim cum haec futura -antur, partim cum facta nuntiantur. 18,32 p. 300, 25 *Christus* antequam huc veniret, -tus est, et postea quam hinc reversus est, adnuntiatus est. *al.* *p. p. p.* *neutr. plur.* -ta *pro subst.*: AVG. civ. 15,9 p. 75,31 D. impleri . . . -ta conspicimus. in psalm. 113, serm. 1, 4 l. 23 cogimur etiam illa non de futuro -ta, sed de praeterito commemorata intellegere.

c *praefiguratione* (*pauca certiora, v. quae ad b monuimus*): *α in structura passiva*: IREN. 4, 22, 2 quemadmodum . . . in primis (*sc. in patriarchis*) nos praefigurabamur ⌊et -bamur⌋ (*om. pars codd.*), sic rursus in nobis illi deformantur. 4, 25, 3 oportebat . . . quaedam . . . -ari paternaliter a patribus, quaedam autem praefigurari legaliter a prophetis (*locus ab interprete aut librariis turbatus videtur*). AVG. bapt. 3, 19, 27 p. 222, 10 in illis *sacramentis* . . . -batur *Christus* (*cf.* catech. rud. 19, 8 diluvii sacramento . . . futura ecclesia [epist. 138, 8 s. -ari Christum]). adv. Don. 4, 6 p. 103, 27 parabolis et figuris ecclesia -ta est . . . bonos et malos simul habitura (*cf.* in psalm. 39, 12 in figuris). *al. apud eundem.* SVLP. SEV. chron. 1, 8, 1 duos in his *gemellis luctantibus* (*gen. 25, 23*) populos -ari. MVTIAN. Chrysost. hom. 16, 2 p. 341/2 (*ad exod. 24, 8*) *sanguis* pretiosus . . . illo schemate -batur (*gr. p. 124 τύπος τις . . . ἐγίνετο*). *al.* *β in structura activa* (*subi. est typus praeter l. 19. 20 sq.*): FILASTR. 107, 7 (*ad gen. 4, 24*) quo *mysterio* . . . unius *populi* impietatem, alterius iniquitatem . . . scripturam -asse. AVG. catech. rud. 19, 9 sanctorum liberationem ligni mysterio -vit (*-at deus ut*: in psalm. 134, 21 quae tunc -asti figurando). civ. 16, 43 p. 194, 26 D. *ovis paschalis* typus Christi est -ans eum per victimam passionis . . . transiturum ad patrem. 17, 8 p. 225, 10 *Salomonis* persona per umbram futuri -bat . . . Christum. in psalm. 50, 21 sacrificia figurata -antia unum salutare sacrificium. serm. 26, 11 Heliseum . . . agendo -antem, non solum loquendo. *al. apud eundem.* ISID. alleg. 86 Samuel . . . novi sacerdotii successionem . . . -vit. *usu deflexo pro obi. est ipsa figura* (*cf. p. 640, 63 sqq. 734, 33 sqq.*): ISID. alleg. 91 Salomon Christi -at figuram.

2 *respiciuntur iam exsistentia, sed nondum visibilia vel manifesta, nondum ad effectum perducta, quam ob rem quasi futura sunt ei, cui nuntiantur*: **a** *signis variis*: SEN. epist. 103, 2 -at fumus incendium. PLIN. nat. 36, 83 *Pharum* ignes ostendere ad -anda vada portusque introitum (*inde Isid. orig. 15, 2, 37, ubi* pronuntianda). SIL. 9, 423 *Hannibal* fervidus acrem . . . clipei tonitru -at iram. TERT. cult. fem. 2,12 l. 24 meos mores meus habitus -at (pron- *var. l.*). AMBR. Noe 7, 19 *anfractibus auris* sonitus . . . retardatur, ut -tus potius mulceat quam improvisus interna concutiat. **b** *verbis enuntiatis*: IVL. VAL. 1, 1 (*e codd. epit.*) si qui *hostes* adesse -bantur *regi*. IVST. 20, 5, 12 segnitiam ducis (*v. p. 739, 5*). HIL. trin. 10, 56 (*ad Ioh. 11, 14*) *cum Lazari* mortem . . . absens -asset *Christus* (pron- *var. l.; in eadem re* CHROMAT. serm. 27, 3 L.). AVG. in euang. Ioh. 16, 3 l. 41 *regulus, cuius filium Christus sanavit* (*Ioh. 4, 47 sqq.*), comparavit horam nuntiantium, *sc. servorum,* horae -antis, *sc. Christi.* *accedit color docendi vel monendi* (*cf. p. 739, 7*): ITALA Ezech. 33, 9 (Aug. serm. 46, 20) si -veris facinoroso viam eius, ut avertatur ab ea (*gr. προαπαγγείλῃς, Vulg.* adnuntiante te ad impium, ut *eqs.*).

B *usu deflexo spectat ad ordinem narrationis, verborum*: CLAVD. DON. Aen. 9, 705 p. 277, 7 -vit descriptionis aliquam partem. 10,505 p. 357, 3 haec proponendo -bat poeta evasurum fuisse Turnum, si *eqs.* 11, 225 p. 439, 22 *vocabulum* 'ecce' inopinatum -at malum. *p. p. p.* -tus *pro adi., i. q. praedictus*: PRISC. gramm. II 492, 19 secundum -tam regulam. CASSIOD. var. 7, 10, 2 districtio -ta (pron-, praedicta *var. ll.*).

II *vi praeverbii deflexa fere i.q. pronuntiare, praedicare* (*falso vel dub. trad.* LIV. 21, 45, 4 ARNOB. nat. 7, 41 p. 396, 13 M.; *de* FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 63, 17 *v. Elg, Eranos 42, 1944, 25; ceterum cf. p. 738, 54 sqq.*): LVCIF. Athan. 2, 11 l. 55 D. *cum sectam Arrii* magis dixisti esse catholicam, -vimus te Antichristi fuisse praecursorem. PATRIC. conf. 34 quos ante dominus . . . praedixerat -turos euangelium suum. CASSIOD. Ios. antiq. 1, 155 *Abraham* primus . . . praesumpsit -are deum creatorem unum esse (*gr. ἀποφήνασθαι*).

appendicula syntactica: **1** *structurae indicantes id quod -atur*: **a** *nominales*: *α acc.*: CIC. div. 1, 12 BELL. Afr. 92, 2 SEN. contr. 7, 7, 15. *et passim, quatenus ad argumenta spectat; -antur ipsa verba, signa maxime* ISID. *l. 29 et* VICTORIN. POETOV. in apoc. 4, 4 p. 52, 2 prophetiae verbo per Esaiam -to (4, 7 p. 58, 4). 4, 5 p. 54, 13 testimonia -ta. *β praepos.*: de: *p. 739, 7. 69. 77. al.* (*iuxta acc. obi. e. g.* DIDASC. apost. 42, 16. *al.*). in: *c. acc. p. 739, 40* (*cf. p. 560, 2 sqq.*).

b *verbales*: *α acc. c. inf.*: *praes.*: PLIN. nat. 16, 223 frangi se -at *lignum*. 28, 81 TERT. orat. 1 p. 180, 19 ITALA act. 3, 18 (cod. d *al.* = VVLG.). CYPR. mortal. 2. *et saepius.* *fut.* (*saepe deficiente copula*): TERT. praescr. 29 l. 15 futuras haereses cavendas (36 l. 23. 44 l. 21). CYPR. epist. 58, 3 confessurum se. AVG. perf. iust. 19, 42. *al.* *perf.: l. 59* (*cf. l. 50*) *β nom. c. inf.: fut.* (*sc. deficiente copula, nisi est partic. praedic.*): TERT. apol. 21, 7 qui . . . venturus a deo -batur (AVG. catech. rud. 3, 8. *al.*). adv. Hermog. 1, 1 quae *haereses* futurae . . . -bantur (CYPR. epist. 67, 7 AVG. adv. Don. 10, 13. *al.*). AVG. in psalm. 64, 5. *al.* *praes.*: CYPR. epist. 57, 5 p. 655, 9 *hostis* imminere -atur. IVL. VAL. 1, 1 (*ex epit.*) adesse. *gerund.*: AVG. civ. 17, 8 p. 226, 8 D. qui . . . -tus est suscitandus. *γ enunt. secund.* (*cf. l. 46 nec non p. 739, 9*): ITALA Gal. 3, 8 (Iren. 4, 21, 1) -vit Abrahae, quoniam benedicentur in eo omnes gentes ([Cypr. epist. 63, 4

[Scotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quia. *eadem coniunctione, sed sequente orat. recta* Iren. 5, 32, 2]. Iren. 4, 20, 4. 4, 26, 1). Cypr. epist. 63, 8 -vit ... deus, quod ... redundarent (Chromat. in Matth. 8 E.-L. [*iuxta* hoc]. *c. indic.*: Orig. in Matth. ser. 86 p. 200, 8 [*nisi pron. relat.*]. Pass. Matth. 17). Avg. doctr. christ. 2, 25, 38 quid saltator vellet intellegi (*item interrog.*: in psalm. 108, 8. *al.*). **δ** *oratio recta: non nisi adminiculis intercedentibus, e. g.* Cypr. Fort. 11 p. 334, 15 praemonet et -at dicens: '...' (Avg. in psalm. 7, 7. *sim. al.*). unit. eccl. 16 -ante ... et praemonente spiritu sancto: '...' inquit *eqs. v. etiam l. 1.*

2 *obi. omisso vel absolute adhibetur* (*notabiliora*): Plin. nat. 2, 196 -ant *postes*. Iren. 3, 11, 4 -vit similiter sicut alii. Anon. de mach. bell. 3 pictura -ante (*item part. praes.*: Avg. civ. 16, 24 p. 164, 11 D. *al.; singulariter accedit dat.* [*cf. infra l. 58*]: Avg. serm. coll. Morin p. 663, 4 testem vocem angeli venturo Christo -antem ... audierunt *discipuli* [*v. act. 1, 10 sq.*]). *al.*

part. praes. praenuntiāns, -antis *pro subst. masc. p. 740, 44 et* Avg. in euang. Ioh. 16, 3 l. 41 serm. 22, 1 l. 19. 42. *al.*

p. p. p. praenuntiātus, -a, -um *fere pro adi. p. 739, 20. 81. 740, 52, pro subst. neutr. p. 740, 1* (*cf. p. 739, 9*).

deriv.: praenuntiatio, praenuntiativus, praenuntiator (-trix), praenuntius.

praenuntius, -a, -um *adi. vel subst.* (*v. infra ad I*). *retrograde a* praenuntiare (*cf.* nuntius). *legitur inde a* Cic., Q. Cic., Lvcr.; *non invenimus apud* Avg., *quamvis idem frequentet* praenuntiare *eiusque derivata.* [*falsa var. l. pro* pronuntiatio Tert. anim. 35, 5.]

I *i. qui (quod) praenuntiat* (*evanescente vi praeverbii l. 69 et hic illic sub B; accedit* quasi *57. p. 742, 12*). *passim cum gen. rei adnuntiatae (gen. personae l. 68. 78. 84); sine gen.* Ov. met. 15, 670. Val. Max. *l. 51.* Plin. nat. 2, 181 Sil. 16, 79 Plin. paneg. 61, 7. *al.; cum dat. commodi l. 58* (*cf. supra l. 14*). *subst. et adi. infra non distinximus; ponitur enim pro subst. (certiora): masc. l. 77 sqq. 84. p. 742, 4. al., fem. l. 39. 57. 59 sq. al., neutr. l. 44 sqq. (v. etiam sub II); pro adi. (pauca certiora): l. 49. 66. p. 742, 4. 16. 18. saepe tamen iuxta subst. vel pron. legitur, ut vix diiudices, utrum adi. an subst. appositive positum intellegas.*

A *de animantibus vel rebus, qui (quae) nuntiant futura*: **1** *actionibus, signis quibusdam* (*praefiguratione maxime* Greg. M. *sub a*): **a** *signa sunt (vel dant) res vel eventus naturales nec non animalia*: Cic. Arat. 66 Aurora ..., clari -a Solis (Comment. Lucan. 8, 779 -a est lucis a.). nat. deor. 2, 14 *cometae*, quae nuper ... fuerunt calamitatum -ae. Q. Cic. carm. frg. 3 cornua ..., florum -a, Tauri (*item de sidere*: Ov. trist. 3, 5, 55 Solis -us ... Lucifer). Ov. fast. 2, 767 lucis -us ales (*sc. gallus, cf.* Isid. nat. 2, 3 gallos lucis -os [*item* orig. 5, 31, 11]). 2, 853 veris -a venit hirundo. Sen. nat. 2, 27, 2 eiusmodi tonitrua -a imbris sunt. Plin. nat. 2, 97 *terribilia in caelo* ingentium malorum fuere -a. 2, 200 numquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicuius id -um esset. **b** *cetera exempla*: Cic. Mur. 44 non placet mihi inquisitio candidati *in competitores*, -a repulsae (pron- *trad.*). Ov. met. 15, 670 in serpente deus *Aesculapius* -a sibila misit. fast. 6, 207 (*de ritu fetialium*) hasta ..., belli -a. Val. Max. 1, 7 ext. 5 *Cyri* ortus ... Astyages duo ⌊-a somnia⌋ frustra discutere temptavit (⌊ ⌋ -os somnii *trad., tuetur Kempf*). Sen. dial. 5, 10, 2 *ut* tempestatis ac pluviae ante ipsas notae veniunt, ita ... procellarum animos vexantium sunt quaedam -a. Tac. ann. 14, 2, 1 lasciva oscula et -as flagitii[s], *sc. incestus*, blanditias. 15, 23, 4 -am imminentis caedis contumeliam. Apvl. apol. 50, 5 comitialis morbi -a strangulatione *in somno affici*. Ivst. 23, 4, 3 *Hieronis* futurae maiestatis ipsa infantis educatio quasi -a fuit. Hil. in psalm. 54, 13 non enim gentes verbum carnem factum -a sibi lege dicerunt (Ambr. epist. 77, 8 lex caritatis -a est. in Luc. 2, 68 lex ecclesiae -a et gratiae, *sc. -a*, paenitentia est). Greg. M. in euang. 29, 6 ascensionis ... suae dominus -os et testes habuit, *sc. Enoch et Eliam.* moral. 2, 22 -a tribulationis est laetitia satietatis.

2 *verbis enuntiatis, scriptis*: **a** *vario modo*: Verg. Aen. 11, 139 Fama volans, tanti -a luctus, ... moenia replet ([*nisi ad B 1; cf. p. 742, 9*]. Ov. met. 15, 3 -a veri). Ov. met. 3, 191 *Diana* addidit haec cladis (*i. metamorphoseos Actaeonis*) -a verba futurae. Symm. epist. 5, 11 te brevi adfore scripta -a spoponderunt (*cf.* 7, 79 -as ... litteras misi). Ambr. Ioseph 14, 84 *Iudam* sui venturus Iudaeorum populus -um mittit (*v. gen. 46, 28*). Clavd. carm. min. 53, 42 superos -a convocat Iris. Arator act. 1, 587 -a palmae vox (*sc. nomen Stephani*) cecinit, quod causa dedit (*sc. coronam martyrii*). **b** *prophetando* (*v. etiam l. 58 sq.*): **α** *de variis animantibus* (*de voce* Ivvenc.): Plin. epist. 7, 27, 2 *mulier Curtio apparens* Africam se, futurorum -am, dixit. Ivvenc. 1, 275 -a vatis vox. Ambr. fid. 5, 13, 167 *archangeli* ad Mariam adventus dominici -i mittebantur. Prvd. cath. 7, 102 poenae imminentis iret ut -us *Ionas*. **β** *de Iohanne baptista, sc. praecone et praecursore Christi*: Ambr. fid. 4, 1, 4 dubitavit in eo *Christo* ipse -us. in Luc. 1, 16 -us Christi (2, 68. 2, 69 [*inde* Max. Tavr. serm. 88, 3 M.]. 2, 75 [*nisi neutr. de ipsa prophetia*]. virg. 3, 5, 25). 1, 38 qui -us natus et -us mortuus est. 2, 73 Iohannes, verbi -us.

B *de animantibus vel rebus, quae adnuntiant iam exsistentia*: **1** *eo quod aliis praecurrunt, antecedunt* (*fere praeconis more; de exploratore* Sil.; *notione nuntiandi minus manifesta* Lvcr., Firm.; *ceterum cf. A2bβ*): Lvcr. 5, 737 it ver et Venus, et Veneris -us ante pennatus graditur (*sc. Amor*). Sil. 16, 79 celerare gradum ... Hasdrubalem ... -us affert explorator eques. Plin. epist. 6, 16, 18 flammae flammarumque -us odor sulpuris alios in fugam vertunt. paneg. 61, 7 sollemnis ille lictorum et -us clamor. Firm. math. 3, 11, 2 duces aut -os aut satellites imperatorum. Ambr. spir. 3, 11, 74 (*ad Ioh. 20, 17 sq.*) *Maria Magdalene* -a resurrectionis ad apostolos destinatur. Prvd. c. Symm. 2, 575 nullane ... Tritonia noctua Carrhis advolitans praesto esse deam -a Crasso prodidit? Coripp. Iust. 1, 44 (*Pietas Iustino somnianti*) gestorum ... tibi felix -a veni. 1, 301 *Iustino Iustiniano succedente* Fama ... multiplicat ... suas felix -a linguas (*cf. p. 741, 64*). **2** *alio modo*: Plin. nat. 2, 181 -os (-nuntiatio *al. var. l.*) ignes ... accensos *in speculis propter piratas* (Heges. 4, 27 p. 285, 7 *Phari* adoletur ignis quasi terrae -us et index faucium portuensium *eqs.*). Clavd. Don. Aen. 11, 30 p. 462, 27 *olivae rami* quasi -i monstrantur, ut adhuc tacente legatione quid velit ... praenosci possit. Clavd. carm. min. app. 21, 3 dant tibi *Christo* Chaldaei -a munera reges: myrrham homo, rex aurum, suscipe tura deus. Cypr. Gall. gen. 881 *Iacobus fratrem simulans non* occuluit penitus -a corda *Isaac.*

? **II** *neutr. pro subst. i. q. actio praenuntiandi vel res praenuntiata* (*cf.* internuntium *vol. VII 1, 2235, 26. huc fort. p. 741, 79*): Carm. de fig. 141 -a vatum (denuntia natum *trad., em. Halm*). *de* Damig. lapid. 11 *v. p. 737, 69.* *Scotti.*

praeobdūr- *v.* praeobtur-.

praeobeo, -īre. *a* prae *et* obire. *i. q. antea obire* (*sc. mortem*): Novell. Iust. 2, 3 pr. p. 14, 19 quos *filios* matres ... viderunt -untes (*gr. προαπελθόντας*). *non huc pertinet* Gloss. devaricat: praeobet (*legendum esse* divaricat: praebet [*notione supra p. 387, 64 sqq. illustrata*] *vidit Persson, Eranos 14, 1914, 110 sq.*).

praeobtūrātio, -ōnis *f.* *a* praeobturare. *scripturam* -du- *exhibet* Chiron (*v. indicem ed.*). *i. q. status praeobturatus, obturatio* (*vi praeverbii evanida; de morbo quodam intestinorum*): Chiron 395 si quod iumentum emfraxin tenuerit, quod latine -o dicitur (*inde restituendum videtur* Veg. mulom. 1, 40, 3 [praeoccupatio *trad., cf. vol. IX 2, 302, 20*]). 399 de -es; si quod iumentum praeobturatum factum fuerit *eqs.* (*titulorum laterculus 299 bis exhibet* de obturatione).

praeobtūro, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* obturare. *scribitur in codd. fere* -du- *excepto fortasse* Veg. *i. q. (ante) obturare (vi praeverbii locali haud prorsus perspicua): meatus*: Vitr. 10, 7, 1 *asses* -antes foramina narium (*sc. in machina Ctesibii* [*cf. 10, 8, 4 asses* obturantes f.]. *in corpore humano*: Vindic. epit. alt. 35 -ti⟨s⟩ foraminibus aditus spiritui non dare). Chiron 267 venis -tis (preobduracio *cod.*) distentio sequitur (*cf. Veg. mulom. 2, 8, 2* meatu intercluso). iumentum (*sc. cuius occluduntur meatus*): Chiron 399 (*v. sub* praeobturatio). halitum (*sc. qui impeditur*): Chiron 525 venae tensae erunt, h. -atur (*inde* Veg. mulom. 2, 29 -bitur h. [aditus, auditus *var. ll.*]).

deriv.: praeobturatio.

? **1. praeoccīdo,** -ere. *a* prae *et* 1. occidere, *si recte trad.* [*vix huc l. 55.*] *i. q. ante occidere* (*sc. a fronte caedere*): Don. Ter. Ad. 559, 2 'usque occidit' pro: vehementer cecidit; nam occidere et -ere ad caedem referebantur apud veteres (praecidere *Wessner coll. Plaut. Cas. 404* praecide os [*trad.*, percide os *Turnebus*]).

2. praeoccido, -ere. *a* prae *et* 2. occidere. *i. q. antea occidere, προδύεσθαι* (*de sideribus*): Plin. nat. 18, 285 Canis occidit, ... cui -ere Caniculam necesse sit (*trahebant olim quidam ad* 1. praeoccido, *vix recte, v. Le Bonniec 1972 ad l.*). *Bk.*

ˣpraeoccupātio, -ōnis *f.* *a* praeoccupare. [*vix recte trad.* Veg. mulom. 1, 40, 3, *v.* praeobturatio.]

i. q. actio praeoccupandi vel status eius, qui praeoccupatur: **1** *generatim praeoccupatur: locus ad pugnandum aptus*: Nep. Eum. 3, 6 effecit ... illud locorum -e, ut equitatu ... dimicaret. *animus hominum*: Avg. epist. 138, 20 quos ... -o diuturni erroris ab intellegendo impedit (nupt. et concup. 2, 23, 38 p. 292, 2 Rvstic. Conc.ˢ I 4 p. 58, 38). c. mend. 9, 22 p. 497, 20 -es ... sunt istae, in quibus delinquitur *eqs.* (*ad Gal. 6, 1, v. p. 745, 26*). pecc. mer. 2, 2, 2 de hominis vita sine ulla subreptione vel -e peccati. Favst. Aug. c. Faust. 15, 1 p. 415, 24 Iudaei ex -e Moyseos testamento vetere satiati respuerunt novum (*syn.* praeventione).

2 *speciatim in arte gramm. et rhet.*: Avg. quaest. hept. 2, 103 per prolepsin, hoc est per -em, anticipat scriptura, quod postea factum est (*item in explicatione*: 7, 42. Pomp. gramm. V 301, 2 rei futurae [301, 9]. Cassiod. in psalm. 19, 2. 27, 6. 60, 3 futurorum. Gloss.ᴸ V Abba pro 47 p.: praesum⟨p⟩tio, -o, cum antea fit, quod postea debuit. *al.*). Cassiod. in psalm. 50, 5 haec figura dicitur procatalepsis, id est -o.

ˣpraeoccupo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* occupare. *scribitur in codd. hic illic* -ocu- *e. g.* Vvlg. Gal. 6, 1 (*cod. P*), *v. etiam p. 743, 49.* Not. Tir. 30, 36 -at. *de mensura*: praeoc- *per synizesin* Plavt. Most. 1061 (*troch. sept.*), *cf. fortasse p. 743, 49.* Gloss. II 424, 33 *προφθάνω*: -o, antecipio, antecedo, praevenio, antecello[r], praevertor. Gloss.ᴸ I Ansil. pr 603 sq. -emus: anticipemus. praecedamus. *legitur in versibus apud* Plavt. Most. 1061 *tantum, in prosa orat. inde a* Caes., Bell. Alex., Nep., Liv., Rvt. Lvp., Vell., Sen. *phil. paucisque aliis et saepius inde ab* Itala; *vocem frequentant* Liv. *et* Avg. [*variat in codd. cum* occupare *e. g.* Iren. 2, 11, 2 (*cf. p. 745,*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

59); *per confusionem praeverbiorum scribitur* pro- *e. g.* Liv. 42, 56, 1 (*V*), Vlp.dig. 43, 24, 7, 2 (*F*); *falsa var. l. pro* praecepit Cic. Phil. 10, 2; *e coni. dub.* Cic. Sest. 12, *v. p. 589, 53.*]

i. q. antea occupare (*distinguitur ab* occupare *l. 67. p. 744, 61. 745, 81, a* capere *p. 744, 59; vis praeverbii evanescit hic illic sub II; accedit* ante *p. 744, 31. 745, 54,* prior *p. 744, 8, ceterum* antequam *vel* priusquam *l. 30. 65. 81. p. 744. 4. 12. 60*): **I** *praevalente respectu praeveniendi, anticipandi sim.* (*praeverbio augetur vis temporalis a verbo simplici non aliena, cf. l. 26, ubi pro syn. ponuntur; inter se distinguuntur l. 67*): **A** *generatim*: **1** *absolute vel obi. supplendo (cf. e. g. p. 744, 28. 745, 38. 45): loco post lacunam dubio*: Plavt. Most. 1061 ⟨. . .⟩ ero simul ⟨. . .⟩; -bo (-to *trad.*) atque anteveniam et foedus feriam (*alii ad IIA trahunt coll. 1094 pro obi. subaudientes* aram, *alii ad l. 26 iungentes* ero . . . -to). *exempla cetera*: Bell. Alex. 4, 1 dissensione orta . . ., cum uterque utrique insidiaretur . . ., -at Arsinoe . . . atque Achillan interficit. Clem. dig. 34, 3, 21, 2 si . . . heres -verit et exegerit debitum. Iren. 1, 25, 4 secundum transmigrationes in corpora oportere in . . . omni actu fieri animas, si non -ans quis in uno adventu omnia agat semel (*in metempsychosi ut ibid. iterum, ubi gr. φθάσασαι*). Avg. civ. 14, 26 p. 54, 22 D. *Adam et Eva* -ante peccato exilium de paradiso ante meruerunt, quam *eqs.* mor. Manich. 2, 16, 50 *animas liberare* -ando. Oros. hist. 5, 14, 6 qui . . . -antibus Romanis peragendae tunc mortis suae copiam non habuerunt.

2 *cum obi. acc.* (*suppl. ex enunt. relat. l. 37*): **a** *-antur animantes* (*dei facies l. 31, hominis sensus per prosopopoeiam l. 47*): **α** *a praecaventibus, impedientibus sim.*: Liv. 24, 38, 5 nec -ti spem ullam nec occupantes periculi quicquam habebitis; qui prior strinxerit ferrum, eius victoria erit (*nisi ad IIB1*). Vlp. dig. 43, 24, 7, 2 cum is, qui opus novum nuntiat, non possit videri celatus et -tus (proo- *F*), antequam controversiam faceret. Itala psalm. 94, 2 (Veron., *sim.* Vvlg. *al.*) -emus faciem eius *domini* in confessionem (*gr. προφθάσωμεν, Sangerm. al.* praeveniamus. *explicat* Cassiod. *ad l.* -are est ante aliquid facere, quam ille videri possit qui creditur advenire; . . . *praecipitur* ut ante iudicialem adventum debeamus nostra facinora confiteri [*sim. Aug. ad l.*]. *ad eos, qui alios tardiores praecedunt, refert* Vereg. in cant. 4, 24 l. 51 sqq. D. [*cf. p. 745, 41*]). sap. 6, 14 (Aug. mor. eccl. 1, 32, *sim.* Vvlg.) *sapientia* -at, qui se concupiscunt, ut illis se ostendat (*gr. φθάνει*). I Macc. 6, 27 (rec. B) si non -veris eos velocius, maiora horum facient (*gr. προκαταλάβῃ, rec. L* praeveneritis, *sim. Vulg.*). 10, 23 (rec. L = Vvlg.) -vit nos Alexander adprehendere amicitiam Iudaeorum (*gr. προέφθακεν ἡμᾶς . . . τοῦ φιλίαν καταλαβέσθαι,* rec. B ut consequeretur). Don. Ter. Hec. 771, 4 senem iratum -vit dicendo '. . .', ne confligeret *eqs.* (*cf.* Vita Anton. 20 p. 35, 18 -vit nos dominus, *ne peregrinemur, . . .* dicens: '. . .' [*Luc. 17, 21. gr. φθάσας . . . εἶπεν*]). Serv. auct. Aen. 5, 118. Avg. in psalm. 103, serm. 3, 10 l. 48 ut -es petiturum *mendicum* (*cf. ibid. l. 33* praeveni *nec non l. 61 infra*). *al. reflexive*: Gild. Brit. 1 chron. III p. 27, 9 -bant . . . se mutuo talibus obiectionibus, . . . veluti condebitores, sensus mei. **β** *ab eis, qui morte praecedunt*: CIL X 2872, 11 *filii patrem* non merentem ⌊-verunt⌋ (*Mommsen,* procup-*lapis, qui periit; cf. p. 742, 77*).

b *-antur res* (*cf. l. 25*): **α** *quae impediuntur* (*sc. ne fiant, ne effectum habeant*): Liv. 24, 7, 7 *interfectores regis* Syracusas pergunt ad -anda . . . regiorum . . . consilia. 33, 32, 10 *libertatis recuperatae* gaudium -verat omnium aliarum sensum voluptatium. Sen. epist. 18, 11 tela fortunae. Itala psalm. 76, 5 (Sangerm.) -verunt custodias omnes inimici mei (*gr. cod. Vat. προκατελάβοντο . . . οἱ ἐχθροί* [*ὀφθαλμοί cett.*], *Vulg.* anticipaverunt vigilias oculi mei; *rem explicat Aug. ad loc. 7 l. 22* plus illi *inimici* vigilaverunt ad decipiendum, quam ego ad custodiendum me). Serv. ecl. 3, 98 *lac* (*v. p. 451, 56*). Chiron 497 -are desperatam valetudinem, ut (et *trad.*) nihil eorum animalia patiuntur (*inde* Veg. mulom. 2, 139). Avg. in psalm. 103, serm. 3, 10 l. 26 vocem petituri. Cod. Theod. 4, 22, 2 pr. lite multetur, quam -verit violentia (Interpr.: qui prius rem voluit auferre, quam sperare *eqs.*). Leo M. serm. 31, 2 (*ad Herodem*) quid . . . aliorum facinus -are conaris *Christo occidendo*? Cassiod. hist. 1, 20, 2 malum . . . -are, antequam ad plurimos perveniret (*Sozom. 1, 16, 5 προκαταλαβεῖν*). *al.* **β** *quae mero ordine temporis praeceduntur*: Gaivs dig. 48, 19, 29 -at hic casus *libertatis capitis damnatione amissae* mortem et nonnumquam longum tempus occupat. **γ** *quae vario modo praesumuntur, anticipantur, maturantur* (*cf. structuras sub 3, etiam B2*): Serv. Aen. 11, 18 ('spe praesumite bellum') id est mente -ate. Fvlg. myth. 3, 1 p. 59, 14 Menander . . . ait . . . *προκατέλαβες ὅρασιν* (*frg. 109*) id est: . . . -visti visionem (*si recte huc traximus*). Avg. gen. ad litt. 12, 16 p. 403, 2 quid . . . agimus per corpus, quod non cogitando -verit spiritus?

3 *pro obi. acc. substituuntur structurae verbales* (*indicantes actionem anticipandam, maturandam; impediendam p. 744, 6*): **a** *inf.* (*cf. l. 40. p. 744, 18*): Liv. 4, 30, 3 legem . . . cum ab tribunis parari consules . . . excepissent, ipsi -verunt ferre. Itala Ion. 4, 2 (Lucif. Athan. 2, 33) -veram fugere in Tharsis (*gr. προέφθασα τοῦ φυγεῖν, Tert. adv. Marc. 2, 24* praeveni profugere, Vvlg. -vi, ut fugerem). I Macc. 10, 4 (rec. B) -emus pacem constituere . . ., antequam veniat Alexander (*gr. προφθάσωμεν τοῦ εἰρήνην θεῖναι. rec. L et Vulg.* anticipemus . . . facere). Marc. 14, 8 (cod. a, *sim. al.*) -vit . . . unguere corpus meum in sepulturam (*gr. προέλαβεν μυρίσαι, cod. k* praesumpsit, *Vulg.* praevenit). Hier. vita Malchi 6 l. 122 M. nisi festinus brachio tenere mulierem -assem, ilico fudisset sanguinem (*ad textum v. Jameson, Trans. Am. Phil. Ass. 69, 1938, 414 sq.*). Prisc. Lyd. solut. 10 p. 101, 4 *aliquid* ardens -at saepe, priusquam fumum faciat, cessare (*ex Arist. meteor. 361b19 φθάνει . . . καταχανθέν*). **b** *enunt. secund.* (*sc. fin.; interrog. v. l. 27*): Chiron 497 -are, ne morbus accedat (*ceterum pendet* ne *l. 21. p. 743, 42*, ut nihil *p. 743, 60*). Vvlg. Ion. 4, 2 (*v. sub a; item cum* ut: Avg. serm. 47, 30 l. 952 *lucem omnes possident nec dives* prior -ando, ut videret, oculos pauperis . . . exclusit [*nisi pro obi. 'lucem' suppleas et ad IIA2 referas*]. *cf. p. 743, 37. 41*). **?** **c** *part. praes. act.* (*cf. p. 743, 43*): Prisc. Lyd. solut. 10 p. 101, 2 *sol* -at . . . eam siccans terram, priusquam in coitum fiat cumulatum (*Arist. meteor. 361b17 αὐτὴν τὴν γῆν φθάνει ξηραίνων. sed fortasse contra gr. intellegas* eam *inflationem, ut locus ad p. 743, 51 sqq. pertineat*).

B *speciatim -antur dicenda, scribenda* (*cf.* Gloss. II 418, 18 *προκαταγγέλλω*: a⟨n⟩tecapio, -o, occupo): **1** *praecavendo, praemuniendo* (*sc. -antur argumenta contraria*): Rvt. Lvp. 2, 4 *πρόληψις.* hoc est cum id, quod . . . esse . . . arbitramur contrarium nobis, -amus dicere et cum ratione dissolvere. Avg. mag. 14, 46, 5 omnia, quae contradicere paratus eram, -vit atque dissolvit *oratio tua.* c. Petil. 2, 42, 100 quasi -are voluisti, ne nos ista diceremus.

2 *fere mero respectu temporis -antur*: **a** *quaecumque in ordine narrationis, operis scripti sim. praelibantur vel anticipando praemittuntur*: Serv. Aen. 1 praef. l. 93 *nesciunt quidam* hanc esse artem poeticam, ut . . . nonnumquam futura -emus. 1, 513 'obstipuit': et ad admirationem et ad timorem hic pertinet sermo, quo dicenda (*sc. 1, 514*) -at *poeta.* 3, 17 'fatis iniquis': bene quid sit futurum -at (*sc. Aeneas vel poeta*). 4, 235 -at quasi praescius (*sc. Iuppiter*). 4, 301 '*Dido* bacchatur': . . . uno sermone -vit futuram comparationem *poeta* (*sc. 4, 469 sqq.*). 6, 776 ex persona sua -at *poeta.* Avg. cons. euang. 2, 21, 51 postea factum ante -at *euangelista.* 2, 44, 92 p. 198, 15 hoc -tum in sua narratione praemisisse *euangelistam.* quaest. hept. 7, 10 *id* aut hic (*libro iud.*) per anacephalaeosin dicitur aut illic (*Ios.*) per prolepsin dictum est, id est aut hic recapitulando aut illic -ando. *et saepius apud eundem.* Prisc. rhet. 10, 30 p. 559, 4 quidam non posuerunt descriptionem in praeexercitamentis, quasi -tam . . . in narratione (*Hermog. progym. 10, 50 προειλημμένην*). Primas. in apoc. 9, 20 sq. l. 324 haec -ans ante praemisi. *al.* **b** *confessio maturanda, anticipanda* (*cf. p. 743, 31*): Avg. in psalm. 74, 14 -a confessionem, ne venias ad damnationem, quia tunc confessio sera erit. **c** *verba sim., quae legibus providentur*: Novell. Iust. 22, 2, 1 si . . . nihil testator dixerit . . ., quod non iam positis . . . -tum sit legibus (*gr. προκατείληπται*).

II *praevalente respectu capiendi, prehendendi sim.* (*sc. antequam alii occupent [qui per abl. compar. vel dat. indicantur p. 745, 41; vix conferas l. 61] vel antequam quidlibet fiat, sit; saepe adhibetur p. p. p.* -tus *ita ut significetur status eius qui [quod] possidetur, detinetur, maxime sub B; vis praeverbii temporalis hic illic evanescere videtur, e. g. l. 65. p. 745, 22. 84*): **A** *-antur res* (*partes animantium v. sub B*): **1** *loca, regiones, urbes sim.*: **a** *vi militari* (*cf.* Liv. 42, 56, 1 *sub 2*): Caes. Gall. 7, 26, 5 Galli, ne ab equitatu Romanorum viae -rentur, consilio destiterunt (*cf.* civ. 3, 13, 5 prae[fecto]occupato itinere [Heges. 3, 26, 4; *cf. gr. 3, 538 διαλαμβάνουσι*]). civ. 2, 42, 1 *Curio* colles capere . . . iubet; hos quoque -at *hostis.* 3, 72, 2 -tis castris. Nep. Dat. 7, 2 hic ne intrare posset, saltum . . . -are studuit. Eum. 2, 4 Macedoniam (*cf.* Vell. 2, 69, 2 -tā Asiā). Liv. 22, 28, 12 tumulum. 24, 13, 11 ad -andam Nolam (*item -antur urbes*: 39, 49, 1 Coronen, quam hostes petebant. Itala III reg. 11, 14 [Lucif. reg. apost. 3 l. 8 D.] -vit Damasic civitatem [*gr. προκατελάβετο, aliter Vulg.*]). 35, 27, 16 duae res . . . inopinatae . . .: una -tus quem petebat locus, altera *eqs.* (39, 1, 5 [*antea*: capere]. 42, 47, 2 ante . . . quam exercitus . . . traiceretur. *al.* Veg. mil. 1, 9 ut l. opportuna . . . occupent vel adversariis idem facere volentibus -ent. *al.*). 39, 20, 6 in -tis angustiis. Itala iud. 3, 28 (Lugd.) -verunt transitus Iordanis (12, 5 [Lugd.]. *gr. utroque loco προκατελάβοντο, Vulg.* occupaverunt). *al.* **b** *quolibet modo*: Tert. pall. 5, 4 (*loq. pallium*) nulla rostra -o (*evanidane vi praeverbii, an in malam partem fere cum quadam praesumptione, arrogantia?*). Rvfin. Basil. hom. 1, 6 p. 1731^{D} sedile, quod forte peccator quis -verit, refugere (*Migne gr. 29, 224^{C} προκαταληφθεῖσαν*). Avg. civ. 4, 23 p. 174, 33 D. locum *in Capitolio Iovi destinatum* . . . ab diis aliis . . . -tum (Gloss. III 377, 17 meus locus est, ego -vi [*gr. προκατέλαβον, loco gemino III 70, 46* occupavi]).

2 *alia*: Liv. 4, 48, 8 collegas . . . gratiam omnem ad plebem -asse nec locum in ea relictum sibi (*sc. ceteris tribunis*). 40, 12, 3 omnia, quae reorum antea fuerant auxilia, pater, -vit accusator; . . . meas lacrimas suspectas tibi fecit. 42, 56, 1 praetor . . . sinum Corinthium petens ad -andas (pro- *cod.*) in Boeotia res. Hil. in psalm. 52, 21 Iacob . . . spe -tae benedictionis exultans. Avg. bapt. 5, 16, 21 non -at haereticus baptismum (*contra Cypr. epist. 73, 25* si idcirco haereticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizavit, *eqs.*). doctr. christ. 2, 12, 18 qui error tam multos codices -vit, ut vix inveniatur aliter scriptum. 2, 21, 32 *v. supra p. 581, 82.* c. Petil. 2, 77, 172 an ideo arma (*sc. argumentationes*) nostra non erunt, quia vos ea -are conamini? Cod. Iust. 6, 51, 1, 10a *coniuncti heredes* partem coniunctorum sibi heredum quasi suam -ant.

B *-antur animantes vel partes eorum* (*saepe* animus, *sc.* Caes. civ.

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. impedire sim. (vi praeverbii plerumque parum perspicua; primitus potius localis quam temporalis fuisse videtur, sc. fere i. q. pedicis ante vincire sim.; spectat maxime ad statum quo quid impedimento est [sc. act.] vel tenetur [sc. pass., saepe per p. p. p. vergens in usum adi., maxime p. 762, 28], raro ad actionem impedimento afficiendi, e. g. l. 53. 56. p. 762, 57): **I** *structurae sollemnes:* **A** *vario usu:* **1** *accedit acc. obi. (suppl. l. 56; refl. l. 53. 80; impedimentum indicatur passim ablativo [in structura activa iuxta -endi auctorem e. g.* BELL. Hisp. 31, 6 LIV. 8, 38, 13 SOL. 1, 63], *praepos.* per *p. 762, 25* [secundum *v. p. 762, 50*], *ponitur pro subi. passim inde a* PLAVTO, *raro omittitur, e. g. l. 55 sq. 70. p. 762, 1):* **a** *-untur animantes:* *α corporalibus eorumque pondere (saepius in imag.):* PLAVT. Poen. 828 in pistrino mavelim agere aetatem -tus ⌊latere⌋ forti ferreo (⌊ ⌋ *dub. interpr., v. vol. VII 2, 1024, 81 sqq.*, catulo *Bentley*). LIV. 8, 38, 13 sine, ... *hostes* sese praeda -ant (*postea*: impediti impedimentis). 44, 45, 10 dicere incipientem cum lacrimae -issent (pepend- *cod.*). TAC. ann. 4, 25, 2 -tis Numidarum equis (*cf. nisi corruptum* CHIRON 961 suspendis [*iumentum?*] ... et post -ito [-ita *cod.*]). PLIN. paneg. 68, 3 *si nuntios* aliquos flumina ... -issent. HIL. in Matth. 21, 1 ut *discipuli* solvant ligatos et ... ignorantiae vinculis -tos (*item in imag.*: TRACT. de indur. cord. Phar. 49 l. 30 saeculi v. COD. Iust. 7, 62, 39, 2a iudices quasi v. -ti. *al.*). AMM. 16, 2, 6 gravitate ... armorum (*cf.* HIER. in Nah. 3, 8–12 l. 387 compedum pondere). HIER. epist. 3, 2, 3 nisi me attenuatae corporis vires quadam compede -issent (14, 3, 1 [*in imag.*]. MAX. TAVR. serm. 36, 4 M. *servos* compedibus -ire). in Is. 10, 28–32 l. 50 *rex* sarcinis suis -tus ([praeditus *var. l.*]. PETR. CHRYS. serm. 114, 3 homo peccati sarcina -tus). CASSIOD. in psalm. 140, 4 duo *rei* ... colligantur, ut alter alterum -ens ... *fugere* non possint. *al.* *β incorporalibus (dubites de* ACC.; *cf. imagines supra allatas*): TER. Haut. 506 *aliena melius videmus*, quia in re nostra aut gaudio sumus -ti nimio aut aegritudine. ACC. trag. 279 (*Oinei verba?*) si umquam -ar (per- *var. l.*, perpetiar *Grotius*; linguam -or *Ribbeck*). LIV. 7, 36, 3 quo *pavore milites* -ti. TAC. ann. 3, 3, 2 valetudine (*item morbo sim. vel aetate*: AMM. 31, 7, 5 articulorum dolore. VEG. mil. 2, 7 aegritudine. COD. Theod. 1, 1, 6, 4 humano ... casu. SACR. Leon. 1178 aetate nutabili. PALLAD. hist. mon. I 3 p. 263ᶜ senio -tus aetatis [*gr. p. 36, 14 B. διὰ τὸ ἠκμακέναι, cf. II 7* prae senectute]. *al.*). VERVS Fronto p. 123, 19 v. d. H. urgentibus curis (TRACT. Pelag. 2, 2 p. 17 c. et ... necessitatibus. AVG. soliloq. 1, 12, 20 GREG. M. in I reg. 2, 132). RVFIN. Basil. hom. 2, 4 p. 1739ᴬ somno et ignavia (*gr. p. 208ᴮ καθεύδοντα*). VINCENT. LER. 10, 8 magistri veteris ... affectu (RVRIC. epist. 1, 1 p. 352, 17 a. nimio). LEO M. epist. 15, 12 se errore -unt. CONC.ˢ IV 2 p. 183, 44 *deus, si episcopi uniri nobis* nolunt, -i eos. *al.*

b *-untur partes corporis, animus:* LVCR. 3, 364 fulgida ... cernere ... nequimus, lumina (*i. oculi*) luminibus quia nobis -untur (*cf.* PLIN. epist. 2, 19, 4 *si sedent recitantes*, praecipua pronuntiationis adiumenta, oculi, manus, -untur). 3, 478 -untur crura vacillanti *ebrio* (SOL. 1, 63). BELL. Hisp. 31, 6 clamor ... imperitorum *militum* mentes timore -bat (GREG. M. in Ezech. 2, 9, 3). OV. epist. 14, 18 dextrae -it ossa tremor. LIV. 9, 14, 14 duces ... insatiabiles supplicii futuros fuisse, ni respectus *obsidum* ... -isset animos (AVR. Fronto p. 1, 11 v. d. H. tanta ... sollicitudine. GREG. M. in Ezech. 2, 7, 11 curis). PRVD. perist. 6, 80 vestigia -ta vinclis. COD. Iust. 6, 22, 10, 5 *si* aures ... apertae sint ..., lingua autem penitus -ta (GREG. M. moral. 23, 24 conscientia -it linguam). *al.*

c *-untur res variae (sc. quae impediuntur fere ne fiant, locum habeant, rarius ne agant, effectum habeant, ut l. 13. 15. 29 al.):* PLAVT. Cas. 653 timor -it dicta linguae (*cf.* 704 timor -it verba [TAC. ann. 15, 66, 2 *Faenius* verba sua -ens et pavoris manifestus]). SALL. Iug. 28, 5 quas *artes animi* ... avaritia -bat. LIV. 9, 44, 12 cum ... volnera fugam ... -issent (PANEG. 2, 40, 3). FLOR. epit. 2, 8, 17 haec omnia (*copiae et instrumenta militaria*) -ta magnitudine sua. SOL. 32, 36 *fructus quidam gustatus* gressum -it, linguam retardat (HIER. quaest. hebr. in gen. p. 7, 14 nostri g. -untur a colubro, *sc. Satana*). DICT. 3, 19 -to ... nixu Aiax ... ad terram ruit. AMM. 23, 6, 16 *avicula* -to volatu submersa. HIER. in Zach. lib. 3 praef. ne in *libro scribendo* cursus noster aliquo -atur errore (PELAG. in Gal. 5, 7 qui vos legis oneribus implicavit, ut cursum vestrae fidei -ret. PROSP. sent. 75 ut vinculis mortalitatis omnis humanarum actionum c. -retur [praepeditetur *var. l.*]). SVLP. SEV. chron. 1, 4, 6 ut officia operantium -rentur (MIRAC. Steph. 2, 2, 1 membrorum). COD. Iust. 7, 63, 3 (*a. 518*) ne -atur per astutias fatalis rei terminus. Ps. IGNAT. Mar. Cass. 4, 2 -bat ... propositum meum ... militaris custodia (*gr. ἐπέχει*). ISID. nat. 22, 3 radiis ... solis -ta sidera anomala fiunt (*inde* orig. 3, 66, 3). *al.* *p. p. p.* -tus *pro adi. fere i. q. difficilis sim.:* CLAVD. MAM. anim. 3, 17 p. 188, 16 in tam -to (*ed. princ.*, predito, praedicto *sim. trad.*) negotio *inquirendi.*

2 *absolute (v. etiam quae ad 1 et ad B monuimus):* LIV. 9, 6, 4 *milites*, quod pudor -bat, *Capuam ingressi non sunt.* TAC. hist. 3, 50, 3 festinatio atque aviditas -bant, dum quae accipi poterant rapiuntur. 3, 68, 2 fletu -ente *obmutuit.* PS. ORIG. in Iob 1 p. 417ᶜ omnia quaecumque habet non defendo neque contradico, non -o neque obvio, sed in manum tuam trado. IGNAT. Rom. 4, 1 si vos non -critis (*gr. κωλύσητε*). ENNOD. epist. 1, 22, 2 p. 34, 11 per occupationum ... -entium incrementa. EPIPHAN. in euang. 30 p. 51, 18 *in euangelio explicando* imperitia et pigritia -it (imp- *var. l.*).

B *indicatur a qua re facienda quis prohibeatur (addidimus exempla, ubi obi. acc. desideratur, e. g. l. 54. 58; cf. et praepos.* circa *l. 71; actionem impeditam pro obi. v. sub A1c):* TAC. ann. 2, 73, 2 *etiamsi Germanicus* -tus ... sit ... Germanias servitio premere (*accedit inf. ut:* ARNOB. ad Greg. 23 p. 434, 13 [*struct. ancipiti*] quae *natura coniugii* volentes servire domino -ret. VEREC. in cant. 3, 3 l. 8 D. COD. Iust. 6, 30, 22, 2b. 7, 39, 9, 1 GREG. M. moral. 26, 33. *al.*). FLOR. epit. 4, 11, 6 *naves magnitudine* ad omnia -tas (TYCON. in apoc. 212 B. ad caelestia regna. PS. BASIL. ad fil. p. 52, 19 miles ... onere praegravatus -itur ad bellum. MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 5 p. 249/50 [*gr. p. 26 ἔχει τὰ κωλύματα*]. NOVELL. Iust. 74, 1 mulierem ... secundum quandam legem ad matrimonium -tam [*gr. ἐμποδιζομένην*]. GREG. M. epist. 11, 21 ad veniendum. *al.*). DICT. 1, 10 *Deiphobum* desiderium a recto consilio -bat (CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 127, 12 ab omni inventione. BOETH. mus. 1, 1 p. 184, 3 a virtutis modestia. GREG. M. moral. 1, 35 ne ab his, quae agenda sunt, formido -at). AMM. 30, 1, 20 iuvenem, ⟨ne⟩ exsilire posset, ... -tum ([inpraepeditus *trad.*]. HIER. tract. in psalm. I p. 315, 6 -unt pedes ipsorum *haereticorum*, ne possint currere. *sine obi. acc.:* CLAVD. DON. Aen. 1, 350 p. 75, 2 ne apertius *ea* diceret, -vit ... brevitas. AVG. epist. 151, 8 ne ... susciperet *fidem christianam* ..., vinculum -bat uxorium. QVODV. cant. nov. 4, 12). AVG. in psalm. 17, 40 constrinxisti ... desideria carnis meae ..., ne in tali pugna -rer (*si recte huc traximus, cf. enim p. 761, 69*). PS. FVLG. RVSP. serm. 53 p. 921ᴬ *verbum dei* nullo obstaculo -itur, ut deificae ordinationis perficiat imperata. BRAVLIO Isid. epist. 10, 1 quominus inquirerem, ... sum -tus incursu *hostium.*

II *structura novata accedit dat. (sc. intrans. sec.* obstare *sim. [cf. iuxtaposita infra allata]; v. etiam* impedio *vol. VII 1, 533, 58 nec non Norberg, Synt. Forsch., 1943, 146):* RVFIN. Basil. hom. 2, 8 p. 1744ᴬ *sensus* in nullo suis usibus invicem officiisque -unt vel obsistunt (*gr. p. 216ᴰ παρεμποδίζει τῇ ἐνεργεία tantum*). PS. ORIG. in Iob 1 p. 382ᴮ ut nihil esset, quod ei (*sc. Iob*) perstreperet vel -ret circa dei coniunctionem. SACR. Leon. 668 quae -unt aequitati. AVELL. p. 464, 2 voluntates quae eorum intentionibus (-nes *edd.*) -rent. PS. FVLG. RVSP. serm. 42 p. 907ᴮ Thomae -bat incredulitas (*antea*: obstabat). CASSIOD. in psalm. 21, 3. 57 concl. (*iuxta* succedit; *transitive p. 761, 66*).

p. p. p. praepedītus *pro adi. v. p. 761, 43, pro subst. masc. p. 761, 59.*

deriv.: praepediculum, praepedimentum, praepediticius, praepeditio.

compos.: impraepeditus.

praepedītīcius, -a, -um. *a* praepedire. *i. q. praepediens (ad suffixi vim activam v. Leumann, Glotta 9, 1918, 160):* GLOSS. II 296, 40 *ἐμπόδιον*: haec intercessio, impedimentum, -um obstaculum (*nisi intellegas neutr. pro subst. ut Goetz in indice*; -tium *e* -cium *cod. Harl.*, praepeditio *coni. Stephanus*).

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praepedītio, -ōnis *f.* *a* praepedire. *i. q. actio vel effectus praepediendi, mora*: Cod. Iust. 4, 34, 11, 1 *ne* in hoc casu (*depositi ex utraque parte*) compensationis -o oriatur, sed depositae . . . res . . . sine aliquo obstaculo restituantur. 6, 35, 11, 2 *ne ulla* machinatione huiusmodi -o damnum aliquod *libertis* irrogare concedatur (*1* procrastinatione).

[praepedito (-ī- *?*) *pro* praepedio *vix recte traditur codd. quibusdam p. 761, 57. 762, 23; cf. ?* impedito *vol. VII 1, 536, 17.*]

praepedītus *v.* praepedio.

praependeo, -ēre. *a* prae *et* pendēre. *forma heteroclit. coni. praes.* -dat Chiron 66 (*v. Oder in indice ed. p. 306*).

i. q. ante pendere (*sc. vi praeverbii locali*): **1** *de variis rebus* (*sc. quae seiungi possunt*): Caes. civ. 2, 9, 3 has trabes . . . longiores . . . effecerunt, ut esset ubi tegimenta -ere possent ad defendendos ictus (*cf.* 2, 9, 5 storias . . . fecerunt easque . . . eminentibus trabibus circum turrim -entes religaverunt. *vix cogites de verbo trans. a* prae *et* pendo *composito, cum nec alibi exstet nec notioni ceterorum compositorum* [*si excipias* suspendo] *respondeat*). Prop. 2, 33, 37 cum tua -ent demissae in pocula sertae. Fest. p. 138 equis -ens a collo ornamentum. Apvl. apol. 19, 3 *fortuna tamquam tunicae* lacinia -ens impedit et praecipitat. **2** *de partibus structis stabiliter cum opere coniunctis* (*sc. in inferiora porrectis*): Vitr. 3, 5, 7 ut . . . tres partes *capituli* -ant infra astragalum summi scapi. 4, 1, 7 capitulo volutas uti capillamento concrispatos cincinnos -entes dextra ac sinistra conlocaverunt. 4, 3, 4 guttarum longitudo sub taenia . . . parte sexta moduli -at. 4, 6, 4 ancones . . . -ant ad imi supercilii libramentum. **3** *de partibus corporis* (*cf.* Vitr. 4, 1, 7 *sub 2; e coni. dub.* Chiron 731 -ens veretrum [*Heraeus in schedis*, pro- *Oder*, per- *trad.*]. *vix huc trahas* Diosc. 1, 117 p. 60, 6 M. propendenti uvae [propendentibe *sim. trad.*; -enti uvae *Hofmann-Auracher*]): Cremvt. hist. 1 -enti (praetendenti *sim. trad., coniecerunt varii varia*) capiti orique eius *corporis super rostra expositi* inspersa sanie. Mart. 9, 47, 4 *non* -et . . . tibi barba minor *quam Pythagorae*. Svet. Galba 21 excreverat . . . in dexteriore latere eius caro -batque adeo, ut *eqs.* Chiron 66 *ut* -dat ipsum palpebrum *laesum*. 146 cui *iumento* cauda soluta -et. 752 quorum *iumentorum* -bit natura (*v. app. crit.*). Cael. Avr. diaet. pass. 54 (*inter signa epilepsiae*) cum . . . linguae -entis hebetudine.

cf. ? praependiculus, *πρεπενδούλια.*

? **praepe⟨n⟩diculus** est pannus quo teguntur verenda hominum Gloss. V 622, 47 (*emend. Goetz*). *a* praependere, *formationis dubiae* (*exspectares sive subst.* -um [*sec.* perpendiculum, *sed vi instr. suffixi neglecta?*], *sive adi. pro subst.* -pendulus, *quod notioni aptius esset; lectionem trad.* -ped- *defendit Stolz, Wien. Stud. 23, 1901, 166*).

[praependo, *a* prae *et* pendere, *vix agnoscas apud* Caes. *sub* praependeo; *falso trad.* Gloss.^{L} V Abba prae 81 -ite (perp-): considerate.]

τὰ πρεπενδούλια, *sc. margaritarum ornamenta ex diademate Augustae praependentia (cf. e. g. Theodorae imaginem celeberrimam Ravennatem), memorantur* Constant. Porph. caer. aul. byz. 1, 50(41) p. 17, 14 *et* 17 V. *revocandum videtur ad adi.* *praependulus *a* praependere *derivandum.* *Ramminger.*

***praepes,** -etis *adi.* (*pro subst. p. 764, 27. 765, 4. 13*). [*originem termini technici sermonis auguralis iam Romanis admodum obscuri explicare non audemus, quamquam inde a gramm. veteribus saepe coniungitur cum radice verbi q. e.* petere (*v. infra sub IA et cf.* praepetere). *Sch.*] *scribitur* -pit- *e. g.* Verg. Aen. 3, 361 *cod. M*, Gloss.^{L} Corp. p 646, praepis Gloss. *de genere et formis*: Prisc. gramm. II 156, 19 -s, qui et quae in altum volat. 240, 12 'hic' et 'haec' et 'hoc -s -etis' (*sc. non* -itis). *abl. sing.* -e Enn. ann. 407 *et saepe, sc. in versibus praeter* Hier. epist. 64, 8, 1; -i Sen. Phaedr. 1061 Apvl. met. 2, 20, 3 Hier. epist. 9, 2. *al. gen. plur. ubique* -um, *sc.* Gell. 7, 6, 12 Avson. 146, 1 p. 12 P. *al.* *de notione* (*plura v. infra sub IA; cf. etiam* Prisc. *supra*): Gloss. -s: praecursor aut velox, praecedens. praecurrens, velox. -i: velocissimo, celeri. -bus: ante petentibus. Gloss.^{L} Corp. p 374 -s: hraed (*anglosax.*). *sim. al.* *legitur maxime in versibus inde ab* Enn., Cic., Mat., Verg., Ov., *saepius apud* Avson.; *in prosa apud gramm. (v. IA) et singulis vel paucis locis apud* Liv., Val. Max., Plin. nat., Apvl. *al.* [*confunditur in codd. cum* perpes Sen. Phaedr. 1061 Sol. 27, 28. *al.*, praeceps Lvcan. 9, 662 Prvd. perist. 5, 462. *al.*]

suspicari licet vocem, de cuius sensu antiquitus disputatur (v. infra sub IA), primitus fere i. q. praevolans, volando antecedens (sc. observantem?) significasse rationeque nobis non iam prorsus perspicua in sermone augurali de avibus volatu prospera promittentibus adhibitam esse. inde receperunt poetae, sed fere ita ut notiones secundariae praevaleant, quae sunt rarius fere i. q. prosper, secundus (v. IIA1, ceterum fortasse sublucet p. 764, 25 [iuxta pulcher *ut p. 764, 41. 45]. 765, 14. 26. al.), saepius fere i. q. celer (v. IIA2 et IIB); sub IIB1 hic illic etiam de notionibus q. s. 'alis ornatus' vel 'alte volans' cogitare possis. fusius de his rationibus agit Koch, RE XXII 1556 sqq.; aliter, sc. coll. homer. ἰθυπτίων, usus ennianos explicare temptat Kolaklides, Ἐπιστημονικὴ Ἐπετ. Ἀθην. 6, 1955/6, 590 sqq.*

I *in sermone augurali*: **A** *doctrinae grammaticorum* (*rem fusius tractat* Gell. 7, 6), *quae spectant*: **1** *ad aves* (*addas locos vol. IX 2, 1101, 15 sqq. allatos*): Nigid. Gell. 7, 6, 10 discrepat *avis* dextra sinistrae, -s inferae (*explicat* Gell. 7, 6, **11** ex quo est coniectare '-es' appellatas, quae altius sublimiusque volitent *eqs.; item opp.* inferae: Serv. Aen. 6, 15. *ceterum cf. l. 15. 17. p. 763, 56 et* Gloss. *ὑψηλοπετής. ad rem v. Valeton, Mnemosyne 18, 1890, 248*). Hyg. Gell. 7, 6, 3 -es . . . aves ab auguribus appellantur, quae aut opportune praevolant aut idoneas sedes capiunt (Gell. 7, 6, 8. 7, 6, 12 quae ingentibus alis patulae atque porrectae praevolarent. Gloss. praevolans. *cf.* Fest. *p. 765, 54.* Serv. auct. Aen. 3, 361 quae secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur). Fest. p. 205 -es aves quidam dici aiunt, quia secundum auspicium faciant (*cf. l. 16*) praetervolantes; alii quod aut ea, quae praepetamus, indicent (*cf. l. 16*), aut quod praetervolent; . . . *quidam* ex graeco tractum putant, quod ante conspectum volent nostrum: inepte scilicet ex praepositione latina componente⟨s⟩ et graeco vocabulo. Serv. Aen. 3, 361 *dicuntur* -es . . ., quia omnes aves priora petunt volantes (*cf. l. 15 et* Isid. orig. 12, 7, 77). 6, 15 -es . . . sunt aves boni augurii. Serv. auct. Aen. 3, 246 (*opp.* inebrae, *v. vol. VII 1, 1280, 84 sqq.*). 6, 15 -es . . . dictae vel quod priora petant, vel summi volatus, vel quae praepetit volatum, vel quae secundum auspicium facit. Schol. Stat. Theb. 9, 122 -is aut altissime posuit volantis . . . aut certe augurem sequentis. Gloss. -es: aves quae volantes auspicia faciunt. aves quae volatu suo auguria ostendunt. **2** *ad loca*: Gell. 7, 6, 8 sq. non ipsae tantum aves, quae prosperius praevolant, sed etiam loci, quos capiunt (*cf.* Hyg. *sub 1*), quod idonei felicesque sunt, '-es' appellantur (*sim.* Serv. auct. Aen. 6, 15) . . .; locos porro '-es' et augures appellant, et Ennius . . . dixit (*seq.* ann. 94).

B *exempla auctorum; dicitur*: **1** *de avibus* (*inde de comete sub c*): **a** *ipsis*: Enn. ann. 91 ex alto longe pulcerruma -s laeva volavit avis (Val. Max. 1, 6, 5 *carnem dissipatam* -es diripuerunt a. Gell. 7, 6, 12). *pro subst.*: Liv. 7, 26, 4 si divus . . . esset, qui sibi -em misisset (*antea*: corvus repente in galea consedit; *postea*: tenuit . . . ales captam semel sedem [*i. 'locum idoneum', cf. l. 4. 21*]). Sil. 4, 129 (*ex vaticinio*) ni vano cassa volatu mentitur superos -s (*113* Iovis ales). Apvl. Socr. 6 p. 134 vel -bus gubernandis vel oscinibus erudiendis *daemones student.* Cassiod. or. frg. p. 468, 13 prisci consules -um initiati . . . auspiciis. **b** *de earum pinnis vel actionibus*: Cic. carm. frg. 7, 9 hanc *aquilam* . . . -bus pinnis lapsuque volantem conspexit Marius . . . augur (Verg. Aen. 3, 361 qui . . . sentis . . . volucrum linguas et -is omina pinnae [*inde* Mart. Cap. 1, 10]. *cf. p. 765, 22*). Priscill. tract. 3, 70 avium -es transitus. Sidon. carm. 7, 594 -s motus. **c** *per comparationem transfertur ad cometen* (*contra usum priscum augurium triste respicitur*): Clavd. rapt. Pros. 1, 233 augurium qualis laturus iniquum -s sanguineo delabitur igne cometes prodigiale rubens.

2 *de locis* (*cf. A2 et IIA1*): Enn. ann. 94 *aves* -bus sese pulcrisque locis dant.

II *extra sermonem auguralem*: **A** *de rebus*: **1** *secundis, felicibus* (*sc. de locis, cf. IA2 et IB2*): Enn. ann. 488 Brundisium pulcro praecinctum -e portu (*cf.* Gell. 9, 4, 1 quem *portum* Q. Ennius remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo '-em' appellavit).

2 *celeribus, celeriter motis*: **a** *respicitur motus localis* (*saepe spectat ad volatum, motum per aerem factum*): **α** *de rebus variis*: Enn. ann. 407 -e ferro Histri tela manu iacientes sollicitabant *tribunum* (*v. Skutsch, 1985, 561 ad l. et cf.* Prvd. ham. 535 *sagitta* -s . . . pinnis transvolat auras). Ivvenc. 3, 265 *Heliam* -e curru (cursu *var. l.*) . . . simulata quadrigis astris inseruit rapidae vis fervida flammae (*respicitur IV reg. 2, 11 ut*: Prvd. cath. 7, 32). Sedvl. op. pasch. 3, 6 p. 236, 14 levium -s natura ventorum. Ven. Fort. epist. (carm. 3, 4) 9 myoparonem -em. **β** *de motu, actione*: -i (-e) cursu: Sen. Phaedr. 1061 *monstrum* -i c. evolat. Stat. Theb. 6, 298 ceu -e c. confligant . . . volucres. Prvd. ham. 293 *virum* -e c. venantem tunicas. psych. 270 *eques* fertur -e c. Clavd. 3, 262 volucris . . . equi. Pass. Macc. 9, 25 c. -i ad superna migravit *martyr* (*eodem ordine verborum*: Ps. Avg. serm. ed. Mai 93, 4 Ennod. opusc. 1, 46 p. 273, 19. 3, 78 p. 350, 18 [*in imag.*]). *al. in poesi. cf.* -e transcursu: Prvd. ham. 542 *diaboli sagitta* -e t. cordis penetralia figens. *cetera exempla*: Plin. nat. 7, 4 -es volatus *avium* (Ambr. hex. 4, 4, 18 casses invalidos -is v. celeritate *dissolvere.* Primas. in apoc. 3, 8 l. 184). Val. Fl. 1, 578 *Boreae* motu . . . niger sub -e pontus. Stat. Ach. 2, 113 gradu me -e Chiron, dum velox aetas, . . . agebat. Ps. Evseb. Gallic. hom. 50, 3 G. mare . . . -i commigratione transmittunt *aves.*

b *mero respectu temporis*: Apvl. met. 2, 20, 3 cantatrices anus . . . -i celeritate alienam sepulturam antevortunt. Ter. Mavr. 2182 adesto, iambe -s (*cf.* Avson. 413, 14 p. 271 P. *iambe,* fer hanc salutem -s et volucripes). Avson. 146, 1 p. 12 P. notarum -um . . . minister (*i. notarius. cf. p. 765, 36 et* Prvd. perist. 9, 24 punctis dicta -bus sequi). 147, 3 p. 194 digessi fastos et nomina -is aevi (perpetis *var. l.*). Hier. epist. 9, 2 illam epistulam . . . non ⌊-i litura⌋, sed imis, quod aiunt, ceris erasisti (par petri valitura, per parva littera *sim. codd., corr. Hilberg*). Char. gramm. p. 407, 16 B. (*inter locutiones*) -i gaudio.

B *de animantibus eorumve partibus* (*per prosopop. vel in imag. p. 765, 20. 28. 33, de sidere p. 765, 2*): **1** *quae volatu moventur*: **a** *de avibus* (*cf. IB1 et* Fest. p. 205 poetae promiscue omnis aves ita appellant): **α** *attributive vel praedicative*: Verg. Aen. 5, 254 *Ganymeden* -s . . . rapuit Iovis armiger, *i. aquila* (Serv. modo volans. *cf. p. 765, 6 et* Drac. laud. dei 1, 724 -is . . . aquilae). Apvl. mund. 28 *aves* ibunt per aeris vias -es (*gr. 398b34 πετόμενον*). Chalc. transl. p. 40^{A} *animalium genus* -s aerivagum (*gr. πτηνόν, Cic. Tim. 35* pinnigerum).

[Morano]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

comm. 7 *animalium* caelestium, -um, nantium, terrenorum. AVIEN. Arat. 643 magno -s Olympo subvehitur *Cycnus*. CORIPP. Ioh. 8, 9 -s hirundo ... circumvolat (ANTH. 390, 27 [*in serie monstrorum*] -s funereo cum vulture ludat h.). **β** *f. vel m. pro subst.* (*cf.* GLOSS. -es: aves. aves volantes): OV. met. 4, 714 Iovis -s (fast. 6, 196 -s adunca Iovis. *de aquila ut*: PAVL. NOL. carm. 24, 862 *cum* fecerit novos iuventa *novata* -es. *cf. p. 764, 81.* GLOSS.^{L} V Abba PRAE 22 -s: aquila). 13, 617 -bus subitis, *i. Memnonidibus subito e cinere ortis.* 14, 576 congerie e media tum primum cognita -s evolat, *sc. ardea.* VAL. FL. 8, 33 *columba* super ingenti circumdata -is umbra. STAT. Theb. 3, 544 hic *ales* -e viva (*sc. cycno*) pascitur. SOL. 27, 28 necem -um *aucupantur cerastae* (*antea*: aves).

b *de aliis animantibus* (*m. pro subst.* OV. met., LVCAN.): MAT. carm. frg. 3 dat vincendi -s Victoria palmam ([GELL. 7, 6, 5 V. volucrem -em appellavit]. AVSON. 1, 2 p. 320 P. ab aerio -s V. lapsu. *cf. l. 33 et* CE 1905, 2 [*saec. IV?*] -s virgo fecunda tropeis). OV. epist. 8, 38 -is ... dei, *i. Amoris.* met. 5, 257 Medusaei ... -is, *i. Pegasi.* LVCAN. 9, 662 vexerunt Persea pinnae *Mercurii* ... et subitus -s ... sustulit harpen (*item de Perseo*: 9, 688 quis ... non -e tanto aethera respiceret?). AMM. 18, 6, 3 credimus per aerios tramites famam -em volitare.

c *de alis*: -s pinna (*dat. vel abl. plur. praeter* AMBR., HIER.; *cf. IB1b*): VERG. Aen. 6, 15 Daedalus ... -bus p. ausus se credere caelo (*usus a Hygino reprobatus defenditur* GELL. 7, 6. *explicant* SERV.: felicibus. SERV. auct.: velocibus. *item de Daedalo*: AVSON. 345, 20 p. 164 P. -bus p. super aera vectus). AMM. 27, 11, 2 hunc ... fortuna vehens -bus p. AMBR. hex. 5, 12, 36 umbra ... pinnae ... -is ..., quae in aquis potuit relucere. HIER. epist. 64, 8, 1 (*de motu cogitationum*) -e pinna transvolans sacerdotes ad pontificem venis. RVFIN. Basil. hom. 2, 6 p. 1741^{B} *genus animantium*, quod ... -bus p. in aera suspenditur (*gr. p. 212^{C} τὸν ἀέρα διαπέταται*). -s ala: STAT. Theb. 2, 39 (*interpol.?*) *Maleae* summos nec -is alae plausus adit colles. AVSON. 332, 33 p. 25 P. hoc mihi -bus victoria nuntiat alis.

2 *quae sine alis celeriter moventur*: SEN. Phoen. 423 quae ... Stymphalis *me* avidis -em pinnis feret? STAT. Theb. 9, 122 Pisaea ... -is Idae turma. AVSON. 146, 20 p. 13 P. (*ad notarium*) -is dextrae fuga tu me loquentem praevenis. 252, 8 p. 84 (*epitaphium equi*) gradere Elysios -s ad alipedes. PRVD. perist. 5, 462 tu per undas emices rorante -s palmula. SIDON. carm. 9, 152 -bus Dolona plantis (*cf. Hom. K 316 ποδώκης*). *Morano.*

praepeto, -ere. *a* prae *et* petere. [*falsa var. l.* praepetitis *pro* praepetis AMBR. hex. 4, 4, 18. 5, 12, 36.]

? **1** *in poesi* (*si recte tuentur edd. recentiores plerique*): LVCR. 4, 1152 *possis amorem* effugere ..., nisi ... praetermittas ... vitia omnia primum ... eius, quam -is ac vis (*notionem q. e. valde cupere admittunt viri docti, sc. vi praeverbii intensiva in verbis similibus latinitati posteriori tribuenda, cf.* praegestio *et* praeopto [*sub II*]; *cogitaremus potius de vi q. e. ante suum tempus, sc. inconsiderate, petendi, nisi var. l. cod. Q* quam precis *videretur indicium esse gravioris corruptelae*; si quam petis *Lachmann*). **2** *apud gramm. in veriloquio adi. q. e.* praepes: *de auspicantibus, i. q. antea petere* (*sc. interrogando vel optando*): FEST. p. 205 praepetes aves ... dici, ... quod ... ea, quae -amus, indicent. *de avibus fere i. q. praevolare* (*c. obi. int.* SERV.*?*): FEST. p. 245 ⟨praepetes⟩ aves dicuntur, quae se ⟨ante auspicantem ferunt;⟩ nam antiqui -ere ⟨dicebant pro anteire⟩ (*restit. sec.* PAVL. FEST. p. 244). SERV. auct. Aen. 6, 15 quae -it volatum (*v. p. 764, 16*).

praepignero, -ātum, -āre. *a* prae *et* pignerare. *scribitur* -nor- ITALA Iudith 8, 16 (cod. 152 *nunc deperditus*).

i. q. antea pignerare (*sc. in imagine*): **1** *aliquem vel aliquid pignore* (*sc. vel obligandum vel confirmandum*): ITALA Iudith 8, 16 (Sangerm. 15 *al.*) *qui deum intra V dies adiuturum pronuntiavistis*, nolite -are cogitationem dei nostri (*gr. μὴ ἐνεχυράζετε, cod. 132* oppignerare, *Complut.* pignerare, *cod. 62* ignorare). AMM. 29, 2, 6 *quidam* colloquiis ex aula regia -tus abstrusis (*postea*: invitamento ... lacessitus). **2** *pignus ipsum* (*sc. dandum*): IVL. VAL. 1, 10 *Alexander*, cum veniam a paternis auribus -to osculo impetrasset, ... petit, ut *eqs.* (*cf. Hist. Alex. M. I p. 18, 10 Kr. καταφιλήσας*).

praepilātus, -a, -um. *a* prae *et* pĭla. *legitur fortasse iam inde a saec. II a. Chr., v. l. 75.*

1 *technice de armis, i. q. pila praefixus* (*sc. ne cuspides noceant; in exercitatione militum praeter* PLIN.): BELL. Afr. 72, 5 equites ... in eos *elephantos* pila -a coiciebant. LIV. 26, 51, 4 rudibus inter se in modum iustae pugnae concurrerunt -isque (prop-, piiatisque *var. ll.*) missilibus iaculati sunt (*cf. Polyb. 10, 20, 3 ἐσφαιρωμένοις γρόσφοις*). PLIN. nat. 8, 17 (*e Calp. hist.*) ab operariis hastas -as habentibus per circum ... actos *elephantos.* *in comparatione de declamationibus* (*an agnoscas n. plur. pro subst.?*): QVINT. inst. 5, 12, 17 quibus *declamationibus* ad pugnam forensem velut -is exerceri solebamus. **2** *transfertur ad quaslibet res parte anteriore rotundatas*: PLIN. nat. 9, 95 *locustarum* cornibus, quae sunt propria rotunditate -a.

praepīlo, -ātum, -āre. *a* prae *et* pilum (*fortasse sec. adi.* praepilatus *perperam cum subst.* pilum *coniunctum*). *i. q. antea pro pilo adhibere, antea iacere* (*sc. in initio pugnae, antequam manus conseruntur*): AMM. 16, 12, 36 dato ... signo ad pugnandum utrimque ... cursum est ...; -bantur (pro- *man. pr. cod.*) missilia *eqs.* (24, 6, 10 -tis [pro- *Valesius*] missilibus per procursatores principiis pugnae temptatis [*vix recte quidam cogitant de adi. a* prae *et* pilum *formatum notionis q. e. cuspide praefixus*]).

praepingo, -ere. *a* prae *et* pingere. *i. q. antea pingere (sc. nominando, describendo), praenuntiare*: CONC.^{S} II 3, 1 p. 122, 25 (*vers. ant., sim. Rustic.*) minatur mihi exilium ...; -it mihi iam Oassam locum exilii (*II 2, 1 p. 15, 20* designat, *gr. II 1, 1 p. 140, 4 ἀναζωγραφεῖ*). OP. imperf. in Matth. 33 p. 806 (*ad Luc. 14, 1 sqq.*) introducit primo hydropicum ..., ut in corporali tumore hydropici iactantiae Pharisaeorum -retur inflatio *postea refutanda* (pungeretur *var. l.*).

Ramminger.

praepinguis, -e. *a* prae *et* pinguis. GLOSS. V 323, 23 -ium: nimis pinguium. GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 43 praeopimus: -is vel copiosus (*sim.* GLOSS. V 135, 38). *legitur inde a* VERG., COLVM.; *adamat* PLIN. nat. [*in versu interpol. cod. A* IVVENC. 3, 736* (*v. app. crit. ad 3, 734*).]

i. q. valde vel nimis pinguis, crassus (*cf.* DIOM. gramm. I 411, 9): **1** *proprie*: **a** *de rebus*: **α** *solum ponitur: de terra, agro sim., sc. materiae densae, umidae sim. itaque fertilis* (*de qualitate soli l. 27*): VERG. Aen. 3, 698 -e solum stagnantis Helori ([*explicat* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 620 valde fertilem terram]. PLIN. nat. 14, 33 -is soli ubertas. AVIEN. orb. terr. 588). COLVM. 3, 2, 9 -i et vivida terra (3, 2, 11 [terrae *om. SA*]. PLIN. nat. 17, 41 gracili bibulaque super umidam ac -em *iniecta* [*cf. Theophr. caus. plant. 3, 20, 3 πιείρᾳ*]). PLIN. nat. 17, 25 cretam ... et argillam cunctis ad vineas generibus anteponunt, quamquam -es (-is *var. l.*). 18, 162 -is et densa ubertas *soli* (*cf. Theophr. hist. plant. 8, 7, 4 πίειραν*). SOL. 21, 1 *Galliae* -bus glebis accommodae proventibus fructuariis. AMM. 22, 15, 13 in ⌊loco -is⌋ caespitis (loquore pinguis *trad., corr. Heraeus*). PRVD. apoth. 1028 *deus* dignatur -is humi comprendere mollem ... glebam (*gen. 2, 7* formavit ... hominem de limo terrae). *de variis rebus*: PRVD. tituli 175 frondibus aeternis -is liquitur umor *olivae* (*cf.* ORIENT. *sub β et* CYPR. GALL. gen. 308 ramis -is olivae). CYPR. GALL. gen. 254 unguine -i linuit bituminis arcam *Noe*. ALC. AVIT. carm. 4, 596 *Noe immolante* numerosa levat -em victima fumum. **β** *accedit abl.*: SOL. 27, 6 (*inde* ISID. orig. 14, 5, 7) *ager Byzacenus* glebis ita -is, ut *eqs.* (*falsa var. l.* -bus. *cf. Plin. nat. 5, 24* regio ... fertilitatis eximiae). ORIENT. comm. 1, 119 autumnus musto madidus, -is oliva est. ISID. orig. 14, 5, 9 *Numidia* regio campis -is.

b *de animantibus*: PLIN. nat. 8, 113 ubi se -es sensere *cervi mares*, latebras quaerunt (*cf. Arist. hist. anim. 611a23 σφόδρα πίων*). 8, 129 *ursi* mares -es *sunt vere.* 8, 207 paenuriam lactis -es *sues* sentiunt (*cf. Arist. op. c. 546a16 ἐὰν πιαίνηται σφόδρα*). 9, 156 -es *pisces quidam* (*opp.* macies *aegrotorum. cf. Arist. op. c. 602b18 πίοσιν*). 11, 212 senescunt ... celerius -ia *animalia* (*cf. Arist. part. anim. 651b9 τὰ λίαν πίονα*). SVET. Galba 3, 1 *nonnulli Sulpicium cognominatum Galbam putant*, quod -is fuerit visus, quem galbam Galli vocent. GELL. 6, 22 tit. equitibus corpulentis et -bus (*6, 22, 1* nimis pingui homini). AVSON. Mos. 133 gobio ... -is, teres *eqs.* (*cf. Arist. hist. anim. 601b22 πίονες*).

2 *transfertur ad qualitatem vocis*: QVINT. inst. 11, 3, 32 vox ... sana, id est ... non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, rava, -is, aut tenuis, inanis *eqs.*

[praeplectitur *et* **praeplexus** NOT. Tir. 65, 52. 55 *in serie compositorum verbi q. e.* plectere *posita esse pro* perplectitur (*forma ficta?*) *et* perplexus *vidit Kopp.*] *Reijgwart.*

praepollēns *v.* praepolleo. **[praepollenter** *v. p. 767, 63.*]

praepollentia, -ae *f.* *a* praepollere. *i. q. status praepollens, excellentia*: AVG. in psalm. 70 serm. 1, 15 laudatus est Deus ... in omni -a nascentis ubique creaturae.

***praepolleo,** -uī, -ēre. *a* prae *et* pollere. *formae stirpis perf. non exstant nisi* TAC. hist. 5, 8, 2 -uere (*Halm,* -potuere *trad.*). AVG. civ. 2, 23 p. 87, 5 D. -uisse. epist. 159, 3 -uit. *part. praes. abl. sing. non nisi* -enti AVG. bon. coniug. 26, 35 p. 230, 12 *al., acc. plur.* -entis TAC. ann. 6, 42, 4. *legitur inde a* LIV., TAC., FRONTONE, APVL., LACT., *frequentatur ab* AVG., *in versibus non exstat nisi apud* AVSON., PRVD., ALC. AVIT., CE. [*confunditur in codd. maxime cum* praepotens, *quod infra notavimus* (*perperam editum est olim* AMBR. epist. 3, 2 HIER. epist. 130, 4, 1).]

i. q. prae ceteris pollere, sc. praevalere vel praecellere sim. (*cf.* GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 55 -et [-it *trad.*]: supereminet vel supersplendet. *item fere al.; pro syn. accedunt e. g.* praevalere *p. 767, 6. 50. 61 et* praecellere *p. 767, 55*). *indicatur quo respectu quis (quid) praevaleat per abl.* LIV. 1, 57, 1 divitiis (*cf.* BOETH. in top. Cic. 6 p. 387, 33 opibus). 5, 34, 2 virtute (PS. LACT. inst. interpol. 7, 26, 13 p. 668. *al.*). APVL. met. 6, 22, 5 pulchritudine (*cf.* 10, 2, 3 forma. 10, 31, 1 visendo decore). *et passim (cf. abl. loci p. 767, 38), per praepos. p. 767, 41 sq.; indicatur quid superetur, postponatur per dat. p. 767, 25. 43. 59, abl. compar. p. 767, 5, praepos.* prae GREG. M. past. 4 p. 125^{C}.

1 *part. praes.* praepollēns, -entis *pro adi. (subst. p. 767, 8) fere i. q. praepotens* (*pro syn. est p. 767, 24; cf.* GLOSS. -s: plus quam magnus. multum pollens. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 622 omnibus eminens. *compar.* -ior *p. 767, 5. 14. al., superl.* -issimus *p. 767, 18*): **a** *respiciuntur, qui (quae) opibus, viribus, auctoritate sim. potentes sunt*: **α** *animantes* (*maxime in re publica*): LIV. 1, 57, 1 Ardeam Rutuli habe-

[Hickson]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bant, gens ... divitiis -s. 5, 34, 2 *Celtarum rex* virtute fortunaque cum sua, tum publica -s. TAC. ann. 6, 42, 4 viros -is (*antea*: qui validissimas praefecturas obtinebant). Ps. LACT. inst. interpol. 7, 26, 13 p. 668 *Constantius* virtute ac felicitate -s. PHILIPP. in Iob 8 p. 635[B] quod in regno fuisset ceteris regibus -ior *Iob*. AVG. civ. 19, 12 p. 373, 2 D. etsi unus *ex latronibus* sit tam -s viribus (*postea*: praevalens). CASSIOD. Ios. antiq. 19, 251 *nobiles quidam* dignitatibus et coniunctione coniugum -es (*aliter gr.*). *masc. pro subst.*: BOETH. in top. Cic. 6 p. 387, 33 (*ad Cic. top. 73* opulentos) opibus ... -es dignos fide iudicant *homines*, ... dignitate praeclaris maiestatem auctoritatis impertiunt. *β res: per se efficaces sim.*: INSCR. Année Epigr. 1976 n. 141 (*saec. IV², Puteolis*) gloriam -i secutus ordinis splendidissimi exemplo devotissimus populus ornamenta statuae ... decrevit. AVG. civ. 18, 4 p. 261, 18 D. abundantiam -em *annorum fertilium*. 22, 29 p. 627, 2 vis ... -ior oculorum erit illorum *beatorum*, ... ut videant et incorporalia. gen. ad. litt. 2, 3 p. 36, 10 superfusi aeris -i constipatione ... ignis extinguitur. GILD. Brit. 21 chron. III p. 36, 21 *luxuria* crevit ... germine -i. *pertinentes ad animantes praepotentes*: AVG. epist. 137, 15 p. 118, 13 -issimo suo (*sc. Christi*) nomine. c. Faust. 13, 5 p. 382, 12 *fama Christi* clarior, ... -ior. in psalm. 81, 5 terrenam felicitatem -em atque potentem.

b *respiciuntur, qui (quae) varia praestantia excellunt*: APVL. met. 10, 2, 3 noverca forma magis quam moribus in domo mariti -s (*cf.* 10, 31, 1 visendo decore -s *puella*). 10, 33, 2 eruditione doctrinaque -s Palamedes (*postea*: praepotenti). VOPISC. Car. 11, 1 Numerianus ... eloquentia ... -s. AVSON. 343, 10 p. 161 P. fluminibus ... Italis -s, sulphureus Nar. PRVD. perist. 4, 35 te ... -s Arelas habebit, sancte Genesi. AVG. bon. viduit. 14, 17 quibus *feminis* ⌊-ius⌋ fuerit in suis bonis ... pia humilitas (⌊ ⌋ *sc. bonum; vix recte adv. intellegunt alii*). in Gal. 49, 3 maior ... et -ior delectatio eorum *piorum* iustitia est. quaest. hept. 4, 54 homo qualibet -s gratia. GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 17 collibus ... situ amoeno locatis, -i (-potenti *var. l.*) culturae aptis. CE 584, 2 ingenio virtute modo doctrina decore omnibus officiis -s, sed brevis aevo qui *eqs. al.*

2 *formae ceterae*: **a** *respicitur potestas publica, auctoritas legis vel vis militaris*: TAC. hist. 5, 8, 2 postquam Macedones -uere (-potuere *trad.; antea*: dum Assyrios penes ... Oriens fuit). ann. 2, 45, 1 quibus *gentibus* additis -bat *Arminius*. 2, 51, 1 ut numerus liberorum in candidatis -ret, quod lex iubebat. 11, 14, 1 *Phoenices* mari -bant. FRONTO p. 17, 22 v. d. H. ubique ... populus dominatur -et. PANEG. 3, 19, 2 *cum* in Campo ... numerus et turba -at (*sc. suffragiis*). AMM. 16, 12, 21 quidquid apud eos per equestres copias -bat. VEG. mil. 2, 1 Romana ... virtus praecipue in legionum ordinatione -et. AVG. civ. 3, 26 p. 138, 12 D. Italae gentes, quibus Romanorum maxime -bat imperium.

b *vario respectu*: *α de animantibus*: APVL. met. 6, 22, 5 puella -et pulchritudine. SYNOD. Hil. ad Const. 1, 4 sacerdotes, qui tanti nominis -ent dignitate. AVG. epist. 82, 3 quantalibet sanctitate doctrinaque -ant *scriptores quidam* (persev. 3, 6. serm. 140, 4 [*postea*: excellat]). 159, 3 *medicus quidam* Romae suae artis exercitatione -uit. c. Faust. 12, 25 *Christus* apud gentes ... -et et praevalet. serm. coll. Morin p. 294, 9 *solent* secundum tempus -ere mali et felicitate transitoria superbire. un. eccl. 19, 51 p. 299, 5 Numidia, ubi vos *Donatistae* -etis. *al. apud eundem*. *β de rebus*: AVG. c. Cresc. 1, 33, 40 p. 359, 10 *baptismus* sacratissima significatione -et. c. Faust. 20, 8 p. 542, 27 si calor in sole, lux autem -ret in luna (*p. 543, 4* praecellat). in psalm. 56, 17 l. 34 veritas -et in angelis. Ps. AVG. serm. Migne suppl. 2, 1339 elatis humilia praeminent, et excelsioribus ima -ent, et magnificis minima praeferuntur (*item cum dat.*: ALC. AVIT. carm. 6, 98 vita *matrum sanctarum* ... sublimi cunctis -at arce). MACR. Sat. 1, 23, 13 huius templi religio etiam divinatione -et. VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 50 *in principis iudicio* veritatis indago -et, et magicas artes ... praevalere non posse credendum est.

adv. compar. praepollentius *perperam agnoscitur l. 27.*

deriv.: praepollentia. *Hickson.*

praeponderātio, -ōnis *f.* *a* praeponderare. *i. q. status praeponderantis, status aequilibrio carens* (*cf.* GLOSS. -o: ῥοπή): CHALC. comm. 352 silvae ... ex -e eorum *corporum* hinc illinc vergentium substitisse motum (*ibid. iterum; spectat ad transl. p. 52[E], v. p. 768, 7*).

***praepondero,** -āvī, -ātum, -āre. [*qui compos. ex* prae *et* ponderare *intellegunt, notiones compositi haud facile explicare possunt, quam ob rem fortasse praeferas originationem a* prae *et* pondus (*subestne locutio* prae pondere, *sc. inclinari sim.?*). *Sch.*] *inter verba activa coniugationis primae affert* CHAR. gramm. p. 474, 8 B.; *longe praevalent formae praesentis; p. p. p. non nisi* SOL. 11, 21. *de notione*: GLOSS. -o: καταβαρῶ. παρασταθμίζω. -at: κατάγει, καταρρέπει. *legitur inde a* VARRONE, CIC., SEN. *phil.*, LVCANO, *maxime in oratione prosa, frequentatur ab* AMBR. [*falsa var. l. pro* propendere HEGES. 1, 40, 11.]

I *intrans. fere i. q. maioris ponderis esse* (*praevalente longe usu incorp.; ad usum corp. cf. B2b et e. g. p. 768, 4. 769, 12; fere abunde accedunt* magis *p. 768, 16. 26*, amplius *p. 768, 56; indicatur quantum quid -et p. 768, 59. 84. 769, 2*): **A** *-ant quaecumque comparatis partibus suis aequilibrio carent, ut subluceat color inclinandi, nutandi sim.* (*sc. per imaginem trutinae in alterutram partem vergentis*): **1** *indicatur quo (vel quam in partem)*: *praepos.* in *c. acc.*: VARRO ling. 10, 5 *tres naturas rerum esse*: simile, dissimile, neutrum ...; neutrum, si in neutram partem -et, ut si *eqs.* SEN. clem. 1, 2, 2 *in ignoscendo* quia difficile est temperamentum, quicquid aequo plus futurum est, in partem humaniorem -et. APVL. met. 7, 17, 5 quotiens in alterum latus -ans declinarat sarcina (*postea*: peraequare). CHALC. transl. 52[E] *silvam*, quod ... *non* exaequatis potentiis instruatur, ... ⌊undique vergentem et in pronum vel absonum -antem⌋ agitari (⌊ ⌋ *gr. ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην*). *quolibet modo*: LVCAN. 6, 603 quo tanti -et alea fati (*cf.* QVINT. inst. 7, 2, 39 si neutro litis condicio -et [*sc. neque in personam neque in causam*]). CHALC. comm. 67 zodiacus ... iuxta nos ... -at pro obliquitate varie nutans (*cf. Theo Smyrn. p. 132, 25 H.* μεταπίπτει ... πρὸς ἡμᾶς). 163 ut *natura hominis* interdum ad virtutem se applicet, interdum ad malitiam -et (AVG. in psalm. 36 serm. 2, 1 l. 12 genus iniquorum -at ad inferiora [*opp.* conatur in sublimia]). AMBR. patr. 11, 56 (*ad I reg. 18, 7*) *mulieres David plus laudabant quam Saul*, cum reverentiae gratia circa regem magis -are debuissent.

2 *exempla cetera* (*hucine* Ps. QVINT. *ex IIB ?*): SEN. nat. 3, 10, 3 natura partes suas velut in ponderibus constitutas examinat, ne portionum aequitate turbata mundus -et. GREG. M. moral. 7, 2 l. 7 misericordiae lance -ans culpas nostras parcendo levigavit *Christus* (*de quo l. 8* quasi statera miri libraminis; *nisi sec. var. l.* lance -ante *ad B2 trahas*).

B *-ant quaecumque comparatis aliis pondere vel quavis qualitate praestant, praevalent sim.* (*sc. per imaginem lancis gravioris*): **1** *indicatur, cui quid -et*: **a** *quolibet modo*: SEN. benef. 6, 4, 1 ulciscendi ... libertas fit, ubi in conparatione beneficii -vit iniuria (*cf. l. 46*). AMBR. off. 1, 32, 166 in beneficio referendo ... magis ... -at benevolentia quam possibilitas referendi muneris (in psalm. 36, 19, 2). HEGES. 4, 11 p. 259, 24 cognoscat -are semper remedium cum silentio quam proelium cum periculo (*gr. 4, 372 λυσιτελέστερον*). RVFIN. Orig. in iud. 2, 3 p. 476, 22 quod *apud paucos* dilectionis dei pondus supra omnia cetera, quae sunt humana, -et (*quae praecedunt v. sub 2b*). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 43 eo usque nuptias accusare, ut etiam sceleribus collatae -rent. **b** *dat.*: AMBR. epist. 2, 14 in qua *statera* ... peccata propendunt, aut bene gesta peccatis -ant (*cf.* in psalm. 118 serm. 20, 40, 2 si bona malis -ant, ... si peccata virtutibus. CAES. AREL. serm. 64, 2 p. 264, 2). hex. 5, 21, 72 *apes* duplici ceteris *volatilibus* fecunditate -ant. off. 2, 10, 50 praestat ... iusti consilium viri et sapientissimi ingenio ... -at. HEGES. 2, 17 -bat apud eos salutis cura necessitudini (*gr. 2, 466 ἐν δευτέρῳ θέμενοι τὴν συγγένειαν*). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 23 quod *malum* omnibus vitiis -et. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 25, 2 G. *vita* omnibus terrenis bonis -at. SERM. Corp. Christ. 101 B p. 892, 80 si contra unum duos ponis, uni duo ... -bunt (-bis *cod.*) et ... praevalebunt (*aliter interpunxit ed.*). *al.*

2 *cui quid -et, intellegitur e contextu*: **a** *vario usu*: *α -ant res*: SEN. epist. 81, 4 (*antea*: iste multo plus postea nocuit, quam ante profuerat) quamvis iniuriae -ent (*cf.* SEN. *sub Ia*). Ps. QVINT. decl. 5, 11 putas ex paternis affectibus *alteri* filio perire, quicquid in altero de necessitate -at. GELL. 1, 3, 25 *in rebus paribus* honestas ... -at; cum vero amici utilitas nimio est amplior *eqs.* SYMM. epist. 2, 64, 1 tua pro me cura -at. SERV. Aen. 11, 356 causam reipublicae -are debere ([*postea*: esse praeferendum]. AMBR. exhort. virg. 2, 12 apud piam mentem causa ecclesiae -bat. COD. Theod. 12, 1, 56 causa generis -bit et originis). SERV. auct. georg. 3, 408 *Hispanorum* in latrociniis fama -at. AMBR. epist. extra coll. 14, 64 debet -are vita sacerdotis, sicut -at gratia. HEGES. 4, 29, 2 *quod* gloria imperatoris *Antonii* -ret. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 112, 1 cessi huic, qui amplius -bat, ⟨in⟩oboedientiae timori, quique ... validior ... me tenuit (*Migne gr. 35, 509[B] ἐγενόμην τοῦ σφοδροτέρου, sc. φόβου*). Orig. in Rom. 9, 41 p. 1245[A] *homines*, in quibus valde -ant mala. CAES. AREL. serm. 64, 2 p. 264, 22 nisi -ante divina misericordia (156, 2). *al.* *in arte gramm.*: SERV. ecl. 3, 34 'alter' dixit de femina; ... quotiens haec duo genera (*sc. masc. et fem.*) iunguntur, femininum non -at. *β -ant animantes*: STAT. Theb. 8, 615 nutat utroque timor, quemnam ... victum, quem vicisse velint: tacite -at exsul (*Schol.* Polynici ... plus favebant. *item aestimatione*: SYMM. epist. 2, 16 meae adstipulationis minor causa est, cum superioris persona -et. AMBR. epist. 3, 2 F. discute, ubi Moyses scientia -et, ubi Aaron consilio [*postea*: praefertur]). ITIN. Alex. 26 Darius movet phalanga in Alexandri dextrum cornu, quod eius praesentia -bat. HEGES. 1, 14, 2 p. 22, 3 quamvis inferior esset viribus Aristobolus, -vit tamen pecuniae oblatione (*gr. 1, 128 γίνεται δ' ἐπίπροσθεν ... τὰ ... τάλαντα*).

b *vigente respectu trutina examinandi* (*proprie vel imagine manifesta*): HOMER. 658 *Iuppiter* fata ... Phrygum casusque expendit Achivum et Graium clades gravibus -at armis (*cf. Θ 72 ῥέπε δ' αἴσιμον ἦμαρ Ἀχαιῶν*). Ps. PHILO antiq. 40, 1 (*verba Iepthae*) quis -bit, utrum epulatio *victoriae causa* ... an tristitia *patris*? SYMM. epist. 1, 92 eurabo ..., ut obsequii mei trutina et libra -et. CARM. de pond. 138 lancibus aequatis ... argenti atque auri ... impone libras, neutra ut -et. RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 9, 1 mala ac bona ... diversa lance pendentur, ut pars, quae -vit, vincat et, quo vergit opus, illuc sententia decidat (*Migne gr. 35, 845[B] τὸ ῥέπον*). Orig. in iud. 2, 3 p. 476, 13 sqq. in statera haec, *quaecumque diligitis*, ... appendite et *id* ..., quod in dilectionis lance -at, hoc tibi deus est; sed vereor, ne apud quamplurimos -et amor auri ...; vereor ..., ne ... voluptatis amor in tantum -et, ut *eqs.* (*postea*:

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praegravet). Avg. in euang. Ioh. 7, 6 l. 5 positum est aurum *sanguine infectum* in trutina ... et -vit multum de sanguine. *al.*

II *trans.*: **A** *fere i. q. pondere superare*: Cic. off. 3, 18 qui ... omnia metiuntur emolumentis et commodis neque ea volunt -ari honestate. Itala (= Vvlg.) IV Esdr. 16, 77 Weber ne -ent vos peccata vestra, nec superelevent se iniquitates vestrae. Cassian. inst. 11, 6 quod humilitate ceteros -et. **B** *fere i. q. maiore pondere afficere*: Ps. Qvint. decl. 8, 9 inter duos liberos ... languentes da bonum patrem: non ⌊-bit alterutrum⌋ non eliget, sed ... ipse morietur (⌊ ⌋ *coniunxit Reitzenstein, sed cave ne cum edd. vet. distinguendum sit* non -bit [*i. non nutabit, non inclinabit, cf. supra IA*], alterutrum non eliget). Sol. 11, 21 accidit ..., ut vela incidant *aves quaedam* et -tis sinibus alveos vergant.

deriv.: praeponderatio. *Reijgwart.*

***praepōno,** -posuī, -positum, -pōnere. *a* prae *et* ponere. Not. Tir. 23, 65 -et. 23, 79 -uit. *inf. praes. pass.* -ier Drac. laud. dei 3, 136 (-rent *trad.*). *perf.* -pos⟨i⟩vi Plavt. Rud. 916. *p. p. p.* -posta Lvcr. 6, 999. *prima syllaba corripitur* Cypr. Gall. exod. 720. *de notione v. infra. legitur inde ab antiquissimo* Carm. evoc. (*cf. p. 771, 6*), Plavto, Catone, *raro in dactylis excepto* Ov. (*21ies*); *ceterum v. infra sub IA.* [*confunditur saepissime cum* proponere, *e. g.* Plavt. Rud. 916 Cic. Verr. II 5, 94. 126 Catvll. 47, 4 Caes. civ. 3, 89, 3 (*restituitur* Varro frg. Diom. gramm. I 515, 10 Cic. fin. 4, 43 Petron. 40,1. *al.; falsa var. l.* Ov. rem. 514 Plin. nat. 36,37. *al.; falso trad.* Tac. ann. 3, 5, 2); *in lacuna suppl.* Liv. 24, 40, 5 Tert. nat. 2, 17, 5.]

I *pertinet ad aestimationem*: **A** *manifesta vi comparativa i. q. aliquem (aliquid) meliorem vel maioris momenti aestimare, praeferre* (*iuxta ponitur e. g.* Cic. Planc. 12 Cypr. epist. 71, 1 Firm. err. 5, 1), *malle* (*iuxta ponitur e. g.* Cic. Phil. 2, 27. *cf.* Tert. castit. 3 l. 17 magis vult), *potiorem habere. huic usui aemula est vox* anteponere (*v. vol. II 153, 38 sqq.*), *quam praeferunt* Cic. (*153/* -o *44*), Nep. (*4/1*), Tac. (*11/1*), Amm. (*6/—*); -ere *praefertur a* Liv. (*—/8*), Cvrt. (*—/4*), Tert. (*9/19*), Avg. (*17/38*). *ceterum cf. de notione* Char. gramm. p. 306, 18 B. (*ex Palaemone*) *dicendum* -o ..., cum alterum alteri praefero (*disting.* propono). *pro obi. est struct. verbalis, sc. acc. c. inf. l. 56, inf. l. 75 sq.*

1 *generatim*: **a** *accedit dat.* (*cf.* Prisc. gramm. III 268, 18 -o tibi illum); *-untur*: *α res* (*exempla inde a* Rhet. Her. *selecta*): Plavt. Rud. 916 lucrum -ivi (-sui *trad.*) sopori et quieti. Lvcil. 1288 sumptum atque epulas victu -is honesto (*dat. intellegit* Gell. 4, 16, 6, *abl. vix recte* Non. p. 501, 23). Rhet. Her. 2, 14, 22 qui inutile utili -erit. Cic. Flacc. 105 illam viam vitae ... huic ... -endam esse. Phil. 2, 27 libertatem populi Romani unius amicitiae. 9, 15. Varro rust. 1, 7, 9 Cato ... gradatim -ens alium alio agrum meliorem dicit esse *eqs.* 2, 1, 7 *Arietem et Taurum in zodiaco* Apollini et Herculi (*i. Geminis; at fortasse ad IIC1 trahendum*). Liv. 21, 19, 9 vestram (*i. Romanorum*) Carthaginiensium amicitiae (*item in foederibus publicis*: 23, 10, 1. 33, 13, 8.) Vell. 2, 110, 3 necessaria gloriosis. Val. Max. 2, 1, 4 cupiditatem ... liberorum coniugali fidei. Phaedr. 3 prol. 26 docto labori ... lucrum. Colvm. 10, 273 tartara caelo. Qvint. decl. 346, 1 consilium *affectibus.* Tac. ann. 1, 75, 4 silentium et paupertatem confessioni et beneficio. Apvl. met. 3, 20, 2 tuum postulatum ... periculo meo. Tert. apol. 16, 8 religio Romanorum ... castrensis ... signa omnibus deis -it (adv. Hermog. 18, 4 materiam deo. Salv. eccl. 3, 36. *al.; cf.* Cypr. domin. orat. 15 Christo nihil. *sim. al.*). *al. pro obi. ponitur acc. c. inf.*: Conc.^{s} I 2 p. 31, 40 aliis omnibus -ere ecclesiasticum statum deo condecentem ... permanere (*gr. I 1,1 p. 115, 9 τιθέμεθα πρὸ τῶν ἄλλων*). *β animantes*: Ter. Andr. 65 *amicis* sese dedere, eorum obsequi studiis, adversus nemini, numquam -ens se illis (*v.* Don. *ad l.*). Rhet. Her. 4, 1, 2 si quos sibi *oratores* -ant (*syn.* anteponant). Cic. div. in Caec. 1 neminem -endum mihi esse actorem. leg. agr. 2, 7 me ... consulem ita factum, ut nobilissimis hominibus longe -rer. *al.* Varro rust. 2 praef. 1 rusticos Romanos urbanis (Colvm. 1 praef. 17 r. plebem ... urbanae). Catvll. 47, 4 vos Veraniolo meo ... -uit *Piso.* Hor. sat. 2, 6, 92 homines urbemque ... -ere silvis. Ov. met. 6, 170 (*Niobes verba*) quis furor, auditos ... -ere visis caelestes (*item -untur dei*: Arnob. nat. 1, 26 qui *Iuppiter* ... sibi torquetur maiestatem eius *dei Christianorum* cultumque -i. Avg. civ. 7, 7 p. 283, 19 D. ei *Iano* -rent Terminum). fast. 2, 676 hominem -isse Iovi (*sim. posthabetur Christus*: Itala Matth. 10, 37 [Tert. bapt. 12] patrem aut matrem mihi [praetulerit *var. l., sed cf.* adv. Marc. 4, 19 p. 483, 23 -ret]. Ps. Cypr. mont. 9 p. 114, 19. *al.*). trist. 4, 10, 127 multos mihi. *al.*

i. quae antistat: **1** *de ea, quae sanctimonialibus praeest* (*secundum in monasterio locum tenet post presbyterum* AVG., *post abbatissam* CAES. AREL. reg. virg.): AVG. epist. 211, 11 arbitrium -ae vel presbyteri vel etiam episcopi. 211, 15 -ae tamquam matri oboediatur . . ., multo magis presbytero *eqs. al.* CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 6 p. 139, 15 contra -as. reg. virg. 18 p. 105, 12 matri . . . omnes oboediant, -ae deferant (*sc. honorem*). 30 p. 109, 7 praesente abbatissa vel -a. 47 p. 114, 26 monasterii matrem et . . . -am . . . congregationis. GREG. M. epist. 7, 27 p. 473, 29 Domnicam . . . -am factam. *al.* *fortasse huc pertinet*: INSCR. christ. Diehl 1309 Iuliana prpa (-a *dubitanter solvit Diehl; de nota cf. p. 775, 1*). **2** *de dea, quae tutelam praebet* (*cf. p. 773, 25. 27*): GLOSS.^{L} II Arma D 34 div⟨a⟩e armipote⟨nti⟩s: -a armorum (*ad Verg. Aen. 2, 425; item de Minerva: 11, 483* praeses belli).

p. p. p. **ˣpraepositum,** -ī *n. pro subst.* [*variat saepius cum* prop-, *e. g.* CIC. fin. 3, 15. 4, 72 CYPR. epist. 72, 3. *cf. etiam infra sub 3; restituitur* CIC. fin. 3, 53 NOT. Suet. gramm. VII 536, 19.]

i. quod praeponitur: **1** *secundum aestimationem* (*sc. in doctrina Stoicorum de eo, q. d.* προηγμένον, *cf. p. 770, 26 sqq.*): CIC. fin. 3, 52 ea quae secundum locum optinent *post ipsum bonum,* προηγμένα, id est producta, nominentur; quae vel . . . promota et remota vel . . . -a vel praecipua *appellemus*, et illa reiecta (*idem opp.*: ac. 1, 37 quae *ex rebus sumendis* pluris *aestimanda sunt*, ea *Zeno* -a appellabat, r. autem, quae minoris. *cf.* fin. 4, 72 reiectanea). fin. 4, 20. *al. apud eundem.* **2** *secundum quemlibet ordinem* (*sc. aut localem aut q. d. logicum*): HIL. trin. 9, 2 cum dictorum intellegentia aut ex -is (prop- *cum parte codd. Smulders*) aut ex consequentibus expetatur. NOT. Suet. gramm. VII 536, 19 -um (prop- *trad.*) sine consequente (*cf.* 20 consequens sine -o. *explicantur notae criticae; ad enuntiata prim. et secund. refertur vol. IV 411, 3sqq.*). **3** *vi praeverbii mutata ponitur pro eo, q. e. propositum* (*de confusione vocum cf. l. 21 et var. l.* VVLG. Eph. 1, 5. 1, 11): VITA Anton. praef. p. 15, 17 admirari hominem . . . et zelare ipsius -um (prop- *edd. et Euagr., gr.* πρόθεσιν). 5 p. 20, 19 (*gr. et edd. ut supra*). CONC.^{S} I 2 p. 53, 14 quam habebant de -is opinionem . . . patres (*gr. I 1, 2 p. 38, 33* προκειμένων, *cf. I 3 vers. Tur. p. 67, 17* propositis). GREG. M. epist. 2, 43 officii nostri decet . . . -um (prop- *var. l.*) subiectis . . . suadere *eqs.* INSCR. christ. Diehl **1307**, 4 non annis maturus erat, sed dogmate morum; vicerat aetatem pondere -i (*nec cum Diehl praepositus basilicae intellegendus* [*cf. 179, 5* pondere morum] *nec cum Inscr. christ. urb. Rom. 19220, 4* prop- *emendandum*).

deriv.: praepositio, praepositivus, *?* praepositor; *a* praepositus: praepositura.

cf. Onom.

praeporto, -ātum, -āre. *a* prae *et* portare. *i. q. ante portare, praeferre* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 476 praelata: -ta [*sec. cod. Monac.*; perpor- *cod. Paris.*]): **1** *pertinet ad locum; -antur:* *varia, quae quis porrigit, prae se fert*: CIC. Arat. 209 *Centaurus* partem -ans . . . virilem (perpotans *var. l.; aliter gr., sed cf. Avien. Arat. 881* qua parte hominem . . . sustollit. *item de parte signi caeli*: CIC. Arat. 430 prae se Scorpios . . . -ans flebile acumen). LVCR. 2, 621 *comites Magnae Matris* tela . . . -ant, violenti signa furoris. *affectus, quos quis signis externis ostentat*: CATVLL. 64, 194 Eumenides, quibus anguino redimita capillo frons expirantis -at pectoris iras. *quae quis praecedens fert ante alium sequentem*: ZENO 1, 6, 5 (1, 4, 14 L.) *Isaac* lignum, quo inuratur, sibi -at (perp- *var. l.; respicitur gen. 22, 6*). **2** *pertinet ad tempus*: OP. imperf. in Matth. 3 p. 652 (*ad Ioh. 1, 27*) 'calceamenta' . . . possumus intellegere firmitates; . . . haec . . . calceamenta Christi omnes praedicatores portant, et Iohannes ipse -bat.

praepos: valde potens GLOSS. V 606, 46 (prop- *trad.*). *a* prae *et* potis *sec.* compos, impos *formatum; sed fortasse medii aevi est* (*cf. Du Cange s. v.*). *Ramminger.*

ˣpraepositio, -ōnis *f.* *a* praeponere. *de origine v. sub IB1a. scribitur* preposs- ITALA Marc. 2, 26 (gat.), *cf. p. 780, 10.* *de notione*: CHAR. gramm. p. 470, 9 B. -o: προθεσις (GLOSS. III 460, 64). GLOSS. -o: προθήκη. πρόθεσις τὸ μέρος τοῦ λόγου. πρόβλημα. *legitur inde a* CIC., FESTO, SEN. *phil., in prosa tantum oratione, vix iam apud* LVCIL. *et* VARRONEM (*v. infra*). [*confunditur in codd. cum* prop- *e. g.* QVINT. inst. 1, 5, 51 VLP. dig. 3, 1, 3, 2 TERT. carn. 20 l. 2; *restituitur* QVINT. inst. 9, 3, 71 AQVILA rhet. 41 p. 35, 10. 15; *falsa var. l.* VARRO ling. 6, 63 prop- *cod. F*, praep- *coni. pars recc., quod def. Flobert admittens notionem improbabilem q. e. actio vocem praeverbio augendi; apud* LVCIL. 381 *de segregandis poetae verbis v. Marx ad l.*]

I *vi praeverbii sollemni*: **A** *i. q. actio praeponentis vel status praepositi*: **1** *respicitur positio verborum* (*cf. p. 780, 1*): CIC. inv. 1, 42 quod ab aliqua re -e negationis separatur, hoc modo: sapere et non sapere. ASCON. Scaur. p. 26, 14 sine -e illius verbi (*sc.* 'ac'). VLP. dig. 2, 13, 6, 6 -o diei et consulis (*in tabula rationis*). **2** *respicitur aestimatio* (*qua alter alteri praefertur*): CIC. fin. 3, 54 qui

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ita talus erit iactus, ut cadat rectus, praepositum quiddam habebit ad finem . . . neque tamen illa -o tali ad . . . finem pertinebit (*explicat, quid sit προηγμένον*). NOVELL. Iust. 1, 1, 1 secundum ordinem denominationis . . . habere in alterutros -em *libertos legatarios sim.* (*gr. προτίμησιν*). 127, 3 mulieres *semel nuptas* . . . -e aliqua dignas ultra eas, quae secundo nubant (prop- *trad.; gr. προτιμήσεως*). **3** *respicitur ordo superior* (*quo quis* [*quid l. 13*] *rei gubernandae vel subiectae praeficitur*): VLP. dig. 14, 1, 1, 12 -o certam legem dat contrahentibus; quare si eum praeposuit navi *eqs.* 14, 3, 11, 2 qui praeposuit *aliquem negotio*, tenebitur ipsa -e (*eodem spectat*: 14, 3, 11, 5 condicio . . . -is). CONC.^{S} II 2, 1 p. 11, 2 alienari eum sacerdotii dignitate et -e monasterii (p. 11, 6 [prop- *var. l.*]; *gr. II 1, 1 p. 134, 28 et 33 τοῦ προίστασθαι, cf. II 3, 1 p. 116, 21* principatu). *in ordine logico praeponitur genus speciei*: BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 6 p. 217, 7 -o opposita est suppositioni; genus autem praeponitur, species vero supponitur.

B *metonymice de re praeposita, sc. usu gramm. i. q. particula praepositiva*: **1** *strictius de ea particula, quae aut casibus praeponitur aut cum verbis aliisve vocibus componitur* (*rem tractant* SACERD. gramm. VI 428 sq. PROB. inst. gramm. IV 147 sqq. MAR. VICTORIN. gramm. VI 203 sq. DON. gramm. IV 365 sq. 389 sqq. *al., permulta collegit* PRISC. gramm. III 24 sqq.; *v. Jeep, Zur Gesch. der Lehre von den Redetheilen, 1893, 288 sqq., Tolkiehn, Cominianus, 1910, 94 sqq.*): **a** *definitiones sim.*: SACERD. gramm. VI 428, 29 -o est pars orationis, quae praeposita casui, quem regit, vim suam tenet, postposita interdum perdit *eqs.* (*qua de re v. Jeep, l. cit. 289*). PROB. inst. gramm. IV 148, 31 -es . . ., quae loquellis tributae sunt (DON. gramm. IV 389, 24 -es aut casibus serviunt aut l. [*item* CHAR. gramm. p. 298, 5 B. *ex Cominiano.* DIOM. gramm. I 480, 30. *al.*]. *cf.* CHAR. gramm. p. 299, 14 B. [*ex Palaem.*] quod praeponantur tam casibus quam verbis. AVDAX gramm. VII 351, 25 praeponitur nominibus atque verbis). MAR. VICTORIN. gramm. VI 203, 16 -o quid est? pars orationis, quae praeposita aliis partibus orationis significationem earum aut immutat aut auget aut minuit (*sim.* DON. gramm. IV 365, 10. 389, 19 DOSITH. gramm. VII 413, 6. CHAR. gramm. p. 258, 2 B. [*ex Cominiano*]. *al.*). SERV. gramm. IV 418, 32 -o dicta est, quod in loquendo praeponitur (441, 35 EXPLAN. in Don. gramm. IV 571, 2. *al.*). CLEDON. gramm. V 24, 29 quod praeponatur omnibus partibus orationis (*sim.* 75, 11).
b *exempla varia selecta*: CIC. orat. 158 una -o est 'af', quae nunc tantum in accepti tabulis manet (*de eadem re*: VEL. gramm. VII 60, 10). *ibid.* quae -o (*i.* '*au*') praeter haec duo verba (*i.* '*aufugit, aufer*') nullo alio in verbo reperietur (*v. vol. II 1325, 49 sqq.*). *ibid.* adiuncti verbi prima littera -em commutavit, ut . . . 'summovit, sustulit' (*saepe agitur de assimilatione q. d., e. g.* QVINT. inst. 1, 5, 69 -es . . . compositio . . . corrumpit. VEL. gramm. VII 61, 10 sqq. SCAVR. gramm. VII 25, 17 CHAR. gramm. p. 310, 10 B. [*ex Romano*]). FEST. p. 205 '*praepetes*' *quidam ex Graeco tractum putant*, ex -e latina componentes et graeco vocabulo. PAVL. FEST. p. 4 'am' -o loquelaris (*v. vol. VII 2, 1658, 57 sqq.; ad* 'am' *v. vol. I 1805, 57 sqq., ad ceteras -es solummodo loquelares v. vol. IV 1340, 59 sqq. V 938, 75 sqq. 1274, 54 sqq.*). p. 19 'ad' -o accusativis accommodata est (*saepe agitur de rectione, e. g.* SACERD. gramm. VI 428, 33 accusativum . . . casum regunt *eqs.* [MAR. VICTORIN. gramm. VI 203, 20]. 429, 6 -es accusativi casus [*al.*]. 429, 9 ablativi casus [*al.*]. SERV. gramm. IV 454, 27 accusativae -es [POMP. gramm. V 272, 36. *al.*]. 454, 28 ablativae [MART. CAP. 3, 287. *al.*]). SEN. epist. 88, 42 *philosophi* ad . . . coniunctionum et -um proprietates descenderunt et invidere grammaticis. PLIN. dub. serm. frg. Prisc. gramm. II 594, 27 'cum' -e . . . postposita (*sc.* '*mecum*' *sim., v. vol. IV 1341, 73 sqq.; ceterum de postpositione cf. p. 242, 66 sqq. et e. g.* DON. gramm. IV 389, 22 POMP. gramm. V 269, 31 sqq.). QVINT. inst. 1, 4, 19 a philosophis ac maxime stoicis auctus est numerus *partium orationis* ac primum coniunctionibus articuli adiecti, post -es (*cf. p. 780, 31*). 9, 3, 71 voces -bus (prop- *trad.*) in contrarium mutantur (*cf. supra l. 32*). SVET. Aug. 86, 1 *Augustus non dubitavit* -es urbibus addere (*quod vetant e. g.* DON. gramm. IV 387, 11 CHAR. gramm. p. 301, 11 sqq. B.). SCAVR. gramm. VII 28, 7 (*disting. -o et adv.* '*cum*'; *cf. vol. IV 1339, 69 sqq.; ad alia ambigua spectant e. g.* CHAR. gramm. p. 301, 9 B. [*ex Palaem.*]. SERV. gramm. IV 443, 4 sqq.). TERT. carn. 20 l. 2 'ex' syllabam -is (prop- *var. l.*) officio adscriptam. ARNOB. nat. 1, 59 p. 54, 10 M. qui minus id, quod dicitur, verum est, si in numero peccetur aut casu, -e, participio, coniunctione? (*cf.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 12, 1 -um syllabae mutatae naturae veritatem *non* mutabunt [*Migne gr. 36, 348*^{A} *προθέσεις*]). DON. Ter. Hec. 518, 2 ('derepente') adverbiis . . . -es separatim non adduntur (*sim.* gramm. IV 394, 16 SERV. gramm. IV 440, 8 CHAR. gramm. p. 149, 14 B. *al.*). gramm. IV 389, 24 -*o aut alias partes orationis praecedit* aut se ipsam ut 'circumcirca' (*v. vol. III 1124, 59 sqq.; de eadem re*: SERV. gramm. IV 419, 17 -o novo modo sibi aliam coniungit -em [*e. g.* '*ad usque*']. *al.; -es iungi vetat*: POMP. gramm. V 273, 25 [*ubi plura de hac re*]. *cf.* SERV. gramm. V 440, 13 -o . . . 'de' non potest adiungi nomini interveniente adverbio ut 'de trans Tiberim'). *et saepe, imprimis apud gramm.*

2 *laxius de qualibet particula* (*de coniunctione?*): AQVILA rhet. 41 p. 35, 10 (*agit de asyndeto*) demptis coniunctionibus et -bus, quibus verba . . . conectuntur (disiunctionibus et propositionibus *trad.; sim. ibid.* p. 35, 15). PELAG. in II Cor. 7, 11 hoc loco 'sed' -em esse superfluam (prop- *var. l.; vix actio praeponendi intellegenda coll. A1*).

II *vi praeverbii deflexa i. q. propositio* (*quae fit praebendo, offerendo; cf. usum verbi similem p. 774, 48 sqq.; sec. psalm. 77, 2 corrigas* propositionibus *apud* CASSIOD. in psalm. 17, 13 l. 251 [*cf. l. 298*]): ITALA Marc. 2, 26 (gat.) panes -is manducavit *David* (*gr. προθέσεως, aliae vers. et Vulg.* prop-, *v. vol. X 1, 224, 60*). CLAVD. DON. Aen. 6, 605 p. 587, 19 ('epulae ante ora paratae') torus regifico luxu fuerat paratus et -o epularum.

praepositīvus, -a, -um. *a* praeponere. *scribitur* -poss- VIRG. gramm. epit. 6 p. 47, 5 (*cf. p. 91, 15 sq. 778, 69*). GLOSS. II 423, 56 *προταχτικόν*: -ti⟨v⟩um. *legitur apud grammaticos inde a* SCAVRO (*?*), DON., CHAR.

1 *in arte gramm. i. q. antepositus vel anteponendus*: **a** *de litteris, syllabis, partibus orationis*: **α** *accedunt determinationes indicantes, cui rei aliquid praeponatur* (*sc. dat. praeter l. 20. 22 sq.*): SCAVR. gramm. VII 16, 6 a . . . littera -a e et u litteris ([*sic restituit Keil in app. crit.*, praeposita *trad.; opp.* subiectiva]. *cf.* DIOM. gramm. I 425, 27 *s consonans* -a t consonanti). DIOM. gramm. I 424, 18 *f littera tam* -a vocali quam semivocali (425, 26. 425, 28 liquidarum et vocalium. PRISC. gramm. II 37, 8. *cf.* 41, 25 semivocalibus). PRISC. gramm. III 26, 6 *adverbia* -a casualium (355, 8). 468, 3 (*distinguuntur* primus *et* prior) -us illorum est nominum superlativus, quae numerum significant a tribus et ultra. **β** *ponitur per se* (*exempla notabiliora*): DON. gramm. IV 357, 35 articulare -um vel demonstrativum . . . hic huius huic *eqs.* (*opp.* subiunctivum vel relativum *ut*: DIOM. gramm. I 330, 35 CLEDON. gramm. V 15, 8. 16. *al.* BOETH. herm. pr. 1, 3 p. 62, 19 [*de articulo graeco ut*: herm. sec. 1, 3 p. 72, 4]). 365, 7 aut -ae coniunctiones sunt ut 'ac' . . ., aut subiunctivae ut 'que' (AVG. gramm. V 521, 29. POMP. gramm. V 269, 9 *opp.* postpositivae. *al.; in doctrina Stoicorum*: PRISC. gramm. II 54, 21 praepositionem . . . -am c. vocabant [*sim.* III 34, 24]). 379, 29 *pronomina* (*opp.* subiunctiva. DIOM. gramm. I 329, 20. CHAR. gramm. p. 355, 28 B. *opp.* coniunctivis. *et saepe*). 391, 22 -ae praepositiones ut 'sine', . . . subiunctivae ut 'tenus' (DIOM. gramm. I 409, 7 PRISC. gramm. III 37, 2. 56, 15). DIOM. gramm. I 424, 15 'f' consonans semivocalis -a (*cf.* PRISC. gramm. III 111, 20 -a elementa tam in consonantibus quam in vocalibus). PRISC. gramm. II 47, 7 syllaba. 54, 17 articulum (III 11, 26. 120, 3. 124, 16. 125, 1). III 26, 2 adverbia (PS. ASPER gramm. V 552, 21). *al.*

b *transfertur ad ordinem vel locum eorum, quae praeponuntur*: PRISC. gramm. III 500, 7 'atque' *est* ordinis communis, tam -i quam postpositivi (VIRG. gramm. epit. 6 p. 47, 5 coniunctioni -i o. 10 p. 73, 5). 502, 24 *inseparabiles praepositiones* -um locum sibi semper in compositione defendunt.

2 *in arte rhetorica de specie chriae, in qua dictum cuiusdam simpliciter proponitur* (*ad vim praeverbii cf. p. 774, 48; alibi appellatur* indicativa, *v. Lausberg, Handbuch der lit. Rhetorik § 1118, 1a*): GRAMM. VI 273, 11 dicti . . . chria in tres species dividitur: est enim -a, ut '. . . *ille* dixit . . .', percunctativa . . ., refutativa (*cf. Quint. inst. 1, 9, 4 genus chriae* quod est positum in voce simplici 'dixit ille' *eqs.*).

[*adv.* **praepositīvē** *perperam laudabatur olim ex* VLP. dig. 33, 7, 8 pr. (*voci* praepositi *subiungitur particula* ve), PRISC. gramm. III 500, 14 (*pro* praepositiva).]

? **praepositor,** -ōris *m.* *si recte legitur, a* praeponere *veriloquii causa fictum.* *? i. qui praeponit*: ISID. orig. 9, 3, 27 praetores, idem qui et praefecti, quasi -es (*inde* GLOSS. I p. 163 quasi praeceptores [*sec. Isid. orig. 9, 4, 16*] vel -es). *quia notio praeponentis parum apta videtur, coniciendum fortasse aut* prae[pos]itores (*cf. p. 596, 11*) *aut tale aliquid, quale est* praeposit⟨i rect⟩ores.

praepositūra, -ae *f.* *a* praepositus. GLOSS. V 354, 15 curae: -ae. *legitur inde a* COD. Theod. 12, 5, 2 *a. 337 in prosa tantum oratione; recepta est vox in serm. gr.* (PAP. Lips. 111, 16).

i. q. munus vel potestas praepositorum (*indicatur, quo munus pertineat, saepius per gen.*): **1** *hominum*: **a** *in Romanorum imperio* (*cf. Enßlin, RE Suppl. VIII 554, 11 sqq.*): CAPITOL. Gord. 24, 3 datas eunuchis suffragantibus militum -as (LAMPR. Alex. 46, 4 -as locorum civilium, non m. COD. Theod. 8, 7, 11 castri ac militum. *cf.* LAMPR. Heliog. 6, 2 militaribus). LAMPR. Alex. 36, 3 aut -as aut provincias. RVFIN. hist. 7, 32, 3 purpurae (*gr. ἐπιτροπῆ*). COD. Theod. 1, 8, 1 a minore laterculo -as fuisse sublatas (*cf. ibid.* -as minori laterculo . . . restitui. 1, 8, 2 totius minoris laterculi dignitates, hoc est -ae . . ., tribunatus et praefecturae). 6, 13, 1 si *praepositi scholarum* primi ordinis comitivam cum -a meruerint. 7, 13, 18 ad tribunatus -asve (7, 20, 13 *bis. cf. l. 72*). 7, 21, 2. 12, 5, 2 annonarum. 12, 6, 8 horreorum et pagorum. 12, 6, 25 -ae . . . munus. **b** *in ecclesia vel monasteriis*: GENNAD. vir. ill. 7 collegas -ae suae (*i. Pachomii; eiusdem*: 8). AVG. in euang. Ioh. 41, 10 l. 3 ordinandus . . . ad -am ecclesiae (*cf.* ORIG. in Matth. ser. 49 p. 107, 6 *praepositi ecclesiae* non bene dispensaverunt -am suam). serm. 356, 15 anno -ae suae (*sc. presbyteri*). LIBERAT. 17 Conc.^{S} II 5 p. 131, 29 *imperator* -am ei *Iohanni antistiti monasterii* abstulit. BENED. reg. 65, 20 *praepositus* deiciatur de ordine -ae (*var. l.* praepositi).

2 *deorum, angelorum*: AVG. civ. 4, 8 p. 156, 14 D. *Cuninae deae* -a parvulorum cunas non permittebatur excedere. cons. euang. 1,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

29, 45 p. 45, 22 *dei* partium praepositi (*e. g. Neptunus, Silvanus*) ... necesse est ut sub illo sint, qui omnium elementorum et universae huius molis -am gerit. enchir. 15, 58 quae ... sint differentiae -arum *in societate angelorum*. gen. ad litt. 11, 19 p. 352, 1 pro recte gestis -is suis (*antea*: angelos mundanis ministeriis distributos).

praepositus *v.* praepono. **praepossi-** *v.* praeposi-.

[**praepossum** *v. p. 767, 36.*] *Rosellini.*

praeposterātio, -ōnis *f.* *a* praeposterare. *i. q. actio praeposterandi, sc. ordinis inversio*: AVG. mus. 3, 9, 20 nisi me illa -o sevocaret (*antecedentia v. l. 29*). GLOSS.^{L} III Abol. IO 8 ⟨h⟩isterologia: -o sermonis (*cf. p. 782, 28*).

praeposterātus *v.* 1. praepostero. **praeposterē** *v.* praeposterus.

praeposteritas, -ātis *f.* *a* praeposterus. [*in inscr. falsa* CIL X 193*.] *i. q. status praeposterus, sc. ordinis perversitas*: ARNOB. nat. 3, 30 si aer illa *Iuno* est, quemadmodum vos ludere ac dictitare consuestis Graeci nominis -e repetita (*sc.* Ἥρα *in* ἀήρ *mutato*).

praeposterito, -ātum, -āre. *a* praeposterare. *i. q. praeposterare*: VIRG. gramm. epit. 13 p. 82, 15 ordo pene totius testimonii -tus est.

1. *praepostero, -āvī, -ātum, -āre. *a* praeposterus. *legitur inde a saec. IV; inter formas praevalet p. p. p.*

i. q. praeposterum facere, invertere, commutare (*accedit abl. indicans, quo mutatio fiat,* AVG. *l. 60*): **1** *spectat ad seriem inversam, ordinem commutatum*: **a** *in scriptis vel dictis agitur de ordine verborum vel argumentorum, qui contrarius est consuetudini, logicae, ordini rerum sim.*: *α sine obi.*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 5 (*sim.* rec. Hier.; *de prophetiarum verbis temporibusque rerum ordini contrariis*) spiritus sanctus ... -at et percurrit usque ad novissimum tempus; rursus tempora superiora repetit *eqs.* AVG. mus. 3, 9, 20 si membra aequalia sint in versu, nonne -ari poterit, ut prima pars sine discrimine ultima et ultima prima fiat? ARNOB. confl. 2, 13 p. 289^{C} -ans repetit.

β obi. indicat id, quod translatione partium sim. mutatur: -atur ordo: MAR. VICTORIN. gramm. VI 108, 6 o. -tus *hemistichiorum*. GAVDENT. serm. 5, 1 G. lectionis. PELAG. in Rom. 2, 24 -to o. ante posuit testimonium, quam diceret scriptum. TRACT. Pelag. 6 p. 138 dicendi. AVG. quaest. hept. 4, 16 p. 326, 17 verborum (*de anastrophe*). PS. ORIG. tract. 16, 7 B. de -to o. disserendum est, quoniam saepenumero in scripturis divinis ita invenimus scriptum, ut quod prius factum est postea ponatur et quod postea futurum est prius adnuntietur. 16, 9 *ut spiritus sanctus* -ret ... ordines prophetiae. *al.* *-antur alia*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 152, 22 horum *verborum* -to situ. IVLIAN. in psalm. 9, 35^{a-b} haec est consequentia: 'quoniam vides ...'; quod -ans posuit: 'vides quoniam'. PS. ORIG. tract. 16, 10 B. -ta serie scripturae. CASSIOD. in psalm. 21, 29 (34) versus -tus. *al.* *γ obi. indicat potius partes, quae transferuntur*: PS. ORIG. tract. 16, 8 B. -antur verba divina (PS. PRIMAS. in II Cor. 8 p. 572^{A}). EPIPHAN. Avell. p. 765, 3 *Ioseph in enumeratione filiorum exod. 1, 5* -tus est (*cf. p. 764, 29* postremus nominatus est). CASSIOD. in psalm. 44, 13 ordo ... verborum -tis sermonibus explanatur. 52, 5 verbum -tis syllabis patet (*sc. 'ne non' pro 'nonne'*).

b *cetera exempla*: AVG. serm. 87, 3, 4 (*ad Matth. 20, 16*) facti sunt novissimi primi et primi novissimi, aequando, non -ando. PS. FVLG. RVSP. serm. 56, 3 (*loq. Iohannes baptista*) domine, -asti conditionem meam (*i. nativitati tuae anteposuisti, nisi fallimur*). VEREC. in cant. 2, 21 l. 40 D. perversus ... est -tus vel reciprocus, qui inferiora sua (*i. carnem*) exaltat, superiora (*i. spiritum*) vero deicit. CASSIOD. in psalm. 77, 9(12) -tis manibus *Iacob dextera minori, sinistra maiori benedixit* (*sec. gen. 48, 14* commutans manus).

2 *spectat ad quamlibet commutationem*: AVG. c. Cresc. 2, 9, 11 p. 369, 14 ita sunt omnia falsis vera -ta, ut *eqs.* serm. 48, 2, 2 quod faciebas, corrige; -a, et rectum erit *iudicium tuum*. PACAT. c. Porph. frg. 6 (ed. Harnack, SB Berl. 1921 p. 275) Romana eloquentia haec nomina (*sc.* '*virgo*' *et* '*mulier*') -vit. CASSIOD. in psalm. 51, 6(4) *antichristus* -tis moribus atque confusis diligit iniquitatem.

p. p. p. praeposterātus *ponitur fere pro adi.* praeposterus *in iunctura* -tus ordo *e. g. l. 33. 37.*

deriv.: praeposteratio, praeposterito.

2. praeposterō *adv. v.* praeposterus.

***praeposterus,** -a, -um. [*a* prae *et* posterus; *compositum q. d. bahuvrīhi notionis l. 79 descriptae. Sch.*] NOT. Tir. 51, 92 (*interpretamento non perscripto*). *compar. et superl. desunt, sed cf. adv.* GLOSS. -us: ἀκατάλληλος. -um: iniquum. **-a**: perversa in posterum quod ante (*vel* antea) debuit. *v. etiam sub IA2.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} -α· πρωθυστέρα (*cf. p. 782, 17. 24*). *legitur in oratione soluta inde a* CIC., SALL., *frequentat* FIRM.; *poetis deest praeter* LVCR., OV., MANIL., CE; *recipitur in serm. iuris gr. l. 74. p. 782, 63.* [*in codd. confunditur cum* praeproperus PLIN. nat. 10, 49 HIL. in psalm. 1, 3 p. 22, 1 CONST. Sirmond. 1. *al.*]

vox primitus significasse videtur ea, quae posteriora habent priora, itaque adhibetur de eis, quae fiunt vel agunt ordine inverso, ratione commutata, aliter ac fieri debent vel solent. dicitur plerumque in malam partem, sed in neutram partem hic illic sub I, e. g. p. 782, 19. 32. 36. 50; coniungitur cum perversus *p. 782, 67. 81. 783, 14. al., cum* praeproperus AVG. in psalm. 122, 5 l. **31** (*cf. p. 783, 32*), *sed opponi videtur* PLIN. *l. 48, ut de vi praeverbii q. d. auctiva cogitare possis (vix etiam l. 50); in notionem q. e. posterus vergere videtur* HIL. *l. 54. 75. cui quid contrarium sit vel a quo discrepet, indicatur per dat. p. 783, 11, praepos.* ab *l. 54*, quam *l. 19.*

I *strictius respicitur ordo commutatus, series inversa, a solito discrepans*: **A** *de rebus*: **1** *adi.*: **a** *pertinet potius ad ea, quorum partes inversae sunt vel quae ordine inverso agunt aut fiunt, ponuntur*: *α varia*: CIC. dom. 140 -is verbis, ominibus obscenis ... omnia aliter *ac debuit fecit Clodius* (HIER. epist. 57, 7, 3 in Hebraeo ... v. -a sunt. PELAG. in II Cor. 8, 3 v. -is hoc dicit [prop- *var. l.*]. *cf.* PLIN. nat. 28, 11 ne quod verborum praetereatur aut -um dicatur *in formulis sollemnibus*). Lael. 85 -is ... utimur consiliis *amicos prius diligentes postea iudicantes*. LVCR. 4, 833 omnia perversā -a sunt ratione, *si doctrinae effectum causae praeponimus*. MANIL. 2, 783 cura. PLIN. nat. 7, 46 augurium -i natalis (*ad rem v. B3*). 16, 178 -o more velum intra malos *suspensum*. TAC. dial. 26, 3 illa foeda et -a ... exclamatio. COD. Iust. 4, 16, 5 (*a. 294*) petitio. CHALC. comm. 240 *speculum quoddam* resupinas ostentat imagines et simulacra -a. MAR. VICTORIN. gramm. VI 171, 1 *iambelegum* -um, quam superior ⟨epodus⟩ (*sc. elegiambus*) habetur, induxit sic *Horatius*. HIER. in Ezech. 30, 20/26 l. 1462 -am narrationem (*opp.* historiae ordo). CE 1478, 1 hunc leges leti -ae eripuere matri (*cf.* 1479, 1 si non fatorum -a iura fuissent [*v. adn.; idem versus exstat* 1480, 1. 1481, 1. 2126, 7. *al.*]. *v. etiam* proposterus). INST. Iust. 3, 19, 14 -a *stipulatio* (*cf.* THEOPH. inst. Iust. 3, 19, 14 ἡ -a ἐπερώτησις). *al.* *β* -us ordo: LVCR. 3, 621 membrorum ut numquam exsistat -us o. (LACT. opif. 6, 13). MANIL. 2, 764 nisi *praecepta* constiterint primis fundata elementis, ecfluat in vanum rerum -us o. SACERD. gramm. VI 466, 15 hysterologia ... sensuum habet cum verbis -um o. (*sim.* DIOM. gramm. I 461, 16. *ceterum de ordine verborum consuetudini, rationi sim. contrario*: DON. gramm. IV 401, 9 [*de anastrophe*]. SERV. Aen. 1, 292 o. -us *est*. HIER. in Dan. 6, 1 l. 237 in Matth. 1, 1. *al.*). LACT. inst. 6, 4, 12 *deus in duabus vitae viis eadem* ostendit ..., sed o. -o atque converso. AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 40. HEGES. 2, 6, 1 p. 141, 26 -o o. gener filio praelatus. HIER. in Am. lib. 3 praef. -o o. atque confuso ... opus ... coepimus. *et saepius.* *cf.* -a ordinatio: CLAVD. DON. Aen. 1, 175 p. 41, 9 -am o. posuisse Vergilium. *γ* -um est (-a res est) *cum struct. verb.* (*cf. l. 56*): PS. QVINT. decl. 18, 14 -a res est filium occidere, deinde erubescere (*item pendet inf. vel acc. c. inf.*: PAVL. dig. 35, 2, 63 pr. *est* -um ante nos locupletes dici, quam adquisierimus. CHALC. comm. 31 ad priorem tractatum retrorsum iri. AVG. fid. et op. 1, 1 util. cred. 16, 34 p. 43, 12). SALV. epist. 4, 23 ut de maioribus ad minora veniamus.

b *pertinet potius ad ea, quae tempore alieno sunt vel fiunt, sc. ad praematura vel sera* (*certiora, cetera v. sub a*): CIC. Sull. 91 o -am gratulationem *consuli designato, sed postea damnato oblatam*. SEN. contr. 9, 5, 14 tam ⟨sera pietas aut⟩ tam -a (*suppl. sec.* exc.). SEN. epist. 23, 1 quam -um frigus *sit vere* (*cf.* PLIN. nat. 18, 208 aestivas ... alites ⌊-i aut praeproperi⌋ rigores necant, hibernas aestus [-e aut (prae)propere *fere trad.*]). PLIN. nat. 10, 49 -i ... vespertinique cantus *gallorum* (praeproperi *var. l.*). 16, 118 maiora sunt pretia -is *ficis*. 17, 12 frigora, quae ... -is fiunt horis (*in eadem re* 17, 216 -o die [*opp.* suo]. *ceterum cf.* CLAVD. DON. Aen. 10, 95 p. 306, 2 -o ... tempore). PLIN. epist. 6, 5, 3 *oratio* sera et intempestiva et -a. HIL. trin. 12, 51 *Christum* natum ... ante omnia: ut nativitas tantum testetur auctorem, non -um aliquid in se ab auctore significet. COD. Theod. 7, 22, 11 pr. -a ... ac sera petitio. *al.* -um est *cum enunt. secund.*: CLAVD. DON. Aen. 12, 155 p. 572, 28 ('non lacrimis hoc tempus') -um est ..., quod plangis. AVG. in euang. Ioh. 8, 12 l. 15 si ante moreretur *Christus*, quam discipulos elegisset, certe -um esset.

2 *neutr. pro subst.* (*cf. l. 77*): AMBR. in psalm. 118 serm. 4, 12, 2 ordinem nescire faciendi non est perfectae cognitionis: offendunt plerumque -a. COD. Iust. 6, 23, 25 -i reprehensionem ... tollimus (*cf. supra l. 24 et* THEOPH. inst. Iust. 3, 19, 14 ἐπερωτήσεως τὸ τοῦ -u πάθος [*ibid. iterum*]). *addas fortasse*: GLOSS. -um: ὑπερβατόν. πρωθύστερον, ὑστερόπρωτον, ὑπερβατόν.

B *de hominibus*: **1** *qui agunt ordine vel tempore alieno*: CIC. Cluent. 71 *Staienus*, ut erat semper -us atque perversus, initium facit a Bulbo. SALL. Iug. 85, 12 *consules facti praecepta legere coeperunt*, -i homines; nam gerere quam fieri tempore posterius, ... usu prius est. HEGES. 2, 1, 2 p. 130, 13 ut -i litigatores cadant causa. AVG. in euang. Ioh. 8, 12 l. 6 si ante exeamus quam opus est, nonne perversi et -i sumus? ord. 2, 7, 24 ne nos -os et inordinatos esse patiamini. in psalm. 118, serm. 22, 8 ne quisquam -us, antequam habeat humilitatem ..., velit ad altitudinem sapientiae pervenire (*opp.* ordine). **2** *qui nascuntur postea, sero* (*cf.* HIL. *sub A1b*): HIL. trin. 1, 11 *non* -um ex deo deum sentiens, quia in principio apud deum esse deum conperit (*nisi neutr. pro subst.*). **3** *qui nascuntur pedibus antecedentibus* (*cf. supra l. 15*): DAMIG. lapid. 16 -um eiicere infantem.

II *laxius respicitur quaelibet mutatio usus vel moris sollemnis*: **A** *de rebus*: **1** *exempla varia*: CIC. Rab. Post. 37 quid tam perversum ⟨atque⟩ -um dici aut excogitari potest? de orat. 3, 40 ne quid perturbatum ac discrepans aut -um sit *in verbis prolatis* (*fort. spectat ad usum temporum ut* 3, 49 non -is temporibus *loqui*). PLIN. nat. 2, 156 ne laquei torqueret poena -a incluso spiritu, cui quaereretur exi-

[Newman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus. Tac. hist. 3, 78, 3 Antonius -o obsequio . . . crimen meruit. ann. 16, 17, 3 Mela . . . petitione honorum abstinuerat per ambitionem -am. Firm. math. 2, 30, 13 -ae cupiditatis instinctu (*al.* err. 5, 3. 12, 5 -as Martis c. Const. Sirmond. 1 [praepropera *var. l.*]). 7, 15, 1 ad puerorum concubitus -o amore *impelli* (8, 6, 5. 8, 28, 2 err. 7, 1). Chalc. comm. 77 motu -o *planetarum* (*cf. Theo Smyrn. p. 150, 18* ποικίλης καὶ ἀνωμάλου). Serv. auct. Aen. 1, 150 (*e Cornuto*) ne -um sit 'faces velle' (*sc. pro 'faces volare', si locutio vituperatur; sin ordo actionum respicitur, pertinet ad p. 782, 36*). Avg. doctr. christ. 3, 16, 24 usum . . . perversum . . . atque -um. trin. 11, 5 l. 36 superba et -a et . . . servili libertate. *al. accedit dat.* (*sec.* contrarius *sim.*): Ov. trist. 1, 8, 5 omnia naturae -a legibus ibunt (legibus *vix abl. cum* ibunt *iungendus*).

2 -um est *cum struct. verb.*: **a** *pendet* ut (*cf. p. 782, 41*): Cypr. mortal. 18 quam -um est quamque perversum, ut . . . postulemus *eqs.* Ps. Hier. epist. 41, 14 quam indignum est atque -um, ut iusti confundantur . . . et peccatores glorientur. Boeth. cons. 5, 3, 15 W. **b** *subaudiendus est inf.*: Avg. serm. 330, 4 (*ad Petrum*) noli velle corrigere *Christum*; perversum est, -um est.

B *de hominibus, qui contra rationem, more perverso agunt* (*vergit in usum subst. l. 24 sqq.*): Cic. Pis. 92 noster hic -us imperator amissorum oppidorum *eqs.* fam. 15, 17, 1 -os habes tabellarios; . . . cum a me discedunt, flagitant litteras, cum ad me veniunt, nullas adferunt. Firm. math. 1, 2, 3 Hispani elata iactantiae animositate -i (*item accedit abl.*: 3, 3, 11 libidinosos et circa amores insana cupiditate -os [3, 6, [29. 4, 12, 3 sacrilego . . . errore. 4, 19, 13 mentis calore. 5, 2, 18 insano furore). 3, 3, 16 *Iuppiter facit* -os. Avg. in epist. Ioh. 8, 2 perversi homines videte quam -i sunt. serm. 351, 4, 11 tam sunt . . . isti absurdi et -i et miseri, qui . . . malos mores imitari eligunt.

adv. **ˢpraeposterē.** *compar. l. 57, superl. deest.* Gloss. V 135, 39 -e faciam: anteponere postrema prioribus faciam.

i. q. modo praepostero: **1** *strictius respicitur series inversa, ordo commutatus* (*iuxta ponitur* praepropere *l. 38 sqq. 43*): **a** *in rebus variis*: Cic. Att. 7, 16, 1 *litteras* primas -e, reliquas ordine *redditas esse.* Plin. nat. 2, 24 calceum -e inductum (*cf. Suet. Aug. 92, 1* perperam ac sinister pro dextro). Vlp. dig. 50, 10, 1, 1 -e visus est petere exonerari priore *munere* utrisque iam implicitus. Avg. epist. 120, 4 videat, quam -e ante fidem poscat rationem. c. epist. fund. 36 p. 241, 8 praepropere . . . ac -e quaesivit, unde esset *malum*, quod primo non quaesierat, quid esset (in psalm. 120, 1 praepropere et -e. serm. 33 A, 1 L. *cf.* serm. 126, 1, 1 praepropere et -e intellegentiam requirentibus). in psalm. 95, 7 si -e prius esse volueris magnificus (Qvodv. symb. 3, 2, 2). 119, 1 l. 57 (*ad Matth. 20, 22 sqq.*) *Christi discipulos* praepropere et -e de honoribus cogitare. serm. coll. Morin p. 402, 2 *Petrus mori promittens* (*Ioh. 13, 37*) ibi -e amavit . . .; postea *eqs.* Inst. Iust. 3, 19, 14 inutilis erat stipulatio, quia -e concepta est. **b** *in verbis, dictis, argumentis proferendis*: Cic. ac. 2, 66 ut -e tecum agam iam (mox referam me ad ordinem). Fest. p. 261 errorem hominibus intervenisse -e plurimis enuntiantibus *proverbium quoddam.* Bass. gramm. VI 268, 2 commata . . . -e posita (Epiphan. Avell. p. 768, 4. Prisc. gramm. III 24, 15 praepositiones [27, 8]. 29, 19. *cf.* 39, 17 componitur). Plin. epist. 3, 9, 28 sed, quamquam -e, reddetur *quod praeterieram.* Chalc. transl. 34^{C} hominibus mos est passim -eque et sine observatione ordinis fari (*perperam pro gr. εἰκῇ ut* comm. 26 -e de *corpore* . . . ante quam de inspiratione animae disputatum *est. cf. Cic. Tim. 21* inconsiderate ac temere). Hier. in Ier. 21, 1—2 *in prophetis* -e, quod iuxta historiam postea factum sit, prius referri *eqs.* Pomp. gramm. V 236, 24 -ius usus es re olim facta ante rem paulo post factam (Prisc. gramm. III 104, 19). 295, 13 (*de cacosyntheto*) *quae* -e scribuntur (*opp.* per naturam). Prisc. gramm. III 27, 6 nisi -e proferantur *praepositiones* (*al. apud eundem*). 128, 7 licet . . . et -e haec dicere (142, 15 converso ordine -e).

2 *laxius respicitur quilibet modus perversus, confusus, absurdus*: Cic. div. 2, 146 nihil tam -e, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus somniare. Fronto p. 133, 22 v. d. H. ne *verba* in oratione -e ut in temulento ac perturbato convivio conlocentur (*nisi ad Ib*). Gell. 2, 8, 1 imperfecte atque -e atque inscite syllogismo *uti.* Lact. ira 22, 4 -e agitur ut humana divinis tribuant auctoritatem, cum potius humanis divina debuerint (Avg. serm. 37, 23). Avg. divers. quaest. 68, 3 l. 101 recte et non -e audies *mysteria fidei* (posterius *var. l.*). Facvnd. defens. 5, 5, 12 si a nobis eam *rationem* importune atque -e sibi flagitent dari.

adv. **praeposterō.** *i. q. praepostere*: Sen. epist. 3, 2 -o officia permiscent, qui . . . cum amaverunt iudicant et non amant cum iudicaverunt (ordine -o *cod. b corr.*).

deriv.: praeposteritas, 1. praepostero. *Newman.*

praepōtātio: quando quis plus bibit ceteris Gloss. II 590, 14. *si interpretamento fides habenda, vox formationis audacioris est, sc. substantivo* potatio *ope praeverbii* prae *aucto. non huc pertinet* Gloss. -o: *πρόποσις* (perpotatio *recte trad.*).

ˢpraepotēns, -entis *adi.* *a* prae *et* potens. Not. Tir. 41, 17. *de formis: abl. sing.* -e *trad.* Liv. 5, 33, 3, -i Avg. civ. 7, 17 p. 296, 7 D. *al.; gen. plur.* -ium *inde a* Cic. Lael. 54, -um *discrepantibus codd. praefertur ab edd.* Salv. gub. 4, 20 Cassiod. var. 2, 25, 2. 8, 31, 5; *acc. plur.* -is *trad.* Liv. 45, 26, 7. Schol. Cic. Bob. p. 159, 4 (-es p. 139, 23). *compar.* -ior Serm. Arian. frg. 10 Avg. gen. ad litt. 4, 7 p. 103, 5 *al.; superl. deest, cf.* quamvis -s Cic. off. 1, 109 Philipp. in Iob 38 p. 753^{C}, tam -s Vitae patr. Iurens. 65 M. *corripitur syllaba prima* Carm. de resurr. 177. *legitur in poesi singulis locis apud* Plavt., Acc., Trag. inc., Octaviam, Avien. *al., quattuor* Prvd., *in prosa oratione inde a* Cic., Liv. [*variat in codd. cum* praeponens Cic. rep. 1, 66 Hier. in Ezech. 34, 1—31 l. 186. *al.*]

i. q. valde vel nimis potens (*sed vis praeverbii temporalis fortasse intellegenda est p. 785, 28; respectus potestatis in alios exercendae evanescit sub 1a et p. 785, 13; usurpatur in malam partem maxime l. 39. 47*). *accedunt determinationes indicantes: 1) quo respectu quis (quid) praevaleat per abl. saepe, e. g.* opibus Trag. inc. 150 Liv. 7, 31, 6 Plin. nat. 36, 42, armis *l. 82,* viribus *l. 65 et p. 785, 7, per praepos.* in *c. abl. l. 34 sqq. al.* (*cum gerund.* Serv. Aen. 11, 340); *cf. abl. loci* Cic. *l. 52. 2) quis (quid) superetur, postponatur per praepos.* inter *l. 33. 56. 69,* in *c. acc. fortasse p. 785, 36, gen. partit. l. 58, ? dat. p. 785, 32 (vix etiam l. 65), abl. compar. iuxta compar.* -ior *l. 44. p. 785, 30, vix etiam iuxta posit.* -s *l. 65. 3) quis (quid) in potestate sit per gen. p. 785, 4 et quater sub 2.*

1 *de hominibus (de qualibet creatura p. 785, 10) vel de rebus ad homines pertinentibus, qui* (*quae*): **a** *qualibet praestantia praevalent vel excellunt: de ipsis hominibus vel civitatibus*: Plavt. Poen. 1182 (*v. quae monuimus p. 285, 5*) -es pulchrae (-e *var. l.*) pacisque potentes, soror, fuimus (*quae ceteras forma superavimus; sim. de Aenea fere divina forma praedito*: Serv. Aen. 1, 594 et sui gratia -s et matris auxilio). Arnob. nat. 3, 31 Aristoteles . . . vir ingenio -s atque in doctrina praecipuus. Firm. math. 3, 13, 10 imperatores . . . felicitate et iustitia -es (*nisi ad b*). Filastr. 129, 3 *David* velox ac -s commentator . . . scripturarum. Serv. Aen. 3, 113 Atalante -s cursu. 10, 201 ('Mantua dives avis') maioribus -s (*cf.* Sidon. carm. 9, 230 Corduba -s alumnis). Amb. in Luc. 4, 26 aliquem . . . virtutibus clarum, signis et operibus -em (*cf.* Svlp. Sev. dial. 1, 20, 8 *sanctus quidam* -s, . . . signis atque virtutibus . . . vulgatus). Rvfin. hist. 3, 24, 4 *Paulus* inter omnes apostolos eruditior . . . in verbis videtur et in sensibus -s ([*gr. δυνατώτατος . . . τὲ ἰκανώτατος*]. Orig. in Rom. 9, 2 p. 1208^{C} non solum in sermone, sed et in s.). Orig. in num. 13, 4 p. 113, 16 Balaam famosissimus erat in arte magica et in carminibus noxiis -s (*nisi ad c*). *al. de hominum partibus, institutis, qualitatibus sim.*: Cic. de orat. 1, 193 (*cum levi quadam reprehensione*) *si* quem ista -s et gloriosa philosophia delectat — dicam audacius — . . . disputationum suarum *fontem habet studium iuris.* Filastr. 138, 4 illorum primorum *credentium* virtus -s (*opp.* infirmitas *posteriorum*). Avg. gen. ad litt. 4, 7 p. 103, 5 validior et -ior . . . ratio non eis *corpusculorum simulacris* adnuit (lib. arb. 2, 36 *rationem* illis *sensibus* -iorem esse). Cassiod. var. 2, 40, 7 Musaeum . . . Maronis -s lingua concelebrat (*Aen. 6, 667*).

b *opibus vel potestate, auctoritate sim. cives vel populos finitimos superant et in eos dominantur* (*in malam partem cum respectu iniquitatis sim. e. g. l. 54. 70. 72*): *α adi.* (*sc. de hominibus vel coetu eorum, sed de aetate -is cuiusdam* Tac. ann. 3, 48, 2): Trag. inc. 150 vir . . . opibus -s (Cic. Rab. Post. 44 bonitatem inusitatam claris ac -bus v. Liv. 45, 26, 7. Sen. benef. 5, 4, 2 a -bus v., . . . a principibus dico, a regibus). Cic. Balb. 34 -s terra marique Carthago. fin. 2, 57 *improbum quendam callidum et* -em, ut M. Crassus fuit. off. 1, 109. Liv. 5, 33, 3 *uxor corrupta* ab Lucumone, . . . -e iuvene et a quo expeti poenae . . . nequirent. 7, 31, 6 ille -s opibus populus *Campanus* (21, 52, 3). 37, 53, 22 *Masinissam* -em inter Africae reges fecistis. 42, 50, 6 *Carthaginiensibus Romanos* -em finitimum regem inposuisse (Avien. ora 277 rex . . . superbus omniumque -s, quos gens habebat. Prvd. psych. praef. 40). Sen. contr. 2, 4, 13 -i tunc M. Agrippae. Val. Max. 6, 2, 4 -i defensori *Pompeio.* 7, 2, 1 -ia imperia . . . nimia quiete in desidiam resolvi. Sen. dial. 5, 13, 7 hominum -ium potestate (Rvfin. hist. mon. 29 p. 455^{B} tribuni, divites h. et -es. Salv. eccl. 3, 90). 11(12), 7, 8 incertum est, utrum caeli gravitas an -is Italiae conspectus *Graecos e Corsica fugaverit.* Octavia 37 -em . . . domum stirpemque Claudi. Cvrt. 6, 9, 11 (*verba Alexandri*) *Philotas* apud multos . . . duces meis -s viribus (*abl. instr.; dat. vel abl. compar. intellegunt alii*). Plin. nat. 1, 35, 58 qui et quorum liberti -es ([*cf. 35, 201* quos . . . potiri rerum vidimus]. Tac. hist. 1, 7, 3. 3, 47, 1). 36, 42 *artifices quidam* opibus -es. Tac. hist. 1, 59, 1 *Iulius Civilis* -s inter Batavos. ann. 3, 48, 2 ceteris haud laeta memoria Quirini erat ob . . . sordidam . . . et -em senectam. 15, 64, 4 *Seneca* praedives et -s. *al.* *β masc. pro subst.: plur.* -es: Cic. rep. 1, 66 *populus* magistratus . . . arguit, -es, reges, tyrannos vocat (*Plat. rep. 8 p. 562^{d} μιαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς*). Lael. 54 multorum opes -ium excludunt amicitias fideles. Val. Max. 7, 2 ext. 14 *legibus* humiles et pauperes constringi, divites et -es non alligari. Colvm. 1, 3, 12 more -ium. Plin. nat. 12, 93 ob iniquitatem -ium. Tac. hist. 2, 91, 3 neminem ex -bus. ann. 5, 2, 2 *facetiae*, quarum apud -es in longum memoria est. Itala psalm. 67, 31 (Iulian. epit. *ad l.*) collectio -ium (*gr. Symm. παμμεγεθῶν, cf. Hier. psalt. sec. Hebr.* congregatio fortium). Cod. Theod. 13, 3, 8, 2 patrocinio -ium. *al.* *sing. compar.* -ior: Salv. gub. 4, 74 cum . . . -iori cuidam supplicarem.

c *armis vel vi, efficacia sim. alios superant*: Liv. 9, 31, 6 -em armis Romanum *Samnites vincere non poterant* (Val. Max. 9, 14, 2). Val. Max. 5, 2, 8 Marii non solum praecipuus, sed etiam -s gratae men-

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis fuit impetus, *cum cohortes quasdam contra leges civitate donavit.* APVL. met. 10, 33, 2 virtute Martia -i ... Aiaci (*antea*: praepollens). FIRM. math. 3, 4, 13 *Mars stella* faciet -es horribiles duces (*nisi ad b*). HIL. in psalm. 128, 5 *ut ministri diaboli* numquam ... eorum, quos ... impugnaverint, -es sint. AMM. 15, 8, 2 nil esse ita asperum ..., quod -s eius *Constantii* virtus ... non superaret. SERV. auct. Aen. 1, 570 *Eryx* -s viribus advenas caestibus provocabat (CASSIOD. var. 3, 24, 2. 9, 18, 1). AMBR. epist. 3, 2 *tuum* munus non *est* ... ita -s (*codd. fere omnes*, praepollens *ed. Migne*), ut comprimeret querelam meam. PHILIPP. in Iob 38 p. 753^{C} nulla creatura est, quamvis -s et fortis, quae dei maiestati posset obsistere. *al.*

2 *de deis, angelis, natura, sideribus sim. nec non de rebus ad eorum potestatem pertinentibus* (*meram praestantiam respicit* VERS. metr., *vix etiam* ACC.): **a** *usu pagano*: ACC. praetext. 37 quod ad dexteram cepit cursum ... signum -s (*sc. sol*), ... rem Romanam publicam summam fore *portendit.* CIC. leg. 1, 23 *homines* parent ... -i deo (nat. deor. 2, 4 praesentem ac -em). nat. deor. 2, 77 non est ... natura deorum -s nec excellens, si ... subiecta est ... necessitati. div. 2, 42 rerum omnium -em Iovem. VAL. MAX. 2 praef. dives et -s naturae regnum. APVL. met. 11, 1, 4 deam -em ... sic adprecabar: 'regina caeli *eqs.*'. ARNOB. nat. 3, 21 *in caelo* sunt nemora, ⟨ut⟩ ⌞venationum⌟ -s habeatur in expeditionibus Diana (⌞ ⌟ *potius a* -s *quam ab* expeditionibus *pendere putaverim coll. p. 285, 33 sqq.*). VERS. metr. Diom. gramm. I 507 festa dies amoena luce -s. *al.* **b** *usu christiano*: ITALA II Macc. 3, 24 (rec. P) *qui* omnis potestatis -s est, magnalia fecit inlustria (*gr. πάσης ἐξουσίας δυνάστης, rec. L* omnis potestatis potens, *Vulg.* spiritus omnipotentis). MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 39 p. 1070^{B} deus, causa qui sit et -s et praeprincipium potentiae, ipse facit omnia (*vim temporalem praeverbii intellegendam putat Hadot; conferasne l. 55 sqq. ?*). SERM. Arian. frg. 10 deus ... celsis celsior, potentum viribus -ior *eqs.* COLLECT. Arian. c. pag. 7, 2 dominum deum nostrum ... et invisibilem adserunt et omnium -em (CARM. de resurr. 177 dominus ... clarus et -s cunctis micat ⌞in virtutibus ignis⌟ [⌞ ⌟ '*inter angelos igneos*' *Waszink, qui* cunctis *pro dat. accipit*]). PRVD. cath. 6, 101 -s ... extinctor Antichristi (*sc. Christus*). perist. 5, 473 o -s virtus dei, virtus creatrix omnium (Ps. ORIG. tract. 6, 39 B. *Christi*). AVG. epist. 102, 6 de -i valentia in inferiora corpora corporum superiorum (*sc. angelorum vel beatorum*) ... disputare. in psalm. 143, 17 (*ad Matth. 10, 34* veni ... mittere ... gladium) gladius ... utroque acumine -s, veteris et novi testamenti. *al.*

masc. pro subst. v. 1bβ.

deriv.: praepotentia.

praepotentia, -ae *f.* *a* praepotens (*sed sub 2 fortasse compos. e* prae *et* potentia *intellegendum*).

1 *vi praeverbii comparativa i. q. status praepotens*: APVL. mund. 26 Xerxes et Darius potentissimi reges fuerunt; horum -a⟨m⟩, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitae effecerat celsiorem (*gr. 398a12 εἰς ... ὑπεροχῆς ὕψος ... διεκεκόσμητο, sc. τὸ πρόσχημα*). TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 343, 27 *libertate homini concessa deus continet* in semetipso et praescientiam et -am suam. IVL. VAL. 1, 4 p. 8, 8 *Alexander* in orientis usque veniet -a possessionem. carm. 2, 11 (*Sarapis ad Alexandrum*) tu ... levatus nostra -a, quaecumque gens sit obvia, sternes manu (*gr. Hist. Alex. M. I p. 35, 19 Kr. ταγαῖσι ταῖς ἐμαῖς*). AVG. in Gal. 27, 3 *homines* omnes fiunt filii *dei* non natura ... neque ⌞-a et singularitate⌟ susceptionis ... sicut *Christus* ..., sed ... participatione (⌞ ⌟ per potentiam et singularitatem *var. l.*). *?* **2** *vi praeverbii temporali in sermone philos. i. q. potentia prior*: MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 4 p. 1239^{C} sunt vi sua et -a sua animae (*si sic legendum, v. ed. Gori 1986; antea*: non vi nec potentia qua futura erant, sed qua iam fuerant. *cf. l. 27*).

praepōto, -āre. *a* prae *et* potare. *i. q. προποτίζειν, antea potare* (*vi praeverbii non ubique manifesta; notio bibendi nusquam agnoscenda est*): **1** *cum obi. personae potione afficiendae* (*obi. supplendo l. 64; potio indicatur fere per abl., praepos.* ex *l. 64*): CAEL. AVR. acut. 3, 8, 88 *Heraclides* tetanicos ... clystere curat et -at iure gallinaceo. 3, 17, 159 *Diocles* -at et clysterizat (*sc. aegros*) ex abrotani semine ... et cumino *eqs.* 3, 17, 160 *Diocles aegros* -andos ... iubet etiam medicamentis. 3, 17, 163 inicit atque -at absinthio aegrotantes. chron. 1, 1, 20 erit aqua -andus aegrotus; tunc cibum sumere. 5, 10, 118 -andi sunt aegri decoctione fici. *al. apud eundem.* *in imagine*: IGNAT. Trall. 8, 1 praevidens seditiones iniqui praemonitione conforto vos ... -ans vos medicamine praemuniente (*nisi est versio medii aevi; gr. προποτίζων ὑμᾶς τὰ φυλακτικά*). **2** *cum obi. medicamenti potui dati*: CAEL. AVR. chron. 5, 10, 123 *si pus crassum non erumpit*, tenuantia adhibenda atque -anda, quae supra (*v. l. 67*) memoravimus.

praeprincipālis, -e. *a* praeprincipium (*pro* -pialis *sec.* principalis *formatum*). *i. q. ad praeprincipium pertinens* (*non nisi neutr. pro subst.*): MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 42 p. 1073^{A} *filius est* a -i principium natum, universale ab universali *eqs.*

praeprincipium, -ī *n.* *a* prae *et* principium (*sec. προαρχή formatum videtur*). *i. q. principium quod ante principium est, principium principii*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 49 p. 1078^{C} *unum exsistens ante omnia est* prima causa, omnium principiorum -um, omnium intellegentiarum praeintellegentia. 1, 60 p. 1085^{D} summus *νοῦς* -um universae substantiae. *ceteros locos v. supra p. 398, 24 sqq. 599, 46 sqq. 785, 28.*

deriv.: praeprincipalis. *Suter.*

praeproperanter *v.* praepropero. **praeproperē** *v.* praeproperus.

? **praeproperim:** ante factum GLOSS. IV 552, 11 (*quod def. Funck, Arch. Lat. Lex. 7, 1892, 492; sed rectius* praeproperum *intellexisse videtur Goetz in indice coll. l. 28*).

praepropero, -āre. *a* prae *et* properare (*nisi a* praeproperus, *maxime sub 2*). **1** *adv.* praeproperanter, *sec. part. praes. formatum, i. q. modo eius, qui ceteros antecedere properat* (*notionem q. e. praepropere intellegunt viri docti plerique, vix recte, v. quae exposui Invigilata Lucernis 7/8, 1985/6, 99 sqq.*): LVCR. 3, 779 animas ... certare ... -r inter se quae prima ... insinuetur *novo corpori animando.* **2** *forma finita* (*cf. var. ll. infra l. 74. p. 787, 6. 27*): GLOSS. II 157, 8 -at: *προπετεύεται* (*cf. II 147, 45* perperam ago: *περπερεύομαι, προπετεύομαι*).

⁂praeproperus, -a, -um. *a* prae *et* properus. *compar. et superl. desunt.* *legitur inde a* CIC., *in poesi non nisi apud* SIL., CE, CYPR. GALL. [*confunditur in codd. maxime cum* properus, *v. infra.*]

i. q. nimis vel valde properus: **1** *respicitur potius quando quid fiat, exsistat, adhibeatur, sc. de iis quae properando suum tempus praeveniunt, fere i. q. praematurus sim.* (*exempla certiora, cetera v. infra, maxime l. 56; cf.* GLOSS. -um: antea factum quod erat postea faciendum. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 633 -um: ante tempus festinantem [*hinc emendandum* GLOSS. praeporem: ante tempus festinantem. *ad adv.* praepropere *traxit Goetz*]): **a** *de rebus*: CIC. Att. 1, 1, 1 *Galbae competitoris* -a prensatio (*postea*: nos ... initium prensandi facere ... eo ipso tempore, quo *eqs.*). VAL. MAX. 6, 3, 6 *lacrimae* -o amori dabantur *ab Horatiorum sorore* (propero *fere trad., sed cf.* immaturus *in eadem re 8, 1 absol. 1 et Liv. 1, 26, 4*). PLIN. nat. 18, 208 praeposteri aut -i rigores (*v. p. 782, 48. cf.* AMBR. in Luc. 7, 16 ne -o [-e *var. l.*] calore vernantis corporis arva luxurient). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6 p. 554, 9 *lapsi* intellegant non momentaneam neque -am desiderare medicinam (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 17 p. 226, 17 ne eos -a [propera *var. l.*] sanitas insanabiles reddat). ARNOB. nat. 3, 10 p. 168, 4 M. -o partu septimanas edere ... feturas. HIL. in psalm. 134, 1 p. 695, 2 ne quid -um, ne quid inportunum ac tardum sit. ZENO 2, 18 (1, 39, 5 L.) de -ae (properae *var. l.*) mortis subitis damnis (CE 1164, 2). CE 652, 10 (*a. 368*) inpia -o vidi tua fata dolore. AVG. octo quaest. 8 l. 134 parvulum ... non mittes in -am passionem (*ad exod. 23, 19*). OROS. hist. 5, 5, 7 ut a pugna iniretur (*apud Cannas; huc trahitur* GLOSS. -a: fraehraedae [*anglosax.*]). **b** *de infantibus celeritate crescendi aetatem antecedentibus*: PLIN. nat. 1, 7, 17 -i infantes (*cf. autem 7, 76 ἐκτραπέλους* Graeci vocant eos: in Latio non habent nomen).

2 *respicitur potius quomodo quid fiat vel quis agat*: **a** *i. q. nimis properus, ut vergat saepe in vim q. e. praeceps, inconsideratus sim.* (*iuxta* praeposterus AVG. in psalm. 122, 5 l. 30 [*cf. p. 787, 31*]): **α** *de rebus* (*plerumque ad homines pertinentibus*): CIC. fam. 7, 8, 1 -am quandam festinationem *in familiaritate Caesaris appetenda* (10, 26, 2 adipiscendi magistratus ... -a f. VAL. MAX. 4, 1, 2 *Camillum* nec adversa -ā f. fugientem nec secunda effuso gaudio apprehendentem. PLIN. nat. 17, 191. CYPR. epist. 64, 1 immaturo tempore et -a f. [propera *var. l.*]. *al.; exempla iuncturae hic collegimus, sed quaedam etiam ad 1 trahere possis*). LIV. 22, 41, 1 temeritati consulis ac -o ingenio materiam etiam fortuna dedit (pro(s)pero *fere trad.; corr. sec.* 27, 33, 10 damnosa -a ac fervida i. imperatorum). 31, 42, 1 fatigatos ... equos virosque ... itineris ... -a celeritate habebat *Philippus.* PLIN. nat. 3, 46 urbium ... vicinitates oratione utique -a servari non posse ((pro)propera *var. ll.; sim.* HIL. coll. antiar. p. 102, 5 in eo sermone omnia esse -a, incomposita, confusa. HIER. epist. 7, 6, 3 -us sermo [properus *var. l.*]). SIL. 15, 754 hastam -o nisu iacit *frustra Hasdrubal.* TAC. hist. 2, 76, 4 *Othonem* -a ipsius desperatione victum *esse.* FRONTO p. 138, 9 v. d. H. -a placendi fuga. EDICT. imp. Constant. frg. Vat. 35, 5(6) caecitate -a et rei inquisitio⟨ne⟩ neglecta. VOPISC. Tac. 6, 2 nihil ab hoc (*sc. imp. Tacito*) immaturum, nihil prae⟨pro⟩perum ... formidandum est. AMM. 16, 12, 9 *ut* cautiorem viam potius eligamus ..., non -am et ancipitem (*12* dispositio tempestiva). SYMM. epist. 3, 4, 1 voluntate -a iudicare ([propria *var. l.*]. AVG. serm. 163, 7, 7). AVG. epist. 245, 1 nolo ... -am habeas in prohibendo sententiam (c. Parm. 1, 4, 9 in psalm. 139, 2 l. 38). CYPR. GALL. Ios. 74 -o ... recursu. *sim. al.* **β** *de ipsis animantibus*: CLAVD. DON. Aen. 7, 255 p. 41, 32 ('tandem ... ait') in causa ... tali non deberet inveniri -us *Latinus.* RVFIN. hist. 10, 28 *Lucifer* -us (-ans *var. l.*) ... Paulinum episcopum collocavit. MAX. TAVR. serm. 75, 1 M. tamquam -us

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ille *Petrus* differtur (*ad Ioh. 13, 36*). RVRIC. epist. 1, 14 equum ... animis temperatum nec -um ... velocitate nec pigrum ⟨tarditate⟩ (*suppletur sec.* 2, 35).

b *i. q. valde properus, admodum celer sim.* (*sc. in bonam vel neutram partem; pro compar. gr.* AMBR.; *sed vi praeverbii neglecta* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 637 -us: festinus): VITA Cypr. 2, 7 -a (-ata *var. l.*) velocitate pietatis paene ante coepit perfectus esse quam disceret. HIL. in psalm. 2, 46 ('adprehendite disciplinam') significationem inpatientis et velut -ae ad id voluntatis ostendit. Ps. AMBR. mans. 26 p. 29^{D} opus dei -am ... festinationem exigit. SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 125 ('festinare') in re -a; infinito modo pro indicativo usus est. VEN. FORT. vita Germ. 63, 171 cursu -o (-e, praepeti *al. var. ll.*) ad beatum Germanum cum clamore prosequitur. *neutr. plur. pro subst.*: AMBR. epist. 3, 5 F. praeponderant ... inlecebrosa rigidioribus et -a tardioribus (*cf. Philo fug. et inv. 159 νικᾶται ... τὰ βραδύτερα πρὸς τῶν ὠκυδρομωτέρων*).

adv. **ᴮpraeproperē.** *legitur inde a* SALL. (*si recte restituitur*), LIV., *in poesi non nisi* VEN. FORT. Mart. 1, 146. [*perperam coniciebatur olim* PLAVT. Mil. 363.]

i. q. modo praepropero (cf. GLOSS. inordinate et festinanter. inordinate, perverse. *sim. al.); pertinet ad actiones*: **1** *valde vel nimium festinas* (*cf.* SYNON. Cic. p. 441, 1 propere. -e. mature. cito. ocius. *eqs.*): SALL. hist. frg. inc. 1 ex parte cohortium -e (praecipere *et al. trad.*) instructa. LIV. 2, 45, 3 -e agere ([propere *var. l.*]. 22, 3, 5 ferociter omnia ac -e acturum *Flaminium consulem.* 22, 19, 10 raptim ... ⟨ac⟩ -e). 37, 23, 10 festinans ipse *Eudamus dux Rhodiorum* -e cum quinque solis navibus Hannibali occurrit (SCHOL. Hor. carm. 2, 5, 9 praegestientis: -e festinantis [(prae)properantis crescentis *codd. alii*]. AVG. serm. 285, 3. *cf. p. 786, 52*). VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 *rebus* adversis ⌞-e⌟ debilitari (⌞ ⌟ propere *vel* propriae *trad.; corrigitur sec. p. 786, 53*). IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 4 nec -e loquaris (*postea*: verba ... celeriter evolvere). AMM. 31, 12, 10 signa -e commoventur. AVG. c. epist. fund. 36 p. 241, 7 -e ... ac praepostere quaesivit, unde *eqs.* (*v. p. 783, 38 sqq.*; '-e' *potius ad morem agentis referam,* 'praepostere' *ad ordinem actionum*). *al.* **2** *ante suum tempus factas, praematuras sim.*: QVINT. inst. 12, 6, 2 (*quaeritur, qua quis aetate causas agere incipiat*) *ne* -e destringatur immatura frons. SVET. Otho 8, 3 expeditionem ... impigre atque etiam -e (propere *var. l.*) incohavit. SPART. Hadr. 6, 2 *Hadrianus* salutatus ... -e a militibus imperator (*sc. ante quam senatus decrevit*). RVFIN. Clement. 2, 13, 11 Niceta ultra non ferens -e respondit (*12* praeveniens ... inquit). AVG. mor. Manich. 2, 13, 28 ne in vestram incidam temeritatem, non id -e faciam, sed discutiam primo *eqs.* COD. Theod. 11, 36, 2 qui ... alterius auditorii -e iudicia poposcerit. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 18, 3 necdum absoluta, de qua agitur, quaestione, -e in aliam prorupisti. RVRIC. epist. 2, 26 p. 411, 12 -e (praeponere *trad.*) doctoris usurpat supercilium, nisi discipuli susceperit ante famulatum. *al.*

deriv.: cf. praepropero. *Massaro.*

*?***praepudium** *v. p. 788, 22.*

praepulcher, -chra, -chrum. *a* prae *et* pulcher. *i. q. valde pulcher*: IVVENC. 1, 427 -a ... lucra (perpulchra, preclare *sim. var. ll.*). 2, 139 -a ... vascula.

adv. **praepulchrē.** *i. q. modo praepulchro*: GLOSS. III 437, 54 *deus* temperans et solidans -e aptavit eundem *primum hominem* (*gr. εὐμόρφως*).

praepūrgo, -ātum, -āre. *a* prae *et* purgare. *i. q. antea purgare* (*cf. gr. προκαθαίρω*): CAEL. AVR. acut. 1, 5, 153 (*p. p. p. vergit in usum subst.*) *vinum convenire* -tis clystere vel sitientibus magis quam plenis cibo (3, 4, 41 eos ... c. -tos phlebotomamus). chron. 1, 4, 128 ut saepe imminente *epilepsiae* accessione per somnum iactu seminis aegri -entur (*cf. 5, 7, 81 seminis lapsus* alterius passionis ... antecedens fiet, ut epylemsiae). 2, 1, 39 quae *viae* sunt ex antecedentibus medicaminibus -tae. *Bk.*

praepūtiātio, -ōnis *f.* *a* praeputiatus. *gr. respondet ἀκροβυστία.*

1 *i. q. status praeputiati, incircumcisi* (*v. etiam p. 788, 74*): TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 582, 17 *Paulus* (*Gal. 5, 6, v. p. 789, 1*) -em negat quicquam valere in Christo sicut et circumcisionem (*item opp.*: p. 582, 20. monog. 6, 4 [*bis*]). monog. 6, 5 *Abrahae* fidei in -e iustificatae (*i. ante circumcisionem, sc. gen. 15, 6*).

2 *transfertur:* **a** *per metonymiam: ad homines incircumcisos, sc. gentiles* (*cf. var. l. p. 789, 17*): ITALA Eph. 2, 11 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 636, 3) nationes in carne, qui appellamini -o ab ea, quae dicitur circumcisio (*ed. Rhenani et ceterae vers.* praeputium). *ad ipsum praeputium*: ITALA lev. 12, 3 (Lugd.) die octava circumcidet carnem -em eius (*gen. gr. servant Monac. al.* praeputii; *Vulg.* circumcidetur infantulus).
b *in interpretatione spiritali ad statum eius, qui peccatis, vitiis non caret*: ITALA Col. 2, 13 (Tert. resurr. 23, *sim.* Hil. trin. 1, 13) cum mortui essetis delictis et -e (praeputio *var. l. apud Hil., cf. p. 789, 31*). TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 620, 19 *Paulus, sc. Rom. 2, 29*, praefert ... circumcisionem cordis ⌞-i⌟ (praeputi. atenim *Kroymann*).

praepūtiātus, -a, -um. *a* praeputium. **1** *de hominibus i. q. praeputium habens, incircumcisus*: TERT. monog. 6, 5 adeo ... Abrahae filius es ... -i, ut si circumcidaris iam non sis filius. PELAG. in Rom. 4, 11 (*de Abraham nondum circumciso*) iustitiae, quam -i (preputii *var. l.*) fides meruit (*item fere pro subst. masc.*: AVG. c. Iulian. 6, 7, 18 de quo *circumciso* -us tamen gignitur [*sim.* c. Iulian. op. imperf. 2, 73]. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 152 de -orum stirpe venientes. Ps. PRIMAS. in Rom. p. 432^{D}. 435^{A}. in Col. p. 655^{D} THEOD. MOPS. in Eph. 2, 11). Ps. HIER. in I Cor. argum. p. 27, 27 qui -us est. AVG. in Gal. 19, 4 utrum circumcisus carne an -us sit *Christianus.* Ps. AVG. quaest. test. I 44, 7 qui circumcisi corde -i sunt carne. **2** *transfertur ad rem, quae pertinet ad gentiles, praeputio ornatos*: TERT. adv. Marc. 5, 9 p. 604, 3 -i sacerdotii pontifex *Christus* tum in nationibus constitutus.

deriv.: praeputiatio.

praepūtio, -āre. *a* praeputium. *i. q. praeputium ducere, sc. masturbando* (*cf. l. 33*): SCHOL. Iuv. 10, 206 ('quamvis tota palpetur nocte *nervus*') fricetur, -etur (-pudietur *trad., corr. Barth*).

ᴮpraepūtium, -ī *n.* [*vocem compositam significare id quod in anteriore parte penis est apparet* (*ad formationem cf. e. g.* prae-furn-ium); *sed quae sit origo alterius partis, nemo adhuc explicavit. Sch.*] *scribitur* -pud- CYPR. GALL. gen. 1073 (*var. l.*). NOT. Tir. (*v. infra*), -pot- PRVD. ham. 783 *cod. A.* NOT. Tir. 45, 21^{a} praepudium (*nisi latet* propudium; *praecedit* repudium). *per synizesin legitur trisyllabum* CYPR. GALL. exod. 227. GLOSS. *ἀκροβυστία. mire* GLOSS.^{L} Corp. P. 695 -i: testi⟨s⟩. *legitur apud* VARRONEM (*semel*), IVV. (*bis*), *saepius inde ab* ITALA, *in versibus apud* PRVD. *et* CYPR. GALL. (*plur. pro sing. l. 33. p. 789, 24*); *non invenimus in sermone medicorum, cf. Adams, Latin Sex. Voc., 1982, 73.*

I *proprie i. q. cutis glandem membri virilis tegens* (*gr. respondet ἀκροβυστία ut etiam sub II*): **A** *cum vario respectu*: VARRO Men. 583 rotundus ... sine capite, sine -o (*affert* Sen. apocol. 8, 1, *ubi his verbis forma dei Stoicorum ridetur*). IVV. 6, 238 secretus adulter inpatiens ... morae ... -a ducit (SCHOL. Iuv. 7, 241). AVG. gen. ad litt. 12, 17 p. 404, 20 praeciso -o *pueri aegroti* (*sim. ibid.* p. 405, 21). GLOSS. V 493, 32 virorum -um.

B *respicitur Iudaeorum mos circumcidendi*: **1** *locutiones, quae actionem circumcidendi vel statum circumcisi indicant*: IVV. 14, 99 -a ponunt *studiosi religionis Iudaeorum* (CYPR. GALL. exod. 388. *cf.* CASSIOD. in psalm. 138 concl. 1. 501 -a deponebant). ITALA gen. 17, 11 (Lugd. *al.* = VVLG.) circumcidetis carnem -i vestri (17, 23 [Lib. iubil. 15, 11 = VVLG.]. *al.; cf.* circumcidere -um: ITALA exod. 4, 25 [Lugd. *al.* = VVLG.]. TERT. adv. Iud. 3, 1. *al.*; circumcisus -o: ITALA gen. 17, 14 [Lugd.; VVLG. -i caro circumcisa]. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 47, 3, 20. *sim. al., v. etiam vol. III 1123, 6 sqq.*). LACT. inst. 4, 17, 14 ut -um non haberet *homo* (SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 100. *al.*). RVFIN. Orig. in gen. 3, 5 p. 45, 20 in circumcisione -i (AVG. epist. 82, 11. *al.*). CYPR. GALL. gen. 589 maribus ... adimit -a ferro (*cf.* 1073 -a dempsit [Ios. 112]). *al.*

2 *locutiones, quae statum incircumcisi indicant*: **a** *cum praepos.* in (*nonnulla ad II A 1 referas, sed similia separare noluimus*): ITALA Rom. 4, 10 (cod. d *al., sim.* VVLG.) quomodo ... reputata est *fides Abrahae*? in circumcisione cum esset an in -o? ... in -o. 4, 11 (cod. d *al.* = VVLG.) fidei, quae est in -o (4, 12 [*ibid.*]. IREN. 4, 25, 1. VVLG. Ios. 5, 7 sicut nati fuerant, in -o erant. PROSP. vocat. gent. 2, 14 p. 699^{D} in -o naturali. *al.*). I Cor. 7, 18 (cod. d *al.* = VVLG.) in -o aliquis vocatus est? HIER. in Gal. 2, 7 sq. *Paulus* datus est ... in -o constitutis (AVG. civ. 16, 23 tit.). CONC.^{S} II 5 p. 37, 28 in -o vivis (*sec. Gal. 2, 14* gentiliter). *al.* **b** habere -um (*cf. l. 44*): ITALA gen. 34, 14 (cod. 101) homini, qui habet -um (*Vulg.* incircumciso). act. 11, 3 (cod. d *al., cf.* VVLG.) viros -a habentes. VVLG. Ier. 9, 26 HESYCH. in lev. 17, 8 p. 1004^{C}. *al.*

3 *exempla varia selecta*: ITALA I Macc. 1, 16 (recc. LB = VVLG.) fecerunt sibi -a *Iudaei desciscentes* (*cf.* I Cor. 7, 18 [cod. d *al.* = VVLG.] *circumcisus* non adducat -um [*spiritaliter explicant* HIER. epist. 128, 3, 1 non quaerat pellicias tunicas nuptiarum. PELAG. *ad l., ad observationem legis referens*]). VVLG. I reg. 18, 25 centum -a Philisthinorum (*quae sponsalia Saul a David petiit, ut* 18, 27 II reg. 3, 14. *inde* FVLG. aet. mund. p. 157, 7. 11 SVLP. SEV. chron. 1, 34, 7 sq. *al.*). AVG. in euang. Ioh. 30, 5 quisque cum -o nascitur (*sim.* c. Iulian. op. imperf. 2, 73. *cf.* pecc. mer. 3, 8, 16 quomodo -um ... maneat in eis, quos genuerint circumcisi. *al.*). *al.*

II *transfertur*: **A** *per metonymiam*: **1** *potius ad condicionem vel religionem incircumcisorum* (*cf. IB 2 a; opp.* circumcisio *passim*): ITALA Rom. 2, 25 sq. (cod. d *al.* = VVLG.) *si* praevaricator legis sis, circumcisio tua -um facta est; si igitur -um iustitias legis custodiat, nonne -um illius in circumcisione reputabitur? 2, 27 (*ibid.*) ⌞quod ex natura est -um⌟ legem consummans (⌞ ⌟ naturalis praeputiatio *cod. F Vulg.*). 4, 11 (*ibid.*) credentium per -um. I Cor. 7, 19 (*ibid.*) circumcisio nihil est et

[Maslowski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um nihil est (*sim.* Gal. 5, 6 [*ibid.; sim.* 6, 15] *nihil* valet ... -um). HIER. in Zach. 9, 9 sq. l. 225 utrumque ... populum, circumcisionis et -i (*sim.* AVG. serm. 248, 2, 2. 249, 2 EVAGR. alterc. p. 21, 3. *al.*). RVFIN. Orig. in num. 15, 4 nemo aut in circumcisionis antiquitate se iactet aut in -i novitate glorietur. AVG. serm. 10, 2 l. 48 praeter circumcisionem et -um nullum in hoc mundo religionis genus inventum est. Ps. AVG. quaest. test. II nov. 57 p. 474, 11. CONSVLT. Zacch. 2, 8 p. 65, 4 -um in vitiis reputat *dominus*. EVCHER. form. 9 p. 52, 10 -um: vita gentilis (*affert* I Cor. 7, 18 [*v. p. 788, 61*]).

2 *potius ad homines incircumcisos* (*an huc p. 788, 72. 74?*): **a** *sing. collect. fere omnes gentiles comprehendens* (*de certo coetu* HIER., Ps. AVG.; *opp.* circumcisio *passim*): ITALA Rom. 3, 30 (cod. g *al.* = VVLG.) *deus* iustificabit circumcisionem ex fide et -um per fidem. Gal. 2, 7 (cod. d *al.* = VVLG.) creditum mihi est euangelium -i. Eph. 2, 11 (cod. e *al.* = VVLG.) qui dicimini -um (*cf. p. 787, 69. explicat* PELAG. *ad l.* gentes -um, Iudaei circumcisio dicebantur). Col. 3, 11 (*ibid.*) ubi non est ... Graecus et Iudaeus, circumcisio et -um. IREN. 3, 5, 3 univit eos qui longe et eos qui prope, hoc est circumcisionem et -um (praeputiationem *var. l.*). 4, 25, 1 qui ex -o fideles sunt. HIER. in Ion. 3, 5 credidit -um et circumcisio permanet infidelis (*de Ninivitis ut*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 97, 9 -um inveniebat, quod illa circumcisio ... perdebat). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 54, 1 *Paulus* leges dat ... circumcisioni et -o. AVG. civ. 15, 26 p. 115, 31 D. duo genera hominum, circumcisionem scilicet et -um. in euang. Ioh. 115, 2 audi, circumcisio; audi, -um. *et saepius.* **b** *plur. sive de compluribus sive poetice pro sing.*: PRVD. ham. 783 *Orfa maluit* -a barbara (*opp.: Ruth* casto ... adscita cubili). AVG. serm. 10, 2 l. 52 universam -orum gentilitatem idolorum cultui deditam (*opp.* genus circumcisorum hominum).

B *in interpretatione spiritali ad varia peccata, vitia*: ITALA Ier. 4, 4 (Tert. adv. Marc. 1, 20 *al., sim.* VVLG.) circumcidimini -a cordis vestri (*item* VVLG. deut. 10, 16 [*ubi Itala Lugd.* duritiam cordis]. *cf.* HIER. in Ier. 4, 4 Symmachus posuit '... auferte malitias ...' -a vitium intellegens). Col. 2, 13 (cod. d *al., sim.* VVLG.) cum mortui essetis in delictis et in -o carnis vestrae (*cf. p. 787, 74. explicant* AVG. epist. 149, 26 -um vocavit, quod significatur -o, hoc est delicta carnalia. THEOD. MOPS. *ad l.* -um illud vocavit, quod adhuc circumfert mortalitatem). Ps. HIER. epist. 19, 11 p. 199^{C} ut ... ab omnibus -is nos dei amor ... exueret. 19, 15 p. 203^{C} omni ... -o circumcisus vitiorum. Ps. EPHR. Migne suppl. 4, 622 homines saeculi in erroris sui -o et gentilitate viventes. *al.*

C *per metaphoram ad partem arboris* (*fort. de fructibus*): VVLG. lev. 19, 23 quando ... plantaveritis ... ligna pomifera, auferetis -a eorum: poma, quae germinant, immunda erunt vobis *per tres annos* (*spiritaliter explicat* ISID. in deut. 4, 1 -a lignorum, *i. operum bonorum,* auferimus, cum ... primordia operum nostrorum non approbamus).

deriv.: praeputiatus, praeputio. *Maslowski.*

praequam *v.* prae *p. 372, 70 sqq.*

praequeror, -stus sum, -ī. *a* prae *et* queri. *i. q. antea queri, querendo praefari*: OV. met. 4, 251 (*Sol ad Leucothoen mortuam*) multa ... -tus 'tanges tamen aethera' dixit.

praequoquus *v.* praecox.

praeradio, -āre. *a* prae *et* radiare. **1** *transitive fere i. q. radiando superare* (*sc. obscurare*): OV. epist. 6, 116 Corona *Ariadnes* -at stellis signa minora suis. **2** *intransitive fere i. q. prae aliis radiare, praefulgere*: CLAVD. 10, 287 ante fores iam pompa *nuptialis* sonat pilentaque sacra -ant ductura nurum. EPIST. Austras. 17 p. 131, 7 caritatis splendor, qui intra vestri pectoris arcana immensi luminis claritate -at.

praerādo, -rāsum, -ere. *a* prae *et* radere. *non nisi p. p. p.* praerāsus, -a, -um, *i. q. ante rasus*: **1** *vi praeverbii locali*: PAVL. NOL. epist. 22, 2 conservuli ... inaequaliter semitonsi et destituta fronte -si (*opp.*: inproba adtonsi capitis fronte criniti). **2** *vi praeverbii temporali, in arte med.* (*tolluntur capilli, sc. antequam cucurbita apponitur praeter l. 64*): CAEL. AVR. acut. 1, 11, 79 erit adhibenda cucurbita ... praecordiis atque pube tenus -sa capillatura (*cf.* -sis capillis: 3, 18, 183 [perrasis *ed. Guinterii*]. chron. 5, 4, 74 [praeraris *ed. Sichardi*]). CASS. FEL. 29 p. 50, 11 cucurbitam occipitio -so figens (*cf.* 30 p. 61, 8 capite). 46 p. 117, 17 pube tenus -so pectini vel inguinibus lanae apponendae.

praerancidus, -a, -um. *a* prae *et* rancidus. *i. q. valde rancidus* (*translate de normis obsoletis*): GELL. 13, 21, 1 (*verba Valerii Probi*) non finitiones illas -as neque fetutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, *utrum 'urbes' an 'urbis' sim. dicendum sit.*

praerapidus, -a, -um. *a* prae *et* rapidus. *i. q. valde vel nimis rapidus* (*cf.* SYNON. Cic. p. 438, 19 praeceps. praecupidus. -us. *eqs.*): **1** *proprie, pertinet ad motum: rerum naturalium*: LIV. 29, 32, 9 duobus *equitibus fugientibus* in -um gurgitem haustis (praeruptum *var. l.*). SEN. apocol. 7 vers. 11 ubi Rhodanus ingens amne -o fluit. nat. 1, 1, 1 *ignes caelestes* obliqui feruntur et -a celeritate (CVRT. 9, 4, 10 fluminum). *animantium*: SIL. 16, 563 *cervorum* -a ... fuga. 17, 179 -um iuvenem (*sc. Scipionem, qui in Africam traiecit*). *perperam in* VERG. Aen. 1, 644 *per tmesin intellexit* SERV. *ad l., p. 708, 19* (*refutavit iam* CLAVD. DON. *ad l.* p. 126, 8). **2** *translate*: SEN. dial. 3, 12, 5 nullus ... adfectus vindicandi cupidior est quam ira ...: -a (-us *codd.*) et amens ... ipsa sibi in id, in quod properat, opponitur.

praerāsus *v.* praerado.

praerēgno, -āre. *a* prae *et* regnare. *i. q. antea regnare*: ANON. Vales. 11, 49 cui *Zenoni imperatori* Theodericus pactuatus est, ut, si victus fuisset *a se* Odoacar, ... loco eius, dum adveniret, tantum -ret (*de confusione quadam praeverbiorum* prae- *et* pro- *cogitat Svennung, Unters. Pallad., 1935, 378 sq., vix recte*).

? **praerēpo,** -ere. *a* prae *et* repere. *i. q. prorepere* (*sc. per confusionem praeverbiorum, nisi id verbum restituere malis*): GARG. MART. pom. 2, 5 multi ... fimo ossa *persici* circumdant ...; robustior tamen ... planta ⌞-it⌟ ex osse, quod simpliciter exponatur (⌞ ⌟ *Ihm, ni fallimur, in schedis nostris*; praecepit *trad., nec notione nec tempore aptum*; procedit *Scotti*).

? **praereptim** *v. p. 792, 43.*

praereptio, -ōnis *f.* *a* praeripere. *i. q. actio praeripiendi*: HIL. myst. 1, 25, 4 -e benedictionis comperta ... non commovetur *Isaac* (*cf. p. 791, 58*).

[praereptis *v. p. 792, 42.***]**

praereptor, -ōris *m.* *a* praeripere. *i. qui praeripit*: HEGES. 2, 1, 2 p. 130, 8 -em (praeceptorem *var. l.*) ... imperii *Archelaum* (*postea*: petere potius *regnum a Caesare* quam eripere maturavisset). HIER. epist. 36, 15, 6 *Iacob* ad benedictionem fratris -r adstiterat (*cf. p. 791, 58*). *addas* PAVL. NOL. epist. 23, 4, *quem locum supra p. 425, 23 attulimus (fugit nos vocem* -r *non coniectura restitutam, sed parte codd. traditam esse; ad rem cf. p. 791, 47. 63), fortasse etiam* GLOSS. *p. 618, 61.*

praeresūmo, -sūmptum, -ere. *a* prae *et* resumere. *i. q. antea resumere*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 43 utendum helleboro, sed -tis viribus ex corporis refectione (praesumpt- *vix recte trad., corr. Schmid, Rev. Phil. 17, 1943, 42 sqq. ut*: 1, 4, 111 -to viribus aegro [*ad vim mediopass. cf. 2, 14, 215 aegro* non resumpto, viribus deficienti]). *vix restituendum etiam* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 34, *v. p. 964, 41.*

praerigēsco, -riguī, -ere. *a* prae *et* rigescere. *i. q. ante, sc. partibus corporis extremis, rigescere* (*vim praeverbii intensivam sec. adi.* praerigidus *vix recte intellegunt alii; accedit acc. relat.*): TAC. ann. 13, 35, 3 adnotatus *est* ... miles, qui fascem lignorum gestabat, ita -isse manus *vi frigoris,* ut oneri adhaerentes truncis brachiis deciderent.

praerigidus, -a, -um. *a* prae *et* rigidus. [*vix recte coniecit Petschenig* AMM. 24, 2, 5 -is *pro* rigidis (reri- *cod. errore haud raro, v. Davies, Latomus 7, 1948, 217*).] *i. q. valde rigidus: incorporaliter*: Ps. QVINT. decl. 17, 7 *lenire* cunctos ... -ae mentis adfectus vocabulo molliore. *corporaliter*: VEG. mulom. 2, 88, 1 (*antea*: roborosa passio dicitur, quae animal rigidum facit) haec signa sunt: ... spina -a (*cf. Chiron 316* tergus durum et constrictum a nervis).

praerīpia, -ōrum *n.* *a* prae *et* ripa. *i. quod ante ripam est, sc. de loco, qui ipsi ripae praetenditur modo ad aquam, modo ad terram pertinens* (-um *de loco praerupto dictum v. sub* praerupium; *quas formas una cum* proripium, prorupium *ad eandem originem revocare temptavit Rönsch, Collectanea philologa, 1891, 153 sq. et 275 sq.*): APVL. apol. 8, 7 *crocodillus ex aqua* egressus in -a fluminis (SERV. Aen. 6, 704 virgulta sonantia silvae: quae est iuxta -a f. *Lethaei*).

***praeripio,** -ripuī, -reptum, -ere. *a* prae *et* rapere. *perf.* -repsit *in inscr. falsa* CIL X 193*. *legitur inde a* PLAVTO, TER., CIC.; *deest e. g.* CATVLLO, SALL., HOR., TIB., PROP. (*v. autem l. 62*), LVCANO, PETRON., APVL. [*confunditur in codd. maxime cum* praerumpere LIV. 5, 20, 6 PLIN. nat. 22, 3 *al.* (*e coni. dub.* STAT. Theb. 2, 72, *v. Håkanson, Statius' Thebaid, 1973, 50 sq.*) *et* praecipere SIL. 4, 802 *al.* (*v. p. 441, 55; restituitur* VAL. FL. 4, 751); *ceterum e. g. cum* praeterire SEN. contr. 1, 1, 15 suas. 6, 13 (*haud absurde Barber, Class. Rev. 7, 1957, 122, restituit* PROP. 2, 13, 52); *var. l. vix recta* -uit CIC. Pis. 62.]

I *usu originario i. q. ante rapere, vi praeverbii locali (sc. rapere quod fere ob os alicuius positum est) vel addita vi temporali (sc. rapere praeoccupando. cf.* GLOSS. -o: *προαρπάζω.* -it: ante rapit. *al.; accedit obi. acc. passim, reflexive p. 791, 14, acc. dupl. p. 791, 69; pro obi. est enunt. secund. p. 791, 51, inf. p. 792, 49; absolute p. 792, 13. 35. 37*): **A** *adimendo, auferendo quaecumque quis vel possidet, in manu habet vel iure quodam exspectat sim.* (*structura communi aliquid alicui, dat. autem hic illic subaudiendo; pro dat. accedit praepos.* ab *p. 791, 1 et* PAVL. NOL. epist. 38, 7 p. 330, 23; *cf. gen. et adi. pro gen. e. g. p. 791, 5. 24. 70; structura inversa fortasse p. 791, 6*): **1** *generatim*: **a** *-untur animantes*: **α** *quolibet modo*: PLAVT. Men. 1080 tun meo patre es prognatus? :: immo ... meo; tuom tibi neque occupare neque -ere postulo. AVSON. 164, 9 p. 33 P. *avia* me -tum cunis et

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ab ubere matris ... imbuit. PRVD. apoth. 770 *Iesus* me tibi, *mors*, -it. FLAVIAN. Leo M. epist. 22a (Conc.^{S} II 3,1 p. 7,29) nec eum salvare praevalui neque lupo -ere (*in imag.; gr. II 1, 1 p. 36, 15 ἁφαρπάσαι. altera versio Conc.^{S} II 2, 1 p. 21, 18* auferre). MAX. TAVR. serm. 61,4 l. 82 M. nos ... alienarum pastorem ovium nostra intentione -imus (*sc. Christum; cf. l. 75* salvator ... a gentibus occupatur). *al. ? structura inversa aliquem aliqua re* (*sc. fere i.q. antea spoliare*): QVINT. decl. 276,11 iniuria, qua virginitatem perdidit ..., qua prima illa gratia apud maritum futura -ta est (*nisi* gratia *pro subi. accipias*). β *qui morte eripiuntur (exempla quae dativo carent relegavimus ad B2; cf. infra l. 36. 57): propinquis*: CE 2068, 4 (*saec. I med.*) Sentius hic iaceo ... -tus ... patri flore vigente meo. STAT. silv. 2,1,1 quod tibi -ti, Melior, solamen alumni ... ordiar? CIL VI 21610 ave Luci -te matri. *muneri administrando*: PLIN. epist. 8, 23, 5 qua vigilantia hanc ipsam aedilitatem, cui -tus est, petiit *Iunius Avitus*. γ *qui fuga se eripiunt alicui* (*aliter IIA1*): VLP. dig. 21, 1, 17, 4 fugitivum non esse *servum* ..., qui, cum dominum animadverteret verberibus se adficere velle, -isset se ad amicum. MACR. Sat. 2, 7, 4 *Laberius* inducto habitu Syri, qui velut flagris caesus -entique se similis exclamabat *eqs.*

b *-untur res*: α *corporeae*: ① *cibi sim.*: PLAVT. Mil. 653 neque ego ... alienum scortum subigito in convivio, neque -o pulpamentum neque praevorto poculum. Trin. 476 quod illi *convivae* placeat -am potissimum (prae eripiam *var. l.*). VERG. Aen. 4, 516 nascentis equi de PLIN. nat. 8,165). COLVM. 4,24,10 *focaneus palmes* utriusque duramenti *vitis* trahens alimenta -it (praerepit, prorepit *var. ll.*). PLIN. nat. 10,27 *pullus coccygis* -it cibos reliquis pullis ([*Arist. hist. anim. 618a23 ὑποκάπτοντα τὰ προσφερόμενα φθάνειν*]. 10,203). *al.* FRONTIN. strat. 3,15,3 *cum* herbas alimentis eorum *qui obsidebantur* ... -ret *Hannibal* (SVLP. SEV. chron. 2,30,3 quae *corpora humana* eiusmodi a. *Iudaeorum qui obsidebantur* tabes -erat). *al.*

② *variae*: Ov. am. 1, 1, 7 quid si -at flavae Venus arma Minervae? (*antea*: surripuisse). LIV. 5, 20, 6 avidas in direptiones manus otiosorum urbanorum -turas (praerup- *var. l.*) fortium bellatorum praemia esse. PLIN. nat. 8, 111 *steliones pellem exutam protinus devorant* -entes comitiali morbo *sanando* remedia (*cf.* 30,89 quo modo -atur ... membrana *stelioni*). STAT. Theb. 2,62 *umbra Lai* -ta ... noscit sidera. 7,167 *Iuppiter reddidit Baccho* -tum ... uterum (iter *trad.*) et maternos ... menses. silv. 4,5,32 (*adynaton*) *Leptis* cinnama -et Sabaeis. SVET. Nero 49,2 *Nero* perlatos a cursore Phaonti, *hospiti suo,* codicillos -uit. AVG. epist. 174,1 libros *de trinitate* ... -tos mihi esse sive subreptos, antequam eos absolverem. *al. -itur obtutu alieni avido*: PETR. CHRYS. serm. 139,2 *ut oculus* moderate visum videat, non invideat; praevideat, non -at; prospiciat, non despiciat.

β *incorporeae*: CIC. Att. 4, 5, 3 viaticam (-cum *trad.; v. Shackleton Bailey ad l.*) Crassipes -it *tibi*. LVCR. 3,896 nec dulces occurrent oscula nati -ere *patri*. HIRT. Gall. 8 praef. 5 *commentarii Caesaris* adeo ... probantur ..., ut -ta non praebita facultas scriptoribus videatur (*cf.* SEN. epist. 79,5 *scriptores* qui praecesserant non -isse mihi videntur, quae dici poterant, sed aperuisse). SEN. contr. 1,1,15 indignaris -tum tibi officium ([praeteritum *var. l.*]. 1, 1, 19 filio [erip- *trad.*]. VAL. MAX. 3, 2, 15 tonsoris). contr. exc. 4, 5, 3 curationem filio. VAL. MAX. 8,7 ext. 12 *Sophocles* fabula *Oed. Col.* omnium eiusdem studi poetarum -ere gloriam potuit (*cf.* HIER. epist. 52,8,3 Demosthenes tibi [*sc. Ciceroni*] -uit, ne esses primus orator, tu illi, ne solus). SEN. Thy. 1104 scelere -to doles (*cf. 203* in medio est scelus positum occupanti). VAL. FL. 4,751 nec -ta (-cepta *codd.*) mihi suprema tyranni fata queror (*i. ultionem; cf.* TAC. hist. 1, 35, 1 -tam sibi ultionem querentes). SIL. 2,118 *comitem protegens* opposito ... insidiis ... Harpe corpore -uit letum. STAT. Theb. 11, 618 quis ... deorum ... stetit orantem iuxta -taque verba dictavit fatis? TERT. anim. 56,4 constituta *vitae tempora* (56,6. *cf.* 56,5 *annos* -tos). HIL. myst. 1,21,3 benedictionem, quae Esau erat parata, -uit *Iacob* (*ad gen. 27 ut*: AMBR. Iac. 2, 3, 10 PETR. CHRYS. serm. 73, 4 CASSIOD. in psalm. 134,4). CLAVD. DON. Aen. 2,735 p. 247,7 ('confusam eripuit mentem') numen mentem meam multis cogitationibus confusam -uit (*cf.* 6,490 p. 571,17 metus statum mentis -erat). AMBR. in Luc. 6,17 (*ad Luc. 7, 38 Matth. 11, 12*) -e hospiti gratiam, -e regnum caelorum (*inde* PAVL. NOL. epist. 23,36 p. 193,22). ANIAN. Chrysost. hom. 7,4 p. 1047/8 quia *Iudaei* ... bona sua ignorarunt, mirum non est a Persis *magis* ea esse -ta (*Migne gr. 57, 78 προλαμβάνουσιν*). *al.*

2 *speciatim*: **a** *in re amatoria vel coniugio*: PLAVT. Asin. 814 -as scortum amanti! (*cf.* ARGVM. Plaut. Asin. 6 amens ob -tam mulierem *adulescens*). Cas. 96 possisne ... clam me sutelis tuis -ere Casinam uxorem (*praedicative*). 102 huc mihi venisti sponsam -tum meam (PETR. CHRYS. serm. 140,2 *de Christo, in imag.*). TER. Eun. 161 ne illum talem *virum* -at tibi. VERG. Aen. 9, 138 (*loq. Turnus*) coniuge -ta *mihi ab Aenea* (Ov. met. 5,10 *Phineus* -tae coniugis ultor). Ov. met. 11,310 *Chione* vim ... patitur *a Mercurio; postea* Phoebus ... -ta ... gaudia sumit. SEN. Herc. O. 287 (*loq. Deianira*) capta *Iole* -et toros *meos*? VAL. FL. 3, 543 *Hylan sibi* -tum quanto ... questu *audient aliae nymphae*. CALP. decl. 35 noverca ... uno tempore et maritum miserae *uxori repudiatae* -uit et filium (VVLG. gen. 30, 15).

b *in re publica vel militari et in iure -untur*: α *varia*: CIC. S. Rosc. 2 laudis *officiosi viri non* ita sum cupidus, ut aliis eam -tam velim (har. resp. 6 desponsam iam et destinatam laudem). div. in Caec. 50 vobis ... tanta inopia reorum est, ut mihi causam -ere conemini? har. resp. 7 *Miloni* numquam ... -am eum ... reum (*sc. Clodium*). Phil. 14,5 fructum ... evento reservari, ne ... deorum ... beneficium festinatione -isse ... videamur (CAES. civ. 3,1,5 populi [-cip- *var. l.*]). off. 3,81 Mario -ere collegis ... popularem gratiam non ita turpe *visum est* (*cf.* VAL. MAX. 3,8,3 blanditiis -tus *C. Pisoni* populi favor). *ibid.* emolumenti sui causa criminari, -ere, fallere. BELL. Alex. 27,4 proelium commiserunt festinantes -ere subsequentibus victoriae societatem (*cf.* HEGES. 3,24 p. 231,12 -isse victoriam). SEN. suas. 6, 13 clementiae occasionem (praeteriret *var. l.*). TAC. ann. 13,28,2 prohibiti *sunt* tribuni ius praetorum et consulum -ere (MARCELL. dig. 8, 5, 11 *socius* sibi alienum ... ius -it, si ... ad suum arbitrium uti iure communi velit. VLP. dig. 48,5,16 pr. patris ... accusationem impediendam *esse*, ne -atur marito ius, quod cum eo aequale habet. *al.*). PLIN. epist. 3, 9, 16 cum -ta et extorta defensioni suae cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat (*cf.* SIDON. epist. 1, 7, 9 cum accusatores ... squalidi -issent reo debitam miserationem). VLP. dig. 42,8,6,7 *unus ex creditoribus non* debuit -ere ceteris, *quod sibi debitum est. al.* β *regnum sim.*: SEN. Herc. f. 65 regna ne summa occupet, qui vicit ima: sceptra -et patri *Hercules*. AMM. 17, 5, 6 (*loq. rex Sapor*) Armeniam recuperare ... debeo, avo meo composita fraude -tam. HEGES. 1, 28, 6 regnum -tum ire Hyrcano (PS. EVSEB. GALLIC. hom. 4,4 G.). 2,1,2 p. 129,28 Herodem ... nec -ere potuisse Caesari ..., quod ipse ... a Caesare recepisset (*sc. regnum*). SVLP. SEV. chron. 1,46,1 huic ab avia -tum imperium (*antea*: imperium occupavit adempto nepoti imperio). OROS. hist. 6, 18, 19 Sicilia -ta *a Sexto Pompeio*.

B *quolibet modo*: **1** *-untur res* (*absolute l. 35 sqq.; mediopassive v. sub b*): **a** *futurae et quaecumque ante suum tempus, raptim praecipiuntur*: α *perficiendo, fruendo, imaginando sim.*: CIC. Att. 9, 17, 1 ei *Caesari* negandum est; sed quid ⌞-o⌟? statim ad te perscribam omnia (⌞ ⌟ praerupi, praecipit *al. var. ll.; subaudias e. g. 'rem, consilium' sim. ut*: CIC. Att. 10, 1, 2 alterum mihi est certius, nec -am tamen; exspectabo tuum consilium). TAC. ann. 14, 33, 2 *Britanni* caedes ..., tamquam reddituri supplicium at -ta interim ultione, festinabant. HYG. astr. 2, 4 p. 38, 3 *quaestio* de hoc in medio relinquetur, ne nos omnia -isse existimemur. TERT. pall. 3, 4 *homo in paradiso* sapientiam – hauddum licitum – ⌞-tam⌟ potitur (⌞ ⌟ *vulgo,* -tem *codd. superstites* [*vix recte def. Bulhart*], -tim *Ruhnken* [*coll. ibid.* praestructim]). resurr. 24 p. 59, 25 *haeretici* -unt, quod post illam *vitam terrenam* repromittitur (*sc. -ere conantur, ut*: AVG. in psalm. 126, 5 l. 35 surgens ab humilitate pervenis ad regnum, nam si -is regnum, cadis). HEGES. 3, 17 p. 213, 25 *Iob mortem* non -bat, sed postulabat. AVG. ord. 2, 7, 20 peto perferas infantiam meam resque ipsas *quae dicere velim* ... veloci mente -as. PETR. CHRYS. serm. 58, 1 *catechumeni volunt* ante -ere caeli regnum, quam *eqs.* (*cf. l. 46. p. 791, 63*). *pro obi. est inf.*: AMBR. fid. 5,13,166 numquid ... ad dexteram patris sedere -uit *filius* et invito patre sibi praerogativam paterni solii vindicavit? β *praevertendo, impediendo* (*cf. supra p. 451, 65 sqq.*): CIC. off. 1, 108 Q. Maximum accepimus facile celare, ... insidiari, -ere (-cip- *dett.*) hostium consilia. CLAVD. DON. Aen. 1,400 p. 87,4 hoc, *quod Aeneas dicere potuit,* illa *Venus* -uit dicendo: '...' (*cf.* HEGES. 4, 4, 3 -uit sermonis relationem dicens *eqs.*). RVFIN. hist. 8, 12, 3 p. 769, 14 praeveniamus impuras carnificum manus et impudicorum -amus incursus. FVLG. RVSP. epist. 3,21 ieiunium nec debilitas -at nec saturitas tollat.

b *vox, quae rapitur, dilabitur sim. antequam aequaliter diffundi potuit* (*mediopass., ni fallimur*): VITR. 5, 6, 4 si non erit aequale *tectum caveae et scaenae in theatro,* quo minus fuerit altum, vox -etur ad eam altitudinem ⟨ad⟩ quam perveniet primo.

c *via, quam quis praecipitanter vel praeveniendo ingreditur*: SIL. 4,583 dum sibi quisque viam per inextricabile *Trebiae* litus -it, ... occumbunt seseque sua pressere ruina. 16, 337 evolat ante omnis *auriga quidam; ... iam fere vicisse videtur* -to limite.

2 *-untur homines, qui fere praemature moriuntur* (*hic illic respici possunt propinqui vel cives orbati, ut exempla vergant ad A1aβ*): SIL. 4, 802 (*loq. uxor Hannibalis*) si sorte cruenta esset tanta mei virtus -ta mariti (praecepta *var. l.*). STAT. silv. 2, 6, 4 deserti -ta coniuge partem conclamare tori (CE 504,4). CIL V 5275 (*non post saec. III*) memoriae L. Alfi ... in primo aetat(is) flore -t(i). ITALA sap. 4,7 (Vita Phil. Agyr. praef.) iustus si morte -tus fuerit ([*vers. cett. v. p. 745, 25*]. VIR. ill. 5,5 immatura m. -tus non potuit praestare *eqs.* [CIL XIII 7090]. AMM. 24, 6, 17 celeri. *al.*). CE 660, 4 (*a. 355*) *maritus* quam cito -t⟨us ...⟩ (PAVL. PELL. 508 [*509*

[Massaro]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

morte repentina]). AVSON. 214, 12 p. 70 P. omnia acerbo funere -tus ... destituis. CONSVLT. Zacch. 1, 36 p. 44, 29 parvulos immatura mors -it (CASSIAN. conl. 21, 8, 2 quae pueros ... pari ut senes sorte -ret [praeciperet *var. l.*]. ALC. AVIT. carm. 6, 192 *ante baptismum.* CE 2111, 1 sq. *Iulia* fato -ta nefando, quam m. in parvo tempore -uit). *al.*

II *vi praeverbii mutata vel evanida -untur*: **A** *animantes (animus), qui moventur*: **1** *refl.* se -ere *fere i. q. se proripere* (*aliter p. 791, 14*): HEGES. 5, 8, 1 *cum* non haberent milites, quo referrent gradum, unde se in hostem -rent (*cf. 5, 27, 1 p. 364, 3* in hostem proripuisse gradum). SEV. MINOR. l. 556 ut se idem frater ... cursu -ret *ad prodigium visendum* (pro- *var. l.*). **2** *(medio)pass.* -i *i. q. rapi, ferri, tolli*: CASSIAN. conl. 4, 12, 6 si ... ad impossibilia fuerit spiritus noster et inconsiderata -tus (praeruptus *var. l.; antea*: mens ad desideria carnis ... devoluta). Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 20, 3 G. Heliam curru igneo ... ad superna -tum (provectum, raptum *var. ll.*).

B *res, fere i. q. arripere, assumere sim.*: SACR. Leon. 673 *ut sanctus Stephanus* quam nomine praeferebat meritis -ret iam coronam. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 147 *oleo* -to nuper infuso mox novum superfundatur oleum. PETR. CHRYS. serm. 73, 3 percipiant et -ant (*locus turbatus*). ORIG. in Matth. ser. 12 p. 22, 30 *diaconi* 'primas cathedras' eorum qui dicuntur presbyteri -ere ambiunt.

in lusu verborum: v. l. 17. p. 791, 41. 45.

deriv.: praereptio, praereptor. *Massaro.*

praeripium *v.* praeripia *et* praerupium.

praerōboro, -ātum, -āre. *a* prae *et* roborare. *i. q. antea roborare*: CAEL. AVR. chron. 4, 1, 3 *hellebori datio* adhibenda ... saepissime per intervalla -to corpore (*antea*: resumpto corpore).

praerōdo, -rōsī, -rōsum, -ere. *a* prae *et* rodere. NOT. Tir. 102, 77 -it. 78 -sit. *legitur inde a* PLAVTO *et fortasse* NIGIDIO (*v. l. 49*).

i. q. ante rodere (*vi praeverbii locali pro obi. est id, unde quid rodendo demitur, vel ipsa pars rodendo abscisa; obi. suppl. l. 47*): **1** *de hominibus*: -ere digitos, manus (*fere proverbialiter ad significandam edentium aviditatem* [PLAVT. *l. 35*] *vel esurientium impatientiam* [AMM.]): PLAVT. Pseud. 884 (*coquus ad conducentem*) *inimicis tuis cenam suavissime* condiam: ut quisque quicque ... gustaverit, ipsus sibi faciam ut d. -at suos. :: ... gustato tute prius et discipulis dato, (887) ut -atis vostras furtificas manus (*ad* 884 *cf. imprimis Alex. com. 172, 5 Kock προσκατέδει τοὺς δακτύλους σαυτῷ*). AMM. 28, 4, 34 *edaces quidam* aulis adsistunt d. -entes (praeru- *trad.*), dum patinae defervescent. *exempla cetera*: HOR. sat. 2, 5, 25 *si senex heredipetam* -so fugerit hamo *velut piscis.* PLIN. nat. 7, 87 *Anaxarchus* -sam dentibus linguam ... in tyranni os exspuit (*Val. Max. 3, 3 ext. 4* abscisam). **2** *de animalibus* (*cf.* HOR. *supra*): COLVM. 5, 6, 6 ne prodeuntia cacumina seminum ab avibus -antur (5, 10, 1 a pecoribus [*item fere* arb. 18; *cf. Pallad. 3, 19, 2* erosa]). arb. 15 *animal quoddam* -it teneros adhuc pampinos et uvas (PLIN. nat. 17, 265 *in eadem re*). PLIN. nat. 9, 145 vulpes marinae ... *hamum* gluttiunt amplius usque ad infirma lineae, qua (quae, quo *var. ll.*) facile -ant (*Arist. hist. anim. 621a 15 ἀποτρώγουσιν*). 9, 185 conger et murena caudam inter se -entes ([*Arist. hist. anim. 610b 16 ἀπεσθίεται*]. *ibid.* Nigidius auctor est -ere c. mugili lupum). HYG. fab. 274, 1 quam *vitem* -erat *caper.* OBSEQ. 7 de mensa oleas mures -erunt (*Liv. 40, 59, 8* praegustasse). OROS. hist. 5, 11, 2 *cum locustae* etiam ... arida ligna -rent (-issent *edd. vet.*). *Bk.*

? **praerogantia,** -ae *f.* *a* praerogare. *i. q. qualitas praerogantis vel praerogatio*: AVG. serm. 254, 6 promissor deus debitor factus est bonitate sua, non -a nostra; quid ei dedimus, ut eum debitorem teneamus? (*var. l.* praerogativa *tuetur Lambot, Rev. Bénéd. 79, 1969, 67; ad rem cf. p. 800, 22*). *cf. falsam var. l. pro* praerogativa AMBR. in psalm. 35, 23, 1.

praerogātio, -ōnis *f.* *a* praerogare, *quod non ante saec. IV legitur.* [*falso trad.* -um *pro* perrogationem CIC. Mur. 47, *falsa var. l.* -o *pro* purgatio EVGRAPH. Ter. Phorm. 733; *editum est olim* Ps. MAX. TAVR. hom. 1 p. 222[A] (pro- *sec. codd.* MAX. TAVR. 60, 1); *dubium* Ps. PETR. CHRYS. serm. 107, 1, *v. p. 795, 62.*]

1 *i. q. actio praerogandi*: **a** *de rogatione praevia*: SEN. contr. 1, 2, 19 (*virgo quaedam sacerdotium petit*) habemus quandam -em sacerdoti ab ipso numine datam ...: inter tot pericula non servassent illam dii, nisi sibi ⌞servaturi fuissent⌟ (*om. codd. AB*).

b *de erogatione* (*antea vel ultro facta, saepius tamen vi praeverbii evanescente*): **α** *alimoniae, victus sim.*: ZENO 2, 6, 10 exsultate, divites, -bus crebris et iustis veri divites facti (*respicitur elemosina ut*: Ps. AMBR. serm. Sess. 1, 1 *Luc. 12, 33,* ubi ... distractio possessionis indicitur et pr[a]etii -o non tacetur). FVLG. myth. 1, 2 *Saturnus* per annonae -em (per- *var. l.*) ad se populos adtrahens. SACR. Leon. 673 ut eidem *Stephano* apostolicarum committeretur -o sancta mensarum (*680* dispensatione m.; *cf. act. 6, 2* ministrare mensis). NOVELL. Iust. 7, 1 sub ea *ecclesia maiore* constitutas ecclesias, quarum ipsa -em suscepit (-e, rogationem *var. ll., gr. χορηγίαν*). *respicitur eucharistia*: EPIST. pontif. 636 Thiel 14, 8 p. 366 sacri corporis -em sub conspectu ... presbyteri ... ius non habeant *diaconi* exercendi. **β** misericordiae *divinae* (*cf. p. 801, 1 sqq.*): AVG. in psalm. 93, 7 l. 27 *Christus* iudicabit ... ingratos -i m. ipsius, ingratos patientiae ipsius.

2 *i. q. praerogativa, privilegium*: GLOSS. II 524, 11 -o (pro- *var. l.*): *τὸ προνόμιον* (*cf. p. 796, 10*).

praerogātiva *v.* praerogativus.

praerogātivārius, -ī *m.* *a* praerogativa. [*in lexica quaedam perperam irrepsit locus ad rem explicandam collatus* SYMM. epist. 3, 67, *v. p. 796, 18.*] *i. certo quodam munere praerogativo fungens, sc. in officio praefecti praetorio* (*ad rem v. Enßlin, RE XXII 2, 2489 sq.*): CASSIOD. var. 11, 27 de -o. quis Iohannem *cancellarium* non aestimet merito esse promovendum, qui ... tunc iam praerogativam conscientiae meruit? ... hunc igitur -um (preerog- *et* -varum *var. ll.*) sententia nostra confirmat, ut gradu potitus emeriti devotioribus animis publicae pareat iussioni. PAP. Tjäder 4–5 B VIII 6 (*a. 552–75; in subscr.*) Fl. Severus except(or) pro Bonila praerogativar(io) edidi.

praerogātivum *v. l. 65.*

praerogātivus, -a, -um. *a* praerogare, *quod non ante saec. IV legitur.* *legitur inde a* CIC., VARRONE (*v. l. 27*), LIV. *non nisi in oratione soluta.*

I *respicitur notio originaria praerogandi*: **A** *i. q. antea rogatus, interrogatus* (*sc. de una centuria, quae modo praevio suffragium init; minus technice sive per plur. sive cum aliis subst.; ad rem v. e. g. Meier, RE Suppl. VIII 567 sqq.; quaedam etiam ad subst.* praerogativa *trahi posse vix negaverimus*): **1** *explicationes*: FEST. p. 249 -ae centuriae[s] dicuntur, ut docet Varro ..., ⌞quo rustici⌟ (*Ursinus,* quaerus *ante lacunam cod.*) Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere possent; Verrius probabilius iudicat esse, ut cum essent designati a -is, in sermonem res veniret ... et fierent c[a]eteri diligentiores ad suffragia de his ferenda. Ps. ASCON. Verr. p. 214, 31 -ae sunt tribus, quae primae suffragium ferunt ante iure vocatas *eqs.* (*eadem distinctione* SCHOL. Cic. Gron. C p. 350, 21 sqq.; *cf. l. 36*). **2** *conspectus iuncturarum*: CIC. Planc. 49 una centuria -a tantum habet auctoritatis, ut nemo umquam prior eam tulerit, quin renuntiatus sit ... consul (LIV. 10, 22, 1 et -ae [-a *Crevier*] et primo vocatae omnes c. 26, 22, 13 auctoritatem -ae omnes c. secutae sunt. FEST. *v. sub 1*). *ibid.* cuius *Plancii* in honore non unius tribus pars (*i. centuria -a*), sed comitia tota *priora intermissa posterioribus* comitiis fuerint -a (praerogata *codd. duo*). LIV. 27, 6, 3 Galeria iuniorum, quae sorte -a erat (*disting.* iure vocatae). ADNOT. Lucan. 5, 394 tribus ..., quae -ae appellantur (Ps. ASCON. Verr. p. 214, 31. 215, 2). SCHOL. Cic. Gron. C p. 350, 21 -um *genus populi* (*ibid.* 22). *ibid.* p. 350, 23 -am classem corrumpebat (*subaudiendum videtur subst.* c. *ibid.* p. 350, 25). **B** *i. q. ad centuriam -am vel ad eius suffragium pertinens*: CIC. Mur. 38 si tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper valuerit omen -um (-ae *Zumpt*). *?* **C** *i. q. praeiudicium afferens: non nisi in var. l. p. 795, 34.*

II *notione deflexa respicitur condicio excellens (cf. p. 796, 4), fere i. q. privilegio praeditus, praestantia ornatus sim.* (*cf.* GLOSS. V 322, 53 -a: optima): CIL VIII 14471 *cuidam* p(rimo)p(ilo) -o tempore facto ⟨a⟩ divo Hadriano (*v. Domaszewski, Die Rangordnung des röm. Heeres, 1908, 119*). SOL. 51, 1 *Attacis* temperies -a (-ae *A*, -am *N*) miram aeris clementiam subministrat. HIL. in Matth. 21, 13 *populus Iudaeus* paenitentiam peccatorum gloria -ae ex Abraham nobilitatis aspernans (*ad rem cf. p. 798, 12*). PHILO quaest. in gen. 2, 243 sicut in haereditatibus -us titulus et succisivus (*antea*: secundo ... gradu ... substitutus *quidam. v. Petit ad l.*). CANON. Turner I p. 196 rec. V *episcopus Alexandriae ceteris Aegypti episcopis praeest*; similiter ... et in aliis provinciis -a tantum salva sit ecclesia (*var. l.* ecclesiae *tuetur Maassen fort. recte; cf. p. 120 rec. I* propria iura serventur metropolitanis ecclesiis, *gr. Mansi II 672[A] τὰ πρεσβεῖα σῴζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις*).

f. **[x]praerogātiva,** -ae *et n.* praerogātīvum, -ī (*v. infra l. 65*) *pro subst.* *scribitur* pre- *e. g. cod. V* COD. Theod. 12, 1, 74, 2 *et saepius in recc.*, -ba PALLAD. c. Ambr. fol. 344[r], 18 (*sed ibid.* l. 40 -vam). *al.* NOT. Tir. 31, 26 -um (*explicat cod. K in marg.*: beneficium ante datum [*cf. p. 795, 47*]). *neutr. sing.* -um *trad.* PLIN. nat. 7, 67 (*dub. an recte, v. p. 795, 50*) *et* GLOSS. *p. 795, 13. 47 (inde* NOT. Tir. *supra?), plur.* -a SACR. Leon. 1005 (*v. p. 797, 29; nisi plur. praedicati corruptum putes vel ad duo sing., sc.* -a *et* actio *referas*), GREG. M. *p. 796, 50, ceterum hic illic in var. l. codd., e. g. p. 795, 20.* *legitur inde a* CIC., CATONE *minore,* LIV.; *deest in versibus, frequentatur a* TERT., SYMM., AMBR. *et in libris iuris.* [*in codd. confunditur maxime cum* pro- LIV. 3, 51, 8 COD. Theod. 2, 10, 6. *al.* (*restituitur* HIST. AVG. Alex. 15, 2).]

I *respicitur notio originaria praerogandi* (*sc. vigente vi praeverbii temporali*): **A** *proprie et technice in comitiis centuriatis de centuria, quae antea rogatur, interrogatur* (*v. etiam quae supra l. 23 sqq.*

[van Leijenhorst]

8. X. 91. *Bk.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adnotavimus): Cic. Verr. I 26 pro -is (*in lusu cum alia notione, v. l. 42; inde* Schol. Cic. *p. 794, 42*). p. red. in sen. 17 (*ad Pisonem*) me ..., quem comitiis tuis -ae primum custodem feceras (*de eadem re*: Pis. 11 cui primam ... dederas tabulam -ae). Phil. 2, 82 sortitio -ae. ad Q. fr. 2, 15, 4 HS centiens ... in -a (-am *Budé*) pronuntiare. Liv. 5, 18, 1 Calvum -a⟨e⟩ tribunum militum creant (*nisi legendum* -a ... crea[n]t, *sed v. Ogilvie ad l.*). 24, 7, 12 cum sors -ae Aniensi iuniorum exisset (*item cum nomine centuriae*: 26, 22, 2 Voturia iuniorum. *cf. p. 794, 39*). 24, 8, 9 -ae favor. 24, 9, 4 -a suffragium init creatique in ea consules *quidam.* Avson. 419, 44 p. 365, 296 valete ... classes populi et urbanarum tribuum -ae et centuriae iure vocatae.

B *transfertur ad*: **1** *sententiam eius, qui prior censet* (*cf.* Gloss. -um: suffragium *nec non gen. explicat. l. 24*): **a** *de suffragio centuriae praerogativae*: Cic. div. 1, 103 -am ... omen iustorum comitiorum esse (*cf.* 2, 83 -am, omen comitiorum. *v. etiam p. 794, 45*). 2, 74 qui *rogator moriens* in -a referenda subito concidisset. **b** *de quolibet praeiudicio, commendatione sim.* (*respiciuntur dicta, scripta; condiciones et varias res, quibus iudicantes, aestimantes velut praeiudiciis nituntur, v. sub IIB1. cf.* Gloss. *πρόκριμα. v. et p. 590, 50sq.*): Liv. 3, 51, 8 ne comitiorum militarium -am (-a, prorogativa *var. ll.*) urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur (*cf.* 21, 3, 1 -am militarem, qua ... Hannibal ... imperator ... appellatus erat). 28, 9, 20 *equites* hortatos ... esse plebem, ut eos *legatos* consules ... crearent; adiecisse equitum -ae auctoritatem consules. Tert. apol. 5, 2 *Tiberius de Christo* detulit ad senatum cum -a suffragii sui. spect. 10 p. 12, 11 humana[e] -a *censorum res theatrales improbantium.* Cypr. epist. 18, 1 *lapsi,* qui libellos a martyribus acceperunt et -a eorum apud deum adiuvari possunt (*cf., nisi potius ad p. 797, 70 trahas*: Max. Tavr. 105, 1 -am nobis a. dominum non minimam contulerunt *martyres*). Symm. epist. 1, 73 duabus ... commendationibus ... adiuvatur *quidam,* mei testimonii -a et sui meriti conscientia (2, 72. 7, 115). *al. apud eundem. apud gramm. praeiudicat exemplum veterum scriptorum*: Consent. gramm. p. 23, 9 tales *versus* non auctoritate aliqua, ⌞non⌟ -a ⌞aliqua⌟ artis aut consuetudinis defenduntur (artibus aut consuitudinibus *B,* ⌞ ⌟ *om. cod. alter, ut adi. intellegendum sit*). Phoc. gramm. V 410, 19 plurimos ... regulas artium ... exposuisse, quibus ad -am sollertia vel antiquitas ipsa suffragata est.

2 *indicium cuiusvis rei futurae vel non prorsus apparentis, signum, pignus* (Gloss. -a: *πρόλημμα* [*nisi ad 1b*]. *πρόλημψις καλοῦ ἢ κακοῦ βίου ἢ πράγματος.* -am animi tui habeo: liquet mihi de animo tuo. *cf. -am pro omine acceptam l. 14sq.; accedit gen. indicans, quid per -am portendatur, praeter* Tert.): Cic. Verr. I 26 *Q. Metellus Siculos deterrens* dedit ... ⌞-am⌟ suae (*sc. consulis futuri*) voluntatis eiusmodi, ut isti *Verri* pro -is *ab eo corruptis* (*v. IA*) iam reddidisse videatur (⌞ ⌟ *beneficium intellegere videtur* Ps. Ascon. Verr. p. 214, 29 -a [si] praeter ius integrum beneficii ... aliquid significat liberalis [*locus varie temptatus; cf. ibid.* p. 215, 11]. *huc traham* Gloss.^{L} III Abstr. prae 35 beneficium ante oblatum, quod si reddideris iam non est -a [*cf.* Gloss. -um: beneficium ante datum. *sim. al.*]. *rectius explicat* Schol. Cic. Gron. C p. 350, 24 dicitur -a et signum voluntatis futurae). Plin. nat. 7, 67 fecunditatis in feminis ⌞-am⌟ accepimus inunctis medicamine oculis salivam infici (⌞ ⌟ *edd. vet.*, -um *codd.* [*'sc. signum' Mayhoff in app. crit.*]). 37, 129 (*inde p. 797, 38*) *paederos gemma* totiens iactati per alienas pulchritudines nominis, adeo ut decoris -a in vocabulo facta sit. Tert. bapt. 18, 3 dignatio suas praemittit -as (*indicantes quem baptizari velit; ad IIA2 trahit Evans, 1964*). Symm. or. 4, 6 (*ad senatores*) amor vester -a est consulatus (*ibid.* ut ... de vestra adfectione possit intellegi, quos consules ... simus habituri). Ambr. obit. Theod. 13 *in Theodosio* -a ignoscendi erat indignatum fuisse. Heges. 1, 32, 6 p. 62, 23 mihi trepidatio vestra vadatur -am victoriae ([*gr. 1, 375 ἀσφάλειαν, Ps. Rufin. Ios. bell. Iud. 1, 375 p. 627* certam ... victoriam]. Ambr. hex. 3, 14, 60 *pampinus* brabii speciem videtur effingere *honorans uvam ...,* cui ... evidenti indicio innascitur species et -a v.). Ps. Petr. Chrys. serm. 107, 1 Petrum ... vocari in aliis appellatio nominis est, in hoc *apostolo* -a virtutis (praerogatione *ed. Olivar, errore ut videtur*). *al.*

3 *condicionem, ex qua quid necessario sequitur, quae posteriora determinat* (*accedit gen. indicans, ad quem eventum -a pertineat*): Cato Cic. fam. 15, 5, 2 quod si triumphi -am putas supplicationem ...: neque supplicationem sequitur semper triumphus et *eqs.* (*nisi ad 2*). Tert. adv. Iud. 3, 1 acceperat *Abraham* ... circumcisionem, sed quae esset in signum temporis illius, non in salutis -am. Ambr. in Luc. 5, 85 fidem -am esse medicinae (*cf. Luc. 7, 7* 'dic verbo et sanabitur puer meus'). off. 2, 26, 131 *Samson* invicti crinis ornatum, -am suae virtutis, amisit. Ps. Avg. quaest. test. 101, 9 'sed testimonio' inquit 'diaconi fit presbiter', quasi istud ad -am pertineat magnitudinis. 117, 1 -a honoris eius *Abrahae* ac meriti fides est. *dubium, an huc pertineat contextu parum dilucido* (*nisi per ironiam ad IIA*): Ps. Tit. epist. l. 148 o foeda (*Bulhart in exemplari nostro*; fida *cod.*) cupiditas et ignis *aeterni* -a, ⌞dignitas sceleris apta⌟ (*i. fere praemium scelere dignum?* ⟨per⟩fida *et* ⟨in⟩dignitas *coni. Bulhart, Rev. Bénéd. 62, 1952, 297*).

II *notione deflexa* (*revocanda ad condicionem centuriae praerogativae peculiarem, qua ceteris praelata ius suffragii primi exerceat*): **A** *cum respectu potestatis cuiusdam conlatae vel praesumptae fere i. q. privilegium, ius praecipuum, beneficium sim.* (*hanc notionem vix recte iam* Plin. nat. 7, 67, *v. supra p. 795, 49, vindicat Breitmeyer, Le suffixe lat. -ivus, 1933, 180. ironice vel in malam partem p. 797, 30. 47, metonymice sub 2b. cf.* Gloss. II 419, 27 *προνόμιον*: privilegium, -a. 424, 8 *προτίμησις*: -a. Gloss.^{L} II Philox. pr 103 -as: *πλεονεξίας. al.; cf. p. 795, 44sqq.*): **1** *pertinet ad ius tam civile quam ecclesiasticum*: **a** *cum determinationibus indicantibus, ad quid -a concedatur*: **α** *enunt. secund.* (*exclusimus enunt. relat. p. 797, 1*): ut: Men. dig. 49, 18, 1 veteranorum privilegium ... in delictis habet -am, ut separentur a ceteris in poenis. Char. dig. 50, 4, 18, 25 habent quaedam civitates -am, ut *agrum possidentes* ... certum quid frumenti ... praebeant. Cod. Iust. 7, 39, 2 pr. (*a. 365*). Symm. epist. 3, 67 huiusmodi ... veteranis -a debetur, ut illis protectorum dignitas ... accedat. Cod. Theod. 8, 9, 1 eo usque -a veniente, ut *eqs.* 16, 2, 14, 4 omnibus clericis huiusmodi -a succurrat, ut coniugia ... ac liberi ... inmunes ... perseverent. *al.* ne: Cod. Theod. 12, 1, 61 urbis Vulsiniensium *patroni* ... hanc -am laborum atque officiorum ferant, ne ... iudicum gravibus adficiantur iniuriis. **β** *gen.: subst.*: Vlp. dig. 26, 7, 11 (*ex rescr. Pii*) *si peculium servi petitur,* dominum ... posse uti -a deductionis. Cod. Iust. 10, 53, 3 (*imp. Phil.*) poetae nulla immunitatis -a iuvantur. Cod. Theod. 8, 4, 11 -am his recusationis offerimus. *gerund.*: Vlp. dig. 12, 2, 9, 7 adversus alium si velit *petitor* -a iurisiurandi uti. Heges. 2, 1, 3 p. 132, 11 in quo *testamento* Caesari confirmandi regalis iudicii servata sit -a. Cod. Iust. 1, 2, 16 pr. de -a in episcoporum concilio ... ante alios residendi vel de privilegio metropolitano.

b *cum aliis determinationibus indicantibus, quo fundamento -a nitatur, cuius generis sit sim.*: **α** *gen.* (*praepos. pro gen. l. 44. 62*): Ⓘ *variorum subst.*: Vlp. dig. 43, 19, 5, 3 si quis ... habeat ... velut longae possessionis -am ex eo, quod diu usus est servitute. Mod. dig. 48, 18, 14 statuliber in delicto repertus sperandae libertatis -a ... ut liber puniendus est. Cod. Iust. 4, 52, 1 (*imp. Gord.*) si nulla usucapionis -a vel diuturni silentii praescriptio emptorem possessionis ... munit. Epist. imp. inc. (CIL VI 8619) 3 (*saec. III*) indulgentiae meae. Cod. Iust. 2, 30, 4 (*a. 303*) sententiam *quandam* ... ne quidem -a minoris aetatis sine appellatione posse rescindi (Heges. 1, 41, 3 p. 94, 23 *filium* -a a. regno debitum [*gr. 1, 517 πρεσβύτατος ὤν*]). Symm. rel. 3, 11 quanto commodo sacri aerarii ... Vestalium virginum -a detracta est? Cod. Theod. 12, 1, 74, 2 vel antiquitate participati senatus vel praestituti temporis -a *muniri* (Cod. Iust. 6, 30, 22, 9 temporum ... -a inter creditores servanda. *cf.* 8, 17, 12, 7 ex tempore -am manere. *v. et l. 67*). Novell. Iust. 111, 1 centum annorum -am (*ibid. pro syn.*: privilegio; *gr. προνόμιον*). *al.* Ⓘⓘ *legis, iuris sim.* (*ut hic illic de gen. inhaerentiae dubitari possit*): Cod. Iust. 6, 21, 7, 1 (*a. 229*) legati vindicationem habere -a militaris (-am militare *cod. V*) privilegii praestat (Cod. Theod. 14, 1, 4 antiquam p. -am. Greg. M. epist. 10, 1 l. 34 ne ... *episcopi* p. videremur -a minuere). 2, 21, 2 (*a. 238*) non ... minus ad edicti -am pertinet, ... si *eqs.* Symm. epist. 1, 77 cui ... iuris -a servanda est (Cod. Theod. 3, 30, 5 i. enfyteutici). rel. 27, 3 ut codicillorum -a monstraret *ordinem medico tribuendum.* Cod. Theod. 4, 6, 3 pr. aut proprio iudicio aut nostri -a rescripti (11, 30, 18). 5, 1, 9 pr. quos *cognatos* naturae legisque pariter -a (rogativa *cod. unus*) defendit, *sc. in hereditatibus capiendis* (Novell. Iust. 9, 4). *al.* Ⓘⓘⓘ *officii, muneris sim.*: Symm. epist. 5, 54, 3 non possessionis antiquitatem, non dignitatis senatoriae -am ... inconcussam manere (Cod. Theod. 12, 1, 122. Novell. Theod. 15, 1, 1 ad senatoriae d. -am confugere. Cod. Iust. 3, 13, 7, 1 [*a. 502*]. *cf. l. 62*). 7, 96, 1 adicienda est ei *amico tuo* -a militiae, ut beneficio allectionis utatur (Cod. Theod. 7, 2, 2 pr. 7, 13, 18. *al.; cf. l. 72 et e. g.* Cod. Theod. 2, 10, 6 cinguli [Novell. Theod. 7, 2 pr. *al.*]. 12, 1, 40 nulla -a de vocabulo dignitatis in militia conquisitae ... suffragante). Heges. 2, 12, 3 *Aaron* ad filios suos ... unctione legitima transmisit sacerdotii -am (Cod. Iust. 1, 3, 50 pr. propter s. -am [*sim. loco gemino* 2, 3, 29 pr.]). Cod. Theod. 12, 1, 4 praesidatus -a laetari. 12, 1, 77 advocationis (*cf.* 12, 1, 116 superflui nominis, *sc. advocati*). *al.* temporis, *ex quo quis munere suo functus est* (*aliter l. 43*): Cod. Theod. 6, 22, 8 pr. 7, 2, 2 pr. se ... nec t. nec militiae -a ... defendendum *esse.* 10, 22, 6. 12, 1, 37 nulla absolvi -a t.

β *adi.*: Symm. rel. 5, 3 Celsum *quendam* ... adiudicare nobilibus pignore dignitatis *senatoriae,* cum -a scilicet consulari. Hist. Avg. Alex. 15, 2 eos, qui militaribus nituntur -is (pro- *trad.*), purgavit (Cod. Theod. 9, 7, 9. 11, 16, 15 intra palatium).

c *cetera exempla*: Vlp. dig. 37, 10, 3, 13 (*e Iuliano*) *contentus* esse debet *possessor* hac -a, quod possessorem eum praetor tantisper constituit.

Ivan Leijenhorst

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

50,4,6,4 ut neque aetas ea *munera* excuset ... nec alia -a, quae solet a personalibus muneribus exuere. EPIST. imp. Diocl. (Chart. lat. ant. XII 526) II 4 familiare nobis -as integras inlibatas servare, quas ... constitutiones *priores* ... concedunt. EPIST. imp. Valent. (CIL VI 31982) 3 ⟨neque ritui div⟩ino fas ducimus vel cultibus, ut ulla depereat praeroga⟨tiva⟩. COD. Theod. 11, 16, 15 *quosdam* generali -a a praebitione sordidorum munerum vindicamus. 12, 1, 67 nullus ... qualibet -a fultus ... habeatur immunis. *al.*

2 *in universum* (*fere latius et tropice; nota locutionem* -a quaedam *l. 21. 38. al.*): **a** *usu communi -am habent*: **α** *homines*: TERT. adv. Marc. 4,31 p. 527,3 neque naturā ... neque -ā. resurr. 25, 2 (*spectat ad apoc. 20, 4sq.*) ut ... primae resurrectionis -a de soliis ordinetur (HEGES. 3, 6, 4 p. 197, 17. *cf.* RVFIN. apol. Orig. praef. 1 l. 42 futuri corporis vel carnis). NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 1 p. 573, 10 -am communicationis habere *lapsos* (*postea*: privilegium societatis). HIL. in Matth. 20, 12 (*ad Matth. 20, 20sqq.*) praesumptionem ... de -a Israelitae nominis ... praesumere (HEGES. 4, 6, 4 p. 248, 25 summi n., *sc. principis sacerdotum.* PETR. CHRYS. serm. 68, 4 tanti n. 70, 4 [*sc. christiani; item al.*]). PHILO quaest. in gen. 4, 173 (*loq. Esau primogenita vendens*) habeo ... -am libidinis et luxuriae. AMM. 27, 4, 14 agrestes *quosdam* ... salubritate virium et -a quadam vitae longius propagandae nos anteire (*item cum gen. gerund.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 8, 21, 3 -a videndi deum *mundis corde proposita* [*Matth. 5, 8*]. ANIAN. Chrysost. hom. 15, 8 conferendae ... nobilitatis). PALLAD. c. Ambr. fol. 344r, 40 siquidem ... nullam -am inter coapostolos vindicaverit sibi *Petrus.* HEGES. 1, 29, 11 *Herodes* paternae amicitiae ⌞-a⌟ adiit Antonium (⌞ ⌟ *explicatur in cod. Z*: praemissa gratia dicitur [*cf.* GLOSS. -a: praemissa gratia]. *gr. 1, 281 διὰ τὴν πατρῴαν φιλίαν, Ps. Rufin. Ios. bell. Iud. 1, 281 p. 618* familiaritatis paternae gratia). SACR. Leon. 1005 neque nos *episcopos* magis oblectent (-tet *edd. vet.*) -a fastigii quam conpetens actio dignitatis. *et saepius.* *cum ironia*: TERT. apol. 25,3 (rec. *Φ*) scilicet ista merces (*i. imperium*) Romano nomini a ⌞deis -a⌟ expensa est! (⌞ ⌟ Romanis deis pro gratia *rec. vulg.; cf. etiam l. 72*). AMBR. epist. 6, 1 (*ad Syagrium, qui iudicium de virgine non secundum leges fecit*) hanc igitur -am detulisti integritati, huiusmodi honorificentiam. SALV. gub. 4,81 magna videlicet nobis -a de nomine Christianitatis blandiri possumus.

β *res*: PONT. vita Cypr. 1, 1 operibus eius *Cypriani* ac meritis etiam haec -a debetur (*ut describantur*). SOL. 33, 22 (*v.* PLIN. *p. 795, 52*) in paederote congruit quicquid eximium est quadam decoris -a. AMBR. hex. 1,6,20 *deus fecit* in principio caelum ..., unde -a generationis et causa (*cf. Eustath. Basil. hex. 1, 7, 6* privilegia digniora, *gr. τὰ πρεσβεῖα*). 1,8,30 ea *malitia* ... non ullam creaturae habens -am nec auctoritatem substantiae naturalis. 3,11,47 manet sua ilicibus -a, manet cypressibus, ut nulli venti eas crinis sui veste dispolient (*syn.* privilegium). Noe 18,65 *speculatrici virtuti* explorandorum negotiorum gerendorumque -am quandam ... committere. RVFIN. Orig. princ. 1,1,4 Samaritana putans, quod ex locorum corporalium -a minus recte vel recte adorabitur deus (*postea*: a praesumptione). *al.* *in malam partem*: FIRM. math. 3, 3, 14 locus ... sextus habet malitiae propriam -am et quaecumque stella in ipso loco fuerit ... *noxias* vires ex loci vitio mutuabitur. **γ** *deus, Christus, angeli* (*quaedam vergunt ad B*): AMBR. fid. 5, 5, 64 -am eius *rei a discipulis postulatae* paternae honorificentiae reservavit *Christus,* non metuens, ne quid iuri proprio derogaret. symb. 3 Christus habet singulare privilegium generationis suae ...; -am auctoris caelestis agnoscis? 5 *Christus* secundum -am divinitatis *resurrexit*; ... quasi triumphator aeternus ... -am sibi suae victoriae vindicavit. AVG. c. Pelag. 4, 4, 6 p. 526, 25 hanc singularem mediatoris -am Pelagiani evacuare conantur. CASSIAN. inst. 12, 4, 1 *Luciferi* tantam virtutem, tantae potentiae -a decoratam (GLOSS. V 417, 65 privilegium). Ps. MAX. TAVR. serm. 43 p. 621C -am propriae divinitatis inclinans *deus moriturus. al.*

b *metonymice de rebus privilegio conlatis*: TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 495, 3 ostensis ... cum illo *Christo* Moyse et Helia in claritatis -a. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 18, 1 homini specialis -a donata est, id est anima (*cf., nisi actionem cogitandi intellegas*: POMER. 3,22 a quibus *beluis* ... mentis -a ... distamus). AVELL. 97, 10 Iacobus ... speciatim iusti viri -am legitur adsecutus (*cf. e. g. Hier. vir. ill. 2* Iacobus ... cognomento Iustus).

B *cum respectu status natura vel meritis sim. insignis fere i. q. praestantia, dignitas sim.* (*v. et A 2 aγ; meton. p. 798, 36; cf.* GLOSS. -a: excellentia meritorum. GLOSS.L I Ansil. PR 651 laus): **1** *praestantia est pro commendatione, praeiudicio sim., ut alicui favor, praemia, honores sim. tribuantur* (*cf. usum sub IB1b illustratum*): **a** -a est (-am habere *sim.*) apud *aliquem* (*cf. p. 795, 27*): TERT. apol. 21, 4 (rec. *Φ*) Iudaeis erat a. deum -a ob insignem iustitiam et fidem originalium auctorum ([*in rec. vulg. pro* -a *ponitur sequentibus mutatis* gratia *ut l. 32; cf.* HEGES. *l. 26*]. resurr. 8, 1 quanta huic substantiae [*i. carni*] ... a. d. -a sit. PELAG. in Rom. 9,14 a. d. -am generis nihil valere). CLAVD. DON. Aen. 2, 670 p. 238, 7 *uxor* ne minoris meriti -am haberet a. virum, ... *filium* offerebat patri.

AMBR. epist. 2, 8, 2 *ut* condicio humana ... propter eam *sororem mortuam* a. te minoris -ae sit (*antea*: excellere ... debuit). **b** *vario usu*: TERT. resurr. 43, 4 nemo *mortuus* ... statim immoratur penes dominum, nisi ex martyrii -a (adv. Val. 4, 1 alium ex m. -a loci [*sc. episcopatus*] potitum. PETR. CHRYS. serm. 122, 1). HIST. AVG. Prob. 12, 2 (*inter ea quae commendant novum Augustum*) omnium -a virtutum (AMBR. epist. extra coll. 14, 49). SYMM. epist. 2, 41 *quendam* vitae integritas et merita fraterna commendant; accedit illi ad -am precatio mea. 9, 70 *quidam* -a optimi generis laudabiles iam videntur (AMBROSIAST. in Rom. 2, 11 *deus iudicans non* -am g. sequitur). or. 3, 3 (*ad Gratianum consularem*) -am consulis ad comitia purpurae (*sc. nomen Augusti conferentia*) detulisti. AMBROSIAST. in Rom. 2, 9, 4 semper Iudaeum anteponit -a patrum, ut aut coronetur primus aut damnetur (2, 17, 1 [*2, 18* meritum p.]. 9, 5, 1 [*syn.* dignitatem]. *al. apud eundem; item respic. origo Iudaeorum p. 797, 71 et e. g.* AMBROSIAST. in Rom. 11, 28, 2 *virorum bonorum* -a et merito plurima a deo beneficia perceperunt). COLLECT. Arian. serm. 8, 5 sine ulla bonorum -a factoru(m) gratuito choronantur honore *infantes ab Herode occisi.* COD. Theod. 16, 8, 24 quem *honorem* -a natalium et splendore familiae sortiuntur (CASSIAN. inst. 8, 12 licet ... honesti n. -a putemur [*inde* GLOSS. V 424, 55 -a: excellentia]. *al.*). SEDVL. epist. 1 p. 1, 5 veteris scientiae -a suffultus. *al.*

2 *de qualibet praestantia*: TERT. anim. 39, 4 (*ad I Cor. 7, 14*) *filios* sanctos procreari ... ex seminis -a (*sc. si parentes iam Christiani sunt*; procreativa *cod. A*). bapt. 4, 4 omnes aquae de pristina originis -a (*v. gen. 1, 2*) sacramentum sanctificationis consequuntur. ieiun. 6 p. 281, 20 tanta est circumscripti victus -a, ut deum praestet homini contubernalem (*deus loquitur cum Helia ieiunante, III reg. 19, 9*). adv. Iud. 1, 2 *huius disputationis* occasio ... hinc habuit -am, quod *eqs.* PANEG. 6, 2, 4 vetus illa impe[t]ratoriae domus *Claudianae* -a. IVL. VAL. 2, 25 p. 86, 7 -a[m] praeteritae virtutis ostendit *spem* (SCHOL. Stat. Theb. 7, 312 *quidam* v. -a numquam fugiebat). HIST. AVG. Car. 5, 1 (*antea*: maiores suos *esse* Romanos) indicat ... oratio eius ... istam generis -am. Ps. AVG. solut. 69 l. 9 (*Matth. 11, 25* pater, domine caeli) in altero (*sc.* p.) -a naturae est, in alio (d.) auctoritas potestatis. SVLP. SEV. epist. app. 2, 8 an tibi de virginitatis -a blandiris? SIDON. epist. 8, 14, 2 *cognovi,* qua morum -a pontificatu maximo ambo fungamini (*cf. gen. qual. supra l. 2 et* FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 143, 17 maioris -ae esse [*syn.* plus esse]). *al.* *vergit in appellationem honorificam*: SIDON. epist. 2, 7, 2 (*ad iuris consultum quendam*) ignosce ad tam sanctae conscientiae -am (*i. ad te*) ... properantibus.

structurae et iuncturae selectae ad II: **1** *determinationes* (*sub b pendentes ab integra locutione velut* -a est, -am habere); *accedit*: **a** *gen. (hic illic nimirum notionis ancipitis; ceterum cf. adi. pro gen. p. 796, 72, praepos.* de *p. 796, 62 nec non* HEGES. 3, 3, 3, ex *p. 796, 44. al.); indicatur:* *ad quid -a concedatur: p. 796, 13sqq. 797, 12. 21. al.* *qua lege, quo titulo sim. -a conferatur: p. 796, 46sqq. et e. g. p. 797, 16.* *cui officio, muneri, praestationi sim. -a debeatur: p. 796, 56sqq. 797, 25. 798, 4. al.* *quis -a utatur: p. 796, 41. 797, 45. 55. al.* *quas condiciones -a respiciat, qua in re consistat sim. (fere per gen. explicat.): p. 796, 33. 35. 43sqq. 797, 19. 57. et sim. al.* **b** *enunt. secund.: fin.: p. 796, 13sqq. 797, 42. ceterum e. g.* AMBR. in psalm. 35, 23, 1 Ps. AVG. quaest. test. 126, 2. quod: *p. 796, 75.* AMBROSIAST. in Rom. 9, 11, 2 *Iudaei* sibi -am defendunt, q. filii sint Abrahae.

2 *iuncturae verbales potiores*: **a** -am habere, servare *sim.*: MEN. dig. 49, 18, 1 veteranorum privilegium ... habet -am (TERT. adv. Iud. 1, 2 VLP. dig. 43, 19, 5, 3 NOVATIAN. Cypr. epist. 36, 1 p. 573, 10. *et saepe*). VLP. dig. 1, 16, 4, 5 servari ... -as *provincialibus* (EPIST. imp. Diocl. [Chart. lat. ant. XII 526] II 4. SYMM. epist. 1, 77 AMBR. hex. 3, 5, 19 HEGES. 2, 1, 3 p. 132, 11. 19. *al.; cf.* AMBR. fid. 5, 5, 64 reservavit [HEGES. 3, 3, 3]). 12, 2, 9, 7 *petitor* si velit -a ... uti (26, 7, 11 [*ex rescr. Pii*]. RVFIN. hist. 5, 13, 2 COD. Theod. 6, 4, 1. *al.*). COD. Iust. 10, 53, 3 (*imp. Phil. A.*) poetae nulla ... -a iuvantur (*cf.* CYPR. epist. 18, 1 p. 524, 1 adiuvari [SALV. gub. 4, 65]). 4, 52, 1 (*imp. Gord.*) si nulla ... -a ... emptorem ... munit (RVFIN. Clement. 1, 55, 4 COD. Theod. 12, 1, 74, 2. *al.*). SYMM. epist. 5, 54, 3 -am ... inconcussam manere (AMBR. hex. 3, 11, 47). HIST. AVG. Alex. 15, 2 qui ... nituntur -is (COD. Theod. 12, 1, 77). *sim. al.* **b** -am mereri, donare *sim.*: TERT. virg. vel. 9, 3 quid -ae meretur *virgo?* (SYMM. epist. 5, 39. COD. Iust. 3, 24, 3, 2 [*a. 485–486?*]. *al.; cf.* AMBR. fid. 5, 14, 181 emeruit. *v. et l. 75*). PONT. vita Cypr. 1, 1 quia operibus *Cypriani* ... -a debetur (SYMM. epist. 3, 67. AMBR. spir. 1 prol. 11 [*inde* CAES. AREL. serm. 117, 5]). COD. Iust. 7, 39, 2 pr. (*a. 365*) possidentibus -a defertur (SYMM. epist. 5, 62 AMBR. epist. 6, 1 Ioseph 11, 60. *al.*). AMBR. fid. 5, 13, 166 numquid ... sibi -am ... vindicavit *Christus*? (symb. 5 AMBROSIAST. in Rom. 15, 19, 2. *al.*). in psalm. 118 serm. 10, 18, 1 homini ... -a donata est (HEGES. 4, 6, 4. *al.; cf.* NOVELL. Iust. 9, 4 condonamus). COD. Theod. 12, 1, 5 ut *quis* ... -am obtineat. 16, 2, 14, 4 clericis ... -a succurrat. AVELL. 230, 5 ut -am ... merear adipisci. *sim. al.*

[van Leijenhorst]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *iuncturae nominales*: **a** *accedunt adi.* (*cf. etiam p. 796, 70*): TERT. bapt. 4, 4 pristina (*cf.* PANEG. 6, 2, 4 vetus [SYMM. rel. 9, 2]. COD. Theod. 14, 1, 4 antiquam). PS. CYPR. rebapt. 6 p. 76, 16 non modicam. FIRM. math. 3, 3, 14 propriam (COD. Theod. 15, 12, 2, 2). SYMM. rel. 42 sollemnis. AMBR. Ioseph 11, 60 maior (SALV. gub. 8, 24 FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 143, 17. *al.*). in psalm. 118 serm. 10, 18, 1 specialis (COD. Iust. 12, 20, 4, 2 [*imp. Leone*]). AVG. c. Pelag. 4, 4, 6 singularem. *al.* **b** *ad abl.* -ā *accedit gen. subst., ut fere adhibitum videatur pro praepos. q. s. ob, propter* (*cf.* gratia, merito): *v. e. g. p. 797, 25. 798, 15.* **c** *pendet e praepos.* (*exempla potiora*): TERT. adv. Hermog. 4, 1 semper fuisse et futurum esse ex -a nullius initii et nullius finis (COD. Theod. 2, 18, 3. 11, 30, 18. *ceterum e. g. p. 797, 45. 798, 3sq.*). AMBR. hex. 3, 5, 19 secundum -am qualitatis *terrae* ([*Migne gr. 29, 92*^{B} *ἐκ τῶν προϋπαρχόντων καὶ πρεσβυτέρων*]. symb. 3 COD. Iust. 6, 58, 14, 4. *al.*). RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 3 p. 73, 5 ex merito et non per conditionis -am (TRACT. Pelag. 4 p. 70). AVELL. 115, 2 pro commissi nobis officii -a. SIDON. epist. 1, 3, 3 si extra -am consiliarii in concilium veneris. *al.*

deriv. (*a* praerogativa): praerogativarius.

praerogātor, -ōris *m.* *a* praerogare. *i. qui praerogat, dispensat* (*vi praeverbii evanida; cf.* prorogator, *quacum voce facile confundi potuit.* GLOSS. -r: dispensator. *is, cui praerogatur, indicatur per dat.* PS. HIL., *per gen.* CAES. AREL.): PS. HIL. libell. 10 p. 83, 7 inferioribus et non habentibus -r non vereatur, ne ipse deficiat (si inferioribus ... erogarit *var. l.*). AVG. in psalm. 147, 13 -r esto, non invasor. serm. 260 D, 2 coll. Morin p. 500, 20 pecunia dominica est: -es sumus, non largitores. 279, 3 coll. Morin p. 592, 3 non potuimus nisi erogare pecuniam dominicam; exactor ille erit; ... impleamus ergo officium -is, non usurpemus locum exactoris. PS. AVG. serm. 310, 2 (*deus ad hominem*) -em te constitui in bonis meis (*ibid.* 3). CAES. AREL. serm. 182, 2 -r pauperum.

***praerogo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* rogare. *scribitur* pre- CIL VIII 23946 (*saec. IV ante med.*) *et hic illic in codd. recentioribus.* NOT. Tir. 31, 24^{a} -at. 25^{a} -ans. *inter verba activa coniug. primae affert* CHAR. gramm. p. 474, 9 *legitur multo posterius quam deriv.* praerogativus, praerogatio, *sc. inde a saec. IV (vix iam apud* VAL. MAX., SVET., VLP., IVST., *v. l. 44. 41. 37. 42); frequentatur ab* AVG., *deest in versibus excepto* DRAC. laud. dei 2, 750. [*confunditur in codd. maxime cum* prorogare AVG. in Rom. 52(60), 14 *et saepe* (*falsa var. l. e. g.* VLP. dig. 19, 2, 19, 6, *unde olim editum est etiam* 40, 1, 4, 5 *al.; falso trad.* ZENO 1, 4, 5; *obscurum* FVLG. aet. mund. p. 136, 17 [*v. vol. VII 1, 1982, 79*], *ubi exspectes notionem ulciscendi sim., cf. l. 19* transgressionis ... ultio) *et* erogare, *e. g.* PS. HIL. libell. 9 p. 81, 7 (*cf. l. 46*); *falsa var. l. pro* perrogare SVET. Aug. 35, 4 *et* IVST. 31, 5, 1 omnibus ... perrogatis (prae- *var. l.*) postremum *Hannibalem interrogavit. loco lacunoso* EDICT. imp. Valent. frg. Vat. 37; *vix recte trad.* VAL. MAX. 4, 8, 1 pretium ..., si ad calculum revocetur, parvum ..., si animo ⌞-antis⌟, omni pecunia maius (⌞ ⌟ *trad.; conic.* penses [*vel* ponderetur *sim.*] erogantis). *dub. num cognomen lateat, siquidem recte editum est,* SVBSCR. Fronto p. 52, 14 cod. V haec ibidem collata prerogatus legi emendavi (*aliter alii*).]

*?***I** *vigente quodammodo notione originaria antea rogandi (quam vix agnoscas apud* IVST. *l. 42) significatur fere i. q. per praeiudicium postulare*: SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 21 (*ad Mil. 103* quid me reducem voluistis, *si nunc damnatis eum, per quem restitutus sum*?) exilium ⌞quoddam sibi -tum⌟ videri vult *Cicero*, cum relegatio Milonis immineat (⌞ ⌟ *fortasse* quodammodo [*ita iam Orelli*] sibi prorogatum *legendum; an ad IIA2?*). *huc fortasse revoces* GLOSS. *p. 635, 22sq. allatas nec non* GLOSS. II 418, 37 *προκριματίζω*: -o (*quae praecedunt v. supra p. 590, 51*).

II *notione rogandi sec. voces cognatas mutata*: **A** *intercedit verbum q. e.* erogare, *ut significetur fere i. q. antea distribuere, ultro praebere sim.* (*sc. vi praeverbii temporali, sed haud ubique prorsus conspicua; cf.* GLOSS. -ans: ante inpendens. -tam: donatam. *saepius opp.* reddere, *pro syn. sunt* dare, donare, impendere, largiri *sim.; pro obi. sunt res passim, animantes p. 800, 23. 69, cf. etiam p. 800, 3, absolute vel obi. suppl. p. 800, 36. 43. al.; cui quid praebeatur, indicatur passim per dat., per praepos.* in *c. acc. p. 800, 1. 801, 4. 18* [*cf.* in *c. abl. p. 800, 9sq. 38. al.*], ad *p. 800, 46. 51*): **1** *-antur bona, commoda vel res indifferentes*: **a** *usu communi*: **α** *pecunia, pretium sim.*: COD. Theod. 6, 4, 6 (*a. 340*) pro eo *magistratu absente ...* erogationem debitam fiscus expendat post ad⟨ven⟩tum cuncta, quae -ta fuerint, soluturo. CIL VIII 23946 (*saec. IV ante med.*) partem *impensarum* re[m] publica[m] -ante, partem vero o⟨...⟩. DON. Ter. Andr. 39, 3 ('pretium persolvi tibi') modeste pretium redditum dixit, non beneficiis -tum (*in imag.; vix addas l. 44*). RVFIN. Orig. in Rom. 9, 3 p. 1218^{A} qui ... -at pecuniam suam ... et recepturum se desperet (PRIMAS. in apoc. 2, 7, 224). *loco dubio*: COD. Theod. 12, 1, 29 quascumque ... expensas civitas -vit (*cod. V saec. VI*; pro- *trad. loco gemino Cod. Iust. 10, 32, 20*). **β** *alia*: CIL VIII 1296, 15 (*a. 379–383*) pro meritis ac beneficiis in cives remq(ue) p(ublicam) -tis. CLAVD. DON. Aen. 4, 30 p. 360, 3 illud *obsequium* non homini, sed cineri -are. 10, 150 p. 312, 7 ut contra Turnum ... auxilia -ret *Tarchon* (10, 200 p. 319, 12 quod Romano ductori etiam Mantua auxilium -vit [pro- *edd. vet.*]). FVLG. Virg. cont. p. 83, 8 *hanc materiam* tetigi vitans illa, quae plus periculi possent -are quam laudis. CONC. Carth. a. 411 capp. 2, 56 prosequutio catholicorum, ubi permittunt iudici petentibus Donatistis indutias -are (*in ipso textu*: concedat. *cf.* capp. 2, 58 dilationem. EDICT. reg. Hunir. Vict. Vit. 3, 4 spatia temporis ... contentioni). COMPVT. Carth. 1, 4 assem (essem *cod.*) in ... lunari curso superflue ... -are (*item in computatione*: 2, 9 in ipso annali curriculo ... lunae crementum asses *tot* -are). CAEL. AVR. acut. 1, 11, 87 *ut cor* ad semet ex residuo corpore -tum spiritum trahat (*cf.* DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31, 6 [*inter tres dispensatorias vitae potentias*] vis ... tertia ... omnibus *membris* -ans per sese mobilem ... virtutem, quae *eqs.* [*gr. ἐπιπέμπουσα*]). 2, 25, 141 adiutoriis ... incassum -tis, *sc. aegro.* *loco dubio*: PS. SEN. epist. Paul. 9 veniam -bis (in- [*tuentur edd. rec. et vol. VII 2, 438, 84*], e-, rogabis *var. ll., sed 'erogantur' fere res corporeae, 'inrogantur' incommoda*).

b *usu potius christiano*: **α** *-ant homines* (*res personata l. 21*): ① *quolibet modo*: ZENO 1, 24, 2 *in caelesti prandio* Iacob ... exhibet pecora, Joseph ... -at cunctis annonam. 2, 6, 9 *in templo spiritali* pax colligit, caritas ligat, ... sapientia domus domina -at munera. AVG. lib. arb. 3, 154 quid ... ei *deo* -as, ut tamquam debitum poscas? serm. 313 D, 4 coll. Morin p. 535, 5 qui *iudex* nobis talem martyrem -bat. PS. AVG. serm. 316, 3 *martyres persecutoribus* ipsis -bant divina beneficia (*sc. pro eis orando sim.*). EPIST. pontif. 305 Migne 20, 542^{B} ut ... praestetur seni *Acacio* ... communionis atque litterarum a nobis gratia ⌞-ta⌟ (*i. olim concessa, nisi coll. p. 797, 26. 72 legeris* [gratia] praerogat⟨iv⟩a; *sed* prorogata *Mansi III p. 1054*^{C}). 632 Schwartz p. 20, 16 eis ... oboedire, qui -andis (pro- *cod. unus corr.*) venerabilibus sunt attributi mysteriis. SEDVL. op. pasch. 5, 37 baptismatis unicam trinitatem cunctis gentibus -are (pro- *codd. aliquot*). FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 17, 2 *debet* Christianus omni homini benevolentiae adiutorium ... -are ..., ut ... malum bonitate praeveniat (*opp.* reddere). GREG. M. in Ezech. 1, 5, 7 exempla virtutum (1, 8, 3 iustitiae). *al.* ② *elemosina facienda*: PS. HIL. libell. 9 p. 81, 7 si bene -entur (erogentur *var. l.*) *temporalia bona*, aeterna promissa *sunt. ibid.* l. 17 *patrimonium*, unde deo iubente -atur (e- *var. l.*). ZENO 2, 11, 6 -ta omni facultate pauperibus. PS. AMBR. serm. Sess. 1, 5 mundanae possessionis oneribus abiectis vel potius in fratrum inopia -tis. TRACT. Pelag. 2 p. 26 qui ex his, quae habet, indigentibus largius -at. AVG. in psalm. 32, enarr. 2, serm. 1, 11 (*cf. Iac. 2, 13*) in eum erit misericordia *divina*, qui -vit misericordiam (147, 13. FVLG. RVSP. serm. 8, 8 F. [*syn.* impendere]. CAES. AREL. serm. 182, 2 in hoc *paupere. al.*). serm. 205, 2 quod vobis demitis ieiunando, eleemosynis addite -ando. PS. AVG. serm. 310, 3 ideo non das, ne dando finias, ne -ando deficias. *al.* ③ *dicendo, scribendo*: AVG. anim. 2, 17, 23 quomodolibet accipias, quod tibi -andum putavi (*antea*: haec ... praevia caritate monuisse). AVELL. 81, 2 formam fidei ... ad sanctas ecclesias -are. ALC. AVIT. epist. 40 cum magistris etiam procul positis ultro deceat -are (pro- *var. l.*) doctrinam. VEREC. in cant. 2, 15 l. 11 (*ad cant. 32, 14*) *animae sanctae audientibus* cibum -ant lactis (*postea*: subministrant. *in simili imagine*: PRIMAS. in apoc. 11, 19 l. 280 spiritale pabulum ... intellectualiter -andum). REG. eccl. Carth. l. 1199 ut litterae ad eumdem senem Sanctippum -entur (porrigantur *cod. unus*), quo noverit *eqs.* GREG. M. moral. 6, 55 cum sancta praedicatio -atur (33, 33). 11, 1 dum ex veritate aliquid -ant *haeretici. al.*

β *-at deus, Christus sim.* (*daemones* MANICH., *gratia* CASSIOD.; *-antur fere indebita immerentibus praeter l. 57. 69*): ① *varia*: MANICH. Aug. nat. bon. 46 (*princeps tenebrarum ad socios*) mihi vos ... aequum est id, quod in vestris viribus habetis, luminis -are, *sc. ad hominem creandum.* AVG. civ. 13, 7 p. 564, 24 mors ... pretiosa sanctorum, quibus ... est praemissa et -ta (praerogativa *var. l.*) mors Christi (serm. 231, 5 m. suam -vit nobis [*postea*: 'tenete pignus mortem meam']. *cf.* lib. arb. 3, 264 -to nobis Christi sanguine). in Rom. 52(60), 14 est ... gratia, ut vocatio peccatori -etur (pro- *var. l.*). serm. 110, 3 coll. Morin p. 642, 11 divina beneficia (FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 26, 1 quibus ipse vult). 192, 1 hoc (*sc. promissio vitae aeternae*) ut crederetur, res incredibilior -ta est: ... homo factus est, qui deus erat. 229C, 4 coll. Morin p. 525, 21 indebita. PS. AVG. hypomn. 6, 8 l. 373 gratiam praedestinationis indebitam (serm. ed. Mai 93, 3 g. misericordiae paenitentibus). QVODV. prom. 2, 30, 65 *spiritus sanctus die pentecostes* multipliciter -tus ab ipsa individua trinitate. LEO M. serm. 83, 1 *Christus Petrum* huic civitati dignatus est -are. DRAC. laud. dei 2, 750 mercedem iustis, iniustis munera nobis -at (pro- *cod. unus*). FVLG. aet. mund. p. 142, 17 in illo *Iob* ... bonitatis auctor coronam quia oportuit retribuit, non quia voluit -vit. p. 174, 23 *cibos* gratialiter. CASSIOD. in psalm. 144, 9 ipsum ... coronat, quod in nobis ... gratia -ante largitur; illud damnat, quod diabolo machinante construitur. GREG. M. moral. 17, 8 ut ... ipsa -tae (pro- *ed. Migne*) pietatis tempora quasi damnationis argumenta timeamus

[van Leijenhorst]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Ps. Orig. hom. Casin. p. 862, *ubi syn.* largiens). *al.* Ⓘⓘ miseri-cordiam: Avg. divers. quaest. 59, 3 p. 47 magna est eius *dei* severitas post iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis m. -ta est. epist. 217, 24 persequentibus. in psalm. 83, 16 in eum *Paulum* (*syn.* erogavit). 147, 13 reddere m. -anti. serm. 32, 12 ut primo -ret m. donando peccata et sic postea redderet severitatem puniendo peccata. *al.* Fvlg. Rvsp. ad Monim. 1, 7, 1 gratuitam (*opp.* rependat). 1, 26, 7 (*opp.* mercedem ... redderet). Cassiod. in psalm. 35, 11 'praetende *m. tuam*' dixit, id est -a, praesemina, longe lateque diffunde. *al.*

2 *-antur incommoda, iniuriae sim.* (*fortasse huc p. 799, 53*): Optat. 3, 4 p. 84, 9 ipsi magistri fuerunt iniuriae suae, et quid pati possent, ipsi -tis (-ti *B*, praecogitatis *G*) iniuriis docuerunt. Ps. Ambr. paenit. 7 p. 980^{D} in quo *Cain* totidem -ta sunt tormenta, quot crimina. serm. Sess. 3, 7 si *mundus, quem odisti,* tibi nitatur adpendere, quae te sibi probaverit -asse. Ps. Hier. epist. 5, 8 p. 71^{C} quod ex amore domini nostris utilitatibus -atur, sine murmure sufferamus (*seq.* impenditur ... a domino disciplina). Fvlg. aet. mund. p. 175, 12 iurgium auditoribus. Virg. cont. p. 83, 8 *periculum* (*v. p. 800, 5*). Ps. Tit. epist. l. 398 diversas ⟨in⟩ scelestes ... -ari (-are *trad.*) sententias. Conc. Matisc. a. 585 p. 245 l. 255 nullis exertis actionibus aut convintionibus (*i.* -vict-) -tis miseros *de possessione depellere.* Evtr. Val. epist. 2 l. 18 naturae ... humanae ... irae ... -are stimulum.

B *intercedit subst. q. e.* praerogativa: **1** *intrans. fere i. q.* (*per praerogativam*) *praevalere, praestare*: Epist. pontif. 995 Gassó-Batlle 36, 2 *consecrationem presbyteri* subito fieri nos -ante (-ta *pars codd.*) observantia non adquievimus. 996 Gassó-Batlle 37, 1 licet scismatis reo nonnulla ... debuisset censura monstrari, misericordiam tamen volumus -are iudicio ... caritati ... universa subdentes (*nisi trans.; editores conferunt Bened. reg. 64, 10* superexaltet misericordia iudicio). **2** *trans. fere i. q. praeferre, praeponere* (*fere per praerogativam quandam; obi. suppl. l. 31; hucine l. 26?*): Evseb. Emes. serm. 18, 30 *Ioseph* bonus ... mente ..., quantum testatur pater, qui -vit his, qui ante fuerant nati (*cf. gen. 37, 3* diligebat Ioseph super omnes filios suos). 18, 32 (*spectat ad gen. 37, 7sq.*) iunior volebat *Ioseph* omnibus -ari.

*deriv.: ?*praerogantia, praerogatio, praerogativus, praerogator.

van Leijenhorst.

praerōro, -āre. *a* prae *et* rorare. *i. q. ante rorare, sc. rorando obducere sim.* (*si recte intelleximus locum obscurum*): Cypr. Gall. gen. 334 (*ad gen. 9, 13sq.*) *deus iubet esse* curvandum in nubibus arcum, candida cum sudo -ant sidera nimbo (*sc. cum nubes rorantes obducunt sidera nimbo sereno nec diluvium minante? ad rem cf. Mar. Victor. aleth. 3, 55sq.* qui *arcus* luce calorans exsiccet pluvias).

praeruīna, -ae *f.* *sec. t. t. med. gr. πρόπτωσις per confusionem praeverbiorum pro* proruina (*cf. e. g.* praefluvium). *i. q. actus vel effectus procidendi, πρόπτωσις*: Oribas. syn. 9, 55, 1 Aa p. 387 (*tit.* ad promtosin matricis) si matrix -am (pre- *cod.*) sustenit, repraemi oportit; cum foras preruinaverit, primo per clystere evacuas intestina (*gr. semel tantum τὴν προπεσοῦσαν ὑστέραν, La* proruinam). *dubium*: Oribas. eup. 4, 114 La p. 621 ad matricis pervenam (*sc.* p⟨r⟩eru-; *an corrigas* proruinam, *quod La et alibi exhibet? gr. 4, 112, 6 προπτώσεις*).

deriv.: praeruino.

praeruīno, -āvī, -āre. *a* praeruina. *i. q. praeruinam pati, procidere*: Oribas. (*v. sub* praeruina). *Bk.*

***praerumpo,** -rūpī, -ruptum, -ere. *a* prae *et* rumpere. *de formis: fut.* -ebis Chiron 584, *stirps perf.* -rump- Chiron 92; *p. p. p. compar.* -tior Colvm. 3, 13, 8 Heges. 1, 2 p. 8, 16 Ambr. Abr. 2, 8, 51 p. 604, 20, *superl.* -tissimus Hirt. Gall. 8, 33, 1 Evseb. Gallic. hom. 4, 5 l. 123. *legitur maxime p. p. p. inde a* Cic., Catvllo, Caes.; *ceterae formae perraro, v. infra sub II.* [*confunditur in codd. maxime cum* prorumpere, *sc.* Cic. S. Rosc. 68 Caes. Gall. 3, 14, 6. *al.* (*falsa var. l.* Verg. Aen. 1, 246 [*v.* Serv. *ad l. et cf.* Sen. nat. 3, 1, 1]. *falso trad.* Amm. 31, 8, 10), *ceterum cum* praeripere (*v. p. 803, 33; falso trad.* Amm. 17, 5, 12), *falsa var. l. pro* abripere Lvcan. 6, 610, *pro* prorutus Sen. nat. 6, 1, 2. *loco lacunoso* Fest. p. 206.]

I *p. p. p.* praeruptus, -a, -um *fere i. q.* (*ante*) *abruptus* (*plerumque pro adi. vel subst.; vis verbalis sublucet maxime sub A2*): **A** *notione rumpendi magis minusve manifesta*: **1** *usu sollemni respiciuntur loci, qui quasi anteriore parte abrupta praecipiti inclinatione aut in superiora aut ad inferiora extenduntur, sc. i. q. arduus, praeceps* (*iuxta ponitur* excelsus *p. 802, 1. 33, distinguitur p. 802, 65, opp.* celsus *p. 802, 73*): **a** *proprie*: **α** *adi.* (Gloss. *ἀπόκρημνος.* praeceps. divisus): Ⓘ *de montibus, vallibus sim. eorumve qualitatibus*: Cic. Verr. II 5, 145 *piratae* aliqua promunturia aut -a saxa *tenuerunt* (Caes. civ. 1, 68, 2 iter impediebant. Hirt. Gall. 8, 33, 1 Verg. georg. 2, 156 Ov. rem. 179. *al.*). rep. 2, 11 arduis -isque montibus (*al., v. vol. VIII 1433, 5sqq.*). Catvll. 64, 297 e verticibus -is (Amm. 31, 2, 14). Caes. Gall. 6, 7, 5 flumen ripis ... -is (Cvrt. 8, 10, 23). 7, 86, 4 loca -a ([*opp.* campestribus locis]. civ. 1, 45, 4 [*nisi* -us *delendum*]. Liv. 24, 37, 2 excelso l. ac -o. *al.*). civ. 2, 24, 3 iugum derectum, eminens in mare, utraque ex parte -um atque asperum (Sen. Phoen. 12). Hirt. Gall. 8, 40, 4 difficilis et -us ... descensus. *al.* Bell. Afr. 50, 1 convallis ... altitudine -a (Sen. nat. 6, 1, 6 -ae a. castella). Bell. Alex. 74, 3 descendere -a valle (74, 4 in -am [in proelium *sim. var. ll.*] descenderat v. [*opp.* arduum collem]. Plin. nat. 2, 174 Clavd. 28, 501. *cf.* Vitae patr. Iurens. 9 -a convallia). Ov. epist. 2, 132. met. 1, 719 -am ... rupem (Cvrt. 5, 3, 17 [*iuxta* abscisas]. *al.* Svet. Tib. 40 Ivst. 41, 5, 3. *al.*). Sen. Ag. 562 (*de promunturio*) arx ... -a. nat. 4, 2, 3 insula est aspera et undique -a. Cvrt. 3, 4, 12 dorsum montis imminebat viae non angustae modo sed plerumque -ae crebris oberrantibus rivis ([*vix ad 2a*]. Frontin. strat. 2, 2, 6 cavas et -as). 8, 11, 7 voragines eluviesque -ae. *al.* Colvm. 2, 16, 4 collis -ae *positionis* (4, 22, 8 praeceps et -a p. *vineae. cf.* Pallad. 1, 5, 5 situs ... neque planus ... neque -us). 3, 13, 8 campestris locus ..., acclivis regio ..., -io⟨r⟩ ... collis (3, 14, 1. *al.*). Lvcan. 4, 264 fossa (Tac. hist. 2, 41, 3). *al.* Ⓘⓘ *de rebus in locis arduis collocatis*: Hirt. Gall. 8, 40, 2 ⌞-um undique oppidum⌟ Vxellodunum (⌞ ⌟ *del. Meusel*). Hor. sat. 2, 6, 91 -i nemoris ... dorso. Ov. met. 1, 568 nemus Haemoniae (*sc. Tempe*), -a quod undique claudit silva. Ⓘⓘⓘ *de undis, fluctibus montium more elatis vel abruptis*: Verg. Aen. 1, 105 insequitur cumulo -us aquae mons (*inde* Ambr. hex. 3, 2, 10 Heges. 5, 46 p. 397, 5; *cf. etiam* Zeno 1, 34, 5. *explicat* Serv.: in altum levatus). Amm. 16, 12, 57 clipeis *trans Rhenum* vectos -as undarum occursantium moles ... declinantes. 30, 1, 9 fluctus. Hier. in Zach. 14, 3 l. 123 in -a maris voragine. Clavd. 15, 142 veniant -a Pachyno aequora (prorupta *Heinsius. an ad B2?*). Evcher. laud. her. 9 inter -os gurgites iter carpens *Israel in mari rubro* (*in miraculo simili per comparationem*: Gild. Brit. 11 chron. III p. 32, 6 suspensis utrimque modo -orum fluvialibus montium gurgitibus).

β *neutr. pro subst.*: Ⓘ *plur.* (*cf.* Gloss. -a: *ἀπόκρημνα, ἀπερρωγότα*): Liv. 21, 32, 9 inter confragosa omnia -aque. 22, 6, 5 per omnia arta -aque. 27, 18, 9 per praecipitia et -a. 38, 20, 8 periculosa et -a (Ambr. Nab. 15, 65). Sen. Phoen. 63 (*opp.* plana). dial. 4, 2, 1 sequitur ... vertigo -a cernentis. Ps. Sen. mon. 150 per excelsa et -a *repere.* Cvrt. 7, 11, 15. Plin. nat. 8, 113. 8, 156. 33, 76. Vet. Lat. psalm. 113, 8 (cod. 136) *deus vertit* petram in stagnos, aquas, -a[s] in fontes aquarum (*syntaxin sec. alias versiones restituimus; gr. ἀκρότομον, Vulg.* rupem). Ivst. 41, 1, 11 -a collium montiumque ardua (*item cum gen.*: Amm. 14, 2, 3 Scironis -a letalia. Heges. 2, 15 p. 176, 22 per -a saxorum [*gr. 2, 547 εἰς τὴν φάραγγα*]. Hier. epist. 22, 7, 4 rupium. *sim. al.*). Hil. in psalm. 120, 4 montes ... -is invios. Hier. sit. et nom. p. 86, 7 vallis in -a demersae. *al.* Ⓘⓘ *sing.* (*sive de ipso loco sive de qualitate, qua praeceps est; cf.* Gloss. -um: *προραγέν.* altum. excissae rupes): Sil. 1, 489 *Murrus* cernens ... -um ... loci fidum sibi (*item cum gen.*: Heges. 1, 30, 9 p. 55, 14 in -o montium [*gr. 1, 310 πρὸς ἀποκρήμνοις ὄρεσιν*]. 3, 5, 2 p. 193, 22 Tauri montis -o. 3, 14 p. 208, 18 *arcebat* -um naturae. Vvlg. II par. 25, 12, *v. p. 463, 23*). 3, 635 prona minaci -o turbant *Hannibalem ex Alpibus descendentem.* 13, 336 in -um ... prona ... cautes (*postea*: praecisa per avia). Hier. sit. et nom. p. 87, 5 *mons quidam* propter vehemens -um vocatur excisus. p. 89, 25 Aialon vallis atque -um (*cf.* p. 128, 8 Gai vallis sive -um). Vvlg. Zach. 14, 4 scindetur mons ... -o grandi valde. Sidon. epist. 1, 5, 2 *transgreditur Alpes* inter utrimque terrentis latera -i. *al.*

b *in imagine, sc. de variis rebus difficilibus aut periculosis*: **α** *adi.*: Vell. 2, 2, 3 *Ti. Gracchus* in -um atque anceps periculum adduxit rem publicam (Heges. 1, 24, 2 p. 38, 6 *Mithridates* -o sese p. *dedit* [*gr. 1, 191 κινδυνεύοντα*]. 2, 9, 1 p. 156, 25 in -um quisquam se immergit p. [*gr. 2, 396 εἰς πρόδηλον ἀπώλειαν*]). Vlp. dig. 28, 3, 6, 9 seditio -a factioque cruenta ... moram *poenae non admittunt* (*nisi ad B. cf.* Heges. 2, 10, 2 p. 158, 18 *consilium Eleazari* -ae causa discessionis). Hil. trin. 7, 3 omne sermonis mei iter aut angustiis -um est aut foveis incisum est *eqs.* (*postea*: arduum ac difficile). Ambr. in psalm. 118 serm. 5, 13, 2 aspera atque arida et -a mansio. Amm. 22, 4, 5 gurgites ... -i conviviorum. Victorin. Christ. 18 -ae carcere mortis eripiam mortale genus. Evseb. Gallic. hom. 4, 5 l. 123 viae superborum ... plenae -issimis praecipitiis. **β** *neutr. pro subst.* (*sing. vel plur.*): Manil. 5, 651 *Engonasin* in -a dabit studium (*sc. faciet funambulos sim.*). Sen. contr. 10 praef. 15 metuenda et -a audere (Heges. 1, 13, 2 p. 20, 1). Sen. dial. 9, 10, 5 *ne* invideamus altius stantibus: quae excelsa videbantur, -a sunt (*sim.* epist. 94, 73). epist. 84, 12 non in -o tantum istic, *sc. apud divites,* stabis, sed in lubrico. Ambr. Abr. 2, 6, 27 p. 584, 1 *sensus* impetu suo ferri et in -um ac periculum ruere (*cf.* Hier. hom. Orig. in Luc. 25 p. 151, 15 *ut* in -a non corruat *caritas*). 2, 8, 51 p. 604, 20 sensus ... nostri caprarum modo ... pascuntur -ioribus. Heges. 3, 9, 2 p. 201, 20 promptiorem bello militem reddit ... -um (-a *var. l.*) periculorum. Hier. epist. 147, 1, 2 superbiae -a conscendens. Ivlian. in Iob 31, 7 in impudicitiae -a cecidisse. Conc.^{S} IV 2 p. 67, 21 malos ... ad nequitiae -a deiciens (*opp.* virtutis celsa). Evseb. Gallic. hom. 40, 3 l. 93 tantae foveae et tanta -a ... interiacent inter nos et finem nostrum. *al.*

[Hickson]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *in explicatione allegorica*: GREG. M. moral. 31, 99 (*ad* Iob 39, 28 in -is silicibus) -i enim sunt *angelorum chori*, quia pars eorum cecidit, pars remansit (*opp.* integri). *ibid.* per numeri quantitatem -i. in I reg. 5, 104 (*ad* I reg. 14, 4 scopuli ... -i) *quidam iniqui* dicuntur scopuli, quia ... -um retinent usum pravitatis; dum enim nulla morum ... integritate solidantur, in modum scopuli hinc et inde -i sunt.

2 *peculiaria quaedam* (*sublucente magis minusve vi verbali*):
a *i. q. interruptus, sc. de viis vel venis*: VLP. dig. 43, 19, 1, 6 via publica -a erat (*antea*: interrupta). CIL VIII 21920, 22 (*a. 237*) iter longa incuria -um restituerunt. CHIRON 103 venae -ae (*nisi ad b; cf. 101* vena praecisa).
b *i. q. antea ruptus, sc. vi praeverbii temporali*: CAEL. AVR. gyn. 1, 91 *v. sub* praeruptio. **c** *i. q. (per)ruptus, sc. vi praeverbii evanescente* (*cf. IIB*): CHIRON 65 -is ... fibulis (*antea*: fibulas non rumpes nisi ... cicatrix esse coeperit). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 543 p. 764 muro -o (*gr. 4, 543 ῥήξας τὸ τεῖχος, Heges. 4, 23, 3* muros subverteret).

B *notione rumpendi minus perspicua de eis, quae repente, cito vel effrenate, vehementer agunt, fiunt moventurque* (*sec.* abruptus [*v. vol. I 142, 36–72*] *vel* praeceps. *cf.* GLOSS. -us: vehemens): **1** *de hominibus eorumque qualitatibus vel actionibus* (*in malam partem praeter l. 30; fortasse huc pertinet iam* CIC. S. Rosc. 68 -a audacia *parricidae* [pro- *codd. plerique et edd. recentiores*]): SEN. dial. 3, 1, 4 (*inter signa irae*) parum explanatis vocibus sermo -us. STAT. Theb. 2, 72 -i cum te, tener Euhie, partus transmisere patri (*de partu praematuro*; *sed* praerepti *coni. Heinsius fort. recte*). TAC. ann. 5, 3, 1 ex eo -a iam et urgens dominatio *Tiberii*. 16, 7, 2 Silanum ... animo -um (promptum *L*). AMBR. in psalm. 38, 7, 2 *non* tam -us foret *Semei maledicens regi David* (*II reg. 16, 7*) ..., sed amentem diabolus fecerat. HEGES. 1, 2 p. 8, 16 *Aristobulo* mens -ior. 1, 36, 2 p. 73, 7 -o furore excitus *Herodes*. 1, 37, 5 p. 76, 17 -ae mortis exitio. 2, 10, 1 p. 158, 15 -ae vir audaciae (*gr. 2, 409 θρασύτατος*). OROS. hist. 7, 7, 7 avaritiae ... tam -ae exstitit *Nero*, ut *eqs.* VITA Hil. Arel. 23 l. 8 (*versus Edesii*) quam -a viget miseratio, quam cita donis gratia (prompta *var. l.*; *antea*: largitione promptissimus). ISID. carm. 3, 4 (*loq. Origenes*) celsus eram meritis ...; -us subito lingua nocente rui (prereptus *var. l.*). **2** *de rebus naturalibus*: AMM. 22, 8, 40 *Borysthenes fluvius* mari -is undarum verticibus intimatur. CLAVD. 17, 78 *Anaxagoras* accendit ... diem -i turbine saxi (*i. solis; cf. e. g. Diog. Laert. 2, 3, 12 σφοδρᾷ ... περιδινήσει*). 22, 462 nec prodigus urnae semina -o dissolvat Aquarius imbre (praecipiti *unus e codd.*). AVIAN. fab. 16, 17 (*ad quercum*) in tua -us offendit robora nimbus (-ens *unus e codd.*).

II *ceterae formae*: **A** *vi praeverbii locali originaria aliquatenus servata i. q. rumpere ita, ut pars anterior, extrema auferatur*:
1 *transitive* (*cf.* praecidere *p. 431, 30sqq.*): CAES. Gall. 3, 14, 6 cum funes *antemnarum ... falcibus* comprehensi ... erant, navigio remis incitato -bantur; quibus abscisis *eqs.* (prorumpebantur ... praecisis *β*). OV. met. 14, 547 *Cybele* -upit Phrygiae retinacula classis. COLVM. 3, 18, 2 *malleolus sursum versus insitus* antequam extrahatur, -itur (*postea*: praefracta *materies*).
2 *intransitive*: CHIRON 66 *ut palpebro uncino deiuncto* -at et praependat ipsum palpebrum.

B *vi praeverbii deflexa vel evanida fere i. q. perrumpere, rumpere* (*cf. IA2c*): CHIRON 33 (*v. sub* praeruptio) cutem (63 urito, ita ut c. et causam ulterius -as [*inde Veg. mulom. 2, 14, 4* perrumpatur]. 584 sagitta -ebis c.). 92 *fistula inter maxillas facta* -mperit ulterius os. 107 cauterio ... duobus punctis ... tubercula fleminis -ere (*inde* VEG. mulom. 2, 48, 6 *tubercula* debere -i). 647 ures, donec membranum -as. 665 fissura ... -it ungulam novam. *in imag.*: CAEL. AVR. acut. 2, 21, 128 purgativa ... medicamina ... -unt corpus (*vis temporalis fort. accedit*).

deriv.: praeruptio, 2. praeruptus. *Hickson.*

praerūpium, -ī *n. et* praerūpēs, -is *f.* *a* prae *et* rupes. *ad f.* -es *l. 63 cf.* praesaepes *iuxta* praesaepium.

i. quod ante rupem est, sc. de loco praerupto: **1** *forma* praerupcodicibus tradita: TERT. adv. Marc. 4, 38 p. 549, 14 (*ironice*) o deum optimum! ... sciens praeceps ituros homines ipse illos in -um (-ruptum *Rhenanus*) imposuit. VET. LAT. Iudith 12, 7 (cod. 109) exiens ... in -e babtizabatur ad fontes aque (*gr. φάραγγα, cod. 7 al. et Vulg.* in vallem).

2 *loci dubii, sc. intercedente quadam confusione verborum*: **a** *traditur* praeripium (*sed alia notione ac supra p. 790, 25 illustravimus*): VET. LAT. Is. 10, 18 (Tycon. reg. 4 p. 48, 16) ardebunt montes et ⌊per -a (precipitia *var. l.*) fugient *homines*⌋, quasi qui fugit a flamma ardenti (⌊ ⌋ *male respondent textui gr. multo ampliori, nisi* -a *pro οἱ βουνοί poni putes*). Marc. 5, 13 (cod. 2) per -um caeciderunt in mare quasi duo milia *porcorum* (*gr. κατὰ τοῦ κρημνοῦ, cod. 4 al.* per praeceps, *Vulg.* praecipitatus est).
b *traduntur formae syllaba* pro- *incipientes* (*de nota praeverbii* prae *a scriba neglecta cogitare possis p. 804, 1. 7, de confusione praeverbiorum* prae *et* pro *locis ceteris, nisi formam* prorupium *defendere malis coll. voce q. e.* promunturium): VET. LAT. I reg. 14, 4 (cod. 91) erat -um petr(a)e hinc et -um petrae illuc (proprium *trad. utroque loco; cf. versionem alteram eiusdem cod.* via erat per pr(a)eductum rupis hinc et proripium petr(a)e illinc [per praeruptum ... et -um *coni. Morano, 1989, in ed.*]. *Vulg.* eminentes petrae ... et ... scopuli ... praerupti; *gr. ἀκρωτήριον, pro qua voce ponunt* promunturium *Vet. Lat. Ezech. 25, 9 [cod. 179] et Hier. interpr. Iob 37, 9*). 14, 5 (*ibid. in utraque versione*) -um unum est ab aquilone ..., et -um aliud est ab austro (*trad.* probrium *et ter* proprium; *Vulg.* scopulus prominens, *gr. in ed. Luciani ut supra*). GLOSS.[L] II Philox. PR 399 proruptia: *ἀπόκρημνα* (prorupta *intellexit Laistner*, prorupia *Goetz*). *Bk.*

[praeruptē *non nisi falsa var. lectio p. 380, 75.***]**

praeruptio, -ōnis *f.* *a* praerumpere. **1** *i. q. actio praerumpendi vel status praeruptus*: CHIRON 33 curatur causa cauteris candentibus, quorum -o cap⟨it⟩ulis facta cutem praerumpat (*Veg. mulom. 1, 28, 3* cum ... ruperis cutem). GREG. M. moral. 31, 99 (*antecedentia v. p. 803, 1*) hanc -em restituere ... venit *Christus* (*ibid. iterum*). ISID. orig. 14, 9, 3 hiatus -o terrae profunda (pro- *var. l.*). **2** *technice in medicina de membrana, qua fetus circumdatur*: CAEL. AVR. gyn. 1, 91 vocatur ... h(a)ec membrana *uteri* 'regio' ... et '-o'; ... '-o', quod pr(a)erupta imminente partu liquorem fundat (*cf. Soran. p. 18, 14* quod prius rumpitur, *gr. p. 42, 2. 7 πρόρρηγμα*).

1. praeruptus, -a, -um *v.* praerumpo.

2. praeruptus, -ūs *m.* *a* praerumpere. *i. q. praeruptio, praeruptum*: OROS. hist. 3, 5, 1 vasto ... -u (-o *var. l.*) hiantia subito inferna patuerunt (*cf. Liv. 7, 6, 1* forum ... specu vasto conlapsum in immensam altitudinem). *Hickson.*

1. praesāgo, -āvī, -ātum, -āre (*depon. v. l. 35*). *a* praesagus *denominative; cf.* praesagio. *de formis*: GLOSS.^{L} IV dub. Plac. P 24sq. -o: -as -are facit et est primae coniugationis. (25) praesag⟨i⟩o: praesagire id est futura dicere, tertiae coniugationis sunt productae. prae- *corripitur* CYPR. GALL. num. 262. GLOSS. -o: *προμαντεύομαι. προμηνύω. προθεσπίζω. προγιγνώσκω.* -at: divinat aut futura adnuntiat *v. etiam infra l. 61sq. legitur inde a* SVET. (*e Palaemone?*), APVL., *sc. in oratione prosa praeter* CYPR. GALL.; *cf.* praesagio. [*falsa var. l. pro* praesagire NON. p. 476, 20 SERV. Aen. 1, 230; *ceterum codd. rec. et edd. vet. saepius restituerunt* praesagire, *e. g.* SVET. gramm. 23, 4 IVST. 33, 1, 7. *al.*]

I *usu sollemni i. q. praesagire*: **A** *notione cognoscendi, divinandi* (*-ant homines aut partes affectionesve eorum*): **1** *-antur futura, imminentia*: **a** *indicatur, quid -etur*: SVET. gramm. 23, 4 *Palaemon gloriabatur* nomen suum in bucolicis (*sc. ecl. 3, 50. 53*) non temere positum, sed -ante Vergilio fore ... poetarum ... Palaemonem iudicem. APVL. apol. 43, 3 posse animum humanum ... velut quodam sopore futura rerum -are. ADNOT. Lucan. 7, 188 omnes Romanos -asse hoc malum, *sc. proelium Pharsalicum* (8, 568). *depon.* (*cf. p. 810, 19*): ACT. Archel. 6, 4 *Mani* Turbonis remoratione non prospera -tus ... ad Marcellum perrexit (praesagus *var. l.*). **b** *absolute*: VET. LAT. Iudith 8, 29 (cod. 151; *de Iudith*) in sapientia sollicitudo -at (*gr. et Vulg. aliter*). CASSIOD. var. 5, 3, 2 cogitatio -antis, *sc. parentis proli nomen imponentis* (*antea*: praesentiunt quaedam parentes).

2 *-antur praesentia, sed quodammodo latentia* (*signa futurorum* IVST., ISID.): IVST. 33, 1, 7 luna nocte defecit, id portentum *non Aemilio Paulo sed* Perseo omnibus -antibus *eqs.* (*v. supra p. 17, 55sqq.*). ZENO 1, 2, 26 *semen immortalitatis,* de quo etiam *Vergilius* poeta sapientissimus -vit, dicens *eqs.* ISID. orig. 16, 10, 8 -are (*sc. homines peritos?*) his *gemmis* ferunt maris signa tranquillitatis vel tempestatis (*an legendum* has *sec. Plin. p. 811, 6, ut pertineat ad B?*).

B *notione portendendi, ostendendi sim.* (*ponitur cum obi. vel absolute*): **1** *spectat ad ea, quae postea evenient*: **a** *-ant signa varia*: APVL. met. 9, 38, 8 haec erant quae prodigiosa -verant ostenta. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 106, 1 *Ionae* trium dierum ac noctium sepultura formam futuri mysterii -ante (*Migne gr. 35, 505^{A} τύπον ἐχούσῃ. item -atur typo, praefiguratione*: CASSIOD. inst. 1, 14, 2 *septuaginta libri sacr. script.* in illo palmarum numero [*sc. exod. 15, 27*] fortasse -ti. in psalm. 17, 46 l. 669 hoc ... in illa concertatione ... Iacob ... -tum *est.* 133, 2 l. 93). hist. 3, 8, 1 quibus *signis* ... futurum ... gentis -batur excidium (*gr. προσημαίνουσι ... τέρασι*). AVG. civ. 2, 24 p. 87, 24 *dei* promittebant -ando felicitatem magnam, *sc. extis laetis.* HIL. AREL. vita Honorat. 38 l. 12 somnia non aliquid -antia. VITAE patr. Iurens. 121 *cum puer Eugendus* successu ... felicitatis ... virtute divina, ut reor, -ante succresceret *eqs.* **b** *-ant prophetae* (*cf.* GLOSS. -are: praedicare [*an* -dicere?]. -vit: futura nuntiavit. futurum enarravit, praesagio ante cognito dixerat): POTAM. subst. 1 per ambitum prophetiae vatumque -antium. RVFIN. hist. 2, 3, 4 *propheta* quidam ... famem magnam futuram divinis -bat oraculis (*gr. προθεσπίζει*). FAVST. Aug. c. Faust. 32, 6 an prophetae Iesum -verint, postea videbimus (*antea*: praenuntiatus, *postea*: adnuntiatus). CYPR. GALL. num. 262 prophetali ... sermone -ant (*Vulg. num. 11, 26* prophetarent).

2 *spectat ad ea, quae olim ostentata sunt*: HIER. epist. 3, 4, 1 Bonosus ... noster scalam -tam Iacob somniante iam scandit (*var. l.* -antem).

II *usu deflexo pro gr. ἐνθουσιάζω fere i. q. divini spiritus plenum esse*: PHILO vita contempl. 12 *religiosi quidam* amore caelesti rapiuntur, utpote debacchantes et more Corybantum -antes, donec videant, quod desiderant (*gr. ἐνθουσιάζουσι*).

syntactica quaedam: pro obi. accedit acc. c. inf. l. 32 et fortasse p. 813, 42. 64, praepos. de *p. 813, 44; absolute ponitur p. 813, 37sqq. 60. 63. 67. 73. part. praes. pro subst. p. 813, 38.*

deriv.: praesagatio, praesagator, *?*3. praesago, praesagus.

2. praesāgo *v. p. 810, 13.*

***?*3. praesāgo,** -ōnis *m.* *a* praesagare; *cf. Leumann, Gramm. 1977, 361sq.* GLOSS.^{L} V Aa P 1057 -o: propheta qui antea praedicat[ur]. 1512 propheta: praedicator, -o (*nisi utrobique* praesagus *legendum*).

***praesāgus,** -a, -um. [*a* praesagium *retrograde formatum videtur. Sch.*] *de notione*: SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 236 pr⟨a⟩esagit: 'sagus' scius, doctus; unde 'pr⟨a⟩esagus' praescius *eqs.* GLOSS. -a: *πρόμαντις.* -um: providum. -a: *v. supra p. 577, 42sqq. et cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 666 -i: divini. *legitur in poesi fere epica inde a* VERG. Aen. (*bis*), OV. met., *in oratione prosa inde a* SEN. *philos.*, PS. QVINT., TAC., APVL. (*? v. infra l. 58*), TERT. [-a *i. q. strix: francog.* fresaie *et var. francog., prov., vasc. cf. M.-L. 6723. Wartburg IX 305. St.*] [*confunditur in codd. cum* praesagium STAT. Theb. 8, 335 PS. QVINT. decl. 4, 3 VVLG. gen. 41, 11 *al.* (*e coni.* ARNOB. nat. 1, 62).]

i. qui (quod) praesagit (*abundanter accedit* ante *l. 24; structurae: gen. l. 23sqq. 61. 65. p. 815, 8. al., praepos.* de *l. 34; ponitur fere pro subst.: m. vel f. l. 64, addas fortasse l. 11. 44, n. p. 815, 14*): **I** *potius praesentiendo; dicitur de eis, qui* (*quae*): **A** *divinatione vel suspicione quadam praesagiunt futura, quae*: **1** *indicantur structuris*: **a** *gen.*: **α** mens -a: VERG. Aen. 10, 843 adgnovit longe gemitum -a mali mens *Mezentii* (SEN. Thy. 958 mens ante sui -a m. LVCAN. 7, 186 -a malorum si data mens homini est. VAL. FL. 1, 694 metus ... mensque m. -a. HIER. vita Malchi 9). LVCAN. 6, 414 belli ... futuri. **β** *cetera exempla* (*fere de animantibus*): OV. met. 2, 124 -a ... luctus pectore sollicito repetens suspiria *Sol.* 11, 457 veluti -a futuri horruit Alcyone (AMBR. parad. 8, 40 *deum* -um f. spir. 1 prol. 4). SIL. 8, 656 belli -us et ore attonito sensuque simul clamoribus implet miles *quidam* castra. PS. QVINT. decl. 4, 3 -um magni nescio cuius incerti ... pallorem (*antea*: praescii metus). CLAVD. carm. min. app. 5, 3 *sponsa* mariti. rapt. Pros. 1, 192 -a mali *Ceres.* ENNOD. opusc. 1, 11 p. 264, 13 *Theodericum puerum* educavit ... Graecia -a venturi. **b** *praepos.* de: VET. LAT. sap. 8, 8 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 42) *sapientia* ⌞de futuris⌟ -a est (futuri *var. l.; gr. τὰ μέλλοντα εἰκάζει, Vulg.* de f. aestimat).

2 *colliguntur e contextu vel non indicantur*: OV. met. 10, 444 *non* toto pectore sentit laetitiam *Myrrha* ... -aque pectora maerent. LVCAN. 9, 120 tristis, ut in multo mens est -a timore (PANEG. 6, 8, 1. 7, 4, 1 mente -a omnibus te verecundiae observationibus imbuebas. AMBR. exc. Sat. 1, 26 -ae mentis ... formidinem. *al.*). VAL. FL. 5, 433 aurea ... -a Mulciber arte vellera venturosque olim caelarat Achivos *in porta templi.* SIL. 3, 74 praecordia. 5, 587 -o percussus pectora luctu. TERT. anim. 24, 10 *omnis homo* aliquando -am animam suam sentit aut ... augurem. CARM. laud. dom. 20 sensit vota sui coniunx *mortua* -a mariti *adhuc viventis.* SERV. Aen. 6, 332. HIER. in eccles. 4, 16 l. 238 -o ... spiritu vidit *eqs.* (QVODV. prom. 3, 38, 44 [*postea*: praescius]. PS. ORIG. tract. 6, 28 [*antea*: praevidens]. ARNOB. IVN. in Matth. 1 magi -o s. Christo munera offerebant. ISID. sent. 3, 5, 21). *al.* *de equo Arione, qui Neptuno prognatus futura divinat* (*cf. e. g. Stat. Theb. 4, 43. 11, 442*): STAT. Theb. 6, 424 senserat adductis alium -us Arion stare ducem loris ... *et* expaverat.

B *odoratu investigant latentia*: FIRM. math. 8, 9, 3 canes, qui ferarum cubilia et latentes latebras -is naribus persequantur.

II *potius portendendo, ostendendo, . significando*: **A** *de praedicentibus*: **1** *de rebus* (*sc. maxime de vaticinantium verbis, voce sim.*): OV. met. 3, 514 Pentheus -a ... ridet verba *Tiresiae.* TAC. hist. 2, 1, 2 -a responsa *Flaviis imperium promittentia* (*cf. 1, 10, 3* ostentis ac responsis). APVL. Socr. 18 p. 162 *Socrates in quibusdam rebus* vi daemonis ⌞-a regebatur⌟ (*Elmenhorst,* praesagia regebat *codd.,* praesagiari [*adi.*] egebat *Wiman*). FIRM. err. 28, 5 *Hieremias* -a voce significat *eqs.* (POTAM. tract. 1 l. 53 CARM. adv. Marc. 1, 34. ARNOB. IVN. ad Greg. 1 p. 384, 11 -a ... futurorum vox ... Christi). CLAVD. 26, 19 *Minervam* arbore -a tabulas *Argus navis* animasse loquaces. PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 60 -a vaticinatione. ISID. fid. cath. 1, 5, 5 ora prophetarum -a. **2** *de animantibus* (*pro subst. maxime l. 65. 67. 71, addas fort. p. 815, 18*): LVCAN. 2, 121 te, -e malorum, Antoni, *flemus* (*sc. oratorem a Mario occisum*). SIL. 7, 429 (*nympha Romanis timens Proteum de eventu belli interrogat*) nosti nostros, -e, timores. 9, 58 Cymaea ... haec olim vates et te, *Varronem,* -a tuosque vulgavit ... furores (16, 590). 13, 817 *Carmentis* nostros tetigit -a labores. STAT. Theb. 8, 118 -i ... auguris, *sc. Amphiarai.* CHALC. comm. 161 nisi decretum *fati* praecederet, ad rationem eius accedere *non* potuisse -os. 185. SERV. *p. 815, 1.* CARM. de Iona 13 -os ... prophetas (CE 787, 43).

B *de variis praenuntiantibus* (*fere signis*): **1** *de ominibus, rebus ominosis*: **a** *de fulgure*: VERG. Aen. 10, 177 *Asilae* sidera parent et linguae volucrum et -i fulminis ignes (*explicat*: SERV. auct. *ad l.* -i: fu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tura denuntiantis ...; alii non ipsum fulmen -um accipiunt, sed eos -os, qui inde futura praedicunt. *ad* Aen. 8, 429 fulmen triplici praeditum potestate est: est ostentatorium, peremptorium, -um *eqs.* [*affert* 10, 177]. *iunctu-ram adhibent*: SEN. nat. 5, 18, 10. VAL. FL. 3, 354 volucrumque minae -aque f.). LVCAN. 7, 197 tonitrus ac tela Iovis -a notavit *augur.* **b** *de variis rebus*: SIL. 5, 32 lixarum vulgus -o cuncta tumultu *implevit, sc. exercitum turbans.* STAT. Theb. 8, 145 *Amphiaraus,* -is quo nullus amicior astris. 10, 324 -a quies, *sc. somnio affecta.* silv. 1, 2, 72 *Stellae* -a ... formae ... posuit cognomina *pater.* 5, 3, 181 *tu, pater,* monstrasti ... -um ... aethera ... auguribus. PANEG. 11, 10, 3 *matres* planctu ... omina dabant, ... Cannas dolore -o praecanebant (*nisi ad IA2*). VVLG. gen. 41, 11 somnium -um futurorum. CLAVD. 8, 182 *Honorio principe proclamato* -us obibat cuncta nitor. ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 33 *pravam auri* mixturam ... -am ruinae. *acc. neutr. pro obi. intern.*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 7 ter cardine verso -um cecinere fores.

2 *de ave pluviam praenuntiante*: PORPH. Hor. carm. 3, 17, 12 ('augur ... cornix') Vergilius, *sc. georg. 1, 388,* dicit cornices pluviae imminentis -as esse ...; 'augurem' ergo pro -a, id est divina, posuit *Horatius.*

3 *de typo aliquid praefigurante*: Ps. ORIG. tract. 12, 7 *Raab meretrix* futurarum in fine saeculi rerum -a umbra.

C *de quibuslibet rebus, quae pertinent ad praesagium vel ad praesagientes*: STAT. Theb. 7, 412 Sparte -a ... vidit Amyclaeos ... concurrere fratres *hoc omine Eteoclis Polynicisque pugnam portendens.* 8, 335 (*vates Amphiarao succedens ad illius numen*) tibi sacra feram -a (SCHOL.: quibus divinare possis, id est sacrificio denuntiare). FIRM. math. 2, 30, 15 *ut divinitas* ad animum *astrologi* ... latente -a maiestate accedat. 8, 26, 14 enthei -o divinitatis instinctu futura noscentes.

deriv.: 1. praesago. *Reijgwart.*

praesalsus *v.* -sulsus.

*?***praesalūto,** -āre. CHAR. gramm. p. 474, 6 -o (*affertur inter verba activa coniugationis primae*). *a* prae *et* salutare, *i. q. antea salutare, nisi falso tradi putes pro* persaluto, *quod verbum desideratur in serie Charisii.*

praesancio, -sānxī *et* -sancīvī, -īre. *a* prae *et* sancire. **1** *in versione prava vocis gr. ambiguae προθεσπίζειν fere i. q. praedicere* (*sc. vaticinio*): CONC.^{S} I 5 p. 284, 18 Esaias -ens clamabat: '...' (-sagiens *var. l.; cf. ibid. p. 165, 1* praenuntians clamat, *gr. I 1, 6 p. 144, 23 προθεσπίζων βοᾷ*). *locos similes* CONC.^{S} I 5 p. 262, 37 -xisse *et* 273, 1 -vit *v. supra p. 394, 55sqq.* **2** *pro gr. προνομοθετεῖν i. q. antea sancire*: NOVELL. Iust. 22, 43 p. 177, 18 hanc ... adiectionem ⟨non⟩ ipse Iulius ... adinvenit, sed ... Scaevola hoc -verat.

praesanctifico, -ātum, -āre. *a* prae *et* sanctificare. *i. q. antea sanctificare*: Ps. AVG. serm. ed. Caillau 1 app. 8, 3 (*respicitur act. 2, 2* factus est ... sonus tamquam advenientis spiritus) ita strepitu suo (*sc. spiritūs*) -tā eorum *apostolorum* in corpore linguā, ut salutem populis praedicarent (*si recte abl. absol. cum antecedentibus coniungendum intelleximus*).

praesānēsco, -nuī, -ere. *a* prae *et* sanescere. *i. q. ante tempus sanescere* (*cf.* praesano): PLIN. nat. 24, 73 cicatrices quae -uere aperit *cortex herbae cuiusdam* (-sanavere *vel* -sarivere *trad.*).

praesāno, -ātum, -āre. *a* prae *et* sanare. *i. q. ante tempus sanare* (*sc. pass.* -ari *pro a. t. sanum fieri*): PLIN. nat. 26, 147 ulceribus -tis asphodeli radix ... prodest (*sc. ulceribus, quae clauduntur, antequam omnis suppuratio egesta est*). *cf. falsam var. l. sub* praesanesco.

praesaucio, -ātum, -āre. *a* prae *et* sauciare. *i. q. antea sauciare, antea infirmare*: CAEL. AVR. acut. 1, 3, 39 peius ... laborare dicimus eos, qui post primam diatriton fuerint hac affecti passione, quam qui ante ipsam; etenim -tis viribus quicquid adhibetur ... indignum adiutorium *est* (*non est, quod intellegas adi. notionis q. e. valde saucius*).

praesbyter *v.* presbyter.

praescatēns, -entis *adi.* *a* prae *et* scatens (scatere). *i. q. valde scatens, plenissimus sim.*: GELL. 14, 6, 1 *familiaris quidam* dat mihi librum grandi volumine doctrinae omnigenus (doctrinis omnigenis *var. l.*), ut ipse dicebat, -em (*5* librum ... opulentissimum). *Bk.*

praesciē *v.* praescius. **praesciēns, praescienter** *v.* praescisco (-scio).

***praescientia,** -ae *f.* *a* praescire. *scribitur* pre- VET. LAT. I Petr. 1, 2 (cod. 53 [*saec. VI*]). *legitur inde a* TERT., *fere apud Christianos; plur. sec. schedas nostras non exstat nisi* VET. LAT. I reg. 2, 3 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 40). MART. CAP. 1, 32. [*confunditur in codd. passim cum* praesentia, *e. g.* HIL. trin. 9, 61 AMBR. spir. 2, 11, 118; *contra gr. irrepsit in versiones*: VET. LAT. Sirach 31, 2 (cod. C *al.* Vulg.) -ae (*cett.* praesentiae *sec. gr. ἀγρυπνίας*). II Petr. 1, 16 (Quodv. catacl. 5, 20. *al.*) Christi virtutem et -am (*Vulg.* praesentiam *sec. gr. παρουσίαν*). RVFIN. hist. 2, 1, 13 salutarem domini nostri -am (*gr. ἐπιδημίαν*); *restituitur*: HIL. myst. 1, 24, 2 sq. AMBR. in Luc. 6, 30; *e coni. dub.*: VITA Anton. 31 p. 45, 3 non est opus -a ipsorum *daemonum* (*coni. Garitte; gr. aliter*).]

i. q. actio praesciendi vel status praescientis (*sc. quae futura sunt; gr. respondet πρόγνωσις nisi alia adnotavimus; cf. testimonia notionis*: AVG. quaest. Simpl. 2, 2, 2 quid est ... -a nisi scientia futurorum? EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 2 p. 10, 3 -a ... nihil est putanda quam contemplatio futurorum). *accedit saepius gen. praescientis, e. g.* -a dei VET. LAT. act. 2, 23 (cod. 54 = VVLG.). I Petr. 1, 2 (cod. 53 *al.* = VVLG.) dei patris. HIL. in psalm. 138, 41 (*cf.* -a divina: RVFIN. hist. 3, 7, 6 AVG. epist. 226, 3. *al.*), *vel gen. eius quod (qui) praenoscitur, e. g. p. 817, 33 (cf.* de *c. abl. p. 817, 41.* AVG. civ. 20, 15 p. 442, 28. *al.* ORIG. in Matth. ser. 126 p. 264, 8. *al., enunt. interrog. p. 817, 59); ceterum accedit* ad *c. acc. l. 75.*

I *usu theologico respicitur -a dei trini omnia cognoscentis ante mundi constitutionem*: **A** *generatim de qualibet -a futurorum* (*sc. praesciuntur variae res vel respicitur qualitas generalis*): TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 339, 25 bonitatem *creatoris* ... et -am et potentiam. p. 340, 3 quae *-a* tantos habet testes, quantos fecit prophetas. p. 340, 5 quis -ae titulus in omnium auctore, qui (*Kroymann,* qua *trad.*) universa ... disponendo praesciit et praesciendo disposuit? VET. LAT. I reg. 2, 3 (Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 1, 40) deus -arum dominus est (praesenciarum *cod. C ante corr.,* scientiarum *edd. vet. sec. Vulg.*). act. 2, 23 (cod. 57, *sim. al. et* VVLG.) *Christum* secundum proscriptum consilium et -a *dei* traditum, *sc. ad crucifigendum* (*codd. 5 et 50* providentia). HIL. in psalm. 121, 10 cuius *dei* tam fidelis -a est (-ae *vel* praesentia est *trad.*), ut, quae nondum gesta sunt, tamen ab eo iam pro ... praeteritis habeantur (*cf.* AVG. civ. 12, 18 p. 542, 29 *ut ea quae fecit non* provideret ex proximo tempore, sed aeterna -a contineret [BOETH. cons. 5, 3, 15 GREG. M. in euang. 8, 2]. 15, 25 p. 114, 4 cuius *dei* est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia quam certa -a. *sim. al.*). syn. 38 (*v. p. 535, 9*). trin. 9, 61 in ea necesse est filium manere proprietate qua pater est; manere autem quomodo existimabitur, si extra -ae naturam sit? (-am, praesentiae [*vel* -am] *var. ll.; ibid.* cognitio futurorum). GAVDENT. serm. 3, 16 -a ... dei non fallitur (AVG. civ. 5, 9 p. 203, 25 FVLG. RVSP. praedest. 1, 17. *al.*). AMBR. hex. 3, 16, 65 *deus herbas utiles* -ae suae maiestate de sinu terrarum iussit exire. HIER. in Ier. 5, 36, 5 ut liberum homini servetur arbitrium, ne ex -a (praesentia *var. l.*) eius *dei* quasi necessitate ... facere quid ... cogatur. NICET. spir. 10 -a omnium rerum in deo est (VICT. VIT. 2, 84 [scientia, praesentia *var. ll.*]). 18 si -am habet *spiritus,* sicut pater et filius. AVG. gen. ad litt. 6, 17 p. 191, 13 multa secundum inferiores causas futura sunt; sed si ita sunt et in -a dei, vere futura sunt. retract. 1, 5, 2 *deum* habere omnium rerum scientiam, in qua etiam -a est futurorum. VINCENT. LER. comm. 15, 4 in -a manus ipsius *Christi* et pedes fossi esse referuntur (*sc. psalm. 21, 17*). FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 61, 17 generalis ... -a, quae de statu mundi totius apud deum manet, de potentia nascitur. *al.* *fere metonymice de ipso Christo praesciente*: VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 31 dedit ... pater filio omnipotens omnipotentiam, ... -am dedit -ae, divinitatem divinitati, ... regi regnum *eqs.*

B *speciatim spectat ad electionem bonorum aut damnationem malorum* (*sc. praesciuntur homines ipsi [angeli p. 817, 5] aut actiones, voluntates sim., per quas eliguntur vel damnantur*): **1** *definitiones et potiora exempla notionem illustrantia*: AMBROSIAST. in Rom. 9, 11, 5 (rec. *γ, sim. cett.*) -a ... dei est, qua definitum habet, qualis uniuscuiusque futura voluntas erit ..., per quam aut damnetur aut coronetur. AVG. anim. 1, 7, 7 -a (praesentia *var. l.*) ... dei eos, quos sanaturus est peccatores, praenoscit, non facit. bapt. 4, 3, 4 p. 225, 12 secundum eius *dei* -am (praesentiam *var. l.*), qui novit quos praedestinaverit ante mundi constitutionem. persev. 18, 47 aliquando eadem praedestinatio significatur ... nomine -ae (*cf. p. 535, 42*). HIL. Aug. epist. 226, 4 (*v. p. 535, 46*). FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 63, 11 -a ... gerenda praenoscit, postmodum praedestinatio retribuenda describit. p. 64, 2 -a dei ea, quae de hominis meritis secutura sunt, non ut eveniant exigit, sed eventura praecurrit. **2** *exempla varia selecta*: TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 343, 27 uti deus ... contineret in semetipso et -am et praepotentiam suam, per quas intercessisse potuisset, quominus homo male libertate sua frui adgressus in periculum laberetur. VET. LAT. I Petr. 1, 2 (cod. 53, *sim.* 57 *et* VVLG.) Petrus apostolus Iesu Christi electis advenis dispersionis ... Asiae ... secundum -am dei patris (*var. l. Vulg.* praesentiam; *Ps. Vigil. Thaps. c. Marivad. 3, 32* providentiam). Ps. MAR. VICTORIN. phys. 9 *deus* sua -a providens peccaturum *esse hominem* (*respicitur peccatum originale ut*: HIER. adv. Pelag. 3, 6 p. 575^{B} non est in culpa is, qui -am dei vitare non potuit). TYCON. reg. 4 p. 28, 19 unus (*sc. Iacob*) est secundum electionem de -a dilectus, alter (*sc. Esau*) electione suae voluntatis iniquus (*sec. Mal. 1, 2sq. = Rom. 9, 13, ut*: AMBROSIAST. in Rom. *ad l.* AVG. quaest. Simpl. 1, 2, 5. *al.*). AMBROSIAST. in Rom. 9, 11, 3 (rec. *β, sim. α et γ*) *increduli* non sunt praedestinati ad vitam; -a enim dei olim hos non salvandos decrevit. HIER. in Eph. 1, 4 ('elegit nos ... ante mundi constitutionem') quod electos nos ... testatus est, ad -am dei pertinet (*in eadem re:* adv. Rufin. 1, 22 AVG. quaest. Simpl. 1, 2, 5). ANON. in Gal. 04 -am dei ad

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

electionem. RVFIN. Adamant. 4, 11 p. 70, 24 non est iusti iudicii, ex -a condemnari aliquid, quod ... opere non sit admissum (*gr. deest*). Orig. in Ios. 23, 4 p. 444, 19 per ineffabilem providentiam dei ac -am (praesentiam *var. l.*) in his sortibus (*cf. Ios. 18, 6sqq.*) adumbrari futurae in caelis hereditatis exemplar. AVG. civ. 11, 33 p. 508, 11 inter hos et illos *angelos* (*sc. sanctos et lapsos*) deum vel -a vel opere divisisse. 20, 15 p. 442, 28 (*ad apoc. 20, 15*) ipsa eius *dei* -a de illis *electis,* quae falli non potest, liber est vitae, in quo sunt scripti, id est ante praecogniti. gen. ad litt. 6, 11 p. 185, 3 'factus est homo in animam vivam' (*gen. 2, 7*), non tunc praedestinatus: hoc enim ante saeculum in -a creatoris. lib. arb. 3, 38 unde tibi videtur adversum esse liberum arbitrium nostrum -ae dei? quia -a est an quia dei -a est? in Rom. 52, 11 (= praed. sanct. 3, 7) non ... elegit deus opera cuiusquam in -a ..., sed fidem elegit in -a. FAVST. REI. grat. 2, 12 p. 95, 10 (*per prosopopoeiam*) cum iustitia verba conserit -a et ita dicit: melius est *eqs. al.*

II *usu vario respicitur -a*: **A** *hominum* (*animalium l. 47sq., angelorum l. 56*): **1** *exempla varia* (*e coni. dub.* TERT.): TERT. ieiun. 7 p. 283, 10 (*sec. Dan. 2, 10sq.*) *sophistae* negant ... de -a (*Reifferscheid dubitanter*; praestantia *trad.*) humana posse cognosci *somnium regis.* ITIN. Alex. 3 Varro ... Pompeio olim per Hispanias militaturo librum ... elaboravit, ut ... motus aërios -ae fide peteret aut declinaret. AMBR. in Luc. 6, 30 perfunctoriam mysterii -am (*sc. adumbrationem quandam crucifixionis futurae*). HEGES. 1, 1, 10 *Hyrcanus* filios -a quadam animi tenens non diuturnos fore (*cf. 1, 2* opinio; *nisi ad 2 coll. gr. 1, 69 προεῖδέν τε καὶ προεφήτευσεν*). AVG. epist. 73, 6 p. 271, 6 o infida in voluntatibus amicorum scientia praesentium, ubi nulla est -a (praesentia *var. l.*) futurorum! *in medicina*: HIPPOCR. progn. 1 medicum existimo perfectum esse -am affectantem (*gr. πρόνοιαν*). *ibid.* -a futuri eventus (*gr. τοῦ προγινώσκειν*). *ibid.* oportet eius *morbi sim.* -am investigare (*gr. πρόνοιαν*). PS. SORAN. quaest. med. 17 in omnibus quidem vitiis -am habere possumus, non tamen de omnibus praedicere (*distinguuntur πρόγνωσις et πρόρρησις sec. Ps. Galen. def. med. 167sq.; cf. ibid.* sicut ad curandum optima via est -a, sic et ad praedicendum).

2 *-a fit inspiratione divina vel arte divinandi*: IREN. 2, 32, 4 (*sim.* RVFIN. hist. 5, 7, 4 *eadem vertens*) alii ... et -am habent futurorum et visiones et dictiones propheticas (CYPR. epist. 58, 6 p. 661, 19 *prophetas* ad -am f. spiritus sanctus animavit [*sim.* Fort. 11 p. 339, 25, *ubi syn.* notitiam]. RVFIN. Orig. in num. 16, 7 p. 145, 15 videtur ... f. -a ... medium quiddam esse, id est neque proprie bonum neque proprie malum. p. 145, 18. *al.; cf.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 391^{C} eorum, quae futura erant, -am [*gr. aliter; opp.* scientia *praesentium*]). 4, 11, 1 *prophetae* quomodo ... praescire potuerunt, nisi ab ipso *Christo* -am ante accepissent? Ps. CYPR. singul. cler. 35 quos mathematici docuerunt habere de crastino -am. IVL. VAL. 1, 2 quibus *nominibus* uti ad -am solemus (*syn.* veridicentiae, vaticinandi scientia *sim.; aliter gr.*). HIL. in psalm. 56, 2 prophetae -a. VITA Anton. 34 p. 47, 12 ut -am habeamus (*gr. προγιγνώσκωμεν, ut etiam* l. 14 ut -am nobis det *deus*). FVLG. myth. 2, 5 p. 45, 2 Iuppiter ... conceptionalem factum ei *Tiresiae* futuri germinis subministrat, id est quasi -am. AMBR. hex. 5, 9, 25 quod per indulgentiam domini ... hic *echinus* ... -ae huius munus acceperit (*ibid. de eodem*: gratiam -ae. *item respicitur -a animalium*: EVSTATH. Basil. hex. 9, 3, 10 -a pecudum de futuris caeli mutationibus [*gr. τινα τοῦ μέλλοντος αἴσθησιν*]). RVFIN. Clement. 2, 51, 5 quinque sensus scientiae capaces sunt, sextus autem -ae est, quem habuerunt prophetae (*cf.* 2, 51, 6 propheticum sensum, qui est -ae). Greg. Naz. orat. 3, 5, 2 magorum immolatio et in fibris quaesita -a. 4, 11, 2 futurorum -am meruerunt *quidam* (Orig. in num. 14, 4 p. 128, 5 CONSVLT. Zacch. 1, 4 p. 11, 10. *al.*). VICT. TONN. chron. II p. 191, 490, 3 virtutibus variis atque -a claruerunt *eremitae quidam. al. respicitur -a angelorum*: AVG. civ. 11, 13 tit. p. 479, 25 an ... post ruinam labentium *angelorum* perseverantiae suae -am acceperint qui steterunt (p. 480, 8 vel p. vel casus sui). epist. 73, 7 p. 271, 12 -a (praesentia *var. l.*), qualis *quisque* futurus sit, si est in ... beatis angelis, quo modo fuerit diabolus beatus aliquando ... sciens futuram iniquitatem suam, ... non video. gen. ad litt. 11, 26 p. 359, 6 certam -am perpetuae felicitatis suae.

B *deorum paganorum* (*umbrae sim.* RVFIN.): RVFIN. Clement. 2, 13, 4 -am habet *anima mortui,* propter quod et evocatur ad necromantiam (2, 13, 6). MART. CAP. 1, 32 (vers.; *Phoebus loq.*) tuum *Iovis* ... velle est ante -as ac mente gestas quicquid instabit deis (*eadem distinctione*: OROS. hist. 7, 1, 10 si praescisse illis *deis paganis* ac voluisse praesto semper fuit, immo etiam subiacente -a *eqs.*). 9, 894. OROS. hist. 6, 1, 20.

compos.: impraescientia.

praescindo, -idī, -ere. *a* prae *et* scindere. [*levi auctoritate edebatur olim pro* praecidere VITR. 5, 6, 5 VVLG. I reg. 24, 12 II reg. 10, 4 II Macc. 7, 4 AVG. serm. 5, 8, *unde in lexica fluxit.*]

fere i. q. (parte anteriore) scindere, truncare (*pro obi. sunt partes abscisae vel totum quoddam deminutum*): **1** *corporaliter*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 644 p. 704 *unam manum cuidam concedebat Iosephus,* dummodo alteram sibimet ... ipse -ret (*gr. ἀποκόψειεν. postea*: laevam sibi truncavit). OP. imperf. in Matth. 9 p. 679 carpentarius si viderit arborem bonam, concupiscit eam -ere ad opus artificii sui. **2** *incorporaliter: -untur res* (*sc. quae minuuntur*): AVG. coll. c. Don. 3, 2, 2 l. 26 catholici ... propter -endas moras ... perseveranter instabant, ut ecclesiae causa ... ageretur. *-untur homines* (*sc. qui ab aliis segregantur*): OP. imperf. in Matth. 1 p. 625 deus non eum *Ozian* -idit de numero regum, quia fecit quod placitum est deo (*postea*: praecisus).

1. praescio *v.* praescisco.

[2. praescio, *sc. acc. plur.* -ones *olim edebatur e coni. dubia Gronovii* AMM. 18, 4, 1, *v. p. 821, 27.*]

praescisco, -ere *et* ˢ**praescio,** -ii (-īvī), -ītum, -īre (*quae verba, cum formas multas nec notione distinguendas habeant communes, coniuncte tractanda esse duximus*). *a* prae *et* sciscere *vel* scire. NOT. Tir. 21, 88^{a} -it. *de formis: stirpis praes.: incohat.* -scisco *legitur prius, sed raro, sc. non nisi* VERG. (*v. p. 819, 8*), LIV. (*l. 53. 55*), COLVM. (*p. 819, 9*), AMM. (*p. 819, 13*), GLOSS. (*l. 41*), -scio *inde a* TERT., MIN. FEL., VET. LAT. *stirpis perfecti*: -ii *sim.*: -ii AMBROSIAST. in Rom. 9, 15, 1, -iit TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 6. VET. LAT. Rom. 11, 1 sq. (cod. 75, *sed cf. eundem cod. l. 30*). IREN. 2, 28, 7. *et saepe,* -ieras STAT. Theb. 8, 183, -ierat TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 9. PELAG. in Rom. 8, 29 (-ivit *var. l.*). AVG. in euang. Ioh. 42, 16, -ierit HIER. in Ier. 1, 2, 1 (-iret *edd. vet.*). AVG. civ. 12, 23 tit. BOETH. cons. 5, 3, 27. *al.,* -ierint AMM. 29, 1, 33. -ivi *sim.*: -ivi IVL. VAL. 1, 4 p. 8, 23. PELAG. in Rom. 9, 15 (-ii *cod. unus*). *al.,* -ivit VET. LAT. Rom. 8, 29 (cod. 89. *al.* = VVLG.). AMBR. in psalm. 39, 16, 4 AVG. civ. 5, 9 p. 205, 2. 31. *et saepe,* -iverit AVG. lib. arb. 3, 30 in psalm. 25, enarr. 2, 2, -iverat AVG. civ. 14, 11 p. 28, 5 in euang. Ioh. 86, 2 in psalm. 105, 35, -ivisset IVL. VAL. 1, 33 p. 44, 16. *contractae*: -isti FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 61, 23, -it VET. LAT. Rom. 8, 29 (cod. 75, *nisi perperam praes. posuit, cf. ibid.* 11, 1 sq. *bis* -iit), -isset *sim.* LIV. 24, 26, 2 TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 7 DON. Ter. Eun. 110. *al.,* -isse TER. Andr. 239 SVET. Tib. 67, 2. *al. supinum* -tui *dub. an agnoscendum p. 821, 35. legitur stirps perf. singulis locis apud* TER., LIV., STAT., SVET. *et saepius inde a* TERT., *stirps praes.* -scere *sexies inde a* VERG. (*v. l. 17*), *p. p. p. septies apud* PLIN. nat. (*v. p. 820, 74*) *et inde a* IVL. VAL., *stirps praes.* -ire *inde a* TERT., MIN. FEL., VET. LAT.

i. q. antea sciscere vel scire, praenoscere. gr. respondet προγιγνώσκειν, nisi alia adnotavimus; cf. GREG. M. moral. 20, 63 l. 44 -ire dicitur qui unamquamque rem antequam veniat videt *eqs.* GLOSS. II 416, 43 *προγιγνώσκω*: antecognosco, -io (pro- *trad.*), praesago. GLOSS. L I Ansil. PE 511 ⌞prae⌟⟨s⟩ciscere: ⌞prae⌟cognoscere, ante cognoscere, ante -ire (⌞ ⌟ per- *trad. loco utroque*). *quodammodo abundanter accedit adv.* ante: TER. Andr. 239. VET. LAT. Rom. 8, 29 (Aug. trin. 13, 16, 20. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 3, 15 p. 263, 30 AVG. quaest. hept. 2, 102. *al. (cf. l. 41); sim. al.*

I *cum respectu futuri sim. -itur, quod adhuc futurum, appariturum est* (*quod iam exstat, sed adhuc latet e. g. p. 819, 13*): **A** *vario usu* (*accedit obi. acc. passim, acc. c. inf. p. 819, 13. 18sq. 21, inf. l. 52, enunt. interrog. l. 54. p. 819, 1, absolute vel obi. suppl. l. 51. 55. p. 819, 11. al.*): **1** *praescientia fit potius comperiendo, nuntium accipiendo sim.*: **a** *exempla varia*: TER. Andr. 239 uxorem decrerat *pater* dare sese mi hodie; nonne oportuit -isse me ante? nonne prius communicatum oportuit? LIV. 24, 26, 2 cum ad se quoque veniri -isset, in sacrarium ... confugit *filia Hieronis.* 27, 35, 5 in consules designatos omnes versi ... -scere (-ire *B ante corr., dett. duo*), quam quisque eorum provinciam ... haberet, volebant. 29, 14, 1 occultantibus id (*sc. quod Africa provincia decreta erat*) ... patribus, ne -scerent Carthaginienses (praescriberent *P*). VET. LAT. II Petr. 3, 17 (Aug. fid. et op. 14, 22 *al., sim.* VVLG.; *in epistulae conclusione*) vos igitur, amantissimi, -entes cavete, ne ... decidatis a corroboratione vestra. IVL. VAL. 2, 37 p. 108, 30 (*Alex. nuptias suas adnuntians*) id ... e re est de litteris iam -iri (praecui *var. l.; aliter gr.*). GREG. M. in euang. 35, 1 moral. 2, 11 l. 91. **b** *ex oraculi responso, inspiratione divina sim.*: STAT. Theb. 8, 183 (*Argivi ad Amphiaraum mortuum*) hos ... bellorum casus nobisque tibique -eras et ... venisti tamen. IREN. 4, 11, 1 prophetae ... -entes per spiritum *sanctum* adventum eius *Christi* (*cf.* HIL. myst. 1, 24 'odor' [*gen. 27, 27*] spiritus est praescientia ...; odorari ..., id est -ire spiritu). IVL. VAL. 1, 4 p. 8, 23 (*Philippus ad uxorem*) culpa vacas, sicuti -vi de som[p]nio (*gr. p. 10, 4 ἐθεασάμην*). 1, 31 vers. 10 (*verba oraculi*) hisce, quae fas, instruēre ut -as (*gr. corruptum*). 1, 33 p. 44, 16 cum deorum monitu -visset *Nectabanus* fortunae suae lapsum ([*gr. p. 38, 8 εἶδε*]. AMM. 25, 10, 16 *quendam* m. cuiusdam somnii ... -isse, quod evenit). AMM. 21, 1, 8 (*in veriloquio*) *Themis* fixa fatali lege decreta (*i. τεθειμένα*) -ire facit in posterum. 22, 1, 1 Iulianus ... aves ... suspiciens -ire festinabat accidentium finem. 29, 1, 25 *Pergamium* quaedam imprecationibus -isse nefariis. 29, 1, 33 ex fide sortium. AMBR. hex. 5, 14, 43 *fulicae, refugitis* quam -itis commotionem maris (*huc traximus coll. 5, 9, 25*). AVG. haer. 18 (*inde* PRAEDEST. 1, 18) *Caiani* asserentes eum *Iudam* -isse,

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quantum esset generi humano Christi passio profutura. DAMIG. lapid. 26, 3 (*26, 2 hieracites lapis est* idoneus in rebus praenoscendis) habebis autem sic eum, ubi volueris aliquid -ire: lava *eqs.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 204 *avis per auspicium consulta* si ... -ire futura valuisset, in hunc locum nequaquam venisset. *al.*

2 *praescientia fit potius cogitando, ratiocinando vel modo incerto*:
a *-unt homines*: **α** *exempla varia*: VERG. georg. 4, 70 animos vulgi et trepidantia bello corda licet longe -scere (*inde* COLVM. 9, 9, 4 *curator* poterit exploratam fugam -scere [pro-, praescissere *sim. codd. aliquot*] ... aurem ... alveis admovendo). PS. APVL. Ascl. 24 -ire cuncta prudentes decet. TERT. anim. 19, 8 quod *vox infantis* (*sc. vagitu vitam auspicata*) etiam -ens habenda sit ..., nedum intellegens (*nisi ad 1 b*). DON. Ter. Eun. 110 si *Parmeno* -isset civem esse *virginem*. AMM. 20, 6, 9 ad -scendos adversos subitosque motus id munimentum, *sc. Singaram*, opportune locavit antiquitas. CLAVD. DON. Aen. 6, 460 p. 567, 23 (*ad 6, 463* nec credere quivi *eqs.*) si -issem hunc te habituram exitum vitae. QVODV. cant. Is. 1 l. 30 (*in imagine sec. Ioh. 15, 1 sqq.*) iste ... agricola (*sc. deus*) sic inspicit, ut ... *sarmentum* adhuc viride -at ⌞eum⌟ fructum dare non posse (⌞ ⌟ *masc. pro neutro, ut* l. 31 sarmentum, quem -it esse infructuosum). SVLP. SEV. epist. 3, 6 Martinus ... obitum suum longe ante -iit (-vit *var. l.*) dixitque fratribus dissolutionem sui corporis imminere. NOVELL. Theod. 26, 4 quod *onus* si se daturos -issent (praecissent *sim.*, perscripsissent *var. ll.*), fundos minime suscipere ... paterentur. SIDON. carm. 5, 247 *telum iecisse* et plagae -isse locum. *al.*
β *in astrologia et medicina*: SVET. Tib. 67, 2 -isse haec (*i. fere odium civium*) eum *Tiberium* peritia futurorum ([*syn.* prospexisse]. *ad astrologiam referas coll. 69* addictus mathematicae; *item*: ISID. orig. 3, 71, 39 per supputationes noxias ... eventus rerum -ire). HIPPOCR. progn. 1 -ens ... et praedicens praesentia et praeterita et quae futura sunt (*sc. medicus ut: ibid.* -ens superventura ex causis [*gr.* προειδώς]. *ibid.* morituros ... et evasuros -ens et praedicens).

b *-unt dei sim. paganorum*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 10 nequam spiritus *prophetam inhabitans* -ens et intellegens terrae motum futurum. MART. CAP. 1, 21 (vers.; *Phoebus loq.*) nobis -ire vacuum est ...: quod superi voluere licet. 1, 22 (vers.) quod superis -ire datum. 2, 167 et -endi et incursandi et nocendi habent ... potestatem *fauni, nymphae sim.* OROS. hist. 7, 1, 10. ENNOD. dict. 25, 4 p. 501, 9 (*loq. Thetis Achille orbata*) illam *orbitatem* pro aeternitatis meae sublimitate -vi.

B *usu theologico respicitur praescientia dei trini omnia cognoscentis ante mundi constitutionem*: **1** *absolute vel obi. supplendo*: TERT. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 18 *Christus* Iudam traditorem non adlegisset, si -isset. adv. Prax. 16 p. 257, 10 paenitens, quod hominem fecisset, quasi non -ens. AVG. civ. 5, 9 p. 203, 32 certus est ordo rerum -enti deo (*sim.* p. 204, 32 *et al. ibid.*). in psalm. 32, enarr. 2, serm. 2, 14 de nobis ante -vit et praedestinavit (*cf. l. 63*). PS. AVG. hypomn. 6, 3 l. 63 solus ipse -endo scit, quod homo nesciendo nescit. FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 61, 13 -endi ... qualitatem *deo propriam. al.* *part. praes.* -ens *pro subst. masc. de deo*: VET. LAT. Rom. 9, 12 (Praedest. 3, 2) a -ente dictum est (*male resp. gr. ἐκ τοῦ καλοῦντος, Vulg.* ex vocante). FAVST. REI. grat. 1, 10 p. 34, 23 non ... violentia -entis, sed inoboedientia peccantis in causa est. 2, 2 p. 61, 13 quia eum *hominem* coactura sit -entis auctoritas. 2, 6 p. 73, 13.

2 *indicatur, quid (quis) -atur*: **a** *per acc.* (*nom. in struct. pass.; accedunt praepos. l. 63. p. 820, 18; acc. dupl. v. sub ba*): **α** *rei*: TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 340, 6 universa ... disponendo -iit et -endo disposuit (*cf.* -ire omnia: VET. LAT. sap. 7, 23 [Cereal. 24 p. 764[A], *gr.* πανεπίσκοπον, *Vulg.* prospiciens]. IREN. 4, 39, 4 NICET. spir. 11 AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 220. *al.*; -ire cuncta: AVG. civ. 5, 10 p. 208, 25. 12, 19 p. 542, 22. *al.*). MIN. FEL. 36, 2 cum possit -ire materiam, *i. singulorum hominum indolem.* VET. LAT. sap. 19, 1 -iebat ... futura illorum *impiorum* ([*gr.* προῄδει]. AVG. civ. 5, 9 p. 203, 30). IREN. 3, 21, 9 spiritu -ente ea, quae a malis doctoribus -untur. VVLG. IV reg. 19, 27 (*deus de rege Assyriorum*) viam tuam -vi (perscivi, scivi *var. ll.*) et furorem tuum contra me. AVG. in euang. Ioh. 53, 10 hoc (*Ioh. 12, 39 sq.*) de Iudaeis, qui excaecati et indurati sunt, deus -vit (*item accedit praepos.* de: 83, 1 [*deus loq.*] *gaudium* fit et in vobis, cum hoc efficimini, quod -vi de vobis. FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 62, 20 quid de nobis -ire ac praeordinare debeat deus. *cf. l. 43*). PS. AVG. hypomn. 6, 2 l. 36 sq. non omne quod -it, praedestinat; mala enim tantum -it, bona vero et -it et praedestinat (*cf.* FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 61, 25 vult ... bonum et permittit malum, -it utrumque). BOETH. cons. 5, 3, 9 necessarium esse eventum -tarum rerum. GREG. M. moral. 16, 14 quamvis ... deus illud tempus uniuscuiusque ad mortem -at. *al.*

β *personae* (*respic. sive damnati sive electi praeter p. 820, 11 sq.*):
Ⓘ *exempla varia*: VET. LAT. Rom. 8, 29 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) quos -it (*v. p. 538, 13; pendent loci ibid. laudati*). 11, 1 (cod. 75) non repulit deus populum suum, quam (*pro* quem) -iit (*sec. var. l. gr.* προέγνω, *om. ceteri codd. et Vulg.; sim.* Rom. 11, 2 [cod. 75 *al.* = VVLG.]). AMBROSIAST. in Rom. 9, 23, 2 (rec. *γ*) praeparare est ... unumquemque -ire qui dignus erit (*recc. α et β* scire). PHILIPP. in Iob rec. brev. 15 p. 1429[A] (*ad 15, 32* antequam dies eius impleantur, peribit) ante diem iudicii -tus in praedestinatione peribit (rec. long. p. 656[A] *dominus* -iit in praedestinatione). AVG. spir. et litt. 5, 7 diffundit caritatem in cordibus eorum, quos -vit ut praedestinaret, praedestinavit ut vocaret *eqs.* PS. PROSP. vocat. gent. 2, 29 -ta et promissa gentium plenitudo. GILD. Brit. 47 chron. III p. 54, 5 *Ieremia,* priusquam formaretur in utero, ⌞-tus⌟ et priusquam exiret de vulva, sanctificatus (*respicitur Ier. 1, 5* novi te; ⌞ ⌟ prestitus *cod. unus ante corr.*, a deo est *add. cod. alter*). FAVST. REI. grat. 2, 2 p. 61, 14 libertas -ti hominis. 2, 3 p. 64, 13 homicidam. FVLG. RVSP. praedest. 3, 11 *Christus* -vit traditorem suum, nec alius eum tradidit quam ille quem ipse -vit. *al.* *p. p. p.* -tus *pro subst. masc.*: TRACT. de indur. cord. Phar. 2 l. 6 quinque nos causas in hoc opere prosecutos: ... quintam, de -tis et praedestinatis. 49 l. 21 -ti vera ... dilectione diligere deum. IND. capp. bibl. Rom. F 16 p. 51 de gratia dei, qui electis suis adque -tis ... scientiam praestat orandi. AVG. in euang. Ioh. 45, 12 novit -tos, novit praedestinatos. CASSIOD. in psalm. 5, 11 necesse erat de pertinacibus et -tis dicere, quos noverat. *al.* Ⓘⓘ *accedit praepos. indicans, quo respectu quis -tus sit, quid de aliquo -tum sit*: PS. AVG. hypomn. 6, 2 l. 54 quos ... punit ..., non tamen puniendos ipse fecit vel praedestinavit, sed tantum ... in damnabili massa -vit (*item c. abl.*: 6, 5 l. 207 in quibus *malis suis* ... -tus est tantum, non praedestinatus *Iudas* [6, 6 l. 225 peccatores in m. propriis ... -tos]. LEO M. serm. 58, 3 *Iudas* in voluntaria erat impietate -tus [praescius, poscitus, praestitutus *var. ll.*]. in *c. acc. iuxta* praeordinare *v. p. 748, 4. 7*). FVLG. RVSP. ad Eugipp. frg. 3 quisquis ... non est praedestinatus ad gloriam, invenitur ... -tus ad poenam.

b *per struct. verbales*: **α** *acc. vel nom. c. inf.* (*inf.* esse *omisso hic illic cogitari potest de acc. dupl.*): TERT. adv. Marc. 2, 7 p. 344, 9 -ierat male hominem institutione sua usurum. IREN. 2, 17, 11. AMBR. in psalm. 39, 16, 4 (*ad Ier. 11, 19*) -vit *Christus* se sicut agnum esse ducendum. AMBROSIAST. in Rom. 11, 2 hi, quos -iit deus credituros (PELAG. in Rom. 8, 29 AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 332, 29. *al.*). PELAG. in Rom. 9, 15. TRACT. de indur. cord. Phar. 49 l. 13 (*ad Rom. 8, 30*) hi sunt ..., quos -vit deus non de labiis diligere. AVG. civ. 5, 10 p. 210, 3 illum *hominem* peccaturum esse (in euang. Ioh. 53, 4 lib. arb. 3, 15. *al. apud eundem*). persev. 10, 24 in morientibus vel mortuis vindicari peccata, quae -ti sunt facturi esse, si viverent (*sim.* 12, 31). *et saepe apud eundem.* PROSP. resp. ad Vinc. 16 casuri ... et recessuri ab eo, qui falli non potest, -untur *peccatores. al.* **β** *enunt. secund.: interrog.*: TERT. adv. Marc. 2, 3 p. 336, 23 deus -iebat, quid boni appariturum esset. AVG. civ. 5, 10 p. 209, 17 quid futurum esset in nostra voluntate. PS. AVG. hypomn. 6, 2 l. 35. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 29 p. 715[B] (*iuxta* praecognitum habuit). *al.* quod: RVFIN. Adamant. 4, 11 p. 70, 21 -isse deum, quod homo per arbitrii libertatem magis deligeret *eqs.* (*gr. deest*). AVG. in euang. Ioh. 86, 2 (*ad Ioh. 15, 16*) si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos -verat, simul etiam -isset, quod eum nos fuissemus prius electuri. PS. AVG. hypomn. 6, 5 l. 195 LEO M. serm. 67, 2.

II *cum respectu ordinis -itur aliquid*: **A** *antequam quidlibet fit*: VET. LAT. act. 26, 5 (cod. 50 = VVLG.) Iudaei -entes me *Paulum* ab initio (*cod. 51* qui ... noverunt). HIL. trin. 9, 59 l. 37 humanae naturae (*i. homines*) quod agere definiunt ... -unt et sequitur gerendorum cognitio voluntatem agendi. CONST. Sirmond. 13 convenit ⌞nostris -ta temporibus⌟ ut iustitiam inflectat humanitas (⌞ ⌟ *'experta iam ante tempora nostra' intell. Pharr in transl., 1952; 'requiritur* praesidens' *Mommsen in app. crit.; an* praestita *restituas?*). LEO M. epist. 109, 3 Conc.[S] II 4 p. 137, 41 haeretici olim in auctoribus suis -ti (*Ballerini,* persciti *trad.*) atque damnati apertius ... coeperunt dogma ... adstruere. GILD. Brit. 109 chron. III p. 84, 27 non probati in bono, sed in malo opere -ti (*edd. vet.,* praestiti *cod.*) ministrantes *clerici.* **B** *antequam aliud cognoscitur*: BOETH. anal. pr. 67a22 (rec. Flor., *sim.* Carn.) numquam ... accidit -ire singulare (*sc. ante universale; gr.* προεπίστασθαι). in herm. comm. sec. 6, 14 p. 492, 8 -atur (perspiciatur *var. l.*) ... in his, quae sit proportionis similitudo. top. Arist. 102b12 necessarium est ... -ire, quid est diffinitio (*gr.* προειδέναι).

part. praes. praesciēns *pro subst. v. p. 819, 46.*

adv. **praescienter.** *i. q. modo praescientis* (*sc. dei; Christi l. 71*): PS. ORIG. in Iob 1 p. 407[A] (*ad gen. 3, 9*) *deus* interrogavit olim Adam ... non ut inscius, sed sciens -r. p. 418[B] (*deus loq.*) -r ... scio constantiam Iob. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Petr. 1, 2 ('secundum praescientiam dei patris'; *cf. Eph. 1, 4 sq.*) deus ... -r elegit eos *homines* in Christo ante originem mundi iam tunc praedestinans eos filios esse (*gr.* προγνωστικῶς). PS. FVLG. RVSP. serm. 21 p. 888[C] *Christus* admonuit -r *Petro* dicenti 'etsi omnes *eqs.*' (*Matth. 26, 33*).

p. p. p. praescītus *pro subst. v. l. 12.*

neutr. **praescītum,** -ī *pro subst.* *non nisi nom. vel acc. plur.* -a *praeter p. 821, 11.* [*vix recte editur* IVL. VAL. 1, 8 p. 15, 11 -um fossae, *fortasse*

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pro praecisum f. *sec. gr. p. 15, 22 χρημνώδη τόπον καὶ ὀχυρόν* (*cf. app. crit. et Kroll, Rhein. Mus. 70, 1915, 592*).]

i. quod praescitum est, sc. in re divinatoria (in tempestate praenoscenda l. 15) de signis futurorum, auguriis sim. (*notionem originariam dubites an referas ad id, quod animal portendens vel homo praesagiens antea novit, an* [*si conferas subst.* scitum] *ad id, quod divinitas vel natura antea novit decrevitque; nescio an subsit quodammodo versio t. t. gr. προγνωστικόν*): PLIN. nat. 2, 24 fulgurum monitus, oraculorum -a, haruspicum praedicta *eqs.* 2, 82 a sidere *Iovis* caelestis ignis (*sc. fulmen*) exspuitur -a secum adferens. 9, 55 sunt et in hac parte naturae auguria, sunt et piscibus -a. 10, 41 (*antea*: principales ... sunt in auguriis *pici*) unum eorum -um transire non queo (*postea*: prodigium. *dubitanter ad subst. q. e.* praescitus, -us *refert Önnerfors, Rhein. Mus. 119, 1976, 363 adn. 35*). 10, 211 magnus hic in vita locus ..., utrumne sint aliqua -a animi quiescentis ... an fortuita res sit. 11, 20 *apes* praedivinant ... ventos imbresque, cum se continent tectis; ... *quod apiarii* inter -a habent. 11, 273 Aristotelem (*frg. 286*) ... credidisse -a vitae esse aliqua in corporibus ipsis, *velut numerum dentium, incisuras in manu* (*ibid.* auguria; *274* vitae brevis signa). IVL. VAL. 1, 8 p. 15, 23 (*magus moriens loq.*) olim ... videram fatale mihi fore a filio interfectu iri: ⌞ea igitur -a non effugi⌟ (⌞ ⌟ ea i. -ta n. effugisse *cod. P*, en i. praescripta n. fugi *T; gr. p. 16, 2 μοῖραν*). *addas fortasse l. 30.*

deriv.: praescientia, *?* praescitio, *?* 2. praescitus (-ūs); *cf.* praescius.

? **praescītio,** -ōnis *f.* *a* praesciscere (*si recte restituitur*). *i. q. actio, ritus sim. praesciscendi futura* (*sc. plur. de variis generibus divinationis*): AMM. 18, 4, 1 *Sapor rex* arma viresque parabat ... ⌞-es⌟ omnes consulens de futuris (⌞ ⌟ *Bentley* [-is *iam ed. Accursii*], praestionis *V*; praestigiatores *vel* praesciones *temptaverunt edd. vet.*, superstitiones *Heraeus, aliter alii*). 29, 1, 31 *ad exploranda futura* litato conceptis carminibus numine ⌞-um⌟ auctore (*i. Apolline*; ⌞ ⌟ *ed. Gelenii,* -tiorum *V,* praesagitionum *Cornelissen,* praescitorum *Clark sec. cod. N*).

praescītum, 1. praescītus *v.* praescisco (-scio).

? **2. praescītus,** -ūs *m.* *a* praescire. *i. q. praescientia* (*cf. l. 12*): IVL. VAL. 1, 41 p. 52, 7 (*satrapae ad Darium*) *captivos tibi misimus* non ausi eorum ultra aliquid adinquirere, quae sint fortassis melius regi -ui ([praescivit *cod. P*]. *gr. aliter; an supinum verbi q. e.* praescire *intellegendum?*).

praescius, -a, -um. *a* prae *et* scire *sec.* conscius, nescius, *nisi a* praescire (*aliter fortasse p. 823, 11*). *scribitur* pre- *e. g.* CARM. de Alcest. 1 *et* 12 (*in pap. saec. IV*). CE 1350, 6 (= INSCR. christ. Diehl 1061a; *a. 413?*). NOT. Tir. 21, 87ª. *voc.* -e *v. p. 822, 27; compar. et superl. desunt* (*potius ad totum enunt. quam ad* -a *pertinet adv.* bene *p. 822, 12*). *legitur in versibus inde a* VERG., OV., SEN. *trag., in oratione soluta inde a* TAC., TERT., VET. LAT. [*e coni. dub.* AMM. 26, 1, 7 ⟨-us⟩ praesagiis *Petschenig.*]

***praesertim** *adv.* [*subesse videtur verbum* *praeserere; *conferre possis* disertim, *si veteres recte* disertus *cum* disserere *iungebant. Sch.*] *scribitur* pre- *e. g. in cod. Vat.* CIC. rep. 1, 9. NOT. Tir. 2, 50 -m. 51 -i⟨m⟩ cum. 52 cum -m. 52a cum -i⟨m⟩ cum. *doctrinae gramm.*: SACERD. gramm. VI 445, 13 *sunt coniunctiones* causales: ... quamobrem, -m, item (DON. gramm. IV 365, 3. *et al.; contra enumeratur inter* rationales: PROB. inst. gramm. IV 144, 9. CHAR. gramm. p. 290, 9 [*ex Cominiano*]. AVDAX gramm. VII 350, 3. *inter* connexivas: PS. ASPER gramm. V 553, 21). PROB. inst. gramm. IV 144, 9 -m *coniunctio* composita (*sed* simplex: AVDAX gramm. VII 349, 28. 350, 3). PS. MAR. VICTORIN. gramm. VI 203, 1 quae *coniunctiones* subiunguntur? enim, autem, -m, denique. *de notione*: DOSITH. gramm. 43, 2 *ἐξαιρέτως*: -m (GLOSS. II 157, 24 -m: *μάλιστα, ἐ.* 301, 32 *ἐ.*: praecipue, egregie, -m, adprime). GLOSS. -m: *μάλιστα.* praeterea aut maxime. *sim. al. legitur in poesi 17ies apud* PLAVT. *aliosque scaenicos veteres et 14ies apud* LVCR., *ceterum raro, sc. singulis tantum locis, nisi aliter indicatum est, apud* LVCIL., CATVLL., VERG. georg. (*bis*), HOR. sat. *et* epist. (*ter*), PROP., AETNAE *auctorem,* IVV., AVSON. *al.*; *in prosa oratione occurrit*

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

passim inde a CORNELIA, RHET. Her. *longeque maxima frequentia exstat apud* CIC. (*fere quingenties*), QVINT. (*42ies*), AVG. (*plus quam 250ies*); *de* -m cum *v. p. 867, 23; p. 478, 56 sqq. comparavimus frequentiam vocis q. e.* praecipue, *quamquam eius usus haud parvo discrepat.* [*restituitur pro* praesentim *p. 851, 4.*]

in sermonem inducit aliquid prae ceteris considerandum, minime neglegendum, ut significetur i. q. maxime, imprimis sim. (*ad originem notionis cf. Schaffner-Rimann, Die lat. Adv. auf -tim, 1958, 29; notio q. e. profecto, manifesto sim. vix recte intellegitur a quibusdam apud* COMM. *sub IIA et B*):

I *usu originario, sc. ad confirmandum, explicandum, definiendum sim. inseritur aliquid sententiae tamquam additamentum postea vel per parenthesin adiectum* (*fere extra structuram sententiae, quae prior loquenti obversabatur*): **A** *per asyndeton*: **1** *additur ad quandam partem orationis inducens attributa, praedicativa, appositiones*: **a** *usu communi antecedit vox illustranda, sc. forma* res, -m illa, *vel* res, illa -m (*vox illustranda intellegitur e verbo e. g. l. 59, suppletur loco mutilo l. 49sq., omnino omittitur l. 35. 62*): **α** *cum adi. vel pron.*: Ⓘ *structura sollemni*: PLAVT. Epid. 171 *cur pudeat* ducere te uxorem, -m eam, qua ex tibi commemores ... filiam prognatam (CIC. dom. 83 poena ..., ea -m quae *eqs.* ad Brut. 17, 1. *al.* SEN. dial. 11, 10, 5 PLIN. epist. 5, 8, 2). CIC. Tull. 3 res ita multas, falsas -m et inique confictas, proferre (Lael. 15). div. in Caec. 35 illa ..., sine quibus causa sustineri, -m tanta, nullo modo potest (Tusc. 5, 19 Att. 10, 2, 2). Planc. 10 comitiis, -m aediliciis, studium esse populi, non iudicium. Deiot. 34 de statua quis queritur, una -m, cum tam multas videat? (*nisi alia interpunctione ad 2bβ*). rep. 2, 43 perpetua potestate, -m regia. Att. 14, 19, 1 a castris, -m civilibus, abhorrere. *al.* VARRO rust. 2, 10, 3 *pastores* qui greges sequuntur, -m armenticios ac caprinos. HOR. sat. 1, 6, 51 te ..., -m cautum dignos adsumere *amicos*. LIV. 39, 39, 4. *et saepe.* Ⓘⓘ *audaciora*: CORNELIA epist. frg. 2 uti ... quaecumque ageres, ea velles maxime mihi placere, atque uti nefas haberes ... ⌞adversum meam sententiam quicquam facere⌟, -m mihi, cui parva pars vitae restat (*tamquam* ⌞ ⌟ *sit pro* mihi adversari, *quod occurrit ibid. postea; sunt qui cogitent de attractione inversa, de qua v. Hofmann-Szantyr, 567*). CIC. Att. 13, 10, 1 sed illud *παρὰ τὴν ἱστορίαν* (*sc. dicunt sim.*), tu -m, me reliquum *esse* consularem (*sim. per ellipsin*: VARRO rust. 3, 2, 3 'recipis nos ...?' ille 'ego vero [*sc. vos recipiam*]', inquit, 'te -m, cuius *eqs.*).

β *cum enunt. relat.* (*sc. paulo saepius forma* -m qui *quam* qui -m; *cf.* -m is, qui *l. 18*): Ⓘ *cum coni.*: PLAVT. Cist. 241 ei me ⟨tot tam⟩ acerba facere *puellae* ..., -m quae coniurasset mecum et firmasset fidem. Pseud. 505 a me non potest argentum auferri, qui -m senserim. CIC. inv. 1, 3 *consuetudo,* quae -m iam naturae vim optineret. Sull. 6 *nemo adfuit Vargunteio,* ne hic quidem Q. Hortensius, -m qui illum solus antea de ambitu defendisset (*sublucente vi concessiva ita ut p. 867, 57 illustravimus; sim.*: fam. 15, 21, 2 tribuno plebis quaestor non paruisti, cui tuus -m conlega pareret). *al.* MAT. Cic. fam. 11, 28, 1 tibi ..., -m in quem mea propensa ... esset benevolentia. CATVLL. 10, 12 CAES. Gall. 5, 47, 4 LIV. 25, 6, 7 PORPH. Hor. epist. 1, 18, 58. *al.* Ⓘⓘ *cum indic.*: PLAVT. Poen. 820 servire amanti miseria est, -m qui quod amat caret. Rud. 291 pauperes ... miseri vivont, -m quibus nec quaestus est. CAECIL. com. 220 -m quae non peperit, lacte non habet. CIC. Catil. 3, 22 *praeter opinionem Galli nos adiuverunt,* -m qui nos ... superare potuerunt. fat. 23 (*coni. var. l.*). POLLIO Cic. fam. 10, 31, 6 magis legionibus opus esse quam provinciis, quae -m recuperari nullo negotio possunt. QVINT. decl. 330, 13 TERT. coron. 8, 5. COD. Iust. 2, 40, 1 (*a. 229*). *et saepius.*

γ *cum part.* (*suppl. l. 62*): Ⓘ *praes.*: CIC. S. Rosc. 76 quaero, is homo ... per quos homines ... facinus ..., absens -m, conficere potuerit. Cluent. 36 *ea* longum est dicere mihi, -m ad alia properanti. Scaur. 36 omnia consulem putant posse, -m ultro pollicentem. Tusc. 2, 1 quid possum, -m nihil agens, agere melius *quam philosophari*? *al.* CAES. Gall. 6, 8, 1 tam exiguam manum, -m fugientem atque impeditam. PLIN. nat. 21, 1 *facile est* rerum naturae pingere (*sc. floribus sim.*), lascivienti -m et ... ludenti. TERT. anim. 28, 3 adv. Marc. 5, 7 p. 592, 23. *per ellipsin*: CIC. Brut. 318 nimis multa videor de me, ipse -m (*sc. loquens sim.*). Ⓘⓘ *perf.*: CIC. Verr. II 2, 109 vos, *iudices,* id statuere ..., -m aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis? Sest. 43 quin ille sanguis ..., nullo -m publico consilio profusus, consules ultores ... esset habiturus. prov. 39 quam ego plagam etsi non contemno ..., -m monitus a sapientissimo consule ..., tamen *eqs.* fin. 4, 1 *causam* istam ... aggredere, tractatam -m ... a te ipso saepe. fam. 3, 4, 2. *al.* CAES. Gall. 6, 8, 1. civ. 1, 71, 1 perterritum exercitum sustinere non posse, -m circumdatum undique equitatu. BELL. Alex. 42, 3 *praeda* erat grata, -m virtute parta. HOR. ars 383 LIV. 7, 20, 5. *al.* Ⓘⓘⓘ *fut.*: QVINT. decl. 260, 3 arroganter ... faciet *dives adulescens*..., si coeperit se ipse laudare, -m iactaturus id, quod facere possit, a fortuna esse. APVL. met. 10, 21, 4 quippe cum nil ... difficile facturus mihi viderer, -m ... mulieris cupientis amplexus obiturus. TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 380, 5.

δ *cum subst., sc. quae accedunt*: Ⓘ *per appositionem*: CIC. S. Rosc. 43 patres familiae ..., -m homines illius ordinis (*iuxta subi. ut*: Att. 9, 12, 3. CAES. Gall. 2, 30, 4 *Romani,* -m homines tantulae staturae. PLIN. nat. 15, 109 nullus *color suci* Persicis, cum, -m duracina, suco abundent. *al.*). Verr. I 28 testis, -m Siculos, timidos homines, ... deterrere (*item iuxta obi.*: Pis. 38 tantam ... provinciam ..., Macedoniam -m, quam *eqs. al.* APVL. apol. 7, 3). fam. 6, 4, 3 quod absis a tuis ..., -m ab iis pueris, quibus nihil potest esse festivius (*item iuxta praepos.*: FIRM. math. 3, 3, 1 in primo cardine ..., in his -m signis, in quibus gaudet *Iuppiter.* PELAGON. praef. 2 in animalibus, -m in equis). *al.* Ⓘⓘ *per gen. attributi*: CIC. Verr. II 2, 42 putabant absentis damnationem, -m tantae pecuniae, ... invidiosiorem fore. Mur. 44 petitorem ..., -m consulatus. prov. 10 in civis Romanos, eius ordinis -m, qui *eqs.* Planc. 38. 55. LIV. 45, 23, 18 superbiam, verborum -m, ... inrident. Ps. AVR. VICT. epit. 1, 17 liberalibus studiis, -m eloquentiae. AVG. civ. 12, 18 p. 540, 4. Ⓘⓘⓘ *alio modo*: CIC. Phil. 6, 18 quis est civis, -m hoc gradu ..., tam oblitus beneficii vestri? CAES. Gall. 5, 49, 7 *castra* erant exigua per se, vix hominum milium septem, -m nullis cum impedimentis.

b *audacius antecedit ipsum attributum, sc. forma* illa -m res, *vel* -m illa res (*quaedam ad III trahere possis, si quidem* -m *non ad solum attributum pertinere putes; parum constat de* CIC. Rab. Post. 1 [*v. app. crit.*]; *ceterum cf. l. 47. p. 867, 6*): CIC. Verr. II 4, 99 audite ... singularem eius ... cupiditatem ..., in iis -m sacris polluendis, quae ... ne cogitatione quidem violari fas fuit (har. resp. 7 huic ... viro numquam ... praeripiam eum -m reum, cuius ... inimicitias ... *pro me* suscepit. *cf. structuram communem p. 865, 18*). de orat. 1, 21 hoc tantum oneris *non* imponam nostris -m oratoribus in hac tanta occupatione urbis ..., nihil ut iis putem licere nescire. BELL. Alex. 51, 4 non enim ... vigilantia cupienti -m aliquid Cassio deerat. AETNA 346 *ut spiritus* -m ipsa suo declivia pondere numquam corpora deripiat. PLIN. epist. 10, 3, 2 convenientissimum esse ... putavi -m tam moderatae voluntati amplissimi ordinis non repugnare. TERT. resurr. 21, 3 spes resurrectionis, nisi manifesta ..., neminem ad huiusmodi -m religionem, publico odio ... obnoxiam, persuaderet. NOVELL. Valent. 21, 2, 3 *ut* quot voluerint diebus in tantae -m causae meditatione versentur *testatores.* BOETH. cons. 4, 4, 7 *nihil est* ita serum, quod exspectare longum immortalis -m animus putet.

2 *per se ponitur inducens varia supplementa sententiae*: **a** *structuras nominales*: **α** *dat.*: PLAVT. Poen. 149 egone istuc ausim facere, -m tibi? (*item cum pron. pers.*: CIC. Cael. 24 perfacile est ... respondere, mihi -m. nat. deor. 3, 11. *al.* APVL. flor. 9, 6. *al.; cf. p. 865, 31*). 505 tardo amico nihil est quicquam inaequius (nequius *Lindsay*), -m homini amanti (CIC. fam. 7, 14, 1 PORPH. Hor. epist. 1, 15, 10). TER. Ad. 784 edepol comissatorem haud sane commodum, -m Ctesiphoni! CIC. Verr. II 4, 47 quae ... acerbum dolorem commovent, mulierculis -m. de orat. 1, 250 non possum negare prodesse ullam scientiam, ei -m, cuius *eqs.* (Ps. SALL. rep. 1, 6, 1). *al.* LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1. CAES. Gall. 4, 8, 2 *nullos* vacare agros, qui dari tantae -m multitudini sine iniuria possint (*nisi ad 1b*). LIV. 25, 36, 2 QVINT. inst. 10, 4, 3. *al.*

β *abl. nudum* (*locativum l. 56*): LVCIL. 537 cur tam ignaviter, hoc -m tempore, quaeris? (CIC. leg. 2, 3 fam. 7, 20, 2. *al.* FIRM. math. 1, 1, 3 AMM. 15, 10, 4). CIC. Verr. II 2, 134 ut ... *Verris* nequitiam, qui illum secum habuerit, eo -m numero ac loco, ... cognoscatis. dom. 141 non potuit ... non ... peccare, -m illo pontifice et magistro, qui *eqs.* (*item cum praedicativo*: Phil. 7, 2 se -m incolumi. *al.* POLLIO Cic. fam. 10, 33, 2 -m adiutore Planco. APVL. apol. 60, 5 VEG. mil. 1, 22). Phil. 3, 12 qui *Antonium* Gallia prohibet, privato -m consilio. Tusc. 5, 91 Athenis -m (*cf.* ad Q. fr. 2, 14, 2 Romae -m). fam. 2, 18, 2 *tres fratres* te nolo habere iratos, iure -m. *et saepe.* CAES. Gall. 7, 76, 6 -m ancipiti proelio. PLIN. nat. 2, 3 tanto -m opere. 21, 181 IVV. 15, 109. *al.*

γ *praepos. vel adv.* (*acc. in locut. adv. p. 867, 4*): Ⓘ in *c. abl.*: AFRAN. com. 396 praefestinamus quae sit causa sciscere, quod sit necessum scire, ⌞-m⌟ in brevi (⌞ ⌟ *sed fortasse recte* proferte *coni. Bücheler*). RHET. Her. 4, 4, 7 in elocutione -m. CIC. Caecin. 5 nihil est in re -m aperta ac simplici, quod excellens ingenium requiratur (de orat. 2, 191 -m in rebus alienis. *al.* CASS. Cic. fam. 11, 2, 1. LVCR. 5, 84 [= 6, 60] -m rebus in illis, quae *eqs.* BOETH. in herm. comm. sec. 6, 14 p. 496, 20). p. red. in sen. 10 *consules me* non modo deseruerunt, in causa -m publica ..., sed prodiderunt (Planc. 87 Att. 3, 24, 2 QVINT. inst. 11, 1, 74). off. 2, 77 *nihil taetrius* quam avaritia, -m in principibus. fam. 15, 15, 2 -m in bellis civilibus (SEN. benef. 4, 37, 2). *et saepius.* VARRO rust. 2, 5, 3 -m in Italia (COLVM. 2, 2, 24). LIV. 26, 50, 5 QVINT. inst. 2, 6, 3. *al.* Ⓘⓘ *exempla cetera*: CIC. div. in Caec. 70 accusatoremne se existimari *vult* ..., nunc -m ea iam aetate, cum aedilitatem petat? (Att. 11, 16, 1. *cf.* LACT. opif. 1, 3 tum -m, cum *eqs.*). Verr. II 1, 132 *indignum esse* se non opimum praeda, -m a pupillo, discedere (*cum eadem praepos.*: div. 2, 24 -m a Stoicis. *al.* PLIN. epist. 9, 9, 3. *al.*).

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 124 tot viros primarios ..., -m ex iudicum numero (Bell. Alex. 8, 5 Plin. epist. 10, 116, 2). Scaur. 36 in istis ... rebus, -m apud homines barbaros, opinio plus valet (Att. 16, 7, 3 fam. 13, 59 Liv. 39, 26, 13 Plin. epist. 9, 23, 6). Mil. 54 -m id temporis. *al.*

δ *acc. (suppl. ex enunt. relat.* Q. Cic.): Cic. de orat. 3, 18 me tam impudentem esse ..., ut vobis hoc -m munus putem diutius posse debere? (*nisi ad 1b*). off. 1, 137 deforme ... est de se ipsum praedicare, falsa -m. Att. 8, 9, 1 cum ... ad eam *pacem* hortarer, eum -m hominem, non videbar ullo modo facilius moturus, quam si *eqs.* Q. Cic. pet. 44 *homines volunt large* promitti sibi, -m quod a candidato petant. Qvint. inst. 12, 8, 8 effugere aliqua ... potuerunt, -m hominem ... imperitum.

ε *nom. v. p. 865, 34. 63.*

b *structuras verbales*: **α** *abl. absol. (part. coniunct. v. sub 1αγ; ceterum cf. p. 866, 53sqq.)*: Plavt. Amph. 655 me uxori exoptatum credo adventurum ..., -m re gesta bene, victis hostibus. Cic. Cluent. 95 quid mali ... inferre possit vis tribunicia, conflata -m invidia *eqs.* dom. 47 praeda -m populari et spe largitionis oblata. de orat. 1, 264 his -m audientibus. ac. 2, 112 non repugnarem, -m ne Carneade quidem ... repugnante. Att. 4, 16, 6 Catone -m absoluto. fam. 2, 17, 1 -m sublato metu Parthico. *al.* Caes. Gall. 3, 17, 7 -m eo absente qui summam imperii teneret. Qvint. decl. 296, 9 -m nondum exacta nocte. 344, 9 -m nulla gravi praecedente causa. Plin. epist. 1, 7, 2 -m te exigente. *al.*

β -m cum (*vel* cum -m, *sc. minore frequentia, ut elucet ex hoc conspectu auctorum potiorum* [Plavt. Asin. *v. sub IIA*]: Ter. -m cum *3 / cum -m –*, Rhet. Her. *2 / –*, Varro *4 / –*, Cic. *plus quam 150 / fere 45*, Lvcr. *7 / 4*, Caes. *7 / –*, Sall. *2 / 3*, Nep. *2 / –*, Liv. *– / 4*, Val. Max. *– / 5*, Cels. *– / 3*, Sen. *philos. 5 / –*, Colvm. *2 / 5*, Ascon. *3 / –*, Plin. nat. *5 / 5*, Qvint. *2 / 19*, Plin. *min. 12 / –; interponuntur voces aliae*: -m ... cum: Ter. Hec. 705. Cic. Cluent. 142 -m, iudices, cum [*item*: Rab. Post. 2. 36 Mil. 42. *cf.* leg. agr. 3, 15 -m, Quirites, cum]; cum ... -m: Cic. Verr. II 3, 68 Caecin. 15 Att. 8, 7, 1. *al.* Lvcr. 2, 54. 5, 52 Prop. 1, 2, 27 Min. Fel. 37, 4. *cf.* Gloss. -m cum: *ἄλλως τε. multo rarius occurrit* praecipue cum, *v. p. 481, 5 sqq.*):
Ⓘ *cum coni.*: Ⓐ *usu sollemni respicitur causa*: Ter. Hec. 531 demiror, ... *cur* nos celare volueris partum, -m cum ... tempore suo pepererit. 705 puerum iniussu ... non tollent meo, -m in ea re cum sit mihi adiutrix socrus. Eun. 863. Rhet. Her. 2, 19, 29 non est incredibile putandum ..., -m cum *eqs.* Varro Men. 572 -m cum ventrem meum coerceam. ling. 7, 4. 8, 59 non est ergo analogia, -m cum *eqs.* Cic. inv. 1, 5 *eloquentiae studendum est,* cum -m hoc sit unum, quod *eqs.* Quinct. 8 *iniquum est me* priore loco causam dicere, cum -m Q. Hortensius ... contra me sit dicturus. Verr. II 3, 79 quid facerent miseri ..., -m cum ... viderent *eqs.*? off. 2, 51 quod scribere, -m cum de philosophia scriberem, non auderem nisi *eqs.* Att. 2, 1, 4 nimis abes diu, -m cum sis in propinquis locis (*concessive, si referatur ad verbum* abes). *et passim.*

Ⓑ *usu minus frequenti respiciuntur*: Ⓘ *condicio vel tempus* (*in orat. obliqua* Cic. Tusc. 3, 38 *praeferenda videtur var. l.* -m si): Rhet. Her. 4, 26, 36 (*contra figuram correctionis*) non ... satius esset ... ab initio, -m cum scribas, ad optimum ... verbum devenire? Caes. civ. 2, 39, 4 erant per se magna quae gesserant equites, -m cum eorum exiguus numerus cum tanta multitudine Numidarum conferretur (confertur *coniecit Meusel*). Varro rust. 1, 59, 2 -m cum id non sit faciendum, quod *eqs.* Val. Max. 9, 1, 5 ubi ista *luxuriosa*? ... in ... bellicosa provincia, cum -m ... Sertorius *bellum gereret.* Qvint. decl. 309, 4 scitis quam multa faciat error ..., cum -m ⟨accesserit⟩ (⟨accessit⟩ *ed. Paris. 1563*) ... liberior usus meri. Avr. Fronto p. 85, 5 egone ut studeam, cum tu doleas, -m cum mea causa doleas? Cod. Iust. 3, 36, 5 (*imp. Alex.*; -m si *var. l.*). Cet. Fav. 14 p. 299 Avg. civ. 4, 11 p. 162, 22. Ⓘ *concessio q. d.* (*sed re vera is qui loquitur inserere videtur causam, cur ita loquatur, ut* -m cum *potius per brachylogiam quandam positum sit pro 'idque grave, mirum sim. est, quia'; ceterum cf. ad ambiguitatem huius usus e. g. l. 43; plura exempla e* Cic. *affert Madvig ad* fin. 2, 25): Cic. S. Rosc. 66 videtisne *matricidas* ..., cum -m deorum ... iussis ... id fecisse dicantur, tamen ut eos agitent Furiae? Verr. II 2, 155 *Siculi,* quod nullo in homine antea fecerant, ut in eum publice testimonium dicerent, cum -m ex ea provincia condemnati sint complures *praetores* ..., hi nunc veniunt ... cum testimoniis publicis. Phil. 8, 5 Caesar non exspectavit vestra decreta, -m cum illud esset aetatis: bellum ... sua sponte suscepit. orat. 32 si historiam non scripsisset, nomen ... *Thucydidis non* exstaret, cum -m fuisset honoratus et nobilis. nat. deor. 2, 88 -m cum ... sint illa perfecta ... sollertius. Att. 10, 13, 2 illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, cum -m me valde observarit. *al.* Val. Max. 8, 9 ext. 1 Pisistratus dicendo tantum *valuit* ..., ut ei Athenienses regium imperium ... permitterent, cum -m e contraria parte ... Solo niteretur. Tac. dial. 24, 3 Fronto p. 225, 21 Min. Fel. 37, 4. *al.*

Ⓘⓘ *cum indic.; respicitur*: Ⓐ *condicio vel tempus* (*cf. l. 50. 54*): Cic. Mur. 53 magna est ... comitiis ... repentina voluntatum inclinatio, -m cum incubuit ad virum bonum. Att. 12, 25, 1 *HS tot* exprimes ab Hermogene, cum -m necesse erit (*sc. ut ea negare non possit*). Lvcr. 2, 32 *rure homines* iucunde corpora curant, -m cum tempestas adridet *eqs.* (*sim.* 5, 1395). 3, 363 fulgida -m cum cernere saepe nequimus. Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 493, 1 scorp. 1 p. 145, 13 spect. 2 p. 2, 14 Cod. Theod. 1, 22, 2. Ⓑ *causa* (*aliter* Plavt. Asin. 80 *sub IIA; vix recte trad. indic. variis lect.* Cic. Phil. 2, 114 Att. 15, 13, 3, *codd. omnibus* Plin. nat. 19, 2): Virg. gramm. epist. 4, 1, 2 inferiores ... partes *orationis* ... propriis epistolis explanabo, -m cum *prius* ... de IV partibus unum feci opusculum.

γ -m si: Cic. Verr. II 3, 162 id ... haud scio an fieri possit, -m si ... custodes amicorum eum *filium Verris* sectabuntur (*item c. indic.*: Cato 6 faciam ..., -m si utrique vestrum ... gratum futurum est. Att. 6, 1, 14 quid illo fiet quem reliquero, -m si fratrem? fam. 2, 7, 1. *al.* Lvcr. 4, 539 Varro rust. 1, 13, 2 Verg. georg. 1, 115. 2, 310 Pompon. dig. 19, 1, 3, 4. *al.*). de orat. 1, 162 non dubitares rogare dominum ..., -m si esses familiaris (*item c. coni.*: 2, 201. Tusc. 3, 38 [*in orat. obliqua*; cum *var. l.*]. off. 1, 140 cavendum ... est, -m si ipse aedifices, ne *eqs.* Pavl. Fest. p. 244 Plin. epist. 2, 5, 5. 8, 16, 5 Papin. dig. 36, 1, 12 Firm. math. 2, 30, 9. *al.*). *ordine inverso, sc.* si -m: Cic. ad Q. fr. 3, 4, 2 meum consilium, si -m tu non improbas, vehementer adprobo.

δ *varia*: Ter. Phorm. 55 amo te et non neglexisse habeo gratiam. :: -m ut nunc sunt mores. Cic. rep. 1, 20 non impedio, -m quoniam feriati sumus. Apvl. apol. 40, 7 summe miror ..., -m quod nihil ego clanculo ... ago (Avg. civ. 7, 26 p. 308, 8 Favst. Aug. c. Faust. 32, 6. *cf.* Mart. Cap. *l. 43*). Firm. math. 2, 29, 19 *honores luna* decrevit, -m quia ... in decernendis honoribus habuit principatum (Ambrosiast. in Eph. 4, 11, 2 Avg. civ. 1, 20 p. 34, 9 cons. euang. 2, 25, 58 p. 161, 17. *et saepius apud eundem.* Conc.^{S} II 3, 1 p. 135, 13 consequens est adesse *reum* ..., -m q. huiusmodi accusationes non sine periculo fiunt [*gr. II 1, 1 p. 151, 21 εἰ καὶ τὰ μάλιστα. altera versio II 2, 1 p. 57, 13* praecipue cum]. Vict. Vit. 2, 55. *al.*). Avg. civ. 14, 12 p. 31, 22 *in paradiso* tam leve praeceptum ..., ubi -m nondum voluntati cupiditas resistebat, ... maiore iniustitia violatum est. 18, 54 p. 345, 2 quantum creverit cultus nominis Christi, -m posteaquam multi eorum Christiani facti sunt, qui *eqs.* Ps. Vigil. Thaps. trin. 1, 27 rec. I *nos non* tres deos ... tenemus ..., -m dum (cum rec. II) nos unitatem deitatis ... in trinitate consistere sciamus (Sacr. Leon. 612).

B *iuxta particulas copulativas* (*v. etiam sub IIB*): **1** ac -m: Apvl. apol. 2, 9 *patuit,* qualisnam accusatio futura esset, cuius qui fuerat ... machinator idem fieri auctor timeret, ac -m Sicinius Aemilianus, *accusator alioquin acerrimus.* **2** -mque (*per abundantiam quandam? iuncturas similes enumerant Hofmann-Szantyr, 475sq.*): Mart. Cap. 1, 5 *ut uxorem duceret, Mercurium mater* impulerat -mque quod ... corpus ... virili ... amplitudine renidebat (*cf.* -mque cum: 1, 47. 9, 897 [*si recte trad.; cf.* -m cum 9, 898]). 1, 40 *Pallas* improbabat ..., quod super nuptiis virgo consulitur -mque eius, quam ... manere cuperet semper intactam (*item cum gen. attributi*: 6, 698 piscationibus ... -mque testudinum. *cum adi.*: 6, 643 *insulas* -mque nobiles). 1, 69 primatibus divum -mque parentibus (*cf.* 6, 655 Macedonia ... regibus inclita -mque Alexandro). 6, 577 quia nunc Arcadicum ... sapis -mque ex illo, quo *eqs.*

II *in serie argumentorum sim., maxime per enunt. primaria prolatorum, inducit membrum praecipuum* (*dub. utrum additamentum sit postea excogitatum necne*): **A** *solum ponitur*: Plavt. Asin. 80 percupio obsequi gnato meo; ... mitto *parentum severitatem* ...; -m quom is me dignum quoi concrederet habuit, me habere honorem eius ingenio decet (*aliter ac p. 867, 23* -m cum *praeponitur toti periodo; item*: Cic. or. frg. A 6, 4 tu ... sic ageres? -m cum ... alienorum hominum pericula defendere ... soleas, tuum neglegeres? [*sunt qui corruptum putent*]. Paneg. 5, 14, 4). Poen. 524 liberos homines per urbem modico magis par est gradu ire ...; -m in re populi placida atque interfectis hostibus non decet tumultuari. Sen. clem. 1, 21, 2 *qui rex est,* uti ... animose debet *vitae necisque potestate* ...; in iis -m, quos scit aliquando sibi ⟨par⟩ fastigium obtinuisse, hoc arbitrium *summum* adeptus ultionem *iam* implevit. Avr. Fronto p. 1, 14 *necessitas* me *non* sinit ad meum Frontonem ... percurrere, -m in huiusmodi eius valetudine propius videre, manus tenere *eqs.* (*nisi alia interpunctione ad p. 866, 60*). Apvl. apol. 54, 8 (*enumerantur varia argumenta calumniatoris*) -m quod ... inclusum domi adservatur, id omne eodem argumento magicum dicetur. met. 4, 12, 6 *latro* suspendit se fenestra sagaciter perspecturus omnia, -m domus attiguae ... fortunas arbitraturus. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 80, 23 ne ..., -m ne. Comm. instr. 1, 6, 11 *ne credas Iovem pluere*; -m mortali patre (*sc. Saturno*) deus nasci credatur? 1, 41, 17 *Antichristum* conlaudant *miracula facientem* ...; -m, ut creda⟨n⟩t illi, loquetur imago (*apoc. 13, 15*). Cassiod. Ios. antiq. 16, 221 p. 467 *iuvenis* desiderio eius *Salomes* captus est, audiens -m, quod vidua esset, ... loquitur de nuptiis (*gr. γινώσκων δέ*). **B** *iuxta particulam copulativam* (*cf. IB*):

[Rosellini]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AVELL. 2,53 apostolicas labefactare sententias et illam -m dei vocem ([*affert Matth. 10, 22*]. COMM. apol. 647 mutum loqui fecit *Iesus* et surdum audire -m et caecum ex utero natum, ut videret [*v. Salvatore, 1977, ad l.*]. PS. ORIG. in Iob 1 p. 422^{B}). MART. CAP. 1, 3 cum inter deos fierent sacra coniugia ... liberique *eorum ... mutuo* complexu ... potirentur -mque potissimos conubialis bearet adiectio idque *poetae divulgarent.*

III *respectu postea adiciendi vel seriei distinguendae neglecto inducit quamlibet partem orationis praecipuam* (*cf. quae supra p. 866, 20 monuimus*): VET. LAT. II Macc. 8,7 (rec. P) civitates ... incendebat ...; -m autem noctes ad huiusmodi insidias faventes sibi captitabat (*aliae rec.* maxime, *gr.* μάλιστα). PORPH. Hor. epist. 2,2,155 ('si divitiae prudentem reddere possent') quippe -m et minus cupidos et minus timidos homines facient. AVR. VICT. Caes. 40, 13 eruditionem, ... comitatem -m principibus necessarias esse. HEGES. 2,8,1 p. 144,1 ut ... -m armis, quando aliter nequibat, consuleretur *in multitudinem seditiosam.* HIER. in Soph. 1,15 l. 660 nobis -m ... licet videre. PS. ORIG. in Iob 1 p. 418^{A} (*deus ad diabolum*) ut cum omnem Iob substantiam perdideris, tunc -m cognoscas, quia *eqs.* p. 428^{B} trionyma haeresis -m praedatur ... ecclesiam. p. 443^{A} ob hoc ergo -m magnificatur Iob, quia *eqs.* 3 p. 504^{A} quid ... dixissent? hoccine? ... an hoc? ...; 'sed hoc', inquiunt, '-m dicere non possumus'. MART. CAP. 1,39 *o virgo,* par est ... ipsa -m decernas.

praesertus *v.* 2. praesero. *Rosellini.*

praeservio, -īre. *a* prae *et* servire. **1** *proprié fere i. q. praeministrare* (*sc. vi praeverbii sive locali de eo, qui serviendo praesens est, sive temporali de eo, qui praeveniendo, praeparando servit*): PLAVT. Amph. 126 (*verba Mercurii*) ego servi sumpsi Sosiae mi imaginem ..., ut -ire ... meo possem patri. LVCIL. 1004 *uxor* -it, labra delingit, delenit amore *maritum* (*cf. p. 705, 1 sq.*). **2** *translate et vi praeverbii fere evanida in sermone gramm. fere i. q. se accommodare, consentire*: GELL. 1, 7, 6 (*spectat ad Cic. Verr. II 5, 167* hanc sibi rem praesidio sperant futurum [*Gell.,* futuram *codd. Cic.*]) 'futurum' ... verbum est indefinitum ... neque numeris neque generibus -ens.

praeservo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* servare. [*vix huc pertinet* THEOD. MOPS. in Gal. 3,23 p. 54,1 (-ti *edidit Pitra, Spicil. Solesm. I 72, e cod. Corb., quem* pii [pie *post corr.*] servati *exhibere affirmat Swete*).]

i. q. antea servare (*vi praeverbii fere evanida* FACVND.; *ad* CAEL. AVR. *verbum gr. προφυλάττεσθαι confert Fischer in plagulis*): **1** *tuendo, custodiendo*: TERT. patient. 5, 9 (*impatientia praecedit ipsi delicto*) *Eva* numquam ... peccasset, si divino interdicto patientiam -asset (*sec. cod. M, si recte lectum est, edunt* perservasset *Kroymann aliique coll. uxor. 1, 1 l. 20*). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 48 *ut* sanguisugarum appositione utamur -tis horis duabus, antequam passionis implicent augmenta. FACVND. defens. 4, 2, 18 orare a deo in multos annorum circuitus -ari vestram vitam. **2** *intuendo, observando*: CAEL. AVR. acut. 3, 8, 90 ob usum cataplasmatum naturam vel aetates ac vitae consuetudinem *aegrotantium* -are. chron. 1, 4, 140 ante accessionem phlebotomandos *esse* ..., si ordo fuerit augmentorum -tus. *Bk.*

praeses, -idis *m.* (*f. v. l. 62*). *a* praesidere, *cf.* obses *al.* (*ita iam* SERV. auct. Aen. 11, 483 GLOSS.; *a* praeesse *derivat* ISID. *p. 871, 61*). *scribitur*: pre- INSCR. Dessau 9117 (*aet. Marc. Aur.*). INSCR. Année Épigr. 1973 n. 437 *bis (a. 198/9). et saepius, tam in titulis quam in codd.* (*e. g.* VET. LAT. cod. 8 Matth. 27,2. 11. 14. 21. *al., sed* 27,15 prae-). *ceterum* -ss- VVLG. Matth. 27, 2 (*R*). act. 26, 30 (*D*). EVTR. 8, 7, 1 (*G*). *al.,* -sed- VET. LAT. Matth. 27,27 (cod. 32). *notatur*: p *saepe in titulis, maxime in iunctura* p(raeses) p(rovinciae), *v.* INSCR. Dessau, *Indices p. 394 sq.*; pr CIL III 307,7 (*aet. Diocl.*). CHART. lat. ant. XII 518 II 2 sqq. (*saec. IV/V*). *al.*; ps NOT. laterc. gramm. IV 283 *et in cod. Veron.* GAI inst. 1, 134; prae INSCR. numm. *v. p. 875, 74*; pre CHART. lat. ant. XII 520, 7. 10. 21 (*a. 390*); praes CIL III 12213, 2 (*saec. III*). CHART. lat. ant. VII 337, 27 (*a. 223–33*). *et saepe*; pres INSCR. Ephem. Epigr. VIII 776 p. 192 (*a. 282; e Sardinia ut* 779 p. 193 [*saec. IV in.*]). CHART. lat. ant. X 463, 16. 23. 26 (*fere a. 350*). *quas formas breviatas infra fere non indicavimus. de feminis -bus (saepius in appos.): de ancilla*: PLAVT. Cas. 866; *de deabus*: VERG. Aen. 11,483 LIV. 31,30,9. 37,37,2. 45,28,1 PAVL. FEST. p. 43 VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 p. 242, 23 SEN. Phaedr. 109 STAT. silv. 3, 2, 107. *al., sed addito adi. masc. p. 875, 50; de rebus: p. 876, 14 et fort. p. 870, 24. de formis: nom. sing.* -sis CIL III 2771, 9 (*a. 337–50*). PAP. Oxyrh. 1877, 4. 11 (*a. 488*). VET. LAT. Matth. 27, 11 *et* 14 sq. (cod. 5). 28, 14 (cod. 12). *al.; gen. sing.* -dis *testantur* CHAR. gramm. p. 29, 9 SERV. auct. Aen. 11, 483. *al.; gen. plur.* -ium *trad. apud* APVL. flor. 9, 39 COD. Theod. 8, 1, 9 pr., *in var. l.* TERT. Scap. 3, 4 (*quam agnovit Bulhart*). LACT. inst. 5, 8, 9. *al.,* -dum *passim inde a* TERT., VLP. *de prosodia: nom. sing.* -ĕs *testatur* CHAR. gramm. p. 29, 9. *al.*; -ēs *ante caesuram fortasse* IVVENC. 4, 723 (*seq.* et; *at var. l.* -s sed *praefert Hansson, Textkr. zu Iuvenc., 1950, 57 sq.*). *de notione: v. infra p. 871, 60 sq. ceterum*: GLOSS. *ἡγεμών. ἄρχων. προηγούμενος. πρόεδρος* (*nisi* praesidens *restituendum*; prosider *trad.*). GLOSS.^{L} V Abba PRAE 41 iudex, a praesidendo. Aa P 1076 -em: possidentem (praesidente possidente *var. l.*). *legitur inde a* PLAVTO, CIC., CATVLLO, VARRONE (*? v. p. 875, 54*), *inde a saec. II maxime usu sub IB2 descripto* (*ita saepissime in digestis et in* COD. Iust. *nec non in titulis*). [*confunditur in codd. maxime cum* praesens VERG. Aen. 11, 483 (*cf.* SERV. auct. *ad l.*). VET. LAT. Matth. 27,21. 23 (cod. 5). LACT. inst. 2, 16, 8. *al. (restit.* PORPH. Hor. epist. 1, 20, 1 PERVIG. Ven. 50. *v. etiam p. 837, 5), ceterum cum* praesul CASSIOD. hist. 8, 1, 47 COD. Iust. 4, 46, 3. *al.,* praesidium SEN. clem. 1,19,7 (*restit.* LIV. 45,28,1 VAL. MAX. 5,3 ext. 3 p. 242,23), praes COD. Iust. 9, 1, 4 (*restit.* TERT. nat. 2, 15, 7), praedium COD. Iust. 5, 71, 3. 8, 15, 2.]

i. qui (quod) praesidet (*cui vel cui rei indicatur per gen. passim, per dat. l. 74. p. 872, 27. 875, 36. 55, adi. l. 66. p. 872, 35. copulantur fere pro syn. subst.* custos *l. 27. 32 sq. 58. p. 875, 31. 52. 61,* propugnator *l. 34,* miles *l. 40,* magister *p. 875, 42,* dominus *p. 876, 6* [*opp. l. 35*], rector *p. 876, 6. 15,* defensor *p. 875, 69,* tutor *p. 875, 70. interdum substantivis apponitur, ut vergat in vim adi., v. passim sub II* [*maxime iuxta* deus] *et III, ceterum fortasse l. 42*): **I** *de hominibus eorumque coetu* (*addidimus animal l. 27*): **A** *praevalente notione custodiendi vel defendendi* (*iuxta* praesidium PLAVT. Rud.; *afferuntur hic exempla certiora, cetera sub B*): **1** *in quibuslibet condicionibus*: PLAVT. Cas. 866 (*ancilla domum vicinam custodire iubetur*) ⟨te⟩ nunc -em volo hic ... esse. Rud. 1051 (*ad servos, qui mulieres protexerunt*) ite ... domum ... ex praesidio, -es. SEN. Med. 248 (*Medea ad Creontem*) fidem ... supplex -is dextra peti (*var. l.* -is dextrae, *sc. tuae*). LAVS Pis. 244 quo, *sc. Maecenate,* -e tuti non umquam vates inopi timuere senectae. STAT. silv. 5, 2, 65 *pater* occidit ..., prolem sine -e linquens. HIER. in Ier. 5, 35, 3 leone ... custode et -e nullus ... audet accedere. hom. Orig. in Ier. 11 p. 675^{B} -em veritatis (*sc. Paulum, cf. Gal. 4, 16*). BOETH. in top. Cic. 2 p. 292, 29 mihi ac tibi, non Musae, sed tamquam Musarum -i cecinerim (*ad rem cf. Cic. Brut. 187 Symm. epist. 9, 115*).

2 *in re publica*: **a** *-s est magistratus sim. vel senatus*: CIC. leg. agr. 2, 15 *tribunum plebis* maiores -em libertatis custodemque esse voluerunt (dom. 141 *me* templorum c. ac -em. Sest. 137 *maiores* senatum rei publicae c. -em propugnatorem conlocaverunt). SALL. or. Macri 6 (*ad plebem Romanam*) vobismet ipsi[s] per suffragia, ut -es olim, nunc dominos destinatis. SEN. dial. 3, 6, 3 legum -em civitatisque rectorem (LACT. epit. 54,9 ipsi -es legum ... sententias venditabant [*cf. inst. 5, 9, 17* iudices; *huc traximus coll. vol. IV 1576, 11 sqq.*]). **b** *-s est miles, dux sim. vel exercitus*: CATVLL. 61,72 quae tuis, *Hymenaee,* careat sacris, non queat dare -es terra finibus. LIV. 6, 16, 2 (*Manlius ad deos*) vestrum militem ac -em sinitis vexari ab inimicis? 23,34,12 exercitum ... satis firmum pacatae provinciae -em esse (23, 48, 7 -es provinciarum e. alere). 28, 42, 16 (*Fabius ad Scipionem*) *te* -em sibi patria ... retinet.

B *accedente vel praevalente notione regendi, administrandi sim.*: **1** *usu vario*: **a** *de eis, qui officiis publicis vel ecclesiasticis funguntur, sc. praesidentes*: **α** *variis vel incertis rebus* (*huc fortasse p. 872, 41. 69*): LIV. 6, 6, 15 te, Ser. Corneli, -em huius publici consilii (*i. senatus*) ... facimus. CIL III 5215, 13 (*saec. II²*) proc(uratori) provinciar(um) Belgicae et utriusq(ue) Germ(aniae) ... civitas Treverorum -i optimo (*fort. per adulationem quasi provinciae -s laudatur, v. Hirschfeld, Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten, 379 adn. 1; an potius ad γ?*). VET. LAT. Sirach 39, 4 in conspectu -is apparebit *sapiens* (*gr. ἡγουμένων, var. l. -ov*). FIRM. math. 3, 4, 8 *genitura quaedam* faciet -es riparum, duces, vicarios *eqs.* 3, 4, 28 -es, duces *eqs.* CIL V 5446,7 quaestori anni primi, cur(iae) -i ... centuria centonar(iorum) *eqs.* (*alii intellegunt* cur(atori) -i *vel* praesid(i)i; *v. Waltzing, Études hist. sur les corporations III 151*).

β *imperio, regno*: Ⓘ *Romano*: DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 8 Augusti ... custodis imperi Romani totiusque orbis terrarum praesi⟨dis⟩. Ov. met. 14,809 nec (et *var. l.*) -e pendet ab uno *res Romana* (*i. non a solo Romulo*). 15,758 quo, *sc. Augusto,* -e rerum. NVX 144 nec, dum regit omnia Caesar, incolumis tanto -e raptor erit. GERM. 9 si non tanta (parta *var. l.*) quies te -e puppibus aequor ... daret (*de Tiberio, nisi de Augusto divo, ut spectet ad II.* te -e *de aliis principibus*: MART. epigr. 2, 11. 6, 2, 5. *al.*). VAL. MAX. 9, 15 ext. 1 (*de Caesare*). LVCAN. 2, 538 (*Pompeius loq.*) me -e Roma supplicium ... petat. PLIN. nat. 7,75. STAT. silv. 1, 1, 73 -e viso (*sc. statua equestri Domitiani*). 1, 2, 175 -is Ausonii. 3, 3, 184 numina magni -is. 5, 2, 176 magno ... sub -e (MART. 11, 2, 6). MART. 5, 3, 3 -e mundi. 5, 7, 4. 12, 8, 7. FLOR. epit. 4, 3, 6 *imperium* unius -is, *sc. Augusti,* nutu *regebatur.* MEROB. carm. 1, 7 (*de imp. Valentiniano III, ut videtur*). Ⓘⓘ *cuilibet*: SEN. clem. 1, 19, 7 nihil esse cuiquam tam pretiosum, quod non pro salute -is sui commutatum velit. CVRT. 10, 6, 7 quali -e ac rege spoliati *sumus* (*sc. Alexandro*).

γ *urbi, civitati* (*cf. p. 875, 35; fortasse huc pertinet etiam l. 49*): LIV. 10, 22, 7 *viros* callidos ..., iuris ... consultos, ... urbi ac foro -es habendos praetoresque ... creandos esse. FIRM. math. 4, 14, 8 *genitura quaedam* fa-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cit ... defensores aut -es civitatum (4, 14, 13 c. vel provinciarum. PASS. Prim. Felician. [BHL 6922] 3 civitatis Numeńtanae). HEGES. 1,28,8 Tyriorum (*gr. 1, 245 ἄρχοντα*).

δ *copiis, rei militari* (*cf. p. 872, 13. 21; vix addas* CIL III 1366, 5, *ubi* praef *legendum videtur*): SIL. 15, 362 summe deum, Libyco, faxis, de -e (*sc. Hannibale*) ... tibi opima feram. STAT. Theb. 10, 12 errantes Danaum sine -e turmae. TERT. Scap. 4, 12 ⌞a -e legionis⌟ et a -e Mauretaniae vexatur hoc nomen (*sc. Christianorum.* ⌞ ⌟ *i. a legato legionis* III *Aug., qui simul Numidiae praefuit, cf. p. 873, 3 et v. Thomasson, RE Suppl. XIII 315, 34sqq.*). CIL X 1254, 19 (*saec. III med.*) leg(ato) ⟨l⟩egion(um) duarum XI⟨II⟩ Gemin(ae) et VIII Aug(ustae) ... -i iustissimo (*nisi coll.* VIII 8327 *legendum* III Aug., *ut spectet ad l. 8; ad rem v. Birley, Journ. Rom. Stud. 40, 1950, 64 adn. 6*). AVR. VICT. Caes. 2, 4 ceteros paritorum -esque Augustus instituerat (*nisi de ipsis militibus accipias et ad A referas; v. Dufraigne ad l.*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 196, 12 -i utriusque militiae Dionysio (*de eodem Conc.^{S} I 1, 7 p. 119, 30* magi(ster) u. m.).

ε *iudicio* (*de eis, qui simul provinciis praesunt, v. sub 2; cf. etiam* LIV. *sub γ et* LACT. *sub A2a*): TERT. idol. 23, 1 locus tribunalis et persona -is (*v. Waszink-van Winden ad l., 285sqq.*). CYPR. Demetr. 13 magistratibus et -bus audientibus. VVLG. I Esdr. 7, 25 constitue iudices et -es, ut iudicent *eqs.* (ORIG. in Matth. ser. 12 p. 23, 11). NOVELL. Marc. 4 pr. ut ... tribunalium -es apertam definitionem legum *sequantur.* PASS. Bonos. (BHL 1425) 5 imperator tradidit eam suo -i (*de eodem saepius in hac passione, quae Romae sub Severo acta narratur*). *exemplum dubium*: VLP. dig. 2, 1, 15 *non* ferendus est, qui dicat consensisse eos *litigantes* in ⌞-em⌟ (*antea*: si ... alius pro alio praetor fuerit aditus. ⌞ ⌟ praesentem *coni. Cuiacius*).

ζ *ludis publicis* (*cf. p. 875, 47*): TERT. scorp. 6 p. 156, 20 agonis -em (*p. 157, 4* agonotheta). spect. 11 apparatus agonum idololatria conspurcat ... de sacerdotalibus -bus. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5ª, 74 Pighi pueros pue⟨llas⟩que ... ⟨praesi⟩des praece⟨debant⟩ (*si recte suppl.; addas fort.* 8ª, 13, *ubi servantur litterae* aeside). IVL. VAL. 2, 36 *sollemnitatibus et certaminibus gymnicis* -es dedi ... viros Aegyptios (*gr. p. 95, 1 ἐπίτροποι*).

η *ecclesiae eiusve conventibus* (*cf. p. 875, 53; non huc pertinent CIL XIII 5252sq., qui tituli saec. VIII*[1] *-em Raetiae, non episcopum Curiae laudare videntur*): TERT. praescr. 42 l. 12 nec suis -bus reverentiam noverunt *haeretici.* HERM. vulg. sim. 9, 27, 2 episcopi, id est -es ecclesiarum ([*gr. ἐπίσκοποι tantum, item Pal.*]. HIER. hom. Orig. in Luc. 34 p. 191, 6 stabularium *parabolae Luc. 10, 35* ecclesiae -em *intellegit quidam* [*nisi ad II sec. gr. τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐπιστατοῦντας ἀγγέλους et coll. ibid. p. 194, 14* angelum e.]. in Tit. 1, 6 p. 564^{A} [*cf. Tit. 1, 5* presbyteros, *1, 7* episcopum]. CONC.^{S} I 2 p. 83, 19 = I 3 p. 109, 6 episcoporum et -um e. [*gr. I 1, 3 p. 25, 34 προέδρων*]). *ibid.* qui -es sunt (*gr. ἐπίσκοποι, om. Pal.*). CONC.^{S} II 3, 2 p. 116, 11 -is nostri ([*gr. II 1, 2 p. 111, 35 προέδρου*]. *de eodem archiepiscopo*: Rustic. *ibid.* p. 117, 26 [*gr. p. 113, 2 ἡγεμονεύοντος, vers. antiqua* praesulis]). p. 134, 15 *Christus* sacerdotii -es ... convocavit (*gr. II 1, 2 p. 126, 19 τοὺς ... τῆς ἱερωσύνης ... ἀρχηγούς. aliae vers. II 2, 2 p. 63, 15* s. principes, *p. 83, 24* sacerdotum pontifices, *sim. al.*). p. 134, 23 (*item* p. 153, 22. *al.*) *synodi* -es (*gr. II 1, 2 p. 127, 3 ἡγεμόνες, aliae vers. II 2, 2 p. 11, 20 al.* auctores). CASSIOD. hist. 8, 1, 47 -es ... monachorum (*var. l.* praesules [*cf. 8, 1, 44. 46*]. *Sozom. 6, 28, 3 ἡγοῦντο*).

b *cetera exempla*: **α** *praeest aliquis certae rei*: OV. met. 14, 88 orbata ... -e pinus (*sc. Palinuro rectore, cf.* STAT. Theb. 10, 182 amisso medium ... -e puppis fregit iter). STAT. Theb. 8, 403 *sunt* nulli sine -e currus. PRVD. ham. 206 exitium subverso -e mundus sortitur (*de Adam; cf. 191* dominum, *194* regi *nec non gen. 1, 26. 28*). **β** *generalia quaedam*: TERT. anim. 40, 4 gravior invidia est in -em, cum officia pulsantur. adv. Marc. 5, 17 p. 634, 22 numquam ... -s superiorum de inferioribus notatur (*pertinet etiam ad deos*). VET. LAT. Luc. 22, 26 *v. p. 850, 60.*

2 *de eo, qui provinciae praesidet* (*sc. imperii Romani praeter p. 872, 43; cf.* ISID. orig. 9, 3, 28 *infra p. 877, 39.* 9, 4, 15 -es rectores provinciae sunt, dicti quod praesunt. GLOSS. -es: qui praesident provinciis. *hic usus sublucet etiam e. g. l. 11. 56. p. 870, 50 nec non sub IIB*): **a** *generalia praemonenda: vocem nostram primo non technice, sed potius sensu generali adhibitam esse testatur* MACER dig. 1, 18, 1 -is nomen generale est eoque et proconsules et legati Caesaris et omnes provincias regentes, ⌞licet senatores sint⌟, -es appellantur: proconsulis appellatio specialis est (⌞ ⌟ *defendit Mommsen, Dig. vol. I p.* LXXXIII). *ceterum id apparet primis huius usus exemplis (v. p. 871, 12sqq. 70sqq.), tum eo quod in titulis primo extra honorum cursum occurrit epithetisque multo saepius ornatur quam voces q. s.* legatus, praefectus, procurator *sim. (v. p. 873, 16. 28. 874, 69sqq.), nec non eo quod imprimis adhibetur in iunctura plena* -s provinciae (*ita saepissime in titulis, apud iuris consultos, in* COD. Iust. [*maxime in constt. saec. II/III*]; *semel tantum in* COD. Theod., *rarius etiam in* NOT. dign., *ut et apud scriptores christianos*). *dicitur saepe de legatis Augusti pro pr. ordinis senatorii (v. p. 873, 26sqq.), raro tamen de eis, qui senatus provinciis praesunt* (CIL VIII 10988, 5 [*saec. III ut* INSCR. Année Épigr. 1974 n. 129]. *v. etiam l. 20. p. 873, 41sq.*). *contra iam inde a saec. II*[1] *etiam procuratores ordinis equestris* -es *appellantur (v. p. 873, 14sqq.), qui nonnumquam a proconsulibus distinguuntur (v. p. 873, 70sqq.). inde abiit in term. techn. et post imp. Diocletianum infimum gradum eorum, qui provinciis praesunt, indicat* (*v. maxime p. 874, 13sqq.*). *ad rem v. Enßlin, RE Suppl. VIII 598, 61sqq., ceterum e. g. Pflaum, Procurateurs équestres, 1950, 110sqq. Barbieri, L'albo senatorio, 1952, 562sqq. Jones, Journ. Rom. Stud. 44, 1954, 21sqq. voces gr. respondentes colligunt Magie, De Rom. iuris ... vocabulis, 1905, 85. 107. Mason, Greek terms for Roman institutions, 1974, 197sq.*

b *exempla varia*: **α** *apud quoslibet scriptores*: Ⓘ *de -bus provinciarum imperii Romani*: OV. Pont. 4, 9, 119 is ..., quo laevus fuerat sub -e Pontus (*nisi ad 1aδ, v. Eck, RE Suppl. XIV 439, 41sqq.*). TAC. ann. 6, 41, 1 a Vitellio -e Syriae (*de eodem Suet. Cal. 14, 3* legati consularis). PLIN. paneg. 70, 4 -bus provinciarum. TRAIAN. Plin. epist. 10, 44 Moesiae -s (*cf. Plin. epist. 10, 43, 3* qui Moesiae praeest). SVET. Iul. 35, 1 veritus *Aegyptum* provinciam facere, ne ... violentiorem -em nacta *eqs.* Aug. 23, 1 -bus provinciarum propagavit imperium. Dom. 6, 2 superioris Germaniae -e. *al.* GELL. 2, 2, 1 v(ir) c(larissimus) -s Cretae provinciae. 5, 14, 17 *a* terrae illius, *sc. Africae proconsularis,* -e. *al.* APVL. met. 2, 18, 3 nec -is auxilia ... levare civitatem tanta clade possunt. 9, 39, 5 (*loq. miles*) sarcinas -is nostri (*nisi ad 1aδ; sim. dubitamus de* 9, 41, 3 sq.). 10, 23, 2 *mulier* sententia -is bestiis addicta. *al.* TERT. nat. 1, 2, 2 (*ad -es provinciae*) -es extorquendae veritatis de solis nobis mendacium exquiritis (*sim.* apol. 2, 13). idol. 17 quid facient ... officiales *Christiani* sacrificantibus ... -bus suis adhaerentes? spect. 30 p. 28, 23 -es persecutores dominici nominis. adv. Val. 30, 2 apud tribunalia -um *confiteri* (SYMM. epist. 9, 126, 2 summis per Africam t. -e [*postea*: proconsulari fastigio]. *sim. al., e. g. infra l. 58*). VET. LAT. Matth. 10, 18 (cod. 3 *al., sim.* VVLG.) ante reges et -es stabitis propter me (*gr. ἡγεμόνας, cod. 1* magistratus. *sim.* Marc. 13, 9 [*cod. 1* potestates]. Luc. 21, 12 [*cod. 5* duces]. *inde* TERT. scorp. 10 p. 168, 18. *al.*). 27, 2 (cod. 3 *al.* = VVLG.) *Iesum* tradiderunt Pontio Pilato -i (*gr. ἡγεμόνι. de eodem*: Matth. 27, 11 sqq. [*ibid.*] Luc. 20, 20 [*ibid.; cod. 2* legato]. IVVENC. 4, 589 Christum ... -is ad gremium ... trahebant. HIER. in Matth. 27, 57 -em Romanae potestatis. *et saepe*). Luc. 2, 2 (cod. 8) -e Syrio Cyrino (*gr. ἡγεμονεύοντος,* cod. 10 *al. et* VVLG. -e Syriae, *cod. 5* agente). PASS. Fructuos. 1, 2 (*milites ad martyrem*) veni, -s te arcessit. LACT. inst. 5, 8, 9 non opus esset ... gladiis -um (5, 13, 17). AVSON. 177, 8 p. 41 -e laetatus *est* quo Rutupinus ager (*i. Britannia*). AMM. 28, 6, 11 negotiorum ... militarium cura -i delata Ruricio. SCHOL. Cic. Bob. p. 168, 30 ('quaestorium') nunc ... omnia in quibus variae dignitatis -es habitent praetoria nominantur (*nisi ad p. 870, 46*). RVFIN. hist. 4, 8, 6 a ... Graniano, clarissimo viro, -e (*gr. λαμπροτάτου ἡγουμένου*). *al.* Ⓘⓘ *de -bus provinciarum imperii Persarum*: VET. LAT. III Esdr. 2, 12 Salamanassaro -i Iudaeae (*gr. I Esdr. 2, 11[8] προστάτῃ. loco gemino Vulg. I Esdr. 1, 8* principi Iudae). 6, 7 Sisennes subregulus Syriae et Foenicis ... *aliique* in Syria et Foenice -es (*gr. I Esdr. 6, 7 ἡγεμόνες*). 6, 27. SVLP. SEV. chron. 2, 9, 2 Syria atque omnis Iudaea ... per magistratus ac -es agebatur. 2, 9, 3. 2, 10, 1 subregulis ac -bus.

β *apud iuris consultos et in constitutionibus imperatorum*: CELS. dig. 1, 18, 17 si ... -s provinciae manumiserit vel tutorem dederit. GAIVS inst. 1, 53 *princeps,* consultus a quibusdam -bus provinciarum *eqs.* COD. Iust. 8, 46, 1 (*impp. Aur. et Vero*) -s provinciae aestimabit, an audire te debeat. 4, 15, 2 (*a. 205*) auctoritate -is provinciae (VLP. dig. 1, 8, 9, 4 PAVL. sent. 4, 4, 2. *al.*). PAPIN. dig. 49, 1, 23 pr. a -e provinciae iudice dato. MEN. dig. 49, 16, 6, 2 contumacia omnis adversus ducem vel -em militis capite punienda est. VLP. dig. 1, 18, 4 -s provinciae maius imperium in ea provincia habet omnibus post principem. 1, 18, 13 pr. congruit bono et gravi -i curare, ut ... quieta provincia sit. 48, 19, 9, 2 ne apud tribunal -is postulet. 49, 4, 1 pr. comprobatā ... sententiā -is (COD. Iust. 2, 46, 1 [*a. 215*]. 7, 45, 6 [*a. 283*]. *al.*). PAVL. dig. 12, 1, 34 pr. -is provinciae officiales (COD. Theod. 8, 4, 1; *cf.* TERT. *supra l. 25*). MOD. dig. 49, 16, 3, 6 -is vel cuiusvis praepositi *miles.* COD. Iust. 9, 2, 7 (*a. 244*) quae per officium -bus nuntiantur (*i. per officiales. cf.* officium -is: 10, 72, 1, 1 [*a. 325*]. Theod. 12, 1, 105 officii -is principes, *item p. 873, 11. al.; aliter* [*de munere*]: DIG. tit. libr. 33, 3 *Μαχροῦ* ... de officio -is [1, 18 rubr. *al.*]; *cf. p. 873, 52*). 9, 41, 9 (*a. 290*) ad ... -em Syriae (*in inscr. epistulae ut*: 1, 23, 3 [*a. 292*]. COD. Theod. 9, 40, 4 v(iro) p(erfectissimo) -i Arabiae. *et saepe*). COD. Theod. 1, 16, 7 non sit venale iudicis velum, ... non visio ipsa -is cum pretio. 8, 5, 18 pr. a -bus diversorum officiorum evectio ... praebeatur (*nisi ad p. 870, 46*). *al.*

γ *in inscr. et pap.* (*specimina paucissima, plura v. sub c - e; vix iam supplendum in titulo aet. Claud.* CIL III 7090): CE 271, 9 (*a. 134*) sacra Mamertino sonuerunt -e sig⟨na⟩ (*i. Memnonis effigies*). DECRET. decur. Salens. (Inscr. Maroc. Gascou 307) 3, 11 testimonio tanti -is. CIL XII 594, 7 (*aet. Pii*) per multos annos ad -es provinciae persecutus est iniuriam nostram. VI 1451, 4 (*saec. III in.*) Aureliano c(larissimo) v(iro) -i provinc(iae)

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Germaniae infer(ioris) (*more sollemni de eodem 1450, 5* leg(ato) Aug(ustorum) pr(o) pr(aetore)). X 6569, 5 (*a. 217–8*) Marcello ... leg(ato) leg(ionis) III Aug(ustae), -i provinc(iae) Numidiae (*gr. ἄρξαντι. cf. p. 871, 8*). CHART. lat. ant. VII 337, 26 (*a. 223–33*) reversi ... ad praet(orium) -is cum epistul⟨i⟩s (*sim.* 337, 27). CIL VIII 7049, 8 (*aet. Alex.*) Martialiano ... -i et patrono res publica Cirtensium (9002, 3 [*aet. Alex.*] -i optimo, p. incompara⟨bili⟩. 2661, 5 [*saec. III²*] -s p(rovinciae) N(umidiae), p. col(oniae). *v. etiam infra l. 16. 28. 42*). INSCR. Maroc. Gascou 298, 9 (*saec. III¹*) ⟨pr⟩aeside pro legato (*sc. provinciae Maur. Tingit., cuius alibi commemorantur* procuratores pro legato, *e. g. Inscr. Dessau 1352sq.*). CIL III 7549, 3 princeps offici -is ([*gr. ἡγεμόνος*]. V 8275, 6 b(ene)f(iciarius) o. -is). *et saepe.*

c *ponitur iuxta alia subst. idem vel simile munus indicantia* (*apud exteros v. p. 872, 46. 48*): **α** *ponitur tamquam praedicatio generalis iuxta appellationem sollemnem* (*in titulis*): Ⓘ *iuxta* procurator: -s *sequitur*: INSCR. Dessau 9008 (*saec. II¹*) Macedoni pro⟨c⟩. Aug. gens Mauror(um) ... innocentissimo -i, patrono suo (*item cum adi. honorifico*: CIL V 8660, 16 [*saec. II²*]. VIII 9049, 5 [*a. 198–211*]. 20834, 6 [*a. 167?*]. *al.; additur etiam praefecti titulus*: CIL X 7580, 12 [*aet. Sev.*] proc. Aug. praef. prov. Sard., ... -i rarissimo [*sim.* 7583, 12]). CIL VIII 9371, 2 (*a. 198–211*) Mac⟨ri⟩niano proc. Auggg. ..., -i suo. XII 7 (*a. 213?*) proc. Aug., ... -e Alp(ium) Maritimarum (*item accedit nomen provinciae*: V 7251, 3 [*saec. III*]. VIII 20996, 2 [*saec. III¹*]. *al.*). VIII 9355, 7 (*a. 227*) proc. Aug., -e provinciae (*sim.* 9354, 6). VI 1642, 1 p. et -i Alpiũm Cotti⟨arum⟩ (1642, 3. 1643, 3. *al.*). -s *antecedit*: INSCR. Dessau 9490 (*saec. III¹*) Titinio ... -i et proc. prov. Epiri (CIL VIII 8328, 3 *eiusdem viri*). Ⓘⓘ *iuxta* legatus: -s *sequitur*: CIL V 4343, 7 (*saec. II²*) leg(ato) Aug(usti) pro pr(aetore) prov(inciae) Pann(oniae) super(ioris) ... -i optim(o) (*item cum adi. honorifico*: II 4114, 24 [*saec. II ex.*]. III 1457, 16 [*saec. II ex.*] patrono, fortissim(o) duci, amplissim(o) -i. VIII 2749, 5 [*a. 183/4*]. XI 4182, 14 [*aet. Carac.?*] optimo -i, homini bono. XIII 6807, 5 [*saec. III¹*] integerrimo. *al.*). INSCR. Année Épigr. 1930 n. 141 (*a. 194*) leg. Aug. pr. pr., -em pro⟨vinci⟩ae Syriae Phoeni⟨ces⟩ (*nisi appellatio sollemnis est rectoris provinciae illius ortae ex Syriae divisione, cf.* CIL III 202, 15 [*a. 213*]. *al.; paulo aliter apponitur nomen provinciae* CIL II 4118, 6 [*Tarracone; aet. Carac.?*] leg. Augg. nn. pr. pr., c. v., proconsuli prov. Africae, -i prov. Hisp. citerioris). 1917/8 n. 72 (*saec. III med. ?*) leg. Augg. pr. pr. c. v. -i (*item sine additamento*: 1939 n. 38 CIL VIII 2748, 6). CIL III 13724, 7 (*aet. Alex.*) leg. ac -s provinciae. VIII 8327, 5 *v. p. 875, 21.* -s *antecedit*: CIL III 12213, 2 (*saec. III med.*) -e provinc(iae) Clodio Saturnino leg. Aug. pr. pr. II 4102, 6 (*item* 4103, 7; *a. 283*) v. c., -s p(rovinciae) Hisp. cit. leg. Aug. pr. pr. ⓘⓘⓘ *iuxta alia*: CIL VI 1401, 8 (*ante a. 193*) *Didio* Iuliano ⟨... procos.⟩ Africae ..., -i patrono (XII 3170, 6 [*saec. III¹*] procon⟨s(uli) pro⟩vinc(iae) Narb(onensis) ..., -i integerrimo). III 1178, 8 (*a. 211–22*) Perpetuo co(n)s(ulari) Dac(iarum) ..., -i ⟨i⟩ustiss(imo).

b *incorporeis; respiciuntur:* **α** *argumenta, probationes sim.* (*verba* FRONTO, *eloquentia* TAC.; *cf. p. 889, 50 et imagines sub B2b*): RHET. Her. 2, 16, 24 considerabitur satisne imprudentia -i debeat esse, cum factum esse constet. CIC. Cluent. 156 in arce legis -a constituere defensionis. de orat. 2, 307 ut eam *rem* probemus nostris -is confirmandis, contrariis refutandis. VAL. MAX. 8, 1 absol. 3 defensionis -a invalida fide nitebantur. QVINT. inst. 5, 12, 12. TAC. dial. 5, 6 non ... gladius in acie firmius munimentum quam reo ... eloquentia, -um simul ac telum. FRONTO p. 136, 2 ubi verborum -is opus sit (*comparantur cum militibus*). TERT. anim. 50, 5 haereses ad nostra exempla prosiliunt inde sumentes -a. HIL. trin. 8, 34 l. 3 adiungam ... huic intelligentiae tuae ... firmiora -a. **β** *quaecumque in vita publica auxilio sunt* (*opes, amicitiae, instituta varia*): CIC. leg. agr. 2,3 quem *locum* (*sc. consulatum*) nobilitas -is firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat *contra homines novos.* 2,101 res publica tantis munita -is (*sc. civibus bonis, armis, imperio sim.; cf.* Marcell. 24 quin ... res publica ... multa perderet et ornamenta dignitatis et -a stabilitatis). fam. 1,9,21 nisi cum -is iis, quae semper habui, ... potentium benevolentiam coniunxissem. *al.* HIRT. Cic. Att. 15,6,2 nihil ... opus esse nostra cura, quoniam -a sunt in tot annos provisa. SALL. or. Macri 24 antea singuli cives in pluribus, non in uno cuncti -a habebatis. Ps. SALL. rep. 2,6,6 amici et multa -a paranda sunt. LIV. 3,53,6 libertati ... ea -a petitis, non licentiae (*4* potestatem ... tribuniciam provocationemque repetebant, quae ... auxilia plebis fuerant). *al.* **γ** *varia adiumenta* (*huc spectat etiam supra l. 16*): CIC. S. Rosc. 111 quam *fidem* qui laedit, oppugnat omnium commune -um. Verr. II 3,3 *L. Crassus* -is ingeni fortunaeque munitus. Sull. 2 *accusator* vidit, quantum de mea auctoritate deripuisset, tantum se de huius -is deminuturum. de orat. 1,38 *Gracchi* omnibus vel naturae vel doctrinae -is ad dicendum parati (VITR. 6 praef. 2 non doctrinarum, sed felicitatis -is ... esse vallatum). fin. 1, 35 quae *laus et caritas* sunt vitae ... -a firmissima. Tusc. 5, 19 *ut sapiens* omnia -a haberet in se bene beateque vivendi. off. 2, 39 *si qui opinionem iustitiae* non habebunt, ... nullis -is saepti multis afficientur iniuriis. fam. 16, 23, 2 quibus -is philosophiae saeptus sim. *al.* PVBLIL. sent. B 34 bona comparat -a misericordia (*cf. H 6* auxilia). VITR. 6 praef. 2 ea vera -a sunt vitae, quibus *fortuna non* ... potest nocere (*antea*: eiusmodi possessiones et viatica *eqs.; sim.* SEN. dial. 12, 17, 5 *studia liberalia* certissima -a sunt et quae sola te fortunae eripere possint). SEN. contr. 7, 1, 10 magnum -um in periculis innocentia. CELS. 1, 1, 5 ne in secunda valetudine adversae -a consumantur *intemperantia.* SEN. epist. 59, 7 *sapiens* virtutes suas undique expandat, ut *ubique* ... parata -a sint (*comparantur cum exercitu*). APVL. met. 1,2,3 alvi ... naturale -um (*sc. evacuatio, v. vol. V 2, 392, 18sqq.*). flor. 22,6 *Crates Cynicus* intellegit nullum sibi in re familiari -um legatum, quo fretus aetatem agat. TERT. anim. 46,11 inter ... -a divinatricum artium. CYPR. eleem. 26 *operatio misericordiae est* securitatis nostrae salubre -um, munimentum spei, tutela fidei. PRISCILL. tract. 1, 6 aliud quam unius baptismatis -um non habemus. *al.*

B *pertinet ad locum copiis munitum, sc. de stationibus, castellis, castris sim.* (*quae voces iuxta ponuntur e. g. l. 73sqq. p. 892, 46; exempla certiora, ceterum huc trahere possis quaedam p. 884, 74. 889, 24 allata; vix agnoscendum* -um *centonariorum p. 870, 55*): **1** *proprie et fere technice* (*iocose l. 71; exempla selecta*): **a** *vario usu*: CIC. leg. agr. 2, 74 quin coloniam in Ianiculum possint deducere *decemviri* et suum -um in ... cervicibus nostris conlocare (*cf.* 2, 99 ut ... rem publicam vestris militibus, vestris urbibus, vestris -is cingeretis). Cael. 67 (*iocose respiciuntur testes clam in balneo dispositi*) fortis viros ab imperatrice in insidiis atque in -o ⌞balnearum⌟ collocatos (⌞ ⌟ *gen. explic.; sunt qui gen. subi. intellegentes ad I trahant*). LVCR. 5, 1109 coeperunt ... arcem ... locare -um reges ipsi perfugiumque (*sim. coniunguntur*: CAES. Gall. 6, 42, 1 quod cohortes ex statione et -o essent emissae [LIV. 31, 39, 15 ex -is s. que. *al.*]. civ. 3, 62, 2 ex maximis castris -isque [BELL. Afr. 80, 3. *al.*]. TAC. Agr. 20, 3 *civitates* -is castellisque circumdatae [*cf. l. 11*]). CAES. Gall. 7, 87, 3 *cohortes* ex proximis -is deductas ([*2* ex proximo castello]. civ. 1, 12, 3. *al.* HIRT. Gall. 8, 54, 3. LIV. 25, 37, 4 [*nisi ad A 1*]. *al.*). BELL. Afr. 17, 2 ad sua -a sese ... recipere ([*cf. 18, 5* ad suas ... munitiones]. BELL. Hisp. 16, 2. *cf. p. 888, 66*). BELL. Hisp. 32, 1 qui oppidum Mundam sibi constituissent -um. NEP. Eum. 2, 5 nisi ... ex -is ... effugisset *Leonnati cum exercitu Macedoniam petentis.* LIV. 38,37,10 ad eam diem decessum -o est (*Zingerle*, -o d. *et* decessit -o et *trad.*). OCTAVIA 783 cohortes ... praefecti trahunt -a ad urbis. INSCR. Année Épigr. 1956 n. 57 (*ex Aegypto, a. 84*) cum esset in⟨secur⟩um -um, ⟨forti⟩us aedificari iussit. TAC. ann. 1, 56, 1 posito ... castello super vestigia paterni -i in monte Tauno. INSCR. Afr. Cagnat 9 (*a. 198*) Anicius ... -um poni iussit sub cura ... praepositi *cuiusdam.* VET. LAT. gen. 49,13 (cod. 101) Zabulon circa mare morabitur et ipse ante -um navium erit (*aliter* cod. 100 ipse erit -um n.; *gr. παρ' ὅρμον πλοίων, rec. V* in statione navium). I Macc. 5,29 (rec. B) abierunt usque ad -um (*recc. L et V* ad munitionem, *gr. ὀχύρωμα*). *al.* intra (in) -a *cum respectu regionis, quae in bello ab alterutra parte tenetur* (*cf. l. 37. 49; aliter p. 889, 22*): CAES. Gall. 7, 8, 1 *Lucterius irruptione abstinet*, quod intrare i. -a periculosum putabat. BELL. Afr. 20,4 *oppidorum* incolas i. sua -a coegisse commigrare. POMPON. dig. 49,15,5,1 antequam in -a perducatur hostium, manet civis (*in iure postliminii ut ibid. bis et* TRYPH. dig. 49,15,12,9). **b** *in appellandis singulis stationibus accedit ad nomen proprium loci* (*ad Onom. relegavimus, ubicumque solum ponitur vel cum aliis nominibus propriis iungitur*): INSCR. Année Épigr. 1913 n. 157 (*e Mauretan. Caes., a. 119/20*) -um ⌞Sufative⌟ per coh(ortem) I ... factum (⌞ ⌟ *nisi locativus*). 1927 n. 95 (*e Phrygia, saec. II*[1]) qui *praefectus* a Moesia inf(eriore) Montan(ensi) -o numerum in Asia perduxit. VET. LAT. II Macc. 13, 19 (rec. M) *rex* adversus Bethsuram -um adplicans vincebatur (*sec. gr. φρούριον ὀχυρόν addunt adi. cetera, e. g.* rec. X ad Betura -a munita, *rec. P* castellum ... munitum). ITIN. Anton. Aug. 37, 1 Ballene -o (*in Mauret. Caes.*). 38, 8 Tamariceto -o (*ibid.*). TAB. Peut. 8, 2 Anabucis ⌞-um⌟ (*om. Itin. Anton. Aug. 65, 7; in Cyrenaica*). *al. ibid.*

2 *in imagine respiciuntur:* **a** *mulieres castae*: CIC. Verr. II 5, 34 *dicere nolo* quot -a quam munita pudoris et pudicitiae *Verres* vi et audacia ceperit. **b** *argumenta sim. orantis vel disputantis* (*cf. supra p. 891, 18, ubi deest imago loci*): CIC. Caecin. 83 si ad interdicti sententiam confugis ..., in meis castris -isque versaris. de orat. 2, 294 *me* consistere ... in meo -o sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa cessisse videar. AVG. c. acad. 1, 9, 24 p. 22, 6 occupavit -um tuum (*postea*: ubi ... arcem locaverunt Academici?). 3,10,22 p. 63,8 deserere -a et tecum (*i. cum Carneade*) in campo certare. **c** *quaelibet loca tuta et res variae, quibus quis nititur*: CIC. Rab. perd. 3 *bonorum civium est* intercludere ... seditionum vias, munire -a rei publicae. har. resp. 58 qui ... civem ... omnibus patriae -is depulit. Phil. 12,23 (*ironice*) restat *via* Aurelia; hic ... -a habeo: possessiones enim sunt P. Clodi. 12,24 in urbe maneo; ... haec mea sedes est, haec vigilia, haec custodia, hoc -um stativum; teneant alii castra *eqs.* Brut. 222 *oratores quosdam* abducamus ex acie, id est a iudiciis, et in -is rei publicae ... collocemus. Att. 1,20,2 sine nostris copiis intra alterius -a veniendum *non est* (*sc. non me solum Pompeio tradam*). SEN. Tro. 497 (*quaeritur refugium*) miser occupet -a, securus legat. 793 (*Andromache ad Astyanacta*) quid meos retines sinus manusque matris cassa -a occupas?

lusus verborum v. p. 886, 39. 890, 20, homoeoprophoron p. 885, 2. 886, 38.

deriv.: praesidiarius, praesidiensis, praesidiolum, praesidior.

cf. Onom. *Ramminger.*

*?***praesīdo** *v. p. 878, 33. 38.*

praesignātio, -ōnis *f.* *a* praesignare. *i. q. actio praesignandi, praefiguratio* (*cf.* praesigno *IB*): AVG. c. Faust. 22, 83 p. 686, 2 *etiam mala* hominum facta ... collegit propheta narrator, quorum interpositio non vacaret a -e rerum, quas intenderat prophetare.

praesignātor, -ōris *m.* *a* praesignare. *i. qui praesignat (sc. sigillo, cf.* praesigno *IIA): de officiali quodam rationis hereditatium* (*cf. Hirschfeld, Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten, 1905*[2]*, 117 adn. 2*): CIL VI 8436 Primo Aug(usti) ser(vo) -r(i) hereditat(ium). 8436a Saturninus Caesaris -r. *de fraudatore quodam*: GLOSS. -r, qui adulterum numisma cudit vel epistulas sigillat non accepto a rege sigillo.

praesignificātio, -ōnis *f.* *a* praesignificare. *i. q. actio praesignificandi*: IREN. 4, 20, 5 prophetia est praedicatio futurorum, hoc est eorum quae post erunt -o. LACT. inst. 7,15,4 *transitus per mare rubrum* -o et figura maioris rei fuit, quam deus ... facturus est.

praesignifico, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* significare. [*dub. trad.* -are FEST. p. 253 (*e Labeone*; proba significare *Preibisch et Huschke sec.* PAVL. FEST.); *restituebatur olim in lacuna cod.* RVFIN. patr. 2, 3, *v. p. 894, 28; vix recte coni. Harvey* IREN. 4, 16, 1 (= 4, 27, 1 H.) *pro var. ll.* significabat *et* praefigurabat.]

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. antea significare: **1** *futura* (*obi. suppletur ex enunt. relat.* CIC., PRISC. LYD.; *pro obi. est enunt. secund.* IREN. 3, 9, 3. 4, 20, 5. 12, *adv.* sic *sequente orat. recta* IREN. 4, 17, 5; *accedit* de *c. abl. l. 17*): **a** *quolibet modo*: CIC. div. 1, 82 (*repetitur* 2, 101) *dii* non censent esse suae maiestatis -are hominibus, quae sunt futura (*cf.* SERV. Aen. 5, 706 'quae portenderet ira magna deum': quae -bat). PRISC. LYD. solut. 3 p. 62, 35 *anima* consuevit ... quae a se agenda sunt aut aliter accessura -are *somniis*. **b** *praefigurando* (*sc. interpretatione allegorica christiana*): IREN. 4, 20, 12 Moyses Aethiopissam accipiebat uxorem (*exod. 2, 21*) ... -ans, quoniam oleaster inseretur in olivam (*Rom. 11, 17*). 4, 21, 3 (*quae praecedunt v. p. 598, 74 sq.*) *Christus* assuescens hereditatem suam obaudire deo et ... -are (praefigurare *var. l.*) futura: nihil enim ... sine signo apud eum. SOMN. Neron. 8, 3 sicut hoc (*sc. interitus Iudaeorum*) -tum (praefiguratum *var. l.*) est in temporibus Helisaei prophetae: 'exierunt duo ursi ...' (*IV reg. 2, 24*), hoc est ... Vespasianus et Titus. **c** *praedicendo*: IREN. 3, 9, 3 Esaias unctionem eius (*sc. Iesu*) et propter quid unctus est -ans ait: '...' (*Is. 61, 1 sq.*). 4, 17, 5 de quo *novo testamento* ... Malachias sic -vit: '...' (*Mal. 1, 10 sq.*). 4, 20, 5 -bant ... prophetae, quoniam videbitur deus ab hominibus (*antea*: prophetice significabant). Ps. CYPR. tract. 39 quae *domini vox* resurrectionem maximam -vit (*affertur Luc. 20, 34*).

2 *quod in ordine dictorum prius significatur* (*sc. in arte logica*): BOETH. top. Arist. 134b18 *peccat in ponendo proprio,* qui ... non -at in eo quod participat vel participatur (*sec. falsam var. l. gr.* προσημήναϛ *pro* προσσ-; *cf. 134b13* praedicit).

deriv.: praesignificatio.

praesignis, -e. *sec.* insignis *formatum videtur, sc. ad illam vocem variandam* (*metri gratia ab ipso* OV.*? cf. enim* praelustris *pro* illustris *apud eundem*). *legitur inde ab* OV., *sc. in versibus praeter* SIC. FLACC. [*falsa var. l. pro* insignis OV. epist. 5, 125 met. 15, 131.]

fere i. q. insignis (*praeter exempla sub 2 allata de animantibus eorumque partibus corporis, quae aut praecellunt pulchritudine, honore sim.* [*actis* AVSON. 275, 1] *aut facile dinoscuntur signo proprietateque quadam. perperam vi temporali intellegitur* GLOSS.^{L} IV dub. Plac. P 30 -em: designatum iam ad aliquam dignitatem [*spectat fortasse ad l. 40*]): **1** *indicatur, qua re quis -is sit*: **a** *per abl.*: OV. epist. 4, 39 mihi prima dea est arcu -is aduncо Delia. ars 3, 773 quae *puella* facie -is erit, resupina iaceto (met. 12, 217. fast. 6, 628 [faciem *var. l.*]). met. 3, 32 conditus antro Martius anguis erat, cristis -is et auro (7, 150). 15, 611 gemino -ia tempora cornu *Cipi.* SIL. 6, 43 *centurio* vitis Latiae -is honore. STAT. Theb. 4, 598 (*verba Tiresiae*) cernis ... nostra -em (praesagum *var. l.*) Maeona lauro (SCHOL.: quoniam fuit sacerdos Apollinis). silv. 4, 4, 9 Marcellum ... celso -em vertice nosces. 4, 8, 12 Libyca -is avunculus hasta. AVSON. Mos. 104 *salmo* -is maculis capitis. **b** *per praepos.* in: AVSON. 275, 1 p. 191 *Hadrianus post Traianum* subiit mediis -is in actis: principia et finem fama notat gravior.

2 *nude ponitur*: PRIAP. 51, 11 -e (praepinguem *var. l.*) rami nec mei ferunt morum. SIC. FLACC. grom. p. 128, 11 territoria inter civitates ... finiuntur ... etiam lapidibus positis -bus, qui a privatorum terminorum forma differunt.

praesigno, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* signare. *legitur singulis locis apud* PLIN. nat., FRONTIN., TERT., VET. LAT., SORT. Sangall., *saepius inde a* RVFINO, *frequentatur ab* AVG.; *deest in poesi.* [*perperam ex edd. vet. affertur* CATO agr. 154 -to *pro* pertundito.]

I *vi praeverbii temporali i. q. antea signare, praemonstrare sim.* (*accedit fere obi. acc., structura 'aliquid aliqua re' vel 'in aliqua re' apud* PLIN. *et saepe inde a* RVFINO; *pro obi. ponuntur nom. c. inf. p. 894, 34* [*an etiam p. 894, 4? dubites et de acc. c. inf. p. 894, 18*], quod *p. 894, 3,* quoniam *p. 894, 7, adv.* sicut *p. 894, 29*): **A** *cum respectu ordinis -antur varia* (*antequam quidlibet fiat*): PLIN. nat. 28, 36 incipientes furunculos ter -are ieiuna saliva (*vix ad II*). AVG. serm. 32, 4 quod ... apostolica lectio ante psalmi canticum -vit dicens: '...' (*Col. 3, 9*). CASSIAN. inst. 2, 9, 2 saltem quasdam tantisper orationum lineas -emus (*1* pauca praestringere). OP. imperf. in Matth. 22 p. 753 credidit Andreas, sed -ante sibi Iohanne et dicente: 'ecce agnus dei' (*Ioh. 1, 29*).

B *cum respectu futuri*: **1** *-antur signa futurorum: vario usu*: TERT. adv. Marc. 1, 13 p. 306, 17 cui *deo* nulla conditio ... propria ... testimonium -arit (-averit *var. l.*). CASSIAN. conl. 10, 9, 1 inquisitio vestra tam minuta atque subtilis proximae puritatis -at indicium. *in praefiguratione*: AVG. in psalm. 111, 1 l. 35 qui *septuaginta anni* mystico perfectionis numero -antur (*Ier. 29, 10. al.*). quaest. hept. 1, 162 ubi figura magnae rei futurae (*sc. exodi ex Aegypto*) -batur. trin. 1, 10, 20 *aeterni* gaudii similitudinem -bat Maria sedens ad pedes domini (*Luc. 10, 39*). CAES. AREL. serm. 171, 2 p. 661, 3 piscina illa (*Ioh. 5, 2*) typum baptismi -bat.

2 *-antur ipsa futura (antequam eveniant) vel quaedam adhuc latentia* (*antequam cognoscantur vel probari possint sim.*): **a** *vario usu*: RVFIN. hist. 4, 15, 34 (*preces martyris*) *deus,* suscipior ... tamquam sacrificium pingue ..., sicut praeparasti et -asti (*gr.* προφανερώσαϛ. *item somnio*: MIRAC. Steph. 1, 1 *ignis per somnium visus* quid aliud tunc -vit, nisi quod praedicatio sanctarum reliquiarum ... *ecclesiam* igne succendit?). AVG. gen. ad litt. imperf. p. 470, 21 in illius materiae ... confusione ... *quattuor elementa* exortura -bantur. serm. 363, 2 p. 1636 *plena* hominis renovatio in baptismo inchoatur et -atur. serm. 306C, 2 coll. Morin p. 648, 3 quid electum est in quadratura, quid -tum est, nisi quoniam quadratum stantem deicere nullus potest? Ps. AVG. serm. 131, 1 cuius excellentiam -ret *stella magorum* (*cf.* 131, 3 quem in caelo iam viderant -tum *magi*). *al.* **b** *praefigurando* (*cf. p. 893, 67*): RVFIN. Basil. reg. 2, 47 finem utriusque viae (vitae *var. l.*) in multis imaginibus -vit deus (*cf. Migne gr. 31, 913*^{C} προλαβὼν ἐφανέρωσε). Orig. in cant. prol. p. 78, 20 triplicem divinae philosophiae formam ... in illis viris (*Abraham, Isaac, Iacob*) ... -tam *esse.* Orig. in num. 1, 3 p. 8, 11 quae cuncta magnificis -ta mysteriis ... Iesus in die adventus sui ... complebit. AVG. c. Adim. 20 p. 179, 7 illa de inimicis victoria -at victoriam de diabolo. in euang. Ioh. 25, 5 navicula illa ecclesiam -bat (serm. 271 linguae illae [*act. 2, 3 sq.*] ... per omnium gentium linguas futuram e. -bant. Ps. AVG. serm. 183, 3. *al.*) in psalm. 6, 2 l. 16 *ut homo in vetere testamento* carnalibus adhuc operationibus futura spiritalia -ret. Ps. AVG. serm. ed. Mai 93, 3 resurrectio salvatoris ... multiplicibus figurarum symbolis in sanctorum actibus ... -ta (EVSEB. GALLIC. hom. 13, 6. *cf. l. 33*). LEO M. serm. 59, 5 ut tali facto (*sc. cruce a Simone Cyrenaeo lata*) -retur gentium fides. PROSP. in psalm. 103, 6 *persecutiones* abyssi et aquarum nomine -antur (per- *var. l.*). PRIMAS. in apoc. 4, 6 l. 93 in solio potest sedes futuri iudicis -ari. SACR. Greg. 200, 7 (838a D.) ut Christi et ecclesiae sacramentum -res, *deus,* in foedere nuptiarum (*cf. Eph. 5, 32*). *sim. saepius.* **c** *prophetando, praedicendo*: RVFIN. patr. 2, 3 l. 27 per quam *prophetiam,* quae eis eventura sunt, praesign⟨antur⟩ (praesignificantur *edd. vet.*). symb. 6 l. 19 sicut ... Esaias -verat dicens ...: '...' (*Is. 16, 1*). AVG. civ. 17, 8 p. 225, 32 non esse *Salomonem* ipsum, quem prophetia ista -at. serm. 2, 8 si 'commemorabuntur' dictum est (*psalm. 21, 28*), -tum est aliquando, quod fieri iam videmus. Ps. AVG. serm. 119, 4 (*angelus ad Mariam*) tu ibi (*Is. 7, 14*) -ta es virgo. 165, 1 figuris rerum et prophetarum oraculis ... -ari *sacramentum resurrectionis.* ACT. Archel. 31, 6 *paracletus* ab Iesu -tus est mitti. Ps. MAX. TAVR. hom. 19 p. 264^{A} nativitatis ... locum in ipsis *sacris voluminibus* ... -tum. FAVST. REI. spir. 1, 3 p. 105, 24 dum duas in Christo substantias -ret *deus* (*affertur Is. 45, 8*). CASSIOD. hist. 1, 2, 3 *prophetae* passionem et ... eventum singularum -verunt rerum (*Sozom. 1, 1, 4* προεσήμαναν). *al.*

d *praedestinando*: Ps. HIER. epist. 22, 1 p. 211^{B} (*additamentum ad Hier. tract. p. 416, 10*) *in hoc psalmo* a spiritu sancto -ti vocantur ad confitendum domino in laude (*nisi ad IID*). FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 74, 11 quorum actus praevidit, eorum exitus -vit *deus* (*postea*: praenoscuntur, praeordinantur).

II *vi praeverbii locali i. q. parte anteriore signare*: **A** *sigillo* (*cf.* GLOSS. -o: παρασφραγίζω): FRONTIN. strat. 1, 2, 6 *litterae* -tae erant (signatae *var. l.*). AVG. c. Iulian. op. imperf. 5, 17 p. 1450 Cicero ait mulierem vidisse se in somnis -tam habere naturam (*div. 2, 145* obsignatam, *v. vol. IX 2, 228, 5 sq.*). CASSIAN. inst. 4, 15, 1 anulos, quibus recondita -emus. GREG. TVR. dorm. 9 p. 767, 18 scrinium duobus sigillis ... -tum. *in publicandis bonis*: VET. LAT. Esth. 7, 9 (cod. 109) *anulo regis* -ta est substantia illius *damnati* (*gr. rec. L 7, 13 ἐσφραγίσθη, om. LXX et Vulg.*). SORT. Sangall. 51, 1 succurre tibi, ne -entur bona tua (*cf. 52, 2* non proscribuntur bona tua). **B** *signo crucis*: NICET. psalm. 13 l. 43 -ta fronte aurem *lectioni* sollicite adcommoda (*vix ad IA*). ISID. fid. cath. 2, 26, 1 crucis ... figura, quae fidelium frontes ad tutelam salutis -at. **C** *circumcisione Iudaeorum*: FAVST. Aug. c. Faust. 19, 6 quicumque non hac *circumcisionis* fuerit ignominia -tus. **D** *titulo, nomine sim.: -antur scripta*: GENNAD. vir. ill. 43 librum ... capitulorum indiciis ... -tum. DECRET. Gelas. 3, 5 l. 309 liber Physiologus ... beati Ambrosii nomine -tus (*var. l.* praenotatus *sim.*). Ps. ISID. vir. ill. 11 opusculum ... capitulis -tum. *-antur homines* (*hucine supra l. 40?*): APRING. in apoc. 3, 12 ('scribam super eum nomen dei mei') ut ... divino nomine -etur. GREG. TVR. vit. patr. 1, 1 *sanctos* nominis sui titulo -tos.

III *vi praeverbii evanescente fere i. q. signare* (*sc. ut ponatur verbum sonantius pro simplici; huc quodammodo vergunt etiam quae sub IB1 attulimus*): **A** *significando, nominando*: AVG. serm. 83, 6 omnia dimitti peccata voluit, qui ea septuagesimo septimo numero -vit (*respicitur Matth. 18, 22*). MART. CAP. 6, 627 *in Hispania* Poeni fundavere Carthaginem conditas ubicumque urbes amico sibi nomine -antes. CLEDON. gramm. V 54, 3 personae *verbi,* quae distributionem -ant. PRIMAS. in apoc. 4, 6 l. 123 utriusque concordiam testamenti novimus -ari, cum posteriora prioribus ... probantur ... pariter refulgere. **B** *figurando*: ISID. orig. 15, 1, 10 *regia Cyri* continens ... simulacrum caeli stellis micantibus -tum.

deriv.: praesignatio, praesignator.

Reineke.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[praesīgnum, *subst. a* prae *et* signum *compositum, haud recte trad.* IVLIAN. epit. in psalm. 64, 8 tanta in nostri liberatione ⌞-a⌟ facies, ut *eqs.* (⌞ ⌟ persigna *var. l.*, praesagia et signa *temptat Coninck sec. Theod. Mops.* σημεῖα καὶ τέρατα. *an* praesentia signa?).]

praesilio, -ii, -īre. *a* prae *et* salire. [*cf. var. l.* praesillunt PLAVT. Stich. 466 (*P*; prosiliunt *recte A*).]

1 *vi praeverbii originaria i. q. saliendo praecedere*: GLOSS. II 420, 1 προπηδῶ: ⟨p⟩raesu⟨lto, pr⟩aesilio (pros- *ed. Stephani*). **2** *vi praeverbii deflexa i. q. prosilire, progredi*: IREN. 1, 2, 2 -iit ... ultimus et iunior de Duodecade ea quae ab Anthropo et Ecclesia missa fuerat Aeon, hoc est Sophia (praesiit *cod. unus; gr.* προήλατο [προσήλετο *var. l.*], *cf. 1, 23, 2* Ennoiam exsilientem ex eo *Simone*). EVSEB. EMES. serm. 18, 27 *Pharisaei perversa credunt de resurrectione*; nos autem -amus ad id quod verum est.

deriv.: cf. praesultor.

?**praesilium** *pro* praesidium *v. p. 883, 73.*

προκόλπιον: **praesinum** GLOSS. II 418, 31 (*neutr. sec. gr. an acc. masc.? vox gr. significat aut sinum vestimenti pectoralem aut priorem partem sinus maritimi*). *a* prae *et* sinus.

praesipio, -ere. *a* prae *et* sapere (*cf. l. 22*). *i. q. antea sapere, praesagire*: PAVL. FEST. p. 21 (*trad. etiam* p. 22 *paucis mutatis*) adsipere et -ere (per- *var. l.*) dicebant ⌞antiqui⌟ sicut nos ... dicimus ab aequo iniquum, ab quaerendo inquirere (⌞ ⌟ antiqui a sapiendo *trad. loco posteriore, sed primitus respiciebantur potius verba cum* saepire *composita [v. vol. IV 357, 50. IX 2, 228, 78]; sim. dubites de* GLOSS.^{L} V Aa P 1087 -it: ante sapit [*'an* saepit?' *editor*]). p. 223 praesagire est praedivinare, -ere. *e coni. vix recta*: GLOSS. ⌞-itur⌟: ὑφηγεῖται (⌞ ⌟ *vel* praecipitur *Goetz*, praesiitur *trad.*; praeitur *Gatti in plagulis*).

?**praesitivus,** *adi. a* 1. praesero *derivandum sunt qui intellegant loco corrupto* GLOSS. II 590, 7, *v. sub* presit-.

?**praesolet** NOT. Tir. 28, 36 (*praecedit* solet, *sequitur* insolitus). *a* prae *et* solere, *notione obscura*; persolet *sec. 28, 36[a] coni. viri docti, quod explicari potest coll. Gloss. V 608, 26* persolenter: assidue.

praesolido, -āre. *a* prae *et* solidare. *i. q. antea solidare*: STAT. Theb. 1, 353 Auster ... defundit ... imbres, sicco quos asper hiatu -at Boreas (*'antequam in terram deveniunt' Heuvel, 1932, ad l., qui confert Ov. met. 9, 220* imbres gelidis concrescere ventis; pers- *edd. vet. codicibus dett. fisi*).

praesolidus, -a, -um. *a* prae *et* solidus. *i. q. valde solidus; respicitur: animus firmus*: OPT. PORF. carm. 22, 16 (*nisi est medii aevi*) acumen -um densumque animi (*contextu obscuro*). IVVENC. 1, 422 -um Simonem, dignum cognomine Petri (pers- *cod. N*). *frigus durum*: CORIPP. Iust. 3, 292 *in glacie sunt* vestigia nulla rotarum ... nec fragilis potuit crystalli forma noceri -o stringente gelu.

[praesōlo, -āre, *verbum a* prae *et* sol *compositum, perperam agnoscunt quidam p. 951, 35.*]

?**praesolvo,** -ūtum, -ere, *verbum a* prae *et* solvere *compositum notionis q. e. antea solvere, dub. an recte coniciatur* SORAN. p. 41, 20 primo dextram *manum infantis e fasciis* eicias et ⌞-ta⌟ motu suo exerceatur, et postea sinistram manum eius foris eicias (⌞ ⌟ *Rose coll. gr. p. 84, 18* προεκλύειν, *cui potius* primo ... eicias *respondere videtur*; post solutum *trad., quod defendere possis conferendo ibid. p. 41, 23* post solutionem ... fasciarum [*ad subst.* solutus *cf.* 2. dissolutus]).

praesonantia, -ae *f. a* praesonare, *cf.* consonantia. *i. q. actio vel status praesonandi* (*sc. de praestantia vocis argutae*): PHILO vita contempl. 35 quibus *cicadis, quae aura pasci dicuntur, ...* esuries -a vocis lenitur (propter sonantiam *codd. det., gr.* τῆς ᾠδῆς ... τὴν ἔνδειαν ἐξευμαρι-ζούσης).

praesono, -uī, -āre. *a* prae *et* sonare. [*variat c.* pers- *apud* Ov. *et* CALP.; *falsam var. l.* -bam *pro* prensabam *vel* pensabam *ediderunt Maurini* AVG. conf. 1, 8, 13.] *i. q. sonando praecedere (absolute* Ov., *transitive* CALP.): *ordine pompae*: Ov. am. 3, 13, 11 huc (*i. ad aram Iunonis*), ubi -uit sollemni tibia cantu, it ... annua pompa. *ordine aestimationis*: CALP. ecl. 4, 66 *Tityrus* fuit vates sacer et qui posset avena -uisse chelyn.

deriv.: praesonantia.

praespargo, -ere. *a* prae *et* spargere. *i. q. ante spargere*: LVCR. 5, 739 Flora quibus (*i. Veri, Veneri, Amori*) ... ⌞-ens ante⌟ viai cuncta coloribus ... et odoribus opplet (⌞ ⌟ *iunctura abundanti*).

?**praespectāns:** intuens GLOSS. *a* prae *et* spectare (*nisi conicien-dum* pro- *vel* per-).

praespeculor, -ātum, -ārī. *a* prae *et* speculari. [*loco dubio* SVET. Iul. 58, 1 *exercitum non duxit* nisi ⌞perspeculatus⌟ locorum situs (⌞ ⌟ *codd. plerique et edd.*, -tus *cod. Q al., quod tueri possis coll. ibid.* nisi ante ... explorasset).] *i. q. antea speculari, prius considerare: quae futura sunt* (*part. perf. vi passiva*): AMM. 25, 8, 11 *imperator* Malarichum ... Iovino iussit succedere ... gemina utilitate -ta, ut et dux ... suspectus abiret ... et *successor* ... nutantem ... statum *imperatoris* ... fundaret. *quae ordine praecedunt* (*sec.* praeponere *sim. accedit dat.*): RVSTIC. c. aceph. p. 1233[B] id quod dicimus 'ante unitionem' vel 'post unitionem', ... speculationis significat ordinem, eo quod pariter horum nequeamus deprehendere intellectum, sed -emur compositioni simplicia (*antea*: praecognoscentes).

praespēro, -āvī, -āre. *a* prae *et* sperare. *i. q. antea sperare*: VET. LAT. Eph. 1, 12 (Tert. adv. Marc. 5, 17 p. 633, 14) nos, qui -vimus in Christum (*gr.* προηλπικότας, *ceterae vers.* ante speravimus. *explicat* TERT. *ibid.* p. 633, 15 qui ... -asse potuerunt, id est ante sperasse in deum quam venisset, nisi Iudaei, quibus Christus praenuntiabatur ...? qui ergo praenuntiabatur, ille et -batur [*pass. pers. ut ibid.* p. 633, 25 qui -batur, dum praedicabatur]).

?**praespicābilis:** conspicabilis GLOSS.^{L} V Aa P 1084. *cf. cum* praespicere *nec non* despicabilis *sim., nisi falso tradi putes pro* perspicabilis (*cf. ibid. 511* perspicabilis: visibilis; *v. etiam l. 24 sq.*).

praespicāx, -ācis *adi. a* praespicere *sec.* perspicax, *cum qua voce saepe variat in codd.*

1 *i. q. praevidens* (*cf.* praespicio *sub 1*): ISID. orig. 10, 201 prudens: quasi porro videns; -x est enim et incertorum praevidet casus (perspicax *var. l.*).

?**2** *i. q. perspicax* (*per confusionem praeverbiorum, nisi falso tradi putes*): **a** *notione communi respiciuntur animantes sagaces sim.* (*cf.* praespicio *sub 2*): GLOSS. consultus: boni consilii, -x, prudens (per- *var. l.*). GLOSS.^{L} V Aa P 1085 -em: vigilantiorem (*corrigitur* per- *secundum* P *510 al.*). **b** *notione passiva respiciuntur res perspicuae, pellucidae* (*var. l.* perspicax *praeferunt edd. contra codd. praestantiores* AMBR. hex. 3, 15, 62 *aqua* in palude turbidior, ... in fonte -ior ... decurrit. ISID. orig. 10, 204 -x, splendidus, eo quod perluceat): GLOSS.^{L} I Ansil. PR 802 sqq. (cod. Paris.) -x: praelucens. limpidus. praeclarus. ⌞splendidus. quod perluceat.⌟ fulgidus (⌞ ⌟ *sec.* ISID. *l. 29*).

praespicientia, -ae *f. a* praespicere, *cf.* prospicientia. *i. q. facultas praespiciendi, praescientia*: CASSIOD. hist. 9, 45, 6 eventum belli considerans mittit ... ad Iohannem monachum ... -a clarum (per- *var. l.*, praescientia *edd. vet.; Sozom. 7, 22, 7* ἐπὶ γνώσει τῶν ἐσομένων).

praespicio, -spexī, -ere. *a* prae *et* specere, *verbum dubia plerumque fide traditum sec.* perspicere *et cetera composita multo frequentiora formatum.*

1 *exempla, ubi intellegi possit vis praeverbii originaria (sc. temporalis praeter l. 45), ut* -ere *significet fere i. q. praevidere, prospicere sim.* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 812 sq. [cod. Paris.] -ere: premeditari. providere. *ceterum huc pertinere videntur, quia et* prospicere *et* perspicere *distinguuntur,* NOT. Tir. 26, 41 -it [-specit *K man. pr.*] *et* 26, 50 -xit. *pro obi. est inf. l. 56, acc. c. inf. l. 61*): **a** *de angelo, qui inspiciendo, curando praeit*: VET. LAT. Marc. 1, 2 (Apring. in apoc. 4, 7) mitto angelum meum, qui -et viam ante faciem tuam (*gr.* κατασκευάσει, *Vulg.* praeparabit, *sed subest Mal. 3, 1, ubi gr.* ἐπιβλέψεται, *Aug. civ. 18, 35* prospiciet). **b** *de iis, qui aliquid faciendum praemeditantur sim.*: Ps. PHILO antiq. 13, 6 (*verba dei*) quod -xi creaturam (*v. Perrot-Bogaert, comm. 1976, ad l.*; pro-, per- *var. ll.*). CONC.^{S} II 5 p. 46, 20 (*ad imp. Leonem*) *propter imperium feliciter susceptum* bonam retributionem ⌞quae -itis⌟ Christo referre desiderantes (-atis *codd.*) Abel sacrificiorum puritatem fecistis (⌞ ⌟ *sc. consilia imperatoris de fide confirmanda, si recte trad.*; quae prospicitis *Mansi 7, 559[C]*, quae [= ὧν] percepistis *Schwartz*). **c** *de iis, qui aliquid futurum vel nondum manifestum praesentiunt sim.*: VVLG. iud. 17, 9 vado ut habitem, ubi potuero et utile mihi esse -ero (*codd. optimi; sec. var. ll. exhibent* pro- *edd. vet.*, per- *edd. rec.; paulo brevius hebr. et gr.*). AVG. gen. ad litt. 12, 36 p. 433, 22 *ut sapientes* certiores sint ... in illis *visis,* quae praeter corporis speciem ... intellegendo utcumque -unt (*sc. et post resurrectionem evidentissima intuebuntur*; per- *var. l.*). VITAE patr. Iurens. 149 hoc studebat ..., ut unusquisque illi ... studio ... deserviret, in quo eum dono sancti spiritus pollere eminentius -isset (*cod. P et ed. Krusch p. 159, 32,* prospexit, per(s)pexit *var. ll.*; perspexisset *Martine, sed vertens potius* prae-).

2 *exempla, ubi vis praeverbii, siquidem recte traditur, aut evanuit aut mutata est, ut* -ere *positum videatur sive pro verbo simplici inusitato sive pro* perspicere (*sc. confusione praeverbiorum; pro obi. est acc. c. inf. p. 897, 6 et passim sub b, nom. c. inf. p. 897, 7,* in *c. acc. p. 897, 4*): **a** *solum traditur (vel in recensionibus sui iuris. cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 793 sqq. [cod. Paris.] -xi: perlatum est ad me. ... comperi. cognovi. *eqs.* 808 sqq. [*ibid.*] -ere: cognoscere. explorare. *eqs.* 819 sqq. [*ibid.*] -o: intellego. sentio. *eqs.* 824 sqq. [*ibid.*] -it: ⌞pervagatur. perambulat. pervadit.⌟ praescrutat [⌞ ⌟ *sc. oculis vel mente sim.?*]): *respicitur obtutus oculorum*: VET. LAT. I Ioh. 1, 1 (cod. 262 *et var. l.* Vulg.) *nuntiamus* quod vidimus oculis nostris, quod -ximus (*aliae vers.* per-, pro-, in-, aspeximus, *gr.* ἐθεασάμεθα). THEOD. MOPS. in Philem. 2 p. 271, 19 in theatris est multitudinem -ere hominum confluentium.

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CE 1448, 13 (*e cod.; non ante saec. VI*) q(uae) quisq(uis) p(rae)spicis intrans *ecclesiam* (prospicis *suspicatur Bücheler,* perspicis *coni.* INSCR. christ. Rossi II p. 46). *respicitur actio mentis*: VET. LAT. Iac. 1, 25 (cod. 56 *al. et var. l.* Vulg.) qui ... -erit in legem perfectam libertatis (*aliae vers.* per-, pro-, *gr.* παρακύψας). EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 38, 27 qui eum contra fidem ... et contra ... synodi constituta venire -unt (*cod. U saec. VI,* per- *Schwartz*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 83 sola temporum quaestio flagitari -itur (per- *Drabkin, probat Bendz, Emendationen, 1954, 59 sq.*). THEOD. MOPS. in Philem. argum. p. 265, 12 sq. licet ... humilitatem apostoli -ere ex hac ... epistola, sicut non cito alibi -itur (*nisi conicias* per- *coll. ibid. p. 265, 15* perspicuum). MART. BRAC. humil. 4 cum universas rationes ... -eris, ... invenies *eqs.* (pro- *edd. vet.*). **b** *in varia lectione* (*exempla potiora; recte negleguntur ab edd. e. g.* AVG. trin. 8, 3, 5 l. 48 *et* 51): EPIST. pontif. 592 Schwartz p. 72, 12 cur irruentibus ... lupis ... *non* obsistis, sed aequanimiter ... commissum gregem ... laniari -is (re-, per- *var. ll.*). *ibid.* p. 73, 5 si contra synodi ... constituta tendere hostilia corda -is et quiescis (per- *Schwartz sec. cod. unum,* -is *Thiel sec. ceteros*). CAES. AREL. reg. virg. 32 p. 109, 21 *aegrotarum ministra* de cellario petat quodcumque opus esse -erit (pro- *var. l.,* per- *edd. vet.; vix ad l.*). CONC. Aurel. a. 541 p. 133 l. 34 id ... regulare esse -ximus decernendum, ut *eqs.* (*var. l.* per- [*v. Maassen p. 88, 12*], *quam praeferunt edd. ibid. p. 142 l. 244* [≐ *p. 96, 1 M.*]). IVNIL. 2, 15 p. 508, 15 unaquaeque res ex effectu -itur (per- *sec. var. l. edd. priores*). **c** *sine auctoritate codd. edebatur olim*: VET. LAT. cant. 2, 9 (Greg. Ilib. *ad l.* 4, 6; *trad.* prospiciens). LEX Visig. Eur. 322 (prospexerint *cod. teste D'Ors*).

deriv.: praespicax, praespicientia; *cf.* praespicabilis, praespicuus.

praespicuus, -a, -um, *adi. a* praespicere (*sc. sec. notionem deflexam ibi sub 2 illustratam*) *iuxta* perspicuus *derivatum idemque significans, nisi cogites de compos. formato a* prae *et* *spicuus (*sc. voce simplici a ceteris compositis seiuncta*), *ut significet i. q. prae ceteris conspicuus, valde perspicuus* (*agnoscasne vim activam l. 45?*). **1** *testimonia*: GLOSS. -um: clarum, lucidum. manifestum vel clarum (celerum *trad.*) aut lucidum. GLOSS.^{L} I Ansil. PR 828 sqq. (cod. Paris.) -a: certa. clara. inlustria. *eqs.* 842 sq. (*ibid.*) -um: apertum. limpidum. 845 sq. -us: pulcher. altus (*ita explicatur et vox* praescivus *Gloss.*^{L} *III Abol. PRAE 5*). *al. ibid.* **2** *exempla cetera* (-us *exstat in lapide l. 40; de ceteris locis dubitare licet, cum in codd. ubique variet cum* per-; *attulimus quaedam notabiliora, cf. e. g. quae notavit Krusch, MGH Merov. III ad Sisebuti vitam Desiderii 4*): *accedit abl.*: EPIST. pontif. 387 Conc.^{S} I 2 p. 90, 17 *te* puritate gloriosum et mentis fulgore potius quam sermone -um (per- *var. l. et edd. vet.*). NOVELL. Anth. 1, 2 ingenuae libertatis fulgore -um genus (*var. l.* per- *praefert editor*). CE 1947, 2 (*Hippone; christ.*) *quidam sepultus* gloria prespicuu⟨s⟩. *sine additamentis*: CONC.^{S} II 2, 2 p. 22, 4 ⌞-a⌟ definitione docuerunt (*gr. II 1, 3 p. 120, 19 σαφῶς.* ⌞ ⌟ *coll. Hisp.,* per- *cum cet. codd. Schwartz ut ibid.* p. 22, 6 in medio et -o die [*gr. p. 120, 23 μεσούσης ἡμέρας*]). ANTH. 390, 14 -am ... rosam (purpuram *cod. unus et edd.*). 20 -am lyncem (*an active i. q. acute cernens? var. l.* per- *praeferunt edd. ut* 29 -a ... cum perdice). *al.*

adv. **praespicuē.** *i. q. modo praespicuo*: SERM. Migne suppl. 4, 2031 quod (*sc. Luc. 12, 37*) -e a monachis observatur.

praesses *v.* praeses. *Ramminger.*

1. praestābilis, -e. *a* 1. praestare. NOT. Tir. 24, 50[a]. *non occurrit superl., sed cf.* nimium quanto -is GELL. 18, 3, 3, longe -is APVL. Socr. 18 p. 160 *et fortasse confusione quadam graduum comparationis p. 898, 26.* *legitur compar.* (*singulis locis praeter* CIC.) *apud* TER., CIC. (*16[ies]*), SALL., PLIN. paneg., AVR., GELL. *al. (de* VARRONE *cf. p. 898, 35), posit. raro apud* CIC., GELL., APVL., AMM. *al.; deest in versibus praeter* TER. [*falsa var. l.* CIC. off. 2, 5 (-ius *Non. p. 371, 18,* praestantius *codd. Cic.*).]

fere i. q. praestans, eminens, excellens, insignis: **1** *-es sunt res*: **a** -ius est (videtur *sim.*) *iuxta struct. verb. vel pron. neutr.*: α *exempla varia:* *accedit inf.* (*iuxta acc. c. inf.* TER., *abl. compar. l. 66*): TER. Hec. 284 quanto fuerat -ius ubivis gentium agere aetatem quam huc redire atque haec ... me resciscere. AVR. Fronto p. 249, 14 num ⟨est *sim.* ...⟩ -ius sub laquearibus quam sub platanis ... disputari? (*si recte huc traximus*). LACT. inst. 6, 15, 10 *quidam* pro cupiditate substituunt voluntatem, quasi ... non multo sit -ius bonum cupere quam [malum] velle. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 194 p. 745 quidvis perpeti -ius existimaba[n]t *Ananus,* quam *eqs.* (*gr.* προῃρεῖτο μᾶλλον). 4, 631 p. 769 Alexandrino itinere -ius esse duxit *Vespasianus,* quae Romae agerentur, curare (*gr.* προυργιαίτερα). 5, 355 p. 791 (*gr.* πολὺ κρείττονα). AVG. c. acad. 1, 8, 23. CONC.^{S} I 5 p. 151, 37 -ius ... et multo doctius (*p. 264, 19* melius, *gr. I 1, 6 p. 124, 1* ἄμεινον). *accedit acc. c. inf.* (*addas* TER. *supra et cf.* HEGES. *sub b*): CIC. Vatin. 10 quaero, Vatini, utrum ... putes huic civitati ... melius fuisse et -ius me civem in hac civitate nasci an te. AMBR. off. 3, 4, 27 sapientem de naufragio quam insipientem evadere. CONC.^{S} I 5 p. 201, 16 ubi ... -ius erat deum intellegi, in caelo magis an in homine? *pron. pro struct. verb.*: AVG. civ. 16, 36 p. 183, 6 fieri ... potest, ut habeat aliquid in vita et moribus quispiam, quo superat alium, idque sit longe -ius quam *eqs.* β nihil -ius est quam *sim.*: CIC. Sest. 23 *Epicurei dicebant* n. esse -ius otiosa vita [plena] et conferta voluptatibus. de orat. 1, 30 (*Crassus loq.*) neque ... mihi quicquam ... -ius videtur quam posse dicendo tenere hominum coetus *eqs.* rep. 3, 47 (*antea*: praestare regi optimates) cum ... optumates appellantur, n. potest videri -ius; quid enim optumo melius cogitari potest? leg. 1, 28 omnium ... n. est ... -ius quam plane intellegi nos ad iustitiam esse natos. *al. apud eundem.* γ quod -ius est, *sc. in parenthesi*: APVL. apol. 91 quid faciam tam rudibus ...? doceam ... an disputem ... an, q. multo -ius e., ... contemnam stultis ... respondere? LACT. inst. 1, 1, 9 illi *philosophi* ... recte vivendi doctores sunt existimati, q. e. longe -ius, quoniam *eqs.*

b *attributive vel praedicative iuxta subst.*: CIC. prov. 38 *nemo putavit* ullam dignitatem -iorem ea, quam per vos, *patres conscripti,* esset adeptus. har. resp. 41 -i insignique virtute *maiorum.* de orat. 2, 347 sumendae ... res erunt *oratori* aut magnitudine -es aut novitate primae aut genere ipso singulares (*opp.* parvae). rep. 4, 1 quanto -ior est animus corpore. *al.* PLIN. paneg. 1, 3 quod ... -ius est aut pulchrius munus deorum quam ... diis simillimus princeps? GELL. 1, 3, 8 -is homo sapientiae (*cf.* AMM. 29, 1, 9 virum -i scientiā litterarum abundeque honoratum [-em *Cornelissen et edd. rec., sed v. Hagendahl, Studia Ammianea, 1921, 115*]). 10, 18, 6 viri nobiles ingenio atque lingua -i. 16, 13, 9 condicio *coloniarum* ... potior ... et -ior existimatur *quam municipiorum.* APVL. Socr. prol. 4 p. 110 cum duo colores -es forent, piceus et niveus ..., utrumque colorem Apollo súis alitibus condonavit, *sc. corvo et olori.* AMBR. in Luc. 8, 51 est ... -ior anima, de qua *eqs.* Noe 17, 61 omnibus sensibus corporis -ior aestimatur *visio.* Ps. AMBR. apol. Dav. II 11, 60 -ior est praesentibus status, qui ex resurrectione debetur. HEGES. 5, 31, 2 p. 371, 7 nullum -ius deo esse sacrificium quam ... pro templo ponere animam viros deo sacratos. *al.*

c *compar.* -ius *pro subst. neutr.* (*iuxta pron. praeter* AVG.): CIC. prov. 29 quid ... tot victoriis *Caesaris* -ius ... inveniri potest? leg. 1, 58 qua *philosophia* nihil a dis ... uberius, nihil florentius, nihil -ius hominum vitae datum est (Cato 40 cum ... deus n. mente -ius dedisset *homini.* APVL. Plat. 1, 12 n. homine -ius). SALL. Iug. 1, 2 neque maius aliud neque -ius invenias *quam naturam humanam.* AVG. civ. 19, 3 p. 353, 18 *Varro* sentit ... in eius *hominis* natura duo esse quaedam, corpus et animam, et horum ... duorum melius esse animam longeque -ius ... non dubitat.

2 *-es sunt animantes* (*sc. homines tantum, nisi huc traxeris l. 55*): GELL. 18, 3, 3 homo ... turpitudine ... vitae defamatissimus, sed lingua ... atque facundia nimium quanto -is (*Aeschin. in Timarch. 180* ἀνδρὸς ... λέγειν ... εἰς ὑπερβολὴν δυνατοῦ). APVL. flor. 6, 7 est ... genus *hominum* apud illos *Indos* -e: gymnosophistae vocantur; hos ego maxime admiror. AMM. 30, 7, 11 operā -ium ducum haec ... consummata sunt. AMBR. in Luc. 8, 49 alter est ille -ior, qui humilitatem diligit ..., bonus scilicet seminator (*cf. Luc. 8, 5 sqq., ubi tamen respicitur deus*). *accedit inf. fin.*: APVL. Socr. 18 p. 160 Calchas ... longe -is hariolari ... decennium *belli Troiani* praedixit.

2. praestābilis, -e. *a* 2. praestare. *scribitur* pre- CIL IX 1498. *fere i. q. praestans, indulgens, benignus* (*sc. de deo*; GLOSS. εὐπάροχος. *accedit dat.* CASSIOD.): VVLG. Ioel 2, 13 *deus* benignus et misericors est ... et -is (deprecabilis *var. l.*) super malitia (*explicat* IVLIAN. *ad l.* id est qui eius calamitatis, quam malitiam vocat, remissionem ... libenter indulgeat. *cf. Vulg. Ion. 4, 2, ubi idem hebr. vertitur* ignoscens). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 320 *Laban* videns ... ei *Iacob* deum ad quodcumque voluisset -em (*gr.* συλλαμβανόμενον). CIL IX 1498 deo Iobi (*i. Iovi*) -i (*nisi ad l. 38*).

compos.: impraestabilis.

[praestābilitās, *sc. abl.* -tate *perperam editus est in Max. bibl. vet. patrum VI p. 677[E], ubi cum codd. legendum est* pro stabilitate, *v.* EVSEB. GALLIC. hom. 49, 1.]

praestābilius *v.* 1. praestabilis.

praestāns *v.* 1. *et* 2. praesto.

praestanter (-tius, -tissimē) *v.* 1. *et* 2. praesto.

1. praestantia, -ae *f.* *a* 1. praestare (praestans). *scribitur* pre- PALLAD. c. Ambr. fol. 339[r], 46 (*al. in eodem cod. saec. quinti*). *abbreviatur p. 899, 75.* *legitur non nisi sing. inde a* RHET. Her. (*e coni., v. l. 70*), CIC., VAL. MAX., PLIN. nat., FRONTINO, PLIN. paneg., SVET.; *frequentatur apud* CIC. *philos.,* TERT., *ceterum e. g. apud* AVG. epist. *et in titulis; deest in versibus praeter* COMM. [*confunditur in codd. cum* praesentia PS. QVINT. decl. 6, 14. POMER. 2, 2, 2 (*restituitur* RHET. Her. 4, 33, 44 [*bis*]. *e coni. dub.*: VAL. MAX. 2, 6, 11 TERT. scorp. 6 p. 156, 17. *al., v. p. 854, 39. vix recte trad.*: ORAC. Sibyll. 8, 176 [vers. barb. p. 163]. GLOSS. II 399, 20).]

de statu vel qualitate eius, qui (quod) praestat, praecellit, sc. fere i. q. excellentia, eminentia sim. (*potius de potestate, qua quid alteri praeest p. 900, 58 et fortasse etiam p. 899, 33. adhibetur fere metonymice sub IB, in*

[Maslowski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

malam partem l. 61; exemplа notionis q. e. 'quod quis praestare potest', quam postulat e. g. Löfstedt, Sprache Tertullians, 1920, 107 sq., relegavimus ad 2. praestantia**)**: **I** *hominum vel eorum partium, animi sim.*: **A** *usu communi*: **1** *exempla varia*: RHET. Her. 4, 33, 44 cum conparatione aut ⟨ a similitudine aut a⟩ -a superlatio sumitur; ... a -a hoc modo: 'cuius ore sermo melle dulcior profluebat' (*sed* praesentia *trad. loco utroque*). CIC. Tusc. 4, 58 quo maior est in eis *animis* -a et divinior, eo maiore indigent diligentia. Lael. 70 fructus ... ingenii et virtutis omnisque -ae tum maximus capitur, cum in proximum quemque confertur. VAL. MAX. 4, 3 ext. 4 (*de Diogene*) sordidae appellationis, sed robustae vir -ae (constantiae *Shackleton Bailey, Harv. Stud. Class. Phil. 85, 1981, 161 sq., coll. 4, 7, 2*). PLIN. nat. 34, 47 quanto maior Zenodoro -a fuit, tanto magis deprehenditur aeris *fundendi* obliteratio. PLIN. paneg. 13, 1 *Traianus* nihil a ceteris nisi robore ac -a ⟨differens⟩. TERT. nat. 2, 11, 10 (*e Varrone? inter deos paganorum*) voluptatis Volupiam, ⟨praestan⟩tiae Praestitiam (*nisi ad p. 901, 10; an supplendum est* ⟨praesen⟩tiae*?*). adv. Val. 5, 1 (*de auctoribus suis*) viri sanctitate et -a insignes.

2 *accedunt determinationes indicantes*: **a** *quis antecellat* (*sc. per gen. vel adi.*): CIC. off. 1, 106 corporis voluptatem non satis esse dignam hominis -a eamque contemni ... oportere (*fortasse conferas* TERT. ieiun. 7 p. 283, 10, *v. p. 817, 18*). FRONTIN. strat. 3, 2, 1 oppidum non tantum situ ..., verum etiam propugnatorum -a tutum. APVL. Plat. 1, 15 inferiora *corporis membra* reguntur optimatium -a et ipsa ministerium suggerunt victuale. AVSON. 419, 17 p. 357, 115 (*ad Gratianum*) *novum beneficium erat* bona animi tui ad alienam referre -am, *sc. Ausonii magistri.* INSCR. Tripol. 562 (*saec. IV; antea*: patrono optimo ob infinita eius beneficia) propter praecipuum eius meritum singularemque -am (*nisi ad p. 901, 1*).

b *qua in re quis antecellat* (*sc. per gen., praepos.* in *c. abl. l. 54. 62, pron. demonstr.* AVG *l. 43*): **α** *in qualitatibus vel partibus suis*: CIC. Phil. 10, 14 (*de Bruto*) hoc cadere verbum (*sc. in pace iacere*) in tantam virtutis -am *non* potest (Lael. 70. DECL. in Catil. 94 nulla -a v. aut ingenii. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 3 non lenocinia generis, sed -am v. *al., cf. etiam p. 900, 36, aliter p. 900, 47*). fin. 5, 34 ut *animus* ... habeat -am mentis, cui tota hominis natura pareat. 5, 93 quamvis minimam animi -am omnibus bonis corporis anteire (off. 3, 96 in a. excellentis magnitudine et -a. VAL. MAX. 3, 7, 7 [*Cato Gracchum iudicem sui deposcit*] qua ... a. -a [praesentia *coni. Vorst*] pertinaciam eorum *inimicorum* insectandi se inhibuit. QVINT. inst. 6, 1, 25 [*Milonis ut*: 6, 1, 27]. 12, 5, 1 plurimum ex his *artis oratoriae instrumentis* valet a. -a). ac. 1, 19 *Academici bona* corporis ... alia ponebant esse in toto, alia in partibus: ... in partibus ... -am aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem. Lael. 70 si quam -am virtutis, ingenii, fortunae consecuti sint (off. 3, 1 consequi. DECL. in Catil. 94). AVG. div. daem. 3, 7 p. 605, 8 hac, *sc. celeritatis*, ... -a non solum a volucribus homines ... superantur (praescientia *cod. unius man. pr.*, praecellentia *man. alt.*). **β** *in actionibus vel statu* (*artibus* PLIN.; *cf. p. 900, 54*): CIC. de orat. 2, 209 si *homines superiores* ... aequabilitatem communis iuris -a dignitatis aut fortunae suae transeunt (Lael. 70 *v. l. 41*). off. 2, 22 aut benevolentia aut beneficiorum magnitudine aut dignitatis -a *ducti homines se alterius imperio subiciunt* (DECL. in Catil. 75 quos cernebat *Catilina* excellere Romae -a quapiam d. *adde l. 47*). PLIN. nat. 37, 201 in toto orbe ... pulcherrima omnium est ... Italia ... artium -a, ingeniorum claritatibus *eqs.* QVINT. inst. 6, 4, 5 quidam quamquam in dicendo mediocres hac tamen altercandi -a meruerunt nomen patronorum (*item accedit gerund.*: SCHOL. Cic. Bob. p. 165, 22 affectuum movendorum. p. 167, 5 suam in dicendo -am omnibus anteposuit). 12, 5, 5 (*antea*: eminere inter aequalis *oratorem quendam*) *cui erat* frontis auctoritas, gestus -a *eqs.* GELL. 1, 1, 1 scite ... ratiocinatum *esse* Pythagoram ... in reperienda modulandaque status longitudinisque eius *Herculis* -a. HIL. in psalm. 118 mem 5 p. 470, 5 (*ad 118, 99* super omnes docentes me intellexi) intellegentiae ... -am unde adeptus sit, ostendit *David* (*sc. 118, 98*). POMER. 2, 2, 2 de -a sui principatus (praesentia *var. l.; syn.* excellentiam). *in malam partem*: TERT. paenit. 4, 2 tu peccator, mei similis, immo me minor: ego enim -am in delictis meam agnosco.

c *qui superentur, posthabeantur* (*sc. per gen. vel enunt. relat.; cf. p. 900, 58 et fortasse p. 900, 32*): CIC. off. 1, 97 *hominibus* personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia -aque animantium reliquarum. 1, 107 omnes participes sumus rationis -aeque eius, qua antecellimus bestiis.

d *qua ex re -a colligi possit*: HIL. in Matth. 5, 9 *Christus* adiecit 'nonne vos magis pluris estis illis *volucribus*?' (*Matth. 6, 26*) de comparationis -a discrimen nequitiae et sanctitatis ostendens.

B *adhibetur pro appellatione honorifica* (*cf. O' Brien, Titles of address, 1930, 49sq.*): **1** *in vita publica*: **a** *forma* -a tua (*ordine inverso* SYMM. epist. 3, 68 COD. Theod. 1, 7, 4 *et hic illic apud* AVG.; *per compendium* p. t. CONC. Carth. a. 411, 1, 20 l. 13. 3, 253 l. 4): EPIST. imp. Valent.

(Inscr. Ephes. Wankel 42) 24 (*ad Eutropium procos. Asiae*) *ut* amplissimum efficacis industriae -ae tuae testimonium deferamus. SYMM. epist. 3, 54 meus mos est semper adloqui -am tuam (*ad Ricomerem ut*: 3, 68). 4, 2 (*ad Stilichonem*). AVG. epist. 128, 4 haec propterea -ae tuae scribenda curavimus, ut *eqs.* (*ad Marcellinum tribunum et notarium ut*: CONC. Carth. a. 411, 1, 20 l. 13 edictis ... -ae tuae [praesentiae *edd. aliquot compendio* p. t. *perperam soluto*]. *al.*). 206 ministros Christi ... tuae -ae commendare non dubito ([*ibid.* domine ... praestantissime]. *ad Valerium comitem per Occidentem ut*: nupt. et concup. 2, 2, 2 tuae -ae). epist. Divj. 1, 2, 3 (*ad Classicianum comitem*) tuae ... -ae (*ibid.* praestantissime ... fili). COD. Theod. 1, 7, 4 apparitores officii ⌞tuae -ae⌟ ([*cf. postea:* magnificentia tua; ⌞ ⌟ *loco gemino Cod. Iust. 1, 29, 2* tui *tantum*]. *ad magistrum militum ut*: 7, 17, 1 secundum dispositionem tuae -ae). 8, 7, 10 (*ad Viventium praef. praet.*) illustris -a tua (*cf. l. 22*). *al.* *ad feminam patriciam*: AVG. epist. 131 (*ad Aniciam Faltoniam Probam*) reddens ... debitum -ae tuae salutationis obsequium (*ibid.* praestantissima filia). **b** *aliae formae*: SYMM. epist. 7, 102 (*ad Petronium et Patruinum*) ut -ae vestrae ... Flaviani merita commendem (AVG. epist. 137, 20 *ad Volusianum* [*eiusque matrem?*]). INSCR. Année Épigr. 1930 n. 2, 11 (*saec. IV*) Fl. Petasio v. p. ex praesidibus provinciae Tripolitanae; ordo *Lepcimagnensis* ... memor meritorum in se ab eius -a conlatorum statuam ... posuit (praesentia *Inscr. Tripol. 566 perperam. vix ad l. 75*). COD. Theod. 7, 18, 8, 2 (*ad Flavianum procos. Asiae, vix praef. praet.*) vel tuae -a potestatis vel ii ... viri, qui possint de capite ... ferre sententiam.

2 *in vita ecclesiastica*: PAMMACH. Hier. epist. 83, 1 (*tit.* Hieronymo presbytero) quaesumus -am tuam, ut *eqs.* NECTAR. Aug. epist. 103, 3 in litteris -ae tuae (*ad Augustinum episcopum ut*: PASCENT. Aug. epist. 240 consilium -ae tuae).

II *dei* (*naturae* CIC. nat. deor. *et* AVG., *mundi* CHALC.; *cf. p. 901, 19*): CIC. nat. deor. 1, 96 *ratio docet nos,* ut immortalitate vincamur ab ea natura *divina,* sic animi -a vinci, atque ut animi, item corporis (*ibid.* praestantissima natura). div. 2, 129 deos ... immortalis, rerum omnium -a excellentis. TERT. adv. Marc. 1, 4 p. 296, 5 *summus deus* solitudinem quandam de singularitate -ae suae possidens. 1, 5 p. 297, 3 (*antea: neuter deus* altero distat, ... plus altero praestat) *qui dei* nullam rationem numeri sui ostendunt, -am non habentes. CHALC. transl. p. 34^{B} qui *orbis mundi* virtutum -a sufficeret conciliationi propriae (*gr. δι' ἀρετήν, unde Cic. Tim. 20* propter virtutem). PALLAD. c. Ambr. fol. 339^{r}, 46 'credo in unum solum verum deum ...' (*affertur Arii epist.*), sed et plura al⟨ia⟩ eiusmodi, singulari -ae convenientia (*comparantur dei pater et filius ut*: 341^{r}, 6 [*ad Ioh. 14, 28* pater ... maior me est] -a patris [346^{r}, 26. 347^{r}, 2]. 341^{r}, 7). AVG. trin. 15, 6, 10 mirabili ... -a *immutabilis naturae* (*sc. dei*).

III *rerum* (*cf. etiam l. 29; fortasse huc spectant loci quidam sub IA2b allati, e. g. p. 899, 34*): CIC. fin. 4, 19 an ... *Zenoni* displicuit ea, quae tributa est animi virtutibus tanta -a, *sc. ab aliis philosophis*? 4, 54 summum bonum ... *positum* in ingenii -a, quam virtutem vocamus. 5, 36 quarum *virtutum quarundam* est excellens in animorum laude -a (5, 95 virtutis caelestem quandam et divinam ... -am [*collatis ceteris rebus*]). Tusc. 5, 119 tantam -am in bonis animi esse ..., ut *eqs.* off. 3, 10 ea, quae Panaetius ... non perfecisset, propter eorum, quae perfecisset, -am neminem persecutum *esse.* PLIN. nat. 12, 16 temptavere gentes transferre ad sese *arborem quandam peregrinam* propter remedii -am. 27, 42 volneribus sanandis tanta -a est *herbae cuidam,* ut *eqs.* SVET. Claud. 42, 1 Graeca studia secutus est, amorem -amque ⌞linguae⌟ occasione omni professus (⌞ ⌟ *nisi 'graece loquendi' intellegas, ut ad p. 899, 45 pertineat*). GELL. 15, 31, 3 operis *picti cuiusdam* ... -am. TERT. anim. 2, 6 utriusque, *sc. medicinae et philosophiae,* ⌞-ae⌟ ambitio (*v. Waszink ad l.*; ⌞ ⌟ scientiae *Reifferscheid*). CHALC. comm. 72 ut inter planetas sol medius locatus cordis, immo vitalium omnium -am obtinere intellegatur (*cf. Theo Smyrn. p. 138, 17sq. ὡς ἡγεμονικώτατον καὶ οἷον καρδίαν*). *al.*

2. praestantia, -ae *f.* *a* 2. praestare (praestans). *scribitur* pre- CIL VIII 11332, 6 (*saec. III, sed ibid. l. 4* prae-). TRACT. in Luc. 1, 2. 5, 4 (*in cod. saec. VI*). *legitur inde a saec. II med.*

1 *notione originaria significatur status, qualitas sim. praestantis, praebentis, ut vergat in notionem q. e. indulgentia, benignitas, largitas* (*cf. quod p. 899, 1sqq. adnotavimus*): **a** *hominum*: **α** *vario usu*: DECRET. decur. Tergest. (Inscr. Ital. X 4, 31; *aet. Ant. Pii*) 27 cum Fabius Severus ... tanta pietate ... rem p(ublicam) n(ostram) amplexus sit ... atque omnem -am ⟨s⟩uam ⟨e⟩xerat (*l. 5* beneficia, *l. 21* benivolentiam). DECRET. patron. Amitern. (Année Épigr. 1937 n. 121; *a. 335*) 19 de cuius *patroni* -a pluria in nos conferri s⟨pere⟩mus. VITA Melaniae (BHL 5885) 12 p. 10, 28 R. stupuimus in tanta piissimorum principum *petentibus satisfacientium* -a (clementia *var. l.; gr. [BHG 1241] 13 φιλοτιμίᾳ*). INSCR. Année Épigr. 1913 n. 159 (*e Numidia*) ⟨q⟩ua *munificentia* pretium frument(i) ⟨bi⟩s urgente annona ⟨p⟩raestantia minuisset. **β** *in certis formulis ti-*

[Maslowski]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tulorum, quibus patroni vel quivis homines benefici honorantur (cf. p. 899, 27. 900, 20): INSCR. Dessau 9488 (*e Numidia; saec. III in.*) ob insignem eius in patriam -am (INSCR. Afr. Cagnat 139 *cuidam* eximiae adfectionis et -ae in singulos universosque viro). CIL VI 2133 (*a. 242*) ob eximiam eius erga se pietatem -amque (32416 [*a. 257*] ob eximiam eius e. se benibolentiam -amq(ue) [*item* 32417 *eiusdem fere aet.*]. X 3764 ob singularem e. se liberalitatem et -am). VIII 11332, 4 (*saec. III; in titulo erroribus scatente*) circa singulos universosq(ue) cives (*ibid.* 6 c. frumentariae rei [*desideratur acc.*]).

b *dei (sc. Christianorum, nisi huc trahas* TERT. *p. 899, 15)*: TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 27 adhibeat *deus* ... et misericordiam propter errantes ... et -am propter merentes. 4, 29 p. 519, 28 (*ad Luc. 12, 22 sqq.*) nihil tam abruptum quam ut alius (*sc. creator*) praestet, alius (*sc. Christus*) de -a eius securos agere mandet. INSCR. Tripol. 863, 2 (*in limine aedificii; saec. IV*) cuiu⟨s⟩ *Christi* aspiration⟨e et prae⟩stantia Ae⟨mil⟩ian⟨u⟩s disposuit, i⟨nstitui⟩t et perfecit. TRACT. in Luc. 1, 2 *beneficia dei* visum superaverunt -a, aspectum largitate *eqs.* 5, 4. RVFIN. hist. mon. 1 p. 401^{D} gratias divinae -ae referens *eremita a deo nutritus (gr. 1, 47 προσκυνήσας tantum)*. COMM. instr. 1, 32, 3 (*tit.* sibi placentibus) de cuius -a vivis, in fragilitate tanta *humana* non respicis (*'virtute' intellegit Dombart in schedis nostris, ut ad p. 900, 29 pertineat*).

2 *vi deflexa significatur fere i. q. praestatio; respicitur actio*: **a** *benefacientis*: PS. QVINT. decl. 6, 14 ut natus ... in rebus adversis ... parenti labore et -a solveret lucis usuram (*nisi praeferas var. l.* praesentia). GLOSS. biling. 16, 133 quod voluntas eius *testatoris pauperis* -am tuam ... remuneravit (*gr. τὴν σὴν παροχήν. Castiglioni coll. Gloss. supra p. 391, 49 fortasse recte susp.* praestationem *sim., nisi locum ad 1a referas, sc. male graece versum; cf. 121* obsequia tua). **b** *suum officium, suam proprietatem praestantis (cf. p. 914, 70 sqq.)*: TERT. nat. 1, 5, 8 omnes *cum philosophi tum Christiani* nomen de professionibus gestant, ⌞sed ducunt⌟ (seducant *trad.*) nomen sine professionis -a, qui superficie vocabuli infamant veritatem. patient. 3, 11 patientiam dei esse naturam, effectum (-tam *trad.*) et -am ingenitae cuiusdam proprietatis. *Maslowski.*

praestantim *v.* praestatim.

[praestantiter; *adv. formationis pravae v. p. 913, 6.*]

praestat *v.* 1. praesto.

praestatim *adv.* *a* prae *et* statim. *i. q. admodum statim, citissime*: CHIRON 811 hoc tibi -m omnes res oculares sanat (*defendit Heraeus, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 120,* 'praesta⟨n⟩tim *pro* praestanter' *Oder in indice*).

***praestātio** (praestitio), -ōnis *f.* *a* 2. praestare (praestatum *et* praestitum). *scribitur* pre- EPIST. imp. Constant. (Année Épigr. 1937 n. 232) 13 *et e. g. in cod. R* COD. Theod. 6, 2, 24. *formam* praestit- *exhibet* EPIST. imp. Valent. (Inscr. Ephes. Wankel 42) 8, *sed* -tat- *ibid. ter.* *legitur sing. apud* SEN. *philos. (semel),* TRAIAN. *(semel, si recte restit.) et saepius inde a* POMPON. dig., *praecipue apud iurisconsultos, plur. inde a* PAPIN. dig. 31, 66, 6; *vox deest poetis.* [*loco dubio*: IVLIAN. epit. in psalm. 20, 5^{b} solis -o atque regressio clarum eius *Ezechiae* ... nomen efficit (-o *cod. epitomes, sed coll. IV reg. 20, 11 et Is. 38, 8 exspectes subst. quod indicet solem substitisse*; statio *cod. excerptorum*; perstatio *Bouwman, Arch. Lat. Med. Aevi 27, 1957, 157*).]

i. q. actus praestandi (metonymias v. l. 55. 62): **1** *praestatur fideiubendo (cf. usum verbi p. 924, 52 illustratum nec non* GLOSS. -o: custodia; *cum gen. rei pro qua praestatur* VLP., CANDID.): SEN. dial. 10, 13, 9 omnia eos *scriptores* fide bona dicere, ut ad -em scribant. VLP. dig. 50, 17, 152, 3 in contractibus, quibus doli -o vel bona fides inest. *metonymice de eo ipso qui praestat (nisi ad 2 trahas)*: CANDID. gen. div. 11 l. 17 *Iesus est* omnium, quae sunt, ... -o et effector (*huc traxit Hadot, 1967, in versione coll. Hebr. 7,22* ἔγγυος).

2 *praestatur dando, exhibendo, faciendo* (*cf.* GLOSS. II 399, 21 παροχή: praebitio, -o [*v. etiam l. 27*]. GLOSS.^{L} III Abstr. RE 24 reditus: reversio aut -o [*cogitesne de reditibus, qui rei publicae contingunt -bus sollemnibus, v. infra sub 2a, an latet explicatio vocis q. e.* redditus? praesentatio *coni. ed. dubitanter coll. Gloss.*^{L} *I Ansil. RE 401* reddita: praesentata]. *vi metonymica potius ipsa res praestanda significatur l. 75. p. 902, 5. al.*): **a** *in vita publica (respiciuntur imprimis munera et tributa praestanda, sed id quod civibus ab imperatore vel re publica praestatur p. 902, 5. 15)*: **α** *vario usu*: TRAIAN. Plin. epist. 10, 113 *ut ii, qui honorarium decurionatus intulerunt,* ⌞-e⌟ ceteris *decurionibus* praefera⟨n⟩tur (⌞ ⌟ *si recte restit. in contextu corrupto,* praefatio *vel* erogatio *trad.*). VET. LAT. I Macc. 10, 28 (rec. V; *verba regis*) remittemus vobis -es (*recc. LB* remissiones; *gr. ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα*). COD. Theod. 4, 13, 2 (*rubr.* de vectigalibus) quae ... negotiationis gratia portantur, solitae -i subiugamus. 5, 14, 35 qui *canon* ... annua -e confertur (7, 20, 8. EPIST. imp. Valent. [Inscr. Ephes. Wankel 42] 13. 21. *al.; addas p. 902, 17. cf.* NOVELL. Theod. 18 pr. sub ... lustralis -is obtentu). 5, 15, 19 fundi enfyteutici patrimonialisque iuris in antiquum ius -emque redeant. 11, 20, 5, 2 -em ... inferre. 13, 3, 2 a -bus ... publicis liberi. COD. Iust. 4, 46, 2 pr. (*a. 284–292*) venditio ob sollemnes -es ... facta (*cf. l. 13*). 11, 59, 5 (*a. 376–378*) ut -e salva cum desertis et culta possideant. 12, 1, 4 (*a. 346–349*) tam a temonariis oneribus conferendis quam a ceteris -bus, quas iudices describunt, ... liberos esse. 12, 37, 16 pr. (*a. 423*) quibus *officialibus* ... -is committitur erogatio. CIL X 520, 9 (*saec. IV ex.; syntaxi quodammodo turbata respiciuntur beneficia patroni civitatis*) dispositionem candoris sui ad -em civibus suis vel quae (*sc. -o?*) ad salutem patriae pertinet. *al.* **β** *per gen. vel adi. indicatur id quod praebendum, inferendum est (ipsa possessio, pro qua quid solvendum est, l. 25 sq.)*: PAVL. dig. 39, 4, 9, 7 res exercitui paratas -i vectigalium subici non placuit (39, 4, 9, 8 COD. Theod. 4, 13, 4. *al.*). 50, 5, 10, 2 angariorum -o ... liberalium artium professoribus ... remissa *est.* EPIST. imp. Constant. (Année Épigr. 1937 n. 232) 13 *ut milites V capita* a -bus sollemnibus annonariae pensitationis excusent (*cf.* COD. Theod. 13, 5, 14 pr. in annonaria -e. *praebetur ab imperatore*: FIRM. math. 3, 6, 3 *quidam* accipientes annonas ab imperatore ..., ut ex -e annonarum *divites fiant*). FIRM. math. 3, 11, 17 exactores imperatorum, qui annuas fiscalium -es repetant (*cf.* -es fiscales: FIRM. math. 4, 10, 8. 5, 2, 15. 6, 3, 3 COD. Theod. 11, 7, 4). COD. Theod. 5, 16, 33 in perpetua hac -e canonis ... mansura *praedia.* 6, 2, 14 glebali ... -e reddi immunes (12, 13, 2. *cf.* 6, 2, 24 a -e glebae senatoriae ... alienum esse). 6, 23, 2 *silentiarii* a tironum et equorum -e habeantur immunes (6, 26, 14 pr. equorum t. que. COD. Iust. 12, 28, 2, 1 [*a. 319*]). 7, 19, 1, 3 tributorum (COD. Iust. 7, 41, 2 [*a. 403*]). 11, 1, 19 sub -e ... auraria (11, 18, 1. 11, 20, 6 pr. in a., aerariam atque ferrariam -em. *cf.* 12, 1, 50, 1 auri atque argenti). 11, 22, 5 -es possessionum ad aliud territorium ... transferre (*cf.* 13, 11, 13 loca, quae -em suam implere non possunt). *al.*

b *in iure privato (respiciuntur quae ex obligatione dari fierive debent; accedit gen. rei praebendae vel perficiendae passim, obligationis solvendae l. 37. 39, rei pro qua quid dandum est l. 33. 44; dedimus exempla selecta)*: POMPON. dig. 19, 1, 3, 1 fructuum -o ea stipulatione *non* continetur (*ibid. iterum.* COD. Theod. 4, 18, 1). 35, 1, 57 circa pecuniae dationem, ... circa -em operarum (PAVL. dig. 38, 1, 20 pr. 40, 7, 20, 5). AFRIC. dig. 45, 1, 64 (*de pecunia solvenda*) eorum ... annorum, qui ante impletam condicionem intercesserint, -o. VENVL. dig. 45, 1, 139 unicuique pro parte hereditaria -o incumbit (PAVL. dig. 45, 1, 85, 5 iniungitur). GAIVS dig. 4, 5, 8 obligationes, quae naturalem -em habere intelleguntur. 38, 1, 22 pr. cum ... operarum editio nihil aliud sit quam officii -o. inst. 4, 131 saepe ... ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura -e est. *ibid.* futuram ... obligationis -em. MARCELL. dig. 18, 7, 4 distulit libertatis -em (TRYPH. dig. 49, 15, 12, 9. *al.*). 26, 7, 28, 1 ad -em usurarum non compelli *tutorem* (SCAEV. dig. 26, 7, 47, 4. *al.*). VLP. dig. 30, 49, 1 ad legati -em (PAVL. dig. 35, 1, 43 pr. fideicommissorum et l. *al.*). 38, 1, 6 fabriles operae ceteraeque, quae quasi in pecuniae -e consistunt (PAVL. dig. 9, 4, 31). PAVL. dig. 14, 2, 2, 4 detrimenti, non lucri fit -o. 33, 4, 16 onerare heredes duplici -e dotis (MOD. dig. 31, 34, 5). RVFIN. hist. 5, 28, 10 certa pactione, id est ... *tot* denariis menstruae -is (*gr. λαμβάνειν ... μηνιαῖα δηνάρια ρν'*). EPIST. pontif. 666 Thiel 31 p. 447 (*item* 667 Thiel 32 p. 448) constat vos intulisse actionibus ecclesiae ex -e fundi (*cf. l. 25*) ... de fructibus ... *tot* solidos. *al.*

c *exempla cetera (cum gen. eius, qui praebet* CASSIAN., *cui praebetur* CONC., *quod praebetur* HIL.): HIL. in psalm. 53, 9 -em misericordiae *dei.* HIER. in Philem. 21 p. 615^{D} minora petit, ut habeat rogatus voluntariam et maiorem -e mercedem. RVFIN. Orig. in Rom. 9, 3 p. 1214^{C} tributio, hoc est -o (*ad Rom. 12, 8* qui tribuit, *gr. ὁ μεταδιδούς*). HIPPOCR. mul. 1 l. 545 hoc ipsum, *sc. quod mulier infirmior fit,* sangui⟨ni⟩s -o est (*sc. quem fetui praebet; paulo aliter gr. p. 78 τὸ αἷμα μινύθει*). CASSIAN. inst. 7, 7, 1 -em monasterii esse pertenuem (*sc. victum; antea*: quae praebentur in monasterio). MAX. TAVR. 18, 2 *Avaritia* maius -i suae faenus inponit, ... lucrum non erubescit usurae. ENNOD. epist. 8, 37, 5 p. 224, 21. CONC. Tolet. a. 531 Mansi 8, 786^{C} nisi ... cui episcopus pro servitiis ac -e ecclesiae largiri voluerit *agellum.* REGVLA Tarnat. 16, 11 inaequalitate constricti ita sunt tractandi, ut vires ... -o larga corroboret. SERM. Rev. Bénéd. 24, 1907, 532 l. 63 dominum nostrum *in eucharistia* dispensantem omnia, nec minus aliqua facientem de -e sua (*Migne gr. 86, 416^{C} τὸν δεσπότην μελιζόμενον, καὶ διαδιδόμενον καὶ μὴ δαπανώμενον*).

praestātor (-tit-), -ōris *m.* *a* 2. praestare (praestatum *et* praestitum). *scribitur* pre- CIL X 7914 (*christ.*) *et* TRACT. in Luc. 5, 10 (*cod. saec. VI*). *forma* praestit- *sola tradi videtur apud* RVSTIC. (*cod. unico*), ENNOD., CASSIOD., *in var. l. apud* PS. APVL. [*falsa var. l.* -es *pro* praestituri FRONTIN. grom. p. 50, 8.]

i. qui praestat sive praebendo sive adiuvando, favendo: **1** *de deo, Christo, mundo*: PS. APVL. Ascl. 27 mundus tributor est et -r omnium, quae mortalibus videntur bona (*antea*: dispensator distributorque). MAR. VICTORIN. hymn. 3, 10 pater, filius, paraclitus ..., -r, minister, divisor (*item sine gen. rei praestitae*: ENNOD. opusc. 5, 23 p. 399, 21. CASSIOD. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 150 l. 249 [*in oratione; cf. ibid.* largitor]). TRACT. in Luc. 5, 10 *Petrus aliique* non poterant ex multitudine piscium -em dign[a]e laudare. RVFIN. apol. Orig. p. 588[C] unus ... deus *pater*, qui, ut ita dixerim, -r est deitatis, et unus Christus factor christorum. PASS. Cyriac. 25 tantorum bonorum -em dominum meum negem? (*gr. 12 τὸν τοιαύτας μοι εὐεργεσίας χαρισάμενον*). **2** *de quolibet benefico*: ZENO 2, 24, 1 (*antea: Christus* claves vere aureas misit, *sc. animam a peccatis liberantes*) *claves mundi* ipsi -i nihil prodesse possunt (*cf. ibid. 2* praestat; praestiterit). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 201, 36 tu, *comes orientis*, ... communis salvator et beneficiorum -r. CIL X 7914 (*christ.*) -i bono pauperum.

f. **praestātrīx,** -īcis. *i. quae praestat*: RVFIN. hist. 7, 28 p. 956, 6 spiritus sanctus, ... viventium causa, sanctitas sanctificationis -x (*gr. Caspari, Alte und neue Quellen ..., 1879, 10 ἁγιασμοῦ χορηγός, altera vers. ibid. p. 16* s. ministrator).

[praestauro, *sc.* -are materiam dicenti, *perperam afferebatur e Diomede teste Vossio; subesse videtur Diom. gramm. I 339, 3* materiam praestatura *tertia persona* ... dicenti.]

praesterno, -strāvī, -strātum, -ere. *a* prae *et* sternere. [*e coni. dub.* AMM. 23, 6, 80 -tis pellibus (pro- *trad.*).]

i. q. ante sternere (vi praeverbii fere temporali, sed certe locali l. 23); obi. sunt: **1** *res*: **a** *quae imponuntur, sparguntur, distenduntur*: PLAVT. Poen. 478 eo, *sc. in fundas postea visco implendas*, -bant folia farferi (pro- *var. l.*). STAT. silv. 5, 1, 257 serta ... et Elysios animae *advenienti* -ere flores. CAEL. AVR. gyn. 1, 143 *infans* supinus ... linteo ⌞-to⌟ linteamine detergatur (⌞ ⌟ *em. Drabkin*, prestito *trad., cf. Soran. p. 37, 5* supposito, *gr. p. 77, 7 προϋποκειμένῳ*): **b** *quae quolibet modo tractantur, plana, faciliora redduntur: proprie et in imagine*: STAT. silv. 3, 2, 114 quae sibi -at vivax altaria Phoenix *nido imposito.* Ps. CYPR. rebapt. 2 p. 71, 23 *Iohannes baptista* viam novae et verae gratiae -ens (*cf. l. 34 nec non* PAVL. PETRIC. Mart. 1, 199 omnes a domino missus -verat [-staverat *var. l.*] angelus oras, mollis ut adscensus ... pateret *Martino*). *translate*: PLIN. epist. 5, 8, 14 (*1* suades, ut historiam scribam) illud peto -as (-struas *var. l.*), ad quod hortaris, eligasque materiam. paneg. 31, 1 si quid adversi cadat, tuis laudibus tuisque virtutibus materiam campumque -i (pro- *var. l.*).

2 *homo prosternendus, sc. qui occiditur alio adversario postposito*: CLAVD. DON. Aen. 12, 495 p. 611, 8 (*ad 12, 498* nullo discrimine) *Aeneas* sternebat quoscumque repperisset nullum eligens ad mortem nullumque -ens (pro- *edd. vet.*).

praestes, -itis *m.* (*f. p. 904, 5?*). [*prius membrum stirpis* prae-sti-t- ⟨*praĭ-stă-t- *exhibet* prae, *posterius radicem* stā- *'stare' prisco suffixo* -t- *auctam; cf.* antistes, superstes *nec non* comes, com-i-t-is *al. (Leumann, Gramm. 1977, 275); notio originaria potius 'is qui ducendo aliis praeest' quam 'is qui custodiendo ante alios stat' (Walde-Hofmann II 356), videtur fuisse. Fo.*]
de origine v. OV., PLVT., MART. CAP. 2, 152 *infra. scribitur nota* pre INSCR. numm. *infra, litteris gr.* PLVT. *infra. formae heterocliticae secundae decl. traduntur l. 70* (*sec. f.* praestita?). [*aetatis posterioris est falsa var. l.* Miroclis ... -is, *sc. episcopi, pro* Mirocles ... praestitit INSCR. christ. Rossi II p. 183 n. 22, 9; *e coni. falsa pro* praestet MANIL. 2, 868.]

i. qui ante stat, sc. qui sive custodiendo, defendendo sive regendo, administrando praeest (*sc. de praeside; verbum q. e.* praestare *vix vestigia huius notionis servavit [conferre possis p. 909, 31]; ceterum v. Solmsen, Glotta 3, 1912, 247sq.; aliter Wackernagel, Kl. Schr. III 1669, qui confert gr. παραστατεῖν*): **1** *epitheton deorum* (*dearum p. 904, 5.* penates -es *pro* p. publici *intellegebantur olim notis* PP *prave solutis Inscr. numm. lib. rei publ. n. 307 et 312* [*exeunte saec. II a. Chr.*]): **a** *apponitur substantivis* (*vix cogites de usu pro adi., si respicias struct. gen. indicantis cui quis praesit l. 75. p. 904, 2. 5*): Lares -es: INSCR. numm. lib. rei publ. n. 298 (*a. 112/111 a. Chr.; scribitur litteris ligatis*) La(res) Pr(a)e(stites) (*iuxta imaginem Larum et canis, quem Ov. fast. 5, 137 et* PLVT. *infra* Laribus -bus *tribuunt*; Lare(s) *editur CIL I² 2 p. 753 n. 222,* La(res) Re(gienses) *Sydenham n. 564*). Ov. fast. 5, 129 -bus Maiae Laribus videre Kalendae aram constitui (*epitheton explicatur ibid. 134sqq.* quod praestant oculis omnia tuta suis; stant quoque pro nobis et praesunt moenibus urbis, et sunt praesentes auxiliumque ferunt. *cf.* PLVT. quaest. Rom. 51 *πραιστίτεις, sc. Lares, ... οἱ προεστῶτές εἰσι, τοὺς δὲ προεστῶτας οἴκου φυλακτικοὺς εἶναι προσήκει* [*postea: ἐπίσκοποι βίων καὶ οἴκων*]). Iuppiter -s (*vix recte huc trahas etiam p. 875, 74*): CIL XIV 3555 (*aet. Tib.*) I. -i Hercules victor dicavit (*ed. confert Sol. 1, 7 aram* patri inventori dicavit). III 4037 (*a. 196/197?*) -o I. s(acrum); ... tribunus ... proficiscens ad opprimendam factionem Gallicanam ... posuit (*item trad. forma secundae decl.*: HIST. AVG. Max. Balb. 5, 3 *sacellum* Iovis -i [-is *edd.*]). dei -es (deus -s *l. 75*): IVL. VAL. 1, 52 vers. 18 (*ad Alexandrum*) illi dii -es et maiores tui laetitiam suis ... peperere (praedites *var. l.*). 2, 29 p. 100, 11 d. -bus (*gr. p. 88, 14 ἐγχωρίοις*). MACR. Sat. 1, 18, 17 versus Orpheici *Bacchum Εὐβουλῆα* vocantes boni consilii hunc d. -em monstrant (*ibid.* boni consilii ... antistitem). 1, 19, 17 d. -es homini nascenti quattuor adesse ...: *Δαίμονα, Τύχην, Ἔρωτα, Ἀνάγκην* (*postea*: custos, ... praesul). 1, 23, 6 sidera signorumque -es d. **b** *solum ponitur*: MART. CAP. 2, 152 et generalis omnium praesul et specialis singulis mortalibus genius admovetur, quem etiam -em, quod praesit gerundis omnibus, vocaverunt (*cf. l. 1*). 2, 164 Summanes eorumque -es Mana atque Mantuona.

2 *usu generali*: PAVL. FEST. p. 223 -em in eadem significatione dicebant antiqui, qua nunc dicimus antistitem.

f. **praestita,** -ae (*cf.* antistes/antistita, hospes/hospita; *sed forma* praestes *adhibetur de dea l. 5*). *epitheton deae praesidis*: INSCR. Notiz. Scavi 1953 p. 240 n. 1 (*in basi statuae*) Fortuna -a (*nisi latet nomen Praestitae deae, de qua v. Latte, Röm. Religionsgesch. 56, adn. 4*).

cf. Onom. *Pade.*

praestīg- *v.* praestrig-.

[praestinguo, *verbum a* prae *et* stinguere *compositum, perperam pro* praestringere *vel* restinguere *restituendum censuerunt locis quibusdam Lambinus aliique, v. Arntzen in ed. a. 1733 ad* Ps. AVR. VICT. orig. 14, 2 *et Forcellini s. v.*]

praestino, -āvī, -ātum, -āre. [*compositum eiusdem verbi, quod etiam in* dē-, ob-stināre *conservatur* (*Walde-Hofmann I 344*); 'dē-stināre (*sibi*) *aliquid' similiter significat i. q. 'emendum sibi proponere, emere', v. vol. V 1, 758, 73. vis praeverbii* prae- *haud satis certa fortasse clarius quam* dē- *pactionem antea factam indicabat. verbum quod periit* *stanā- *'pangere' ortum esse e radice* stă- *'stare' verisimile est, cf. armen.* sta-na-m *'comparo' et v. G. Klingenschmitt, Das altarmen. Verbum, 1982, 112. Fo.*] *exceptis testimoniis* PAVL. FEST. *et* GLOSS. *non legitur nisi apud* PLAVT. *et* APVL. [*de confusione cum* praedestinare *v. p. 536, 74sq.; vix recte trad.* IVLIAN. epit. in psalm. 105, 12 -verunt (*pro* praefestinaverunt *?*).]

notione originaria non prorsus perspicua (sed cf. l. 22) significatur fere i. q. emere, mercari sim. (*vi praeverbii temporali, quam intellegere possis maxime l. 35, explicaverunt* PAVL. FEST. *et* GLOSS., *v. supra p. 594, 76 et 701, 5, ceterum cf. Powers, Commercial Vocabulary, 1944, 22sqq.; obi. intellegitur saepius e contextu, e. g.* PLAVT. Epid. 277, *absolute ponitur* APVL. met. 8, 24, 3): PLAVT. Capt. 848 iuben ... alium pisces -tum abire ..., alium porcinam *eqs.*? Epid. 277 ut ... -es argento, prius quam veniat filius, atque ut eam *fidicinam* te in libertatem dicas emere (*cf. 407* sumus praemercati). Pseud. 169 eo in macellum, ut piscium quidquid ibist pretio -em (APVL. apol. 101, 7 quantulo [*antea*: emisse]. met. 4, 15, 3 modico [praedest- *trad.*]). APVL. met. 1, 5, 4. 1, 24, 4 *pisces* viginti denariis -vi (denarios *F,* denarium *Hildebrand coll. 1, 24, 9*). 7, 9, 6 magnis ... talentis ... puellam. 8, 23, 3 asini opulentis emptoribus -antur. 8, 24, 3 nimio -andi studio. 9, 6, 5 tanto -vit. 9, 8, 3. 9, 10, 5 *me* carius, quam prius me comparaverat Philebus, quidam pistor ... -vit. 10, 13, 4 flor. 9, 25.

praestinus *v.* pristinus. **praestita** *v.* praestes.

praestitio *v.* praestatio. **praestitor** *v.* praestator.

praestitum *v.* 2. praesto.

[praestituo, -uī, -ūtum, -ere. *a* prae *et* statuere. *scribitur* pre- *e. g.* COD. Theod. 6, 30, 24 (*cod. R*) *et saepius in codd. recentioribus.* NOT. Tir. 24, 67 -it. 24, 75 -tum. *legitur in poesi ter apud* PLAVT. Pseud. *et singulis locis apud* TER. *et* TER. MAVR., *ceterum tantum in oratione prosa inde a* CIC. (*imprimis in oratt.*), LEGE VRSON., LIV., *maxime in sermone iuris, ubi paulo saepius occurrit quam* praefinio. [*confunditur in codd. saepius cum* praestare, *sc. in stirpe perf. et p. p. p., e. g.* NEP. Chabr. 3, 1 SVET. Nero 21, 1 HYG. grom. p. 79, 1 (*restituitur* PAPIN. dig. 44, 3, 10, 1. *al.; cf. p. 905, 28. 35. 906, 18. 20. 920, 6*), *ceterum cum* instituere *e. g.* LEO M. serm. 14, 1; *vix recte trad.* IAVOL. dig. 19, 2, 57 parieti (-e?) ... umore -to madefacto (praestito *Haloander,* perstillato *Budé*).]

I *usu communi pertinet ad praeceptum, legem, conventionem sim., ut sit fere i. q. antea statuere, praefinire* (*hic illic evanescente vi praeverbii temporali, e. g. p. 905, 47. 49; cf.* GLOSS. II 157, 51 -to: *ὁρισθέντος.* GLOSS.[L] I Ansil. PR 987 -tum: praefinitum. 988 -tum: statutum. *addas fortasse vol. X 1, 651, 6*): **A** *-itur iure vel potestate, auctoritate sim. cuiuslibet iubentis*: **1** *-untur tempora* (*sc. punctum temporis passim sub a, spatium temporis paucis exceptis sub b et c*): **a** dies (*pro praedicativo l. 67, iuxta praedicativum l. 66*): PLAVT. Pseud. 59 ei rei d. haec -ta est (*item accedit dat. rei*: 374 haec est -ta summa ei argento d. 623 argento ..., quoad referret nobis. CIC. Verr. II 1, 148 diem -it operi faciundo Kalendas Decembris [*item accedit gerund.*: PAPIN. frg. Vat. 9 solvendae pecuniae. *sim. al.*]. VLP. dig. 18, 6, 4, 1 degustationi [*antea*: d. degustando praefinitum]. *al.*). TER. Phorm. 524 tibi ... est olim d., quam ad dares huic *puellam*, -ta (*cum dat. personae ut*: NEP. Chabr. 3, 1 Athenienses d. certam Chabriae -erunt. QVINT. decl. 277, 3 VLP. dig. 25, 4, 1, 9. CYPR. laps. 3 negantibus). CIC. Verr. II 3, 37 *frumenti* deportandi d. -ta (*item cum gen.*: Att. 13, 49, 1 iudiciorum. COD. Iust. 4, 54, 4 [*imp. Alex.*] post -tum pretii solvendi d. AMM. 22, 14, 4 -to feriarum d.). Vatin. 37 cum ... lex ... vetet ... *petitorem* gladiatores dare,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nisi ex testamento -ta d. (*item abl. absol. vel temporis*: Liv. 10, 20, 15 Ps. Qvint. decl. 12 them. Papin. dig. 40, 5, 23, 3. *al.; cf.* Cic. *sub B*). Liv. 3, 22, 4 ad d. -tum venerunt socii (Cvrt. 3, 1, 8 Ps. Qvint. decl. 12 them. Flor. epit. 4, 1, 8 Amm. 17, 1, 13. *al.*). 6, 4, 5. 45, 11, 11 diem ... -it, intra quam ... responsum acciperet. Lex Malac. (cil ii 1964) 1, 25 si ... professio facta esset intra -tum d. (Vlp. dig. 29, 5, 3, 31. 48, 16, 12. *al.*). Frontin. strat. 1, 2, 6 *litteras* ante -tum d. repetiit (Svet. Nero 21, 1 agona a. -tam d. revocavit). *al.* **b** tempus: Cic. Quinct. 33 *accusatores a te iudice postulaverunt,* ut nobis t., quam diu diceremus, -res. Rab. perd. 38 dixi ad id t., quod mihi a tribuno plebis -tum est (*item accedit dat. personae*: Qvint. decl. 277, 3 *conditor legis* non ... t. aut diem -i[sse]t adulterae [*sc. puniendae*]. Papin. dig. 44, 3, 10, 1 singulis *petitoribus.* Vlp. dig. 32, 11, 23 t. *imperatores* ... coheredi -erunt, intra quod ..., post quod *eqs. al.*). Liv. 23, 25, 8 nullo -to militiae tempore, nisi quod stipendiorum legitimorum esset (*ad gen. cf.* Pavl. dig. 50, 5, 12 pr. vacationis. Cod. Iust. 2, 21, 4 [*a. 293*] restitutionis. *al.*). Papin. dig. 1, 22, 4. Vlp. dig. 11, 4, 1, 1 intra -ta t., quam *eqs.* (22, 2, 8. 26, 7, 1, 1 Pavl. dig. 42, 4, 9, 1. *al.*). 39, 2, 15, 2 t. stipulationi -it *praetor* (*antea*: 'in annos decem satisdari iubebo'. *item accedit dat. rei*: Pavl. dig. 50, 1, 21, 7 adiectionibus. sent. 5, 5[a], 2 solutioni [*Cuiacius, trad. gen.*]. Cod. Iust. 7, 2, 8 [*imp. Phil.*] t. praestandae libertati -⟨u⟩it). *al.*

c *exempla cetera*: Cic. inv. 2, 124 lex, quibus *quis* diebus in legationem proficisceretur, -erat. Quinct. 71 *dicenti* -entur horae ad arbitrium nostrum (restituendum *trad., corr. Madvig; cf.* Rab. perd. 9 suspicor eo mihi semihoram ... -tam esse, ut ne plura ... dicerem). Papin. dig. 36, 2, 26, 1 certam aetatem sorti solvendae -tam videri *a testatore.* Vlp. dig. 19, 2, 13, 11 lustrum ... fuerat conductioni -tum. 32, 50, 1 anni viginti quinque erunt -ti *legatario* (38, 9, 1, 12 annum *ad bona petenda*). 48, 5, 30, 6 *persequendis* admissis ... quinquennium esse -tum (-stitum F^2 *vix recte*). Amm. 22, 14, 7 cum post vivendi spatium -tum *Apis bos necatur* (Cod. Theod. 4, 22, 1 post elapsa quoque s. recuperandae possessionis legibus -ta. 13, 10, 5). Cod. Theod. 2, 19, 5 temporis curricula. 2, 27, 1, 6 duodecennium.

2 *-itur quidlibet*: **a** *cum struct. verbali*: Cic. Caecin. 8 praetor ... numquam petitori -it, qua actione illum uti velit (*cf. l. 21*). Lex Vrson. (cil i² 594) 102, 24 iudicium uti uno die fiat h(ac) l(ege) -tum non est (praestitum *exhibet aes per solitam neglegentiam. item cum enunt. fin.*: Cod. Theod. 6, 30, 24 nostrae moderationis arbitrio -tum est, ut *eqs.*). Epist. pontif. 611 Schwartz p. 34, 5 *imperator* catholicum a catholico creandum -erat (*cf. l. 58*). **b** *cum obi. acc.* (*adv. pro obi.* Hyg. *l. 54* [*item* Tert. anim. *sub B*]): Papin. dig. 40, 1, 20, 3 obsequio temporariae servitutis modum -tum esse (Cod. Iust. 6, 50, 17 [*a. 294*] m. lege Falcidia -tus. Cod. Theod. 11, 30, 49. 13, 1, 14 legis). 40, 4, 50, 1 auxilium bonis -tum. Tert. ieiun. 8 p. 284, 2 -it *Christus* ... ieiuniis legem sine tristitia transigendis (*sc. Matth. 6, 16*). pudic. 1 p. 221, 19 quorum *criminum* remedia -unt multinubentiae iure. Vlp. dig. 47, 14, 1, 3 quamquam ... Hadrianus metalli poenam ... -erit (Cod. Iust. 2, 2, 2 p. edicto -tam [*a. 239 ut* 3, 41, 2]. Cod. Theod. 9, 10, 4, 1). Mod. dig. 42, 1, 29 causae magis quam personae beneficium -itur. Edict. imp. Diocl. 12, 9 L. (*cf. Zeitschr. Pap. Epigr. 26, 1977, 134*) eadem praetia etiam materiae pineae sunt -ta. Hil. myst. 1, 40, 1 idem *manna* universae aetati et sexui -itur (*cf. 1, 38, 1* decernitur). Amm. 24, 6, 9 imperator catervis peditum infirmis medium inter acies spatium ... -it. Avg. in psalm. 139, 3 'finem' non intendas aliud quam tibi ab apostolo -tum est: 'finis ... legis Christus' (*Rom. 10, 4*). *al.* *p. p. p. neutr. pro subst.*: Hyg. grom. p. 78, 24 sq. agris *quaestoriis* sunt condiciones uti populus Romanus ⟨-it⟩; quod etiam -tum observant (*suppl. Thulin*).

B *-itur lege naturae vel voluntate dei* (*aliter l. 42*): Cic. Tusc. 1, 93 *natura nobis* dedit usuram vitae tamquam pecuniae nulla -ta die (*item -itur mors*: Amm. 14, 11, 19 qua *sorte* -tum erat eum vita et imperio spoliari. Hier. in Is. 11, 38, 1 l. 49 dies mortis). Tert. anim. 27, 8 *ut in homine* semen suum insit secundum genus, sicut omni condicioni genitali -tum est (*cf.* adv. Val. 30, 1 hanc ... regulam animali semini -tam *esse,* ut *eqs.*). Cypr. patient. 4 p. 399, 15 *deus* indignationem suam temperat et -tum semel retributionis diem ... exspectat. Lact. inst. 2, 5, 12 exorbitare illis *stellis* a -tis itineribus non licet (*item respiciuntur sidera*: 2, 5, 14 -tis legibus ... deserviunt [*sim.* epit. 21, 3]. Amm. 25, 10, 3 *cometarum* ortus obitusque quibus sint temporibus -ti. Avg. in psalm. 93, 5 l. 11 *stellae* agentes ..., quae illis -it et constituit creator). Pacian. bapt. 7, 7 infinita sunt praemia fidelibus -ta. *al.* *p. p. p. neutr. pro subst.*: Optat. 2, 1 p. 34, 11 *Donatistae* auferentes meritum Christo, negantes -tum deo, *qui ecclesiam toti orbi destinavit* (a deo *cod. unus vix recte, v. Blomgren, Eranos 58, 1960, 132 sq.*).

C *-itur praecepto artis metricae*: Ter. Mavr. 1455 dum *longa per duas breves soluta* suo pedi reservet -ta tempora (Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 46, 22 cum uni cuique pedum -ta legitime t. custodiantur). Victorin. gramm. VI 206, 5 *metrum dictum,* quod veluti mensuram quandam *versus* -at. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 88, 7 indifferenter ... auctores lyrici metro antispastico initia -erunt (*si recte ed. Keil*; perstiterunt *codd.; legasne cum ed. princ.* praestiterunt ?).

II *usu deflexo pertinet ad varios modos ante statuendi*: **A** *significantur qui (quae) praeficiuntur rei administrandae* (*accedit dat. praeter* Vet. Lat.): Vlp. dig. 50, 10, 2, 1 quos efficiendo operi -it *res publica.* Vet. Lat. Tob. 1, 22 (cod. 143) *cum prior rex me persecutus esset,* -it me *novus* rex ... iterum (*si recte trad.; cf. cod. 130* restituit, *gr.* κατέστησεν αὐτόν, *sc. propinquum meum; aliter rec. cett.*). Arnob. nat. 4, 7 p. 210, 4 patefaciendis rebus ... -ta *est dea quaedam* (*postea*: praeest). Epist. pontif. 761 Schwartz p. 155, 13 quae *potestas episcopi Romani* rebus est -ta divinis. *p.p.p.* -tus *pro subst. masc. de praeposito*: Cod. Theod. 8, 5, 8, 2 haec cuncta regionibus -tos curare praecipimus. **B** *in sermone philosophico -untur ideae, sc. quae praecedere asseruntur operanti tamquam exemplar imitandum*: Ambr. fid. 4, 4, 46 omnia ... a te ipse (*sc. Verbum dei*) fecisti, nisi forte philosophicas tibi ideas Platonica illa disputatione -unt *quidam.* **C** *significatur quod in ordine scriptorum praemittitur, praecedit* (*cf.* praefinitus *p. 644, 35*): Cod. Iust. 10, 32, 62, 1 (*imp. Leone*) si quem curia ... minime secundum -tam (-stitam *var. l.*) ordinationem sibi sociandum curaverit (*quae ordinatio affertur antea*). ? **D** *per confusionem quandam cum* praestare *fere i. q. praebere, praestare* (*cf. p. 904, 53*): Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 7, 7 *in nativitate Christi* claritas deo -itur ad triumphum et hominibus ... pacis redditum est sacramentum.

p. p. p. praestitūtus, -a, -um *magis minusve pro adi. adhibitum non distinximus a verbo, cf. e. g. l. 18. p. 905, 3. 6. 16; pro subst. neutr. exstat p. 905, 53. 68, masc. l. 11.*

deriv.: praestitutio.

1. praestitus *v.* praestes.

?2. praestitus, -ūs *m.* *a* 2. praestare. *i. q. actio praestandi, praebendi vel id quod praestatur* (*sc. apparatus sim., si recte intellegitur contextu lacunoso*): Alc. Avit. hom. 24 p. 142, 8 inmen⟨sitate⟩ ... -us (*ecclesiae novae*).

praestitūtio, -ōnis *f.* *a* praestituere. *i. quod praestitutum est* (*sc. nomen actionis metonymice adhibitum*): Synon. Cic. p. 414, 24 ad tempus. ad diem. ad constitutum. ad -es. ad conductiones (*immo* -dict- *?*).

praestitūtus *v.* praestituo. *Peri.*

1. [x]praesto, -stitī, -āre. [*a* prae *et* stare. *Fo.*] Not. Tir. 24, 44 -at (*nisi ad* 2. praesto; *sim. dubites de* 24, 59 -itit). *de notione et structuris* (*sc. verbo q. e.* 2. praesto *non distincto*): Non. p. 371, 3 sqq. -are, facere (*affert* Cic. off. 3, 66); -are dicitur consuetudine beneficium facere; -are, exhibere (*affert* Cic. off. 3, 65. *al.*); -are, antecellere (*affert e. g.* Ter. Phorm. 790 Verg. Aen. 12, 19 Sall. Catil. 1, 1); -at, utile est (*affert* Lvcil. 975. *al.*). Char. gramm. p. 386, 9 -o inopi et inopem (*inter idiomata dat. et acc.; item fere*: Diom. gramm. I 313, 9 [*affert* Sall. Catil. 1, 1 Verg. Aen. 11, 438]. 319, 1 sq. -o omnibus et omnes 'melior sum', -o autem tibi 'praebeo tibi'. Serv. Aen. 11, 438 [*affert* Cic. Deiot. 12]. *al.*). Diom. gramm. I 366, 10 apud antiquos ... pro melius est ponebatur aut pro antecedit aut superat (*sequitur differentia cum* praebeo, *de qua v. supra p. 382, 3 sqq.*). Arvs. gramm. 425 -ans illius (*affert* Verg. *p. 912, 32*); -ans illo (*affert* Sall. Catil. 37, 5); -at ille illi pro melior est ille illo (*affert* Ter. Eun. 232). Gloss. -o: χρείττων εἰμί. -at: maius est vel concedit. melior est vel praebet. *al.* *legitur inde a* Plavto, Ter., Catone. [*confunditur in codd. e. g. cum* restare Lvcr. 6, 1083 (*restituitur* Avr. Vict. Caes. 42, 4); *falsa var. l. pro* perstare *e. g.* Caes. Gall. 7, 26, 4 (*cf. p. 909, 26*).]

i. q. ante stare et notiones inde derivandae: **I** *usu communi pertinet ad aestimationem sim., qua quid dicitur melius vel maioris momenti esse* (*maius sim. esse p. 907, 29 sqq.; in neutram vel malam partem p. 907, 26. 908, 33 sqq.; quodammodo abundanter accedit* potius *p. 908, 55. 59. 74,* magis *p. 909, 56; syn.* praecellere *v. supra p. 408, 2*; Synon. Cic. p. 439, 12 *v. supra p. 730, 12*): **A** *pro subi. sunt subst. vel pron., sc. usu q. d. personali et notione q. e. praecellere, praeminere sim.* (*passim de animantibus, de rebus e. g. l. 69. 75*): **1** *indicantur quae posthabentur* (*comparandum fere a comparato differt, rarius pars est excellens comparatorum, e. g. p. 907, 6. 8*): **a** *dativo*: α *non indicatur qua (in) re quid praecellat*: Ⓘ *vario usu* (*selecta inde a* Cic.): Plavt. Bacch. 387 nisi deos ei *amico* nil -are. 973 Priamus hic (*i. Nicobulus senex*) multo illi (*i. regi Troiae*) -at. Ter. Eun. 232 homini homo quid -at! stulto intellegens quid inter est (Evgraph. antecedit). Phorm. 790 vir viro (*i. pater marito*) quid -at! Lvcil. 1296 si ⟨facie⟩ facies -at (*ad dat. v. vol. VI 1, 44, 31*). Novivs Atell. 20 puerum mulieri. Rhet. Her. 4, 1, 2. Cic. de orat. 2, 172 bona existimatio divitiis. 3, 230 *Hortensium* aetati suae -are (*postea*: praecurrere). rep. 3, 47 regi optimates. nat. deor. 3, 25 qui potuit *quae in mundo sunt efficere,* ... is -at homini; homini autem -are quis possit nisi deus? Tim. 17 dissimilitudini similitudo (*gr. 33[b]* χάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου). off. 1, 160 (*antea*: quid cuique sit praeponendum) quid *officium* cuique -et. 3, 90 (*antea*: magis intersit) non igitur patria -at omnibus officiis? Lvcr. 1, 208 incultis -are ... culta loca. Liv. 8, 7, 7

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quantum eques Latinus Romano -et. CVRT. 8, 14, 13 (*antea*: Porus humanae magnitudinis propemodum excesserat formam) *elephas* tantum inter ceteras *beluas* eminens, quanto aliis ipse *Porus* -bat (*nisi agnoscas vim localem prominendi*). APVL. Plat. 1, 2 Plato non solum heroum virtutibus -itit, verum etiam aequiperavit divum potestatibus. AMM. 23, 6, 26 fluvii ... multi ... discurrunt, quibus -ant Oroates et Harax. *al.* *dat. subauditur ex gen. attributi*: PLAVT. Mil. 777 Alexandri -are praedicat formam suam. Ⅱ -are omnibus: PLAVT. Cas. 220 eo condimento ... utier, o. quod -at, *sc. amore.* ENN. frg. var. 34 o. ut ⌞Clipea⌟ -at mustela marina (⌞ ⌟ *abl. orig.*; Clipeae *Turnebus*). CIC. Deiot. 12 tanto ille *Pompeius* superiores vicerat gloria, quanto tu o. -isti. *al.* Ⅲ -are ceteris: CIC. Mur. 22 nimirum ... rei militaris virtus -at c. omnibus. rep. 2, 2 -are nostrae civitatis statum c. civitatibus. *al.* SALL. Catil. 1, 1 homines, qui sese student -are c. animalibus. NEP. Ages. 3, 3 c. *militibus.* LIV. 1, 57, 7 quantum c. *uxoribus* -et Lucretia. *al.*

β *indicatur qua (in) re quid praecellat* (*fere per abl.*; in *c. abl. e. g. l. 21, cf. etiam l. 25*): Ⅰ *qualitate qualibet, statu sim.*: hōc -are: PLAVT. Truc. 372 h. tuis fortunis ... -ant meae. TER. Haut. 876 Chremes h. mihi -at: *eqs.* VARRO Men. 444 an h. -at Herophilus Diogeni, quod *eqs.* CIC. Lael. 19 h. -at amicitia propinquitati, quod *eqs.* *al.* *exempla alia selecta*: CIC. inv. 2, 1 *Zeuxin* muliebri in corpore pingendo plurimum aliis -are ([*syn.* excellere]. S. Rosc. 69 qua in re quantum *Romani* prudentia -erint eis *exteris.* de orat. 2, 270 Socraten ... in hac ironia ... longe lepore ... omnibus -isse. *al.*; *alternante structura*: QVINT. inst. 2, 16, 17 in quo malimus -are hominibus quam quo ipsi homines ceteris animalibus -ant? [*sc. oratione*]). Brut. 272 ingenio ... Pisoni. rep. 2, 4 *Romulum* corporis viribus et animi ferocitate tantum ceteris -isse, ut *eqs.* div. 2, 90 multum ... is *Procles* fratri rerum gestarum gloria -itit. CAES. Gall. 1, 2, 2 cum *Helvetii* virtute omnibus -rent. LIV. 26, 36, 2 magistratus senatui ... honore. *al.* Ⅱ *magnitudine, numero, pondere* (*cf. e. g. p. 908, 23*): CIC. Arat. 251 *orbis lacteus* spatio multum superis -are duobus *orbibus* (*paulo aliter gr. 478*). Tim. 23 (*de rationibus partium materiae*) earum *medietatum* alteram eadem parte -antem extremis eademque superatam, alteram pari numero -antem extremis parique superatam (*gr. et Chalc. v. p. 409, 25 sq.*). *al.* LVCR. 1, 358 alias aliis -are ... pondere res rebus. LIV. 42, 52, 10 quantum numero, quantum genere militum -rent *Macedones* tironibus *Romanis.* VITR. 8 praef. 3 terrenus fructus escarum -ans copiis supervacuis desiderationibus. *al.*

b *ceteris structuris*: **α** *partitivis*: PLAVT. Poen. 1193 (*cf. 1182, supra p. 784, 23*) sicut nos hodie inter alias *puellas* -itimus pulchritudine (*al. v. vol. VII 1, 2133, 72 sq.*). CIC. rep. 1, 69 ⟨ex⟩ tribus primis generibus *rei publicae* longe -at ... regium (SIL. 13, 195 forma ex his Numitor ... -bat. GELL. 15, 24, 1 quem *poetam* ex omnibus -are ceteris putet). ad Q. fr. 1, 1, 10 de quibus *legatis* ... aetate -at Tubero (VARRO rust. 1, 38, 1). LIV. 38, 17, 2 omnium ... gentium Gallos fama belli -are. **β** *acc. obi.* (*cf. testimonia p. 906, 42*): CIC. carm. frg. 11, 69 quorum pietas fidesque -itit et longe vicit sapientia ⌞cunctos⌟ (*si ἀπὸ κοινοῦ*). VARRO rust. 1, 17, 6 qui *operarii* -bunt alios. 2, 2, 10. 3, 1, 3 (*3, 1, 1* antiquior ... multo rustica *vita*) immani numero annorum urbanos agricolae -ant. frg. Non. p. 108, 21 fortuna ⌞se illos⌟ non natura -are (*fere trad.*; sed illos *Bolisani, 1937*, pusillos *R. Müller, diss. 1938, ad l.*). p. 502, 23 qui primus in alterutra re -et alios. *al.* HIRT. Gall. 8, 6, 2 *Bellovaci* belli gloria Gallos omnes ... -bant. NEP. Att. 3, 3 quae *civitas Atheniensium* antiquitate ... -ret omnes. *al.* VERG. Aen. 11, 438 (*verba Turni*) ibo animis contra, vel magnum -et Achillem ... licet *Aeneas* (*sec.* SERV. *ad l.* PRISC. gramm. III 371, 17. *al.*; *nisi trahas ad p. 923, 2*). Ov. met. 4, 631 hominum cunctos (cunctis *var. l.*) ingenti corpore -ans ... Atlas. LIV. 3, 61, 7 (*imperator ad equites*) -ate virtute peditem. 37, 30, 2 virtute militum Romani longe ⌞Rhodios⌟ -bant (*nisi recte ⌞ ⌟ secl. Madvig*). *al.* VAL. MAX. 3, 2, 6 quos dignitate -ret, ab his virtute superari. *al.* PLIN. nat. 7, 118 animi bonis ... ceteros mortales. STAT. Theb. 4, 207 Argolicas ... habitu -bo maritas. 4, 846 te *Langiam fontem* nec Apollineus Ladon nec Xanthus ... -erint. QVINT. inst. 1, 1, 2 -at ... ingenio alius alium. 2, 20, 9. FRONTIN. strat. 4, 2, 1 Cassiani Bruttianos *milites.* GELL. 1, 22, 7 supra fuit et -itit superavitque maiores suos doctrina sua. *al.* HYG. astr. 2, 10 formā Nereidas. IVL. VAL. 3, 2 cum ... prudens ... consultum -et manum ... laborantium. *al.* **γ** *abl.* (*formas ambiguas v. supra sub a*): COLVM. 11, 1, 16 quid navus operarius ignavo et cessatore -et. HYG. astr. 4, 3, 1 hunc ... omnium siderum celerrimum esse ..., etiam minore (minori *var. l.*) Arcto ... -are. TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 297, 2 *non sunt duo summa bona*; si neutrum ex duobus altero distat, ... neutrum plus altero -at (*nisi abl. e compar. pendet*). SALV. epist. 4, 13 quod utroque -at (*nisi dat.*). BOETH. cons. 5, 3, 26 quid ... divina providentia humana opinione -erit, si *eqs.*? **δ** *gen.* (*sec. gr.*): CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 151 eorum, qui sine lege ... vivunt, hi, qui ... legis amatores exstiterunt ..., mansuetudine ... -are (*gr. τῶν ... ἀτάκτως βιούντων ... διενεγκεῖν*).

2 *non indicantur quae posthabentur* (*sed saepe e contextu subaudiuntur; quaedam potius generaliter de iis, quae inter cetera excellunt, dicta videntur, e. g. l. 4*): **a** *vario usu*: NAEV. com. 109 qui res magnas ..., qui apud gentes solus -at. CIC. Brut. 198 uter -ret orator. fin. 5, 40 cum longe multumque -et mens atque ratio. Att. 11, 23, 3 *nihil feci*; etsi quidvis -itit (*nisi ad B3*). LIV. 37, 39, 13 ne pari quidem numero Indicis Africi *elephanti* resistunt, sive quia magnitudine, longe enim illi -ant, sive robore animorum vincuntur. MANIL. 2, 868 neu -et *haec regio caeli illi.* IVV. 12, 86 sacro, quod -at, rite peracto ... domum repetam. *al.* **b** *indicatur qua (in) re quid praecellat* (*selecta quaedam*): CIC. Planc. 60 *Plancius, si filius esset Scipionis,* hoc -ret, quod ei minus invideretur. *ibid.* ut is maxime gloria excellat, qui virtute plurimum -et. de orat. 2, 5 neminem eloquentiā ... sine dicendi doctrina ... florere umquam et -are potuisse. 3, 135 *M. Cato* utroque in genere (*i. in iuris scientia causisque dicendis*) elaboravit et -itit (orat. 36 quid est, quo praescriptum aliquod *optimi* ... exprimas, cum in suo quodque genere -et et genera plura sint. LVCR. 5, 1355 longe -at in arte ... genus ... virile. BELL. Alex. 11, 3 cum in omnibus dimicationibus et scientia et virtute -issent *Rhodii.* SVET. Aug. 89, 1 in quibus *disciplinis* ... -bat largiter. *al.*). Tim. 9 *deus creator mundi* probitate ... -bat (*gr. 29ᵉ ἀγαθὸς ἦν*). off. 1, 116 quorum ... maiores aliqua gloria -erunt (*syn.* excellere). fam. 6, 1, 5 iis ... rebus -bamus (*opp.* inferiores eramus). LVCR. 3, 429 *animus* longe mobilitate -at, *sc. fumo.* 5, 1107 ingenio qui -bant et corde vigebant. 5, 1179. CAES. civ. 3, 44, 5 *Pompeiani* operibus vincebant, quod ... numero militum -bant (3, 47, 2 equitum. BELL. Alex. 16, 5. *al.*). VARRO rust. 1, 17, 4 eum *operariis* ... praeesse, quod scientia -et. 2, 5, 10 *Italicos boves* propter amplitudinem -are. HOR. sat. 2, 4, 71 Picenis cedunt pomis Tiburtia suco, nam facie -ant. VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 p. 209, 8 et statura et forma -bat *Hephaestio.* CVRT. 3, 12, 16 sicut aetate par erat regi, ita *Hephaestio* corporis habitu -bat. 8, 5, 4 necubi vinceretur, cum ceteris (*vix dat.*) -ret, ... loricas ... argento adornavit. COLVM. 2, 6, 1 et pondere et nitore -at *tritici genus quoddam.* MELA 2, 10 maioribus (*cf. Sol. 15, 3* quanto quis anteit). PLIN. nat. 16, 217 quae *arbores* odore praecellant, eas et aeternitate -are. PLIN. epist. 6, 8, 6 studia, quibus plurimum -at. *al.* *in neutram vel malam partem*: CIC. parad. 25 *qui patrem interficit,* multitudine peccatorum -at eoque poena maiore dignus est *quam qui servum interficit.* SALL. Catil. 37, 5 probro atque petulantia. TAC. ann. 2, 24, 1 quanto violentior cetero mari Oceanus et truculentia caeli -at Germania, tantum *eqs.*

B *pro subi. sunt struct. verbales, sc.* praestat *usu q. d. impersonali et notione q. e. melius est sim. (pron. neutr. pro struct. verbali v. sub 3); accedunt*: **1** *inf.* (*maxime act.; pass. e. g. l. 54; accedunt praedicativa l. 48. 56, dat. l. 57*): **a** *quae posthabentur indicantur variis structuris*: **α** *inf. pendente a particula* quam (*hic illic subaudiendus est alter inf.*): PLAVT. Capt. 327 ubi ... damnum -et facere quam lucrum. Trin. 345 pudere quam pigere -at totidem litteris (*i. quamquam totidem l. constant verba*). CIC. Phil. 14, 34 quos laudare quam lugere -bit. Tusc. 5, 56 accipere quam facere -at iniuriam. Att. 14, 9, 2. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 1 non esse quam esse per illum *Octavianum* -at. or. frg. Quint. inst. 9, 3, 95 nemini imperare quam alicui servire. LVCR. 4, 502 -at rationis egentem reddere mendose causas ... quam manibus manifesta suis emittere. CAES. Gall. 7, 1, 8 in acie -are interfici quam non ... libertatem ... recuperare. *al.* SALL. Catil. 20, 9. Iug. 31, 28 ad hoc (*sc. ne bonos cives perditum eatis*) in re publica multo -at benefici quam malefici immemorem esse. VERG. Aen. 3, 429 -at ... cessantem ... circumflectere cursus quam ... vidisse ... Scyllam. Ov. epist. 14, 7. VAL. MAX. 4, 6, 3 aliquanto -at morte iungi quam distrahi vita. CVRT. 9, 2, 34. COLVM. 1, 5, 6 -at a mari longo potius intervallo quam brevi refugisse. 12, 3, 7 opere fatigatum ... requiescere ... quam ... noxam concipere. *al.* *accedit dat. personae*: CIC. Sest. 146 multo mihi ... -at in eandem illam recidere fortunam quam tantam importare meis ... conservatoribus calamitatem. Pis. 15 ut e⟨i⟩ *populo* mori potius quam servire -ret. nat. deor. 3, 77 tacere -ret philosophis quam ... nocere. CAES. Gall. 2, 31, 6 sibi (*i. Atuatucis*) -are ... quamvis fortunam a populo Romano pati quam ab *finitimis suis* ... interfici. **β** *coni. pendente a particula* quam: CAES. Gall. 7, 17, 7 -are (-ret *var. l.*) omnes perferre acerbitates quam non civibus Romanis, qui ... perfidia Gallorum interissent, parentarent (parentare *Ciacconius, sed v. quae contulit Meusel in comm. ad l.*). **γ** *acc. obi.*: Ps. QVINT. decl. 2, 8 quanto alios -at affectus diligere vitae ... auctorem.

b *quae posthabentur intelleguntur e contextu*: **α** *quolibet modo*: CATO agr. praef. 1 est interdum -are (-ans *coni. Howe*) mercaturis rem quaerere, *sc. quam agricultura.* MANIL. 3, 143 cuius *sortis undecimae* tempore -et auxilium et vitae sucos miscere salubris. CVRT. 6, 3, 15 *Bessum* opprimere. COLVM. 3, 19, 3 -at eligere sationi ... placidi spiritus diem. PLIN. nat. 10, 138. 17, 94. 22, 164 -at ad vini transire mentionem. FRONTIN. aq. 130, 4 officii fidem ... tueri. APVL. Socr. 14 p. 150 id potius -erit latine dissertare. TERT. apol. 19, 8 differre *probationes.* *al.* **β** *oppositis*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

enuntiatis eiusdem ordinis (*ita ut* -at *iterandum videatur l. 4*): Lvcr. 6,1083 nec ... longis opus est ambagibus ..., sed breviter paucis -at (restat *var. l.*) comprendere multa. Caes. Gall. 4, 14, 2 copiasne adversus hostem ducere an castra defendere an fuga salutem petere ⌞-ret⌟ (*subaudiendum nimirum etiam membris praecedentibus; cf. l. 16*). Verg. Aen. 1,135 quos ego –; sed motos -at componere fluctus. 6, 39 non hoc ista sibi tempus spectacula poscit; nunc grege de intacto septem mactare iuvencos -erit.

2 *acc. c. inf.*: Plavt. Bacch. 396 nimio impendiosum -at te quam ingratum dicier. Lvcil. 975 uti pecudem te (tu *trad.*) asinumque ut denique nasci -erit (*cf. Menand. Theophor. frg. 1 [223], 18 ὄνον γενέσθαι κρεῖττον*). Carm. Isid. orig. 2, 21, 16 si vinco et pereo, quid ibi me vincere -at? (*Lucilio tribuit Lindsay, Ennio Morel, Frg. poet. lat. p. 171*). Caes. civ. 2, 31, 5 quanto haec dissimulari (-e *trad.*) ... quam per nos confirmari -et. Colvm. 11, 1, 4 -at ... vilicum magistrum esse operariorum, non discipulum. Stat. Theb. 1,652 me ... solum obiecisse caput fatis -bat. 1,718 seu te *Phoebum* roseum Titana vocari ... seu -at Osirin frugiferum. *al.*

3 *pron. neutr. pro struct. verbali* (*aliter* Ivv. *p. 908, 9. hucine* Cic. *p. 908, 6 ?*): Pollio Cic. fam. 10, 32, 4 sed de illo plura coram; nunc, quod -at, quid me velitis facere, constituite.

4 *enunt. secund.* (*cf. 1aβ*): Pavl. Nol. carm. 16,281 -at opes salvo desint quam vita opulento. Maxim. eleg. 1, 160 -at, ut abstineam *cibo*.

II *sublato respectu aestimationis pertinet ad*: **A** *positionem, situm, sc. i. q. praepositum esse, praecedere sim. (minus probabiliter cogites de notione prostandi, eminendi p. 907, 3. 921, 18): in veriloquio*: Cato orig. 60 quia is locus montibus -et, Praeneste oppido nomen dedit (*sim.* Pavl. Fest. p. 224). *ceterum* (*cf. etiam falsam var. l. pro* perstare Lvcan. 4, 30 circumdedit agmina fossa, dum primae -ant acies [Adnot. aciem hostibus opposuit]): Pavl. Nol. carm. 18, 125 quisque alium ⌞-ans⌟ propior consistere certat reliquiis *Felicis* (⌞ ⌟ *Hartel*, -are et *vel* premere et *trad.*).

B *potestatem, vim*: **1** *regentis, ut sit fere i. q. praeesse, moderari* (*vix huc p. 914, 59. 916, 57. 918, 4*): Ivl. Val. 1, 30 (*antea*: deo summo rerum praesidi) quisquis tu deum rex es, qui -are diceris huic terrae mundumque ... regis (*gr. p. 34, 1 προνοούμενος*). 1, 31 vers. 40 *Alexander, deus factus* tuos ... -as numine augustissimo (*nisi ad p. 926, 36*).
2 *superantis, ut sit fere i. q. praevalere* (*sunt qui huc trahant p. 917, 26. 63*): Fvlg. aet. mund. p. 149, 8 (*respicitur exod. 10, 22 sq.; antea*: perdit apud Aegiptios sua iura lux) illic tenebrae nec lucem admiserunt nec ipsae decesserunt, hic lux captiva perenniter -itit et sua iura nocti non tribuit (*si recte trad.*, per- *coni. Hommeius, vix recte 'praesto fuit' explicat Helm in indice*). Macr. Sat. 1, 23, 6 *Iuppiter* quia ... -at omnia signa ... signorumque praestites deos, videtur cunctos deos ducatu praeire.

C *ordinem logicum, secundum quem alterum alterius sit causa, sc. fere i. q. praecedere* (*cf. p. 403, 49 sqq.*): Ps. Avg. categ. 20, 168 (*distinguuntur quae simul sunt secundum tempus*) cum naturaliter simul sunt, nullum ... eorum -at alteri (*sc. eodem ordine posita sunt; cf. Boeth. categ. 14b28* si nullo modo alterum alteri subsistendi causa sit).

III *appendicula locutionum indicantium mensuram* (*sc. per acc., abl., adv.; quod testatur* Prisc. gramm. III 368, 7 Romani 'tantum quantum' et 'tanto quanto differt, distat, interest, -at'): Plavt. Bacch. 973 multo (Cic. Sest. 146. *al.; in iunctura uberiore*: Apvl. flor. 18, 29 m. tanto). Ter. Eun. 232 homini homo quid -at (Phorm. 790 Cic. de orat. 3, 117. *al.*). Cic. Arat. 251 multum (de orat. 1, 15. 3, 8 leg. 2, 24. *al.*). inv. 2, 1 plurimum (Planc. 60 Brut. 204. *al.*). S. Rosc. 69 quantum (de orat. 1, 197 Hor. epist. 1, 7, 97 Liv. 1, 57, 7. *al.*). Pis. 63 longe (*al. v. vol. VII 2, 1648, 8 sqq.; in iunctura uberiore*: Hil. in psalm. 134, 27 -at longe voluntate magis aliquid agere quam lege). Deiot. 12 tanto ... quanto (Caes. civ. 2, 31, 5 Cvrt. 6, 3, 15. *al.*). Brut. 161 totidem ... annis. rep. 2, 4 tantum (fin. 4, 51 Liv. 25, 37, 5. Plin. nat. 31, 42 quantum ... t. Qvint. inst. 1, 10, 14 quanto ... t. *al.*). Tim. 23 pari numero. Att. 14, 9, 2 mori miliens -itit quam haec pati. Sall. Catil. 37, 5 maxume (Liv. 41, 25, 6. *al.*). Varro rust. 3, 1, 3 numero annorum. Nep. Hann. 1, 1 tanto ... quanto. Liv. 6, 22, 8 aliquantum (22, 18, 2. *cf.* Val. Max. 4, 6, 3 aliquanto). Plin. nat. 25, 94 infinito. Svet. Aug. 89, 1 largiter.

Ramminger.

part. praes. **ˣpraestāns,** -antis *pro adi.* (*pro subst. p. 910, 18*). *scribitur* pre- *in titulis* CIL VI 1746. IX 2243 *et saepius, in codd. e. g.* Verg. Aen. 7, 483 (*R*); praenst- CIL IX 1128, 7 (*saec. IV?*). *?abbreviatur* pres *et* p *p. 911, 34. 36. abl. sing.* -i *passim, sed* -e *metro firmatum* Lvcr. 2, 12. 3, 62 Ov. epist. 3, 35 fast. 3, 467, *ceterum exstat e. g. in var. l.* Plin. nat. 12, 105 (*cod. M*). *compar.* -ior *et superl.* -issimus *saepissime apud* Cic. *et inde passim, cf. e. g.* longe -s Sisenna hist. 109 Cic. Tusc. 1, 22. *al. legitur in prosa oratione inde a* Sisenna, Cic., Nep.; *frequentatur maxime a* Cic. (*praeter* Att.) *et* Avg., *ceterum a* Plin. nat., Qvint. *et in inscriptionibus; minus frequenter occurrit in poesi, sc. vix iam apud* Enn. (*v. p. 912, 32*), *sed inde a* Lvcr. (*ter*), Verg. (*undecies*), *App. Verg.* (*bis*), Ov.

(*novies*); *e posterioribus poetis vocem neglegunt* Lvcan., Mart., Ivv. *al.* [*trad. loco corrupto* Cvlex 57 (*nimis acute explicare temptat Helm, Hermes 81, 1953, 57*).]

significatur quod aestimatione praestat, sc. fere i. q. praecellens, eminens sim. (*fortasse potius de eo qui potestate praeest p. 912. 46. 47; vis verbalis sublucet maxime p. 912, 39*). *testimonia notionis*: Cic. Tusc. 5, 38 -ia debent ea dici quae habent aliquam comparationem. Synon. Cic. p. 422, 30 disertus. eloquens. facundus. -s. p. 424, 13 formosa. eximia. decora. pulchra. ... antecellentia. -ia. 437, 8 orator. auctor. tutor. defensor. causidicus. advocatus. patronus. vir -s (*an de eo, qui fidem sim. praestat, ut pertineat ad* 2. praesto *?*). Gloss. -s: *ἔξοχος*. -ior: *διάφορος. κρείσσων. προφερέστερος*. significantior aut melior vel sublimior, clarior. melior. -issimus: *ἐπιφανέστατος. γενναῖος*. Gloss.^{L} V Aa p 1097 -s: pulcher. Corp. p 820 -s: optimus. *sim. al.; coniungitur cum adi. notionis affinis, e. g.* clarissimus Cic. Phil. 3, 7. 6, 14. 11, 11 Evtr. 6, 18, 1, egregius Sisenna hist. 109 Gell. 13, 23, 8 Apvl. Plat. 2, 3 p. 224, excellens Cic. Brut. 266 nat. deor. 1, 100 Avg. civ. 22, 24 p. 612, 2. *al.*, optimus Cic. Pis. 34 Tim. 27. *al.* Inscr. Tarr. Alföldy 145 (*fere a. 79*). *al.* *in usum pro subst. vergunt maxime formae masc.* -s *p. 911, 70. 912, 3. 50*, -ior *p. 911, 19*, -issimus *p. 912, 35 et* Svet. Iul. 55, 1 Aug. 89, 3. Svlp. Sev. dial. 1, 7, 3 (*adi. var. l.*), *neutr. non nisi iuxta pron., sc.* quiddam -s (-ius) Cic. rep. 1, 69 Tusc. 5, 38, aliquid -ius Avg. civ. 7, 1 p. 273, 22.

I *sine determinationibus*: **A** *de rebus*: **1** *quibuslibet*: Sisenna hist. 109 egregias et longe -is ... adversariorum opes esse. Cic. leg. 2, 31 maximum ... et -issimum in re publica ius est augurum cum auctoritate coniunctum. Tim. 9 hoc (*sc. ordinatum*) ... esse -ius (*gr. 30ª ἄμεινον*). fam. 1, 7, 11 nulla ... erit hac -ior disciplina. *al.* Lvcr. 2, 507 aliis aliud -ius exoreretur, *nisi etiam depravari posset.* Verg. Aen. 5, 361 iuvenem egregium -i munere donat. 11, 291 *Hector et Aeneas* insignes -bus armis. Vitr. 9 praef. 16 institutis scriptorum -bus. Val. Max. 3, 7 ext. 4 quo *Phidiae simulacro* nullum -ius aut admirabilius. Colvm. 7, 5, 10 *Vergilius* adfirmat nullam esse -iorem medicinam (*sc. georg. 3, 452 nulla* magis praesens fortuna laborum est. *item de medicamentis*: Plin. nat. 20, 233 -issimos pastillos. 24, 125. 28, 236 Marcell. med. 8, 126. *al.*). 12, 19, 2. Plin. nat. 8, 83 *de omine.* 17, 2 domus ei *Crasso* magnifica, sed aliquanto -ior ... Q. Catuli *domus*, ... multo vero pulcherrima ... C. Aquili. *al.* Bass. gramm. VI 271, 7 hae *species metrorum* sunt -issimae. Apvl. mund. 25 p. 343 -em ac sublimem sedem *dei* (*gr. 397b25 πρώτην*). *al.* **2** *de animantium qualitatibus et partibus* (*cf. etiam p. 911, 21. 28*): Cic. Mur. 66 de ... -i virtute *Catonis* (fam. 15, 4, 12. *al.* Apvl. Plat. 2, 10 p. 235 Ambr. Iac. 2, 4, 19. *al.*). Flacc. 76 *Decianum* clarissimum virum -issima sapientia singulari ingenio (Tusc. 3, 30. 4, 2). Vatin. 15 *Caesaris* -s animus, excellens nobilitas (Phil. 11, 22. 14, 36 Ov. met. 3, 54. *al.*). Cael. 32 pro tua -i prudentia (de orat. 2, 299. *al.* Nep. Alc. 5, 1). har. resp. 57 poeta -i aliquis ingenio (Brut. 125. *al.* Colvm. 1 praef. 29 Tac. dial. 16, 1. *al.*). nat. deor. 2, 4 numen -issimae mentis (*inde* Min. Fel. 17, 4). *al.* Val. Max. 1 praef. facundia (Gell. 19, 14, 1). Sen. epist. 67, 16. Cvrt. 10, 3, 10 obsequium ... et patientia imperii longe -ior est *Persis* quam ceteris. Apvl. mund. 24 p. 342 -bus viribus. *al.* *respicitur species externa*: Verg. georg. 4, 538 quattuor eximios -i corpore tauros (*al. v. vol. IV 1014, 49 sqq.; addas* Avg. in psalm. 145, 4 l. 2). Aen. 7, 483 cervus erat forma -i (Ov. epist. 3, 35 puellae. Val. Max. 6, 9 ext. 4. *al.*). Ov. fast. 3, 467 facie -e puellas. Cypr. Gall. exod. 66 eximiae -em frontis honorem. **3** *de animantium actionibus vel statu*: Cic. p. red. in sen. 12 equitem Romanum, -i dignitate hominem (part. 66 nat. deor. 3, 80 Apvl. Socr. 16 p. 154). p. red. ad Quir. 7 -issima ... *Marii* gloria (Balb. 5 excellentis viri). Sest. 98 id, quod est -issimum maximeque optabile ..., cum dignitate otium. Phil. 5, 36 -issimum meritum (Pavl. Pell. euch. praef. 1). de orat. 2, 210 -i florentique fortunae (Paneg. 2, 16, 2). nat. deor. 1, 121 quid -ius ... beneficentia? (div. 1, 82. 2, 102). fam. 1, 9, 11 -issimis ... rebus gestis (*cf.* Amm. 27, 6, 8 factis -bus). *al.* Lvcr. 2, 12 -e labore (3, 62). Liv. 9, 40, 20 victoria. Val. Max. 4, 8 ext. 2 impensam. 5, 3, 4 -is officii (*contextu corrupto*). Stat. silv. 5, 1, 97 quem deceat clari -ior ordo tribuni. Qvint. inst. 12, 2, 27 maius ... est opus atque -ius, ad quod ... tendit *orator. al.* **4** *de rebus naturalibus earumque qualitatibus sim.*: Cic. Tusc. 5, 99 quam multa ex terra arboribusque gignuntur ... suavitate -i. Ciris 533 in aetherio signorum munere -s ... Scorpios (*cf.* Manil. 4, 700 -is ... vires *siderum.* Germ. 140 -i lumine *stellae.* Apvl. mund. 33 p. 363 omnibus -iora *astra* [*gr. 400a20 τὰ τιμιώτατα*]). Colvm. 2, 2, 5 *solum* -issimum. Plin. nat. 12, 105 calamus -i odore statim e longinquo invitat (15, 37. 37, 47). 12, 133 *uva* ex alba labrusca -ior quam e nigra. 16, 43 *laricis* materies -ior longe. 18, 129 *raporum* semen -ius quo subtilius. 34, 2 mox vilitas *chalcitidis* praecipua, reperto ... -iore *lapide.* *al.*

B *de animantibus* (*addidimus locutionem* nihil -ius est, *quatenus ad animantes spectat*): **1** *de eis, qui in re publica praestant* (*sc. superl.* -is-

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

simus, *nisi alias formas indicavimus; quae hic desiderantur v. sub 3*): Cic. Flacc. 68 -issimo imperatori (*sc. Pompeio ut* Balb. 6. *de aliis*: de orat. 3, 139 Cononis. Tert. coron. 1, 1 liberalitas -issimorum i.). p. red. in sen. 25 Metellos, -issimos civis (Phil. 1, 2 [*postea*: principes civitatis]. fam. 9, 14, 1 et singularem consulem. *al.* CIL II 1597 patrono et -issimo c. [IX 2243]. *posit.* -s: Cic. Brut. 266 div. 1, 36). Sest. 86 *Milo docuit*, quid oporteret a -bus viris in re publica fieri (*item posit.* -s: rep. 5, 1 ad Q. fr. 3, 5, 1. *al.* Liv. 21, 39, 8. *superl.* -issimus: Cic. p. red. in sen. 19 [*de Milone ut*: Sest. 89]. Pis. 34 Lentuli, -issimi v. atque optimi consulis. *al.* Vell. 2, 53, 3 *de Pompeio. compar.* -ior: Ps. Greg. Tvr. Thom. 81 tradidit eum quattuor militibus et uni -iori v.). Mil. 67 -issimus dux *Pompeius* (Phil. 3, 14. 5, 23 de orat. 1, 7 Val. Max. 7, 4, 4). Phil. 6, 14 L. Caesaris, clarissimi viri et -issimi senatoris (11, 11). *al.* Stat. Ach. 1, 512 *Calchas* numero ... ducum -ior omni. Frontin. grom. p. 41, 24 imp. Vespasianus ...; et Titus imp. ...; -issimus postea Domitianus. Paneg. 4, 4, 1 -issimum principem (4, 13, 2). Inscr. Année Épigr. 1923 n. 62 (*saec. IV?*) ⟨ord⟩o populusque ⟨Re⟩ginorum patrono -issimo (CIL VI 1751 [*a. 378*]. Inscr. Tripol. 103, 18 [*a. 378*]. *al.; nisi locos ad p. 927, 64 trahas*). Amm. 17, 12, 10 *Sarmatae silebant* periculo adhuc -ioris ambiguo (*sc. ducis eorum*). **2** *de deis* (*dubium an titulos quosdam potius ad p. 927, 50 traxeris*): Cic. nat. deor. 1, 45 -s deorum natura hominum pietate *colitur* (1, 47 -issimam n., vel quia beata est vel quia sempiterna, ... eandem esse pulcherrimam. div. 2, 148. *al.* Arnob. nat. 3, 6 p. 164, 13 Avg. trin. 14, 12, 16). 2, 45 *ut* nihil eo *deo* sit -ius (*sim.* 2, 77. 3, 20 Priscill. tract. 11, 143. *al.*). Tim. 7 *nihil mundi* aedificatore -ius (*gr. 29ª ἄριστος*). 27 ab ⌞optimo et -issimo⌟ genitore (⌞ ⌟ *gr. 37ª ἀρίστου*). Epist. Alex. p. 204 Herculis et Liberi, ... -issimorum deorum (Arnob. nat. 7, 44 p. 403, 4 Aesculapius ..., d. -s, sanctus d. Avg. civ. 9, 1 p. 368, 19. *al., v. passim infra*). Arnob. nat. 7, 33 p. 385, 9 illa vis -s. Hil. in Matth. 6, 2 optimus ac -issimus pater deus (*item de deo Christianorum*: Avg. conf. 7, 5, 7. quaest. Simpl. 1, 2, 18 p. 122 a -iore conditore). CIL II 131 deo Endovellico praesentissimi ac -issimi numinis (VI 30758 *Iovi Dolicheno*, n. -iss(im)o exibitori invicto. Inscr. Année Épigr. 1934 n. 239 [*Aquileiae*] n. -issimo et Dianae Aug(ustae)). III 991 deo Apollini -iss(imo) (VI 38 A. -i). VI 412 (*saec. III med.*) *Iovi Dolicheno* et Soli digno pres(tantissimo) (*si recte solvitur; addas fortasse* 413 [*eiusdem temporis*] I(ovi) o(ptimo) S(oli) p(raestantissimo) d(igno)). XIII 7756 deo Marti -i. **3** *de quibuslibet* (*de animalibus l. 47; exempla selecta*): Cic. de orat. 3, 32 cum ille *Antonius* is sit orator, ut nihil eo possit esse -ius (*item de oratoribus*: Brut. 134 cum quosdam audires, qui tum erant -es. *al.* Qvint. inst. 12, 10, 54 -issimos oratores, *sc. Demosthenem et Ciceronem. al.*). Brut. 316 Molonem ..., scriptorem ... -em. orat. 140 (*nisi ad 1*) *M. Bruto* amicissimo et -issimo viro (div. 1, 88 Amphiaraus et Tiresias, non humiles et obscuri ..., sed clari et -es v. Colvm. 1, 4, 6 Stat. Theb. 6, 295. *et saepius*). fam. 5, 8, 2 -issima omnium feminarum, uxor tua. Ov. met. 2, 724 quanto splendidior ... fulget Lucifer ..., tanto virginibus -ior omnibus Herse ibat. Colvm. 3, 1, 1 ut ait -issimus poeta *Vergilius* (Svet. Vesp. 18). 6, 27, 1 ut quaeque *materies equitii* est -ior, ita ubere campo pascitur (*cf.* Sol. 45, 7 in genere equorum -issimo). Qvint. inst. 2, 3, 6 -issimus medicus. Svet. gramm. 4, 10 in numerum -issimorum patronorum (*sc. advocatorum; aliter l. 52*). Inscr. Tarr. Alföldy 189 (*saec. II*) uxor marito indulgentissim(o) et -iss(imo) (*cf.* coniugi -issimae: CIL VI 21719 Inscr. christ. Diehl 3398). CIL II 5812 (*a. 239*) *collegii cuiusdam* patronis merentissimis et fe(licissimis) et -issimis et pientissimis (Inscr. Année Épigr. 1964 n. 223, 21 [*e Campania, saec. III ex.*] p. -issimo ... lib⟨ert⟩us. CIL XI 7083, 2. *al.; cf. l. 17 sq. et quae ibi monuimus, aliter l. 49*; patrona -issima: CIL VI 13375. 32418 IX 1578). Avg. epist. 92 tit. dominae eximiae et merito -issimae ... filiae Italicae (*item in allocutione honorifica*: 132 tit. domino inlustri et merito -issimo filio Volusiano. epist. Divj. 1, 2, 3 -issime ac dilectissime fili. *al.* Prosp. epist. 1 domino beatissimo papae ..., -issimo patrono Augustino). *al.*

II *accedunt determinationes* (*non respeximus indicationes mensurae, quae saepe occurrunt iuxta compar., raro iuxta posit., e. g.* longe -s *p. 912, 43. 910, 24*, aliquantum -s Liv. 23, 26, 11); *indicatur*: **A** *qua (in) re quis (quid) emineat*: **1** *abl. nudo* (*sc. significante fere qualitatem, statum, facultatem praeter p. 912, 3. 8; exempla selecta; v. etiam sub B passim*): Cic. Cluent. 107 quis virtute, consilio, auctoritate -ior? (off. 2, 41. *al.* Verg. Aen. 8, 548 Plin. nat. 7, 130 Tac. Agr. 29, 4. *al.*). Marcell. 4 quis ... est illo aut nobilitate aut probitate ... -ior? (8 div. 1, 91 Val. Max. 6, 4 ext. 5). 8 adversarium nobilitate, ingenio, virtute -em (Cato 59 i. atque imperii gloria. *al.* Vell. 2, 6, 1 Qvint. inst. 12, 10, 6. *al.*). de orat. 3, 9 virum omni laude -em (Ov. met. 10, 563 Fronto p. 204, 3). Tusc. 5, 45 -s valetudine, viribus, forma, ...si fuerit is... iniustus (Plin. nat. 8, 10. 45. Qvint. inst. 2, 16, 13 magnitudine, v., firmitate ... -iora *corpora. al.*). 5, 68 optumis artibus (Liv. 10, 15, 12 civilibus. Tac. hist. 4, 30, 1. *al.*). Cato 84 quo *Catone* ... nemo pietate -ior (Inscr. Année Épigr. 1905 n. 40 [*Alexandriae*] imperatorem virtute ac p. -em Fl. Valentinianum. Act. Archel. 3, 5. *al.*). fam. 1, 9, 16 magnitudine animi et constantia (Bell. Alex. 31, 1. *cf.* Liv. 23, 26, 11 robore animi. 31, 41, 13 animis [Colvm. 6, 37, 4 Amm. 24, 2, 10. *al.*]. *sim. al.*). Bell. Alex. 16, 5 *ut* numero navium -bus multitudo *non* prodesset (Sall. hist. frg. 1, 78 [*de duce quodam ut* Amm. 16, 12, 5]. Tac. hist. 2, 42, 2. *adde l. 8*). Nep. Timoth. 3, 2 *viri* duo usu sapientiaque -es (Eum. 3, 4). Ov. met. 9, 452 -ia corpora forma ([-i corpore *var. l.*]. 15, 130 victima. Colvm. 6, 37, 4. *adde p. 911, 71 et cf.* Ov. met. 10, 563 formae ... bono). Liv. 31, 41, 13 equitatum numero, armis animisque -em (Sil. 5, 175. *cf.* Clavd. rapt. Pros. 1, 134 arcu [carm. min. 25, 140]. Coripp. Ioh. 4, 541 hasta). Val. Max. 1, 7 ext. 4 *filium* corporis dotibus -iorem (*cf.* corpore *l. 6 et* Sil. 5, 175 Veg. mil. 2, 5. *sim. al.*). Plin. nat. 8, 174 *onagrorum* pullis ... -bus sapore (15, 5. 69). Sil. 5, 92 an te, *Flamini*, -em bellis (belli *var. l.*) fugit ..., quantum ... possit Fortuna? Tac. hist. 3, 82, 2 Flavianis consilio ducum -bus (Amm. 15, 5, 18. *adde p. 911, 65*). *et saepius.*

2 *praepos.*: **a** in *c. abl.*: Cic. Sest. 12 (*si recte huc traximus*) -s in re publica virtus (Brut. 7 fam. 13, 4, 3). Phil. 9, 10 -em in re publica tuenda curam (*item cum gerund.*: rep. 2, 21 in scribendo. fin. 2, 117 fam. 1, 9, 21. Qvint. inst. 11, 1, 11 in dicendo [12, 3, 9]). de orat. 1, 217 Platonem ... in illis artibus -issimum fuisse (3, 26). 3, 31 quid tam in suo genere -s? (orat. 109 Qvint. inst. 3, 1, 14). Cato 11 *Fabius Maximus* nec ... in armis -ior quam in toga (Paneg. 4, 24, 6). Plin. nat. 35, 135 in utroque desiderio (*sc. philosophia et pictura*). *al.* **b** *aliis*: Qvint. inst. 12, 10, 12 Euphranorem circa pluris artium species -em (*opp.*: in omnibus ... eminentissimum). Apvl. Plat. 2, 12 p. 237 *pauper* ad tollenda cetera *incommoda* melior ac -ior fiet. Avg. civ. 12, 24 p. 550, 15 qua *anima* per rationem atque intellegentiam *homo* omnibus esset -ior animalibus (*in eadem re*: 22, 24 p. 612, 2 ex hoc).

3 *structuris variis*: Cic. Cato 12 ille *Fabius Maximus non* in luce modo ... magnus, sed intus domique -ior (*cf.* Clavd. Don. Aen. 4, 5 p. 354, 25 virum domi forisque -em). Verg. Aen. 6, 164 Misenum ..., quo non -ior alter aere ciere viros Martemque accendere cantu (*item cum inf.*: Pers. 6, 76). 12, 19 (*cf.* Enn. frg. inc. 47 *dubiae fidei*) o -s animi iuvenis ([*cf.* Serv. *ad l.* et -s virium et -s viribus dicimus. Arvs. *supra p. 906, 47*]. Stat. Theb. 1, 605 armorum -s a.que Coroebus. Porph. Hor. carm. 1, 37, 22. *ceterum cum gen.*: Tac. ann. 6, 6, 2 -issimus sapientiae [*i. Plato*]. *cf. l. 12*). Svet. Tib. 70, 1 obscurabat stilum, ut aliquanto ex tempore quam a cura -ior haberetur. CIL VI 1745 (*a. 358*) patrono omnia -issimo (*eadem* 1746).

B *qui (quae) superentur, posthabeantur* (*addidimus structuras partitivas*): **1** *posit.* -s (*quaedam etiam ad verbum trahere possis; cf. e. g. iuxta obi. acc. p. 907, 56*): *cum dat.*: Cic. Planc. 33 Q. Scaevolam, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate -em (de orat. 3, 16 fuit uterque ... cum ... doctrina -s o., tum in suo genere perfectus. Tusc. 1, 22 Aristoteles, longe omnibus ... -s ... ingenio. Gell. 6, 16, 4 o. aliis). Hyg. astr. 2, 5, 2 puerum aetate miranda corporis pulchritudine reliquis -em. 2, 13, 4 *Solis filiam* multis candore corporis -em. Hil. c. Aux. 6 *Christum* volunt ... esse potentem et -em ceteris aliis creaturis creaturam *eqs.* Vigil. Thaps. c. Arian. 3, 8 *si filius patrem* sibi -em fateatur atque maiorem. *cum praepos.*: Cic. nat. deor. 2, 47 cum ... duae formae -es (-issimae *Non. p. 432, 19*) sint, ex solidis globus ..., ex planis autem circulus. Tac. Agr. 29, 4 inter plures duces virtute et genere ⌞-s⌟ nomine Calgacus (⌞ ⌟ *sc. dux, an pro subst.?*). Gell. 18, 3, 6 elegit virum fortitudine atque iustitia praeter alios -em. Avr. Vict. Caes. 39, 18 militaribus auxiliis longe in (inter *Opitz*) exercitum -bus. **2** *compar.* -ior *et superl.* -issimus: *cum struct. communibus* (*sc.* -ior quam ille, illo -ior, illorum -issimus): *passim inde a* Cic. (*locos sub I subiunximus*). *cum struct. peculiaribus*: Plin. nat. 18, 126 alius usus -ior ⌞ab iis⌟ *rapis* non est (⌞ ⌟ ahis *vel* ab his *fere trad.; ad struct. cf. Hofmann-Szantyr 111*). CIL VI 20674 (*saec. II?*) filiae ... doctrina ... super legitimam ... aetatem -issimae. Mart. Cap. 6, 676 in litore ... -ior urbium Alexandria constituta.

C *quid praeferendum sit, sc. non nisi in locutione* -ius est, accidit *sim. cum struct. verbali* (*hic illic liberius iuncta*; -issimum est Cic. off.; *saepe accedit* quam): Cic. Vatin. 8 quid ... -ius mihi potuit accidere, quid optabilius ..., quam omnis hoc civis meos iudicare *eqs.*? (*item c. acc. c. inf.*: rep. 1, 28. off. 1, 141 -issimum est. *c. inf.*: Cic. fam. 10, 5, 2 Arnob. nat. 7, 45 p. 404, 14 Cassiod. inst. 1 praef. 4. *adde l. 71*). rep. 1, 48 si ... ius suum populi teneant, negant quicquam esse -ius (fam. 5, 12, 7 hoc -ius mihi fuerit ... ad memoriae dignitatem, si *eqs.*). Tusc. 5, 72 quid eo possit esse -ius, cum *eqs.* Qvint. decl. 268, 4 nihil ... videtur habere philosophia -ius, quam quod modicis contenta est. Arnob. nat. 7, 43 p. 399, 1 nonne ... -ius ... fuerat, ... ut ab ipso patre terror coercitionis inciperet ..., quam ... vim liberis facere? (Cassiod. var. 10, 19, 3).

D *ad quem usum quid excellat*: Cic. nat. deor. 2, 155 *species nulla* ad rationem sollertiamque -ior *est quam circuitus siderum observandus* (fam. 5, 12, 7. *paulo aliter l. 24; in re medica* [*ut p. 913, 4*]: Plin. nat. 24, 40 *oleum* -issimum ad canum ... scabiem. 24, 168 ad vocem. 26, 160 ad om-

[Stewart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nia ... mala. 28,136 -ior ... usus axungiae ad emollienda ... purgandaque. MARCELL. med. 16, 94 ad aemoptoicos. 27, 32). PLIN. nat. 16, 208 nihil hedera -ius, quae teratur *ad faciendum ignem.* 29, 58 sanguine canino contra toxica nihil -ius putant.

adv. ˣ**praestanter** (*de* praestantim *v. p. 901, 39*). *cf.* AVG. gramm. V 516, 44 a praestanti -r, non praestantiter.

i. q. ratione praestanti (*sc. excellenter, eximie sim. praeter l. 23; iuxta adi.* HEGES. *et* GREG. M. *sub 2, ad totum enuntiatum pertinere videtur l. 18*): **1** *superl.* -issime: CIC. dom. 142 cui *senatui* vosmet ipsi -issime (-issimi *codd.*) semper in mea causa praefuistis, *pontifices.* PLIN. nat. 28, 186 lichenas oris -issime vincit (*Marcell. med. 19, 13* potentissime). QVINT. inst. 12, 2, 9 eloqui. **2** *compar.* -ius (*cf.* GLOSS. -ius: *διαφορώτερον. ἐπιφανέστερον*): HEGES. 4, 17 p. 269, 12 *aqua* illic ... -ius aestate frigida, hieme tepens; aer mollior *eqs.* PROSP. carm. de ingrat. 112 inter cunctos *fidei defensores* opus *Augustini* totum -ius imbuit orbem. SIDON. epist. 5, 10, 2 optimus quisque morum -ius pulchritudine placet *quam corporis.* CAEL. AVR. acut. 1, 4, 43 *dinoscitur melancholia a phrenitide,* siquidem ... melancholia fellis nigri vomitum faciat ...; -ius autem odisse homines facit atque vultus colorem plumbeum. CASSIOD. var. 1, 33, 1 qui *pantomimus* -ius spectaculis conveniret. CORIPP. Ioh. 7, 219 famuli pariter cura -ius omni ... laborant. GREG. M. past. 3, 11 p. 66ᴬ quasi -ius ceteris prudentes se esse gloriantur. *al. respectu efferendi sim. evanido de quolibet gradu maiore, ut sit fere i. q. magis, vehementius sim.* (*hucine p. 927, 70?*): CAEL. AVR. acut. 3, 18, 180 plus atque -ius pati seminales vias accipimus (*postea*: pati ... gravius). **3** *posit.* -r (GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 864 -r: significanter [-em *codd.*]): VEN. FORT. vita Radeg. 13 ornari -r *vestibus. addas l. 6.*

deriv.: 1. praestabilis, 1. praestantia. *Stewart.*

2. ˣ**praesto,** -stitī (-stāvī), -stitum (-stātum), -āre. [*fortasse compos. e* prae (*sc. respiciente directionem, non situm*) *et radice* stă- *transitive adhibita, cf.* sisto, steti (*Thurneysen, Zeitschr. vergl. Sprachf. 35, 1899, 208*); *praes. trans.* prae-stare *fortasse tempore posteriore formatum est. notio q. e. 'in se recipere, promittere' sim. (v. infra sub II) a notione praebendi originem ducere potuit (cf. p. 924, 55); aliter tamen Bücheler p. 924, 59 aliique (v. Walde-Hofmann II 355), sed scripturae* prăes stat *subesse potest veriloquium iurisconsulti cuiusdam vel vulgi. Fo.*] *scribitur* prai- DECRET. decur. Hercul. (Année Épigr. 1976 n. 144) 4, pre- LEX Manc. (CIL VIII 25902) 1, 20. *al. ibid.* CIL VI 1585 b, 10 (*saec. II ex.*) *et saepius,* pri- CE 1383, 6 (*saec. VI med.*) *et in var. l. e. g.* GREG. TVR. Franc. 2, 24; *litteris graecis*: CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 2, 84 (75) p. 171, 20 *πρέστεθ. al. notatur* p *in formulis p. 919, 36. 926, 4, ceterum* LEX Manc. (CIL VIII 25902) 2, 24 p(raestare) d(ebebit); pr *in formula p. 918, 46. de formis: stirpis praes.*: REGVLA mag. 15, 11 -is (*pro* -as). CE 770, 6 (*saec. V/VI*) ⟨prae⟩stabet. *stirpis perf.*: -itei CE 63, 4 (*saec. I a. Chr.? e cod.*). -stet- *pro* -stit- CE 1245, 5 (*Caesareae Mauret.*). GREG. TVR. Mart. 1, 33, *ceterum in var. l. e. g.* VEN. FORT. vita Germ. 61. *stirpem sec. formas perf. coniug. primae communes novatam* -stav- *exhibent* VLP. dig. 22, 1, 37 -arim (-ari *F; cf.* -arit: COD. Iust. 2, 1, 4 [*a. 212*]. -asse: CHIRON 458 GREG. M. epist. 9, 44 l. 15). PAVL. dig. 3, 5, 18, 4 -vimus (*antea*: -bimus). 5, 3, 36, 1 (-bit *F*). IREN. 4, 37, 2 -vit (*def. Lundström, Überlieferung, 1985, 98*; -bat, -bit *var. ll.*). 4, 38, 1 (-itit *var. l.*). SYMM. rel. 6, 2 -vit (*si recte editur*; -bit *trad., nec est quod fut. intellegi non possit; cf.* 9, 2, *ubi* -vistis *Seeck*, -atis *vel* -bitis *codd.; sed formae stirpis* -stit- *leguntur plus quam 40ies apud eundem*). COD. Iust. 2, 58, 1 pr. -verit. *al. p. p. p. et supin.* (*cf.* PRISC. gramm. II 474, 20 composita ab eo *verbo 'stare'* varie vetustissimi protulerunt, ... '-o, -itum' et '-atum'; ... Brutus in epistulis: '... -atum est'): -itum *exhibent* LIV. 43, 18, 11. IAVOL. dig. 18, 4, 10 -itu iri (*F*, -itum iri *recc.*). IVLIAN. dig. 27, 2, 4. *et ceteri iuris consulti saepe.* TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 7 HIL. ad Const. 2, 1, 2 SYMM. epist. 8, 1. *al.*; -atum: BRVT. *l. 55.* PLIN. nat. 25, 25. POMPON. dig. 18, 1, 66 pr. -atu iri (*F*; -itum iri *recc.; cf.* -atum iri: VLP. dig. 19, 1, 11, 18 PAVL. dig. 24, 3, 25, 4). HIL. in Matth. 18, 2 (-itum *var. l.*). PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 4. *part. fut.* -aturus CIC. Att. 14, 16, 4 fam. 1, 8, 4. 6, 8, 1. *et saepius in epistulis familiarium eius* (*e. g.* PLANC. Cic. fam. 10, 11, 2). BELL. Hisp. 19, 6 ALF. dig. 39, 2, 43, 1 *et passim apud iuris consultos.* LIV. *decies* (*e. g.* 9, 24, 4. 28, 35, 10). *et saepe.* -iturus: TRYPH. dig. 23, 3, 78, 3. COD. Iust. 5, 51, 9 (*a. 293*; -aturus *ibid. quater*). HIL. in Matth. 6, 2. *al. de notione v. infra. legitur inde a* RHET. Her., VARRONE, CIC. (*de* LIV. ANDR. *v. p. 914, 51*) *per totam latinitatem, imprimis in prosa oratione; e poetis frequentant* OV., LVCAN., MART., IVV.; *semel tantum exhibet* PROP., *vocem prorsus neglegunt* CATVLL., VERG. (*sed v. p. 907, 54*), *Appendix Verg.*, TIB., PERS., VAL. FL. *al.* [*i. q. praebere, mutuum dare: it.* prestare; *raet. occ.* empristar, imprašter; *francog.* prêter; *prov. vet.* prestar *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* prestar; *hisp.* prestar; *port.* prestar. *cf. M.-L. 6725. Battisti-Alessio IV 3071. Wagner II 308. Wartburg IX 314sqq. Corominas² IV 646sq. Machado³ IV 427. St.*] [*confunditur in codd. cum* praebere (*v. e. g. p. 385, 16*), praestituere *p. 904, 53*, perstare NVX 128 (*falsa var. l. e. g.* OV. fast. 1, 49) *aliisque verbis; vix recte trad.* CATO agr. 80 (*v. post alios Mazzarino in praef. ed. 1982 p. CXXVI adn. 1*); *e coni. vix recta restituit Bücheler loco corrupto* PLAVT. Truc. 56 (*Plautus utitur tantum verbo q. e.* 1. praesto).]

exempla sic digerenda putavimus:

I *i. q. praebere*:
- **A** *notione sollemni*: **1** *in universum: l. 46* (*absolute fere i. q. favere, prodesse p. 917, 35*). **2** *in vita publica: p. 918, 28.* **3** *in iure: p. 919, 1.*
- **B** *cum acumine vel colore peculiari dicuntur -ari*: **1** *quae tribuendo efficiuntur: p. 920, 38.* **2** *quae ostenduntur: p. 922, 15* (*notione attenuata i. q. habere p. 923, 69*). **3** *quae porriguntur afficienda: p. 924, 2.* **4** *quae dantur ita, ut reddi debeant: p. 924, 37.*

II *i. q. in se recipere, promittere, servare*:
- **A** *in iure*: **1** *transitive: p. 924, 66* (*-antur pro quibus cautio interponitur p. 924, 67; -antur quae promittuntur, implentur p. 925, 29*). **2** *intransitive vel absolute: p. 925, 73.*
- **B** *in sermone communi -antur*: **1** *pro quibus cautio interponitur: p. 926, 21.* **2** *quae promittuntur: p. 926, 58.* **3** *quae implentur: p. 927, 12.*

part. praes. praestans *pro adi.: p. 927, 50.*

I *-antur ea, quae alicui conferuntur, commodantur, ut significetur fere i. q. praebere, dare sim.* (*praebentur passim ea quae fere debentur vel exspectantur, e. g. l. 54. 57. p. 915, 60. 62 et nimirum sub A 2 et 3, ut saepius cogitare possis de notione sub II illustrata; ceterum v. etiam quae p. 927, 14 monuimus*). *usus verbi q. e.* praebere *comparatur passim supra sub illa voce, quantum fieri potuit verbo q. e.* -are *nondum accurate tractato. testimonia notionis v. p. 382, 3 sqq. et p. 906, 38; ceterum cf.* SEN. benef. 5, 10, 1 verbum ... '-isse' ad alios spectat; ... (4) num quis ... dicitur sibi fidem -isse? (*sed v. e. g. ipsum* SEN. *p. 921, 67*). CAPER gramm. VII 99, 6 commoda: *χρῆσον*, id est -a. GLOSS. II 398, 23 *παρέχω*: adhib⟨eo, prae⟩beo, tribuo, exhib⟨eo, pra⟩esto. 477, 63 *χορηγῶ*: praebeo, expendo, porrigo, -o. *sim. al. usurpatur fere trans. (refl. A1b α et B3a, ceterum p. 922, 19. 923, 53; mediopass. p. 923, 59, cf. p. 916, 46); praedicativa v. sub A1b, B1, B2a, ceterum p. 919, 74. 923, 53. 924, 5; pro obi. acc. ponuntur gen. part. p. 915, 37, gen. qual. p. 923, 12, adv. p. 917, 17. 918, 49, inf. p. 917, 14. 920, 34. 922, 3, acc. c. inf. p. 920, 34. 922, 9. 923, 26, enunt. secund., sc. fin. p. 917, 2. 920, 2. 921, 74. 923, 29 (sine coniunctione p. 921, 66), interrog. p. 922, 2,* quod *p. 917, 7,* idem ..., quod si *p. 920, 24; absolute vel intrans. v. p. 917, 21. 919, 26; accedit passim dat. animantium vel rerum, pro quo substituuntur praepos., e. g.* ad similitudinem TERT. adv. Hermog. 34, 4 (*cf. ibid.* similitudini; *ceterum v. p. 916, 45. al.*), in rem p. CIL IX 665, 9 (in proximos IREN. 4, 13, 3; *cf.* in nobis Ps. HIL. libell. 9 p. 80, 17), super me PEREGR. Aeth. 23, 9, circa se CIL XIV 2165, 22 (*a. 437*); *ad structuras finales, quas ceterum negleximus, cf. p. 924, 4.*

A *notione sollemni*: **1** *in universum*: **a** *obi. est acc. rerum* (*gen. part. pro obi. p. 915, 37; exempla potiora selecta; pro subi. sunt imprimis animantes, rarius res, e. g. p. 915, 42. 44 sq. et usu peculiari, ut dicantur praebere id quod ipsae sint, p. 915, 21. 916, 8. al.*): **α** *praebentur bona, commoda vel neutra*: Ⓘ *amor, humanitas, honor sim.*: LIV. ANDR. trag. 16 -atur laus virtuti, sed multo ocius verno gelu tabescit (*num recte sec. testimonium corruptum Non. p. 207, 32 frg. Livio Andronico tribuerint viri docti, dubitare licet, cum in prisca latinitate non nisi* 1. praestare *inveniatur*). CIC. Phil. 9, 12 ut *filius* videatur honorem debitum patri *defuncto* -isse (Ov. fast. 6, 57 *Iunoni* [*fere syn.* dant ... munus]. VAL. MAX. 2, 10, 2 p. 103, 21 [*syn.* tributus]. COLVM. 10, 261 rosa -at honores caelitibus. LVCAN. 9, 240. *al.*). Brut. 126 utinam non tam fratri pietatem quam patriae -are voluisset *C. Gracchus* (BALB. Cic. Att. 9, 7ᵇ, 2. *al.; huc spectat etiam* CIL VIII 22729 [*v.* INSCR. Tun. Merlin 38; *saec. II*] ob ... p., ⌞quam⌟ nationi suae -at [⌞ ⌟ qua CIL *perperam, ut respiciatur principatus nationis*]). ad Brut. 1, 2 -ti rei publicae ... patriae caritatem (VAL. MAX. 4, 7, 2 *amico* [*syn.* exhibuerat]). PVBLIL. sent. N 60 non leve beneficium -at, qui breviter negat (*al. v. vol. II 1881, 83sqq., addas e. g.* SEN. benef. 6, 19, 1). BELL. Afr. 40, 5 parem gratiam in fide praebenda (*trad.* partienda; *al. v. vol. VI 2, 2219, 9sqq.*). HOR. sat. 1, 1, 87 amorem (Ov. trist. 3, 4, 61 Pont. 4, 6, 23. *al.*). Ov. met. 15, 682 pium ... Aeneadae -ant et mente et voce favorem *Aesculapio* (*al. v. vol. VI 1, 386, 31sq., ubi addas e. g.* VELL. 2, 43, 3). fast. 6, 638 *concordiam* viro. SEN. dial. 11, 5, 2 indulgentiam tibi ..., venerationem ..., cultum (MART. 2, 34, 3. *al. v. vol. VII 1, 1249, 8sq.*). *al.*

Ⓘⓘ *cura, opera, ministerium sim.* (*sublucet hic illic color efficiendi, peragendi*): CIC. Caecin. 5 idoneum esse me defensorem, propterea quod fidem meam diligentiamque -rem (*et saepe, v. vol. VI 1, 675, 33. 40. 51. 676, 5sq. 34. 45. al.; aliter p. 925, 36. 927, 21*). Font. 18 officium suum (Mur. 7 omnia studia atque officia *al.* BALB. Cic. Att. 9, 7ᵇ, 2 urbana. SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 1. *al.*). Cluent. 57 medici nihil praeter artificium,

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oratores etiam auctoritatem -are debent (*cf.* CELS. 1 prooem. 38 *non quemlibet* hanc artem *medicinae* posse -are). Phil. 7, 20 fidem meam ..., curam, consilium vigilantiamque -bo (*al. v. vol. IV 1460, 75 sqq.*). de orat. 2, 38 artes aliae sine eloquentia munus -are possunt (MAT. Cic. fam. 11, 28, 6 VAL. MAX. 2, 9, 1. *al.; cf. p. 918, 30*). CAES. civ. 3, 83, 3 operam in re militari (*al. v. vol. IX 2, 666, 67 sqq.*). BELL. Hisp. 3, 7 tempestate impediti vigiles non poterant diligentiam -are (ALF. dig. 18, 6, 12. *al.; adde* CIC. Caecin. 5 *supra; notione iuris vigente p. 925, 50*). SALL. epist. Pomp. 3 vicem me aerari -are (OV. met. 12, 381 v. -antia teli cornua ... boum. PHAEDR. 3 prol. 14 PLIN. nat. 1, 31, 14. *al.*). OV. trist. 5, 4, 41 *opem* (IAVOL. dig. 47, 2, 91, 1 o. aut consilium alii. *al.*). LIV. 5, 11, 1 Treboniae legis patrocinium (*al. v. vol. X 1, 778, 12 sq.*). 7, 30, 11 auxilium (*al. v. vol. II 1622, 78 sqq., ubi pro* MANIL. 3, 144 *addas* IVV. 15, 150 petere a. et -are. *al.*). VAL. MAX. 8, 15, 3 haec ministeria matri deum (*v. vol. VIII 1009, 42 sqq., addas*: SEN. epist. 88, 25. *al.*). SEN. nat. 2, 59, 8 obsequium (QVINT. decl. 327, 4 PLIN. epist. 8, 23, 5. *al.*). *al.*

Ⓘ*alimenta, victus, sumptus, reditus sim.*: OV. met. 14, 631 *Pomona surculum* inserit et sucos ... -at alumno. VITR. 6 praef. 1 vestitum et cetera, quae opus essent ad victum. SEN. contr. 1, 1, 18 alimenta *patruo* -are (1, 1, 19. FRONTIN. strat. 4, 7, 9 incendio. VAL. dig. 34, 1, 22 pr. *al.*). CELS. 2, 18, 6 *aves quaedam* leviorem cibum -ant (*pro subi. sunt ipsa comedenda ut*: 2, 18, 8 animal *quoddam* ... minus alimenti -at. MART. 13, 30, 2 caseus ... -bit pueris prandia. *al.*). 3, 7, 2^{C} aqua copiose -anda est *aegrotanti* (4, 12, 1 potui. PLIN. nat. 2, 230). SEN. clem. 1, 15, 2 annua illi *filio damnato* -itit, quanta -are integro solebat *pater* (benef. 1, 9, 4 alienae uxori. IVV. 6, 480. *al.*). benef. 3, 21, 2 aliquid, quod dominus -are servo debeat, ut cibaria, ut vestiarium (POMPON. dig. 24, 1, 31, 10 APVL. met. 7, 15, 4. *al.*). 4, 6, 5 *deus* gregibus ... pabulum -at. COLVM. 5, 8, 2 *olea etiam neglecta* aliquid ... -at (*item pertinet ad reditum ruris*: 8, 13, 3 *anser* -at ex se pullos atque plumam. arb. 16, 1 frondem. CALP. ecl. 2, 69 vellera. *al.; cf.* PLIN. *infra*). PETRON. 34, 7 verum Opimianum -o; heri non tam bonum posui *vinum*. PLIN. epist. 3, 19, 5 quae *silvae* materiam et ex ea reditum ... modicum ... -ant (VET. LAT. act. 16, 16 [cod. 5 *al.*] quae *puella* r. multum -bat dominis suis ... divinando [*gr.* παρεῖχε, VVLG. quaestum]. *al.*). SCAEV. dig. 33, 2, 33 pr. Sempronio ea, quae vivus -bam, dari volo (*formula testamenti ut*: 34, 1, 15, 2 cibaria et vestiaria, q. v. -bam. *al.* PAPIN. dig. 33, 1, 10, 1. *al.*). *al.* *in struct. partitiva*: ASSVMPT. Moys. 11, 13 -bo illis ciborum et potui.

Ⓘ*via, locus sim.* (*cf. in vita publica p. 918, 38, in iure p. 919, 48*): OV. epist. 15, 213 solve ratem; Venus orta mari mare -at amanti (*cf.* met. 11, 748 *Aeolus* ventos custodit ... -atque nepotibus aequor). met. 9, 369 (*de Dryope*) dum licet oraque -ant vocis iter, ... effundit ... questus. SEN. contr. exc. 8, 6, 4 *hospitium* (PHAEDR. 2, 8, 16). VAL. MAX. 6, 4, 4 cum ei reditum in patriam Sullana victoria -ret. CELS. 2, 5, 1 quod *tempus* curationi locum -et (QVINT. inst. 5, 10, 48 ipse *casus* -at argumentis l. COD. Theod. 6, 14, 1 ut his locum -ent *dignitate inferiores* [*cedendo ut*: 6, 22, 4]). 7, 19, 4 *ne abdominis membrana* sedem eidem malo -et (8, 1, 19). SEN. Oed. 686 aditum nocendi perfido -at fides (FRONTIN. strat. 3, 8, 3 mons. APVL. met. 4, 14, 8. *al.*). nat. 1 praef. 13 illa regio caelestis ... sideri viam -at (QVINT. inst. 7, 1, 34 faciliorem divisioni v. 8, 6, 37. *al.*). *al.*

Ⓥ*facultas, causa*: CELS. 8, 1, 8 maxillae facultatem motus -at *pars eius quaedam* (MAECIAN. distrib. 26 partiendi. POMPON. dig. 33, 5, 8, 3 eligendi. *al.*). SEN. nat. 3, 29, 4 causam ad se inundandam terra ipsa -bit, quam diximus ... solvi in humorem (QVINT. decl. 270, 6 *mortis*. IVLIAN. dig. 24, 2, 6 repudii. APVL. met. 8, 22, 5 sceleris. Plat. 1, 8 p. 198 nascendi. *al.*). S. C. Maced. dig. 14, 6, 1 pr. materiam peccandi (*al. v. vol. VIII 463, 70 sqq.*). VLP. dig. 21, 1, 31, 12 occasionem (*al. v. vol. IX 2, 335, 37 sqq.*). *al.*

Ⓥ*res quaelibet*: Ⓐ*incorporeae variae*: CIC. dom. 17 aliquid ... *mea* diligentia pro tanto beneficio populi Romani -are debui (SEN. contr. 1 praef. 3 *memoria* potest a. -are. *al.; cf. alia minus definita, e. g.* omnia: CIC. ad Brut. 1, 2 omnia ... -iti rei publicae, quae -are debuit is, qui *eqs.* PLANC. Cic. fam. 10, 7, 1. *al.*; multum: SEN. contr. 1 praef. 11 *oratoribus* multum -aturus videor, quibus oblivio imminet. 9, 3, 8 plus. CELS. 7 prooem. 1 *medicina* manu ... plurimum -at. *talia saepius*). fam. 1, 8, 4 quod *otium potentes* ... -aturi videntur (*cetera v. vol. IX 2, 1183, 42 sq.; cf.* HOR. carm. 4, 5, 38 dux bone, ferias -es Hesperiae. LIV. 35, 48, 10 quietem [SEN. Thy. 469. *al.*]. COMM. instr. 2, 14, 6 requiem [CE 770, 6]. *aliter p. 927, 31*). LVCR. 4, 153 meminit levor *speculi* -are salutem *imaginibus, quas corpora emittunt* (LVCAN. 9, 247 *Caesar* victis. *al.; cf.* VITR. 5, 9, 9 duas res ... -ant, ... alteram ... salutis. VAL. MAX. 9, 6 pr. quantum salutis). OV. ars 2, 603 silentia rebus (LIV. 29, 25, 9 MART. 3, 82, 31. *al.*). met. 4, 524 (*Iuno ironice Inoni moriturae*) hos usus -et tibi *Bacchus* (MANIL. 5, 503 ingentes. *al.*). 10, 739 *venti* -ant nomina *flori q. d. anemone* (LVCAN. 4, 23 *flumen* terris. SERV. Aen. 7, 657). MANIL. 5, 458 *quidam* tragico -bunt verba cothurno. SEN. suas. 7, 3 si in alia damna corporis -res patientiam (*usu simili* Ps. QVINT. decl. 7, 8 veritati *extorquendae, ceterum v. vol. X 1, 715, 54 sq.*). QVINT. inst. 5, 10, 40 *loca* circa facti controversiam argumenta -ant, circa iuris lites materiam quaestionum (TERT. coron. 4, 3. *al.*). Ps. AGENN. grom. p. 69, 18 (*ex Hyg.?*) plerumque via, dum cum limite currit, ... finem -at (p. 69, 19 SIC. FLACC. grom. p. 103, 5. *al.*). *al.* Ⓑ*corporeae, naturales* (*alimenta sim. v. p. 915, 17 et e. g. 918, 32*): SEN. Ag. 939 ista ... palma ... velamen eadem -et atque omen tibi *faciem occultanti*. Oed. 549 -itit noctem locus (*cf.* LVCAN. 6, 830 densas nox -itit umbras [MART. 1, 12, 5 porticus. CAPER gramm. VII 104, 9]. FRONTIN. strat. 2, 5, 21 nebulae ... obscuritatem). nat. 2, 22, 1 non omnis hoc tibi materia -bit (*sc. ignem ut*: MART. 14, 42, 1 -bit cereus ignes. *cf.* CYPR. GALL. lev. 224 noctibus ... lumen. *sim. al.*). SCRIB. LARG. 122 p. 65, 16 myrrhae exiguum, quod odorem tantummodo -are possit. LVCAN. 5, 370 patientia *militum* ... iugulos, non tantum -itit enses. PLIN. nat. 19, 137 *brassica* cymam a prima satione -at proximo vere. MART. 10, 11, 3 te ... putas Pyladi ... parem; dispeream, si tu Pyladi -are matellam dignus es. *al.*

β *praebentur mala, facinora sim.* (*haud raro sublucet simul color efficiendi, cf. B1*): Ⓘ*ad commodum, honorem sim. alterius* (*qui indicatur per dat. passim, praepos.* SEN. contr.; *subaudiendus est dat.* TAC. Germ. *et* Ps. QVINT. decl. 9, 22): SEN. contr. 2, 5, 8 *uxor* mortem ... pro viro -isset (Ps. QVINT. decl. 9, 22). 10, 3, 1 Caesar ... flevit: hoc ille propter filiam *Pompeio nuptam* -itit. SEN. Med. 495 hoc *exilium* suades mihi *Medeae*, -as Creusae. dial. 11, 5, 1 nulli minus gratum esse dolorem tuum quam ei, cui -ari videtur (LVCAN. 7, 682 decebat Romanis -are malis). MART. 3, 66, 6 (*comparantur Pompei et Ciceronis interfectores*) hic facinus domino -itit, ille sibi. QVINT. decl. 252, 11 utrum parasitus sua voluntate an quoniam id diviti -bat, rapuerit. Ps. QVINT. decl. 2, 3 patri -itit caecitatem (*i. pro patre caecus factus est*). TAC. Germ. 33, 2 nihil ... -are fortuna maius potest quam hostium discordiam. TERT. resurr. 14, 5 *deus puniens sive remunerans* utramque sententiam bono -at. FIRM. err. 24, 1 cui hoc -itit *deus quidam gentilium*, quod laborat? *al.* Ⓘ*vario usu*: QVINT. decl. 310, 6 (*antea*: optavit, ut esset pro damnato) iudicium hoc illi -itit. 348, 12 supplicium vocetur quod ⌞civitas⌟ -itit? (⌞ ⌟ *sc. ratio rei publicae sim.*). Ps. QVINT. decl. 17, 8 quantum infamiae -ant obiecta dum nutant, tantundem auctoritatis absoluta restituunt. TERT. adv. Marc. 1, 25 p. 325, 16 neque sibi neque alii molestias (*cf. l. 40. p. 921, 45*). PASS. Perp. 4, 4 *draco* ascendentibus insidias -bat (parabat, tendebat *var. ll., gr. ἐνήδρευεν*). VET. LAT. Luc. 18, 5 (cod. 5) lavorem mihi -at vidua ([*gr. τὸ παρέχειν μοι κόπον, cod. 2* tedium facit, *Vulg.* molesta est]. Gal. 6, 17 [Aug.; *gr. et Vulg. ut supra*, Mar. Victorin. molestias]). I Tim. 1, 4 (cod. 89 = VVLG.) genealogiis infinitis, quae quaestiones -ant magis quam aedificationem (*gr.* παρέχουσι). COD. Theod. 2, 19, 2 offensionem ... parentibus (*cf.* Ps. HIER. epist. 7, 6 p. 111^{B} offensam). *al.*

b *obi. est acc. animantium et partium eorum* (*ad quid indicatur passim per dat. vel praepos.* ad): α *-are se vel partes suas* (*ad actionem quandam, aliter sub B3a; vix agnoscas mediopass.* -bitur VET. LAT. Sirach 28, 5 [Ps. Aug. spec. 16; *cod. S falso pro* precabitur, *cf. var. l.* deprecabitur *et gr.* ἐξιλάσεται]): CIC. Font. 29 se in testimonio nihil praeter vocem et os et audaciam ... accusatoribus nostris -are debere (*-are partes suas ut*: QVINT. decl. 297, 4 manum meretrici *caecatae* [*in eadem re*: 297, 12 -et oculos]. IVV. 15, 75 terga fugae celeri -ant instantibus Ombis [*nisi sec. var. l.* fuga *ad p. 923, 53 trahas*]). Ov. trist. 2, 170 adsueta tuis semper Victoria castris nunc quoque se -et. 4, 5, 23 te ... -a ⌞constanter⌟ ad omne ... munus amicitiae (⌞ ⌟ *vix praedicative, ut pertineat ad p. 922, 40; cf.* SVET. *infra*). SEN. contr. 10 praef. 13 cum vobis ad satietatem vestram me -erim, permittite *eqs.* SEN. epist. 104, 7 non multum ad hoc (*sc. studium*) locus confert, nisi se sibi -at animus. PLIN. paneg. 59, 1 tempus est, te ipsi consulatui -are (*ne ad p. 909, 31 trahas, cf.* PANEG. 2, 13, 1 ubi primum te imperio -isti). POMPON. dig. 1, 2, 2, 35 *iuris periti* discere volentibus se -bant. *al.* *accedunt praedicativa* (*hucine p. 922, 29? ceterum cf. p. 919, 74*): SVET. Iul. 16, 1 tribuno ... leges ... ferenti auctorem propugnatoremque se pertinacissime -itit, donec *eqs.* IREN. 4, 38, 1 *Christus* quasi infantibus ... lac nobis semet-ipsum -avit. β *-are alium* (*hucine p. 926, 28?*): GRATT. 304 *canis bene nutriens* suos ... minores ⌞ad⌟ longam -bit opem (⌞ ⌟ *var. l.* ac *praetulit Formicola*). LVCAN. 8, 548 civilia bella, cognatas -ate manus *ad necem Pompei*. MART. 1, 108, 7 unum si -o togatum *in salutatione* (*sc. me*). 2, 74, 7 amicos et greges togatorum. 10, 98, 8 -a ... horridulos ... filios subulci (*qui cenanti ministrent*). Ps. QVINT. decl. 2, 11 cui *facinori* -are debeat ministrum. TERT. adv. Marc. 4, 11 p. 449, 20 medicum (EXPOS. mundi 37). HIL. trin. 4, 26 progeniem. *al.* *accedunt praedicativa*: SEN. epist. 66, 23 si corpus illi *virtuti* tuum integrum fortuna -erit. Ps. QVINT. decl. 7, 3 quibus *pauperibus* non servos -bat fortuna custodes. TERT. resurr. 16, 12 quae *naturae communio hominis* eam *carnem* non instrumentum in operationibus -at, sed ministerium. PAVL. NOL. carm. 17, 192 quibus *fidelibus* es sacerdos -itus.

c *pro obi. ponuntur alia* (*gen. part. v. p. 915, 37*): α *structurae ver-*

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bales (aegre separantur a B1c; huc traximus pauca, quibus manifesta est notio donandi, concedendi): ut: Ov. fast. 4, 150 ut tegat hoc *vitium* ..., Fortuna Virilis -at et hoc parvo ture rogata facit (*nisi notione promittendi ad II trahas*). Pont. 2, 9, 79 (*ad Cotyn regem*) tua ... vicinia -et, ... possim tutus ut esse. SEN. epist. 2, 24 alter *exul*, ut rediret, rei publicae -itit, alter reditum ... negavit. PLIN. epist. 10, 4, 6. PANEG. 2, 12, 1 solus ... omnium, qui adhuc imperaverunt, ut princeps esses, -isti *rogantibus*. *al.* quod: SEN. benef. 2, 27, 2 illi ... hoc quoque divus Augustus -erat, quod illum ... labore irrito liberaverat (epist. 119, 15 MART. 2, 62, 3. *al.; item cum pron. praepar. e. g.* TAC. ann. 3, 12, 7 id solum Germanico super leges -erimus, quod *eqs.*). SIL. 17, 204 cunctis -are videntur, quod *Hannibal* sponte abscedat, superi. MART. 2, 62, 4 cui -as, culum quod ... pilas? QVINT. decl. 324, 9. PLIN. paneg. 48, 2 sibi quemque -are, quod te videat, quod frequentet. *al. inf.*: LVCAN. 5, 229 tot mundi caruisse malis, -are deorum excepta quis morte potest? PLIN. nat. 25, 25 ego nec abortiva dico *nec alias herbas noxias* ...; satis operae fuerit abundeque -atum vitae salutares dixisse. COD. Iust. 1, 17, 2, 12 *deus* nobis -itit ... bella feliciter agere. *al.* **β** *adv.* (*attulimus certiora quaedam*): SEN. dial. 11, 18, 6 satis -erit ratio, si *eqs.* (QVINT. inst. 7, 10, 15 ars s. -at, si copias eloquentiae ponit in medio. decl. 247, 14). TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 444, 1 aliquatenus. *al.*

d *non indicatur quid praebeatur*: **α** *exempla usum praeparantia (sc. ubi. obi. facilius e contextu suppletur; pauca selecta)*: CIC. Marcell. 34 quod ... summae benevolentiae est ..., cum id ... tam diu -erim, ... certe hoc tempore ... -are debeo (*obi. suppl. ex enunt. relat. ut*: CAES. civ. 3, 82, 4 NEP. Them. 10, 4. *al.*). leg. 1, 14 hoc civile *ius* ... eatenus exercuerunt, quoad populo -are voluerunt (*vix recte ad p. 909, 36 traxit Du Mesnil, 1879, ad l.*). LIV. 43, 3, 6 *regem*, si qua praeterea vellent imperare, -aturum. SEN. contr. 1, 2, 20 incredibilem videor in puella rem promittere? iam -itit. MART. 4, 42, 1 si quis forte mihi possit -are roganti, audi quem puerum ... rogare velim. TAC. dial. 13, 4 quod, cum *patroni* cotidie aliquid rogentur, ii quibus -ant, indignantur (non -ant *ed. nonnulli vix recte*). SYMM. epist. 7, 46, 2 videntur beneficia plus conferre -anti (*pro subst.*). *al.*

β *usu pleno, ut aut servata vi tribuendi, conferendi subaudiendum sit obi. quoddam generale (sc. beneficium, officium sim., e. g. l. 41 sq. 52 sqq.) aut neglecta prorsus re praebenda vergat in vim q. e. favere, prodesse sim. (accedit dat. animantium passim, rerum l. 61. p. 918, 11. al.; pass. impers. l. 64; cf. Löfstedt, Sprache Tertullians, 104sqq. nec non Wistrand, Eranos 55, 1957, 188sqq., qui vix recte praeter alia huc traxit etiam* SEN. *infra p. 924, 7 nec non* STAT. silv. 4, 6, 62 [*pro* -bat *coniciendum videtur* prensabat]):
B *laxius in sermone communi*: **1** *respiciuntur ea pro quibus cautio interponitur, quorum ratio redditur sim.* (*fere trans.; obi. suppl. vel absol. l. 48*): **a** *-antur animantes*: **α** *ita ut quis eorum facta sim. in se recipiat* (*refl.* CIC. Verr., SEN. *al.*): CIC. Verr. II 2, 28 si ... innocentes existimari volumus, non solum ⌞nos⌟, sed etiam nostros comites -are debemus (⌞ ⌟ nos abstinentes *codd. plerique, sed cf. 2, 29* de tuis ..., de illorum factis rationem esse reddendam). Att. 1, 1, 2 illam manum (*amicos Pompei*) tu mihi *consulatum petenti* cura ut -es (*nisi ad p. 916, 63*). 6, 2, 2 se quemque. ad Q. fr. 1, 1, 10 ut in hac custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros imperii tui sociis ... et rei publicae -are videare. 1,1,11 dumtaxat *comites* finibus iis -bis, quos ante praescripsi. 3,6,3 ego Messallam (*i. consilia sim. Messallae futuri consulis*) Caesari -bo. *al.* BRVT. Cic. ad Brut. 24,10 consul ... consularem merito -are videtur. SEN. dial. 4,28,3 ne ad illam quidem, *quae legibus definitur,* artissimam innocentiae formulam -are nos possumus; alia fecimus, alia cogitavimus, alia optavimus. PLIN. paneg. 83,3. **β** *ita, ut quis eos conservet, eorum salutem custodiat* (*hucine p. 909, 35? cf. l. 50*): PLIN. epist. 10, 52 ut te generi humano ... incolumem florentemque -rent *dei.* paneg. 67, 5 egit cum dis ... res publica, ut te sospitem incolumemque -rent, si tu ceteros -isses. HIST. AVG. Claud. 4, 3 (*votum senatus*) Claudi, dii te -ent.

b *-antur res* (*sc. fere actiones, casus, periculum sim., aliter l. 50*): CIC. Sest. 38 ut meum factum semper omnes -are tuerique deberent (ad Q. fr. 1, 1, 12 *cohortis praetoriae* non modo facta, sed etiam dicta). 61 dixit eam sententiam, cuius invidiam capitis periculo sibi -andam videbat. de orat. 1, 113 istam ... culpam *ineptiae,* quam vereris, ego -bo (*al. v. vol. IV 1308, 18 sq., ceterum cf. supra p. 925, 7*). 2, 124 quos *impetus populi* -are nemo posset. leg. 3,37 Cassiae legis culpam Scipio ... sustinet ...; tu si tabellariam *legem* tuleris, ipse -bis. Att. 2, 16, 2 se *Pompeium* leges Caesaris probare, actiones ipsum -are debere. 10, 4, 5 *doleo* propter pueros, quibus ... videmur -are etiam rem publicam debuisse, *quam nunc deserimus* (*sc. servando ut aβ? alii cogitant fere de re hereditaria tradenda, ut ad I pertineat locus*). fam. 9,8,2 superiorum temporum Fortuna rei publicae causam sustineat, haec *praesentia* ipsi -are debemus. *al.* CAES. civ. 3,17,5 periculum -are *legatorum.* PLIN. nat. praef. 19 (*ad Titum*) *de opere meo mihi* nihil auso promittere hoc ipsum tu -as, ⌞quod⌟ ad te scribimus; haec *est* fiducia operis; ... multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata (⌞ ⌟ *pron. relat. intellegentes huc traximus*; *ad 2 pertinet, si est enunt. caus.*).

2 *respiciuntur ea quae promittuntur vel etiam pro certo affirmantur, demonstrantur*: **a** *cum acc. c. inf.* (*fut. praeter* CIC. Phil.; *per attractionem quandam pro praes. -o ponitur fut. -bo l. 68 sqq.; hucine et p. 923, 26?*): CIC. Verr. II 3,2 *accusator publicus* se ipsum eius modi fore profitetur ac -at, ut sibi ... recte sit ... vivendum. Flacc. 28 nullos *praedones* fore. dom. 17 -o, promitto, spondeo ... rem publicam ... in id discrimen ... non esse venturam. Phil. 12,23 quis ... mihi -at Lentonem, *qui Pompei filium occidit,* uno capite esse contentum? Tusc. 5, 29 semper sapientem beatum fore. fam. 6,8,1 se -aturos nihil ex eo te offensionis habiturum. BELL. Hisp. 19,4 qualem me illi *Pompeio* -iti, tali ... constantia futurum me in te, *Caesar,* esse -bo (*vix ad p. 923, 25, v. Pascucci, 1965, ad l.*). *hyperbolice dicuntur -ari quae quis certe fore putat*: CIC. Att. 12, 32, 2 -bo ... *alios iuvenes non* maiores sumptus facturos, quam *eqs.* BALB. Cic. Att. 9, 7[b], 2 -bo, si Caesarem bene novi, eum prius tuae dignitatis quam suae utilitatis rationem habiturum. Ivv. 14,212 (*ad patrem, qui inertiam filii deplorat*) meliorem -o magistro discipulum *fore.* **b** *cum obi. acc.*: CIC. Manil. 47 quam *felicitatem* -are de se ipso nemo potest (*item -atur status, condicio hominis*: fin. 2,89 voluptatem perpetuam quis potest -are sapienti? Att. 15,10 inco-

[Ramminger]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lumitatem. SEN. clem. 1, 10, 4 non dare tantum salutem, sed -are. epist. 72, 6 quam *bonam valetudinem* medicus etiam si reddidit, non -at. *sim. al.*). fam. 1, 4, 3 ego tibi a vi ... -are nihil possum; vi excepta possum confirmare *eqs.* 4, 15, 2 quod de te sperare, de me -are possum. QVINT. decl. 260, 28 ego illud -o, illud promitto: nihil *liberi abdicati* postea turpiter fecerunt. 275, 5 ultionem (*syn.* promisit). AMBR. sacr. 1, 4, 11 miramur mysteria Iudaeorum ... vetustatem sacramentorum ... -antium. *al.* **c** *cum adv.* (*sc. comprehendente fere id quod promittitur*): CIC. Manil. 70 quod pericula facile, ⌞ut⌟ hominem -are oportet, innocentia tecti repellemus (⌞ ⌟ *fere pro 'quantum' sim.; cf. ad l.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 322, 14 -are aliquando ponitur pro promittere).

3 *respiciuntur ea quae implentur, custodiuntur sim.*: **a** *transitive* (*saepe iuxta pron. neutr. [explicatum per acc. c. inf. l. 18], ut etiam de ipsis rebus praebendis cogitare possis, sc. usu sub I illustrato, unde vice versa huc trahere possis e. g. p. 914, 73. 922, 24; obi. suppl. ex enunt. relat. passim, aliunde l. 41*): CIC. Catil. 4, 24 qui *consul* ... ea, quae statueritis, ... defendere et per se ipsum -are possit. p. red. ad Quir. 24 in referenda ... gratia hoc vobis repromitto semperque -bo, mihi ... benevolentiam *non* defuturam (*imitatur*: PANEG. 3, 32, 3 hoc tibi polliceor semperque -bo *eqs.*). fam. 1, 9, 10 (*9 Pompeius ad Q. Ciceronem*: dependendum tibi est, quod mihi pro illo, *sc. fratre tuo,* spopondisti) *ut* fidem ... fratris mei -rem (*alia quae spectant ad promissum exsolvendum v. vol. VI 1, 671, 19sqq.; addere possis e. g.* BELL. Hisp. 19, 6 NEP. Them. 8, 4. *in sermone iuris sive promittendo sive exsolvendo p. 925, 36; aliter p. 914, 72*). ad Brut. 26, 3 cum me pro adulescentulo (*sc. Octaviano*) ... res publica accepisset vadem, vix videbar quod promiseram -are posse; est ... difficilior animi ... quam pecuniae obligatio; haec enim solvi potest *eqs.* (LIV. 7, 16, 5 promissa [26, 4, 2. 33, 47, 2. *al.*]. QVINT. decl. 343, 3. *al.*). PLANC. Cic. fam. 10, 8, 3 ut, quae rei publicae ... polliceremur, exitu -remus (NEP. Them. 10, 4 Cim. 1, 4. *al.*). CAES. civ. 3, 82, 4 cum ... fidem implorarent Pompei, -ret quod proficiscenti *Lucilio* recepisset, ne *eqs.* SALL. or. Phil. 2 pacem -are et bellum pati (OV. Pont. 2, 9, 27 si p. nullam pontus mihi -et eunti, irrita Neptuno cur ego tura feram? [*nisi ad I*]. LIV. 6, 26, 6. 42, 13, 5. *al.*). NEP. Eum. 13, 3 neque, quod initio praedicarant, ... -are voluerunt. OV. met. 12, 203 (*loq. Neptunus et Caenis*) elige quid voveas. :: ... da, femina ne sim: omnia -eris (*sim. -antur desideria* [*nisi res desideratas intellegas praebendas*]: APVL. met. 3, 19, 3 -a, quod ... expostulo, et dominam ... ostende. 3, 20, 1 quod cupis. RVFIN. hist. 1, 13, 15 -buntur ... desideria cordis tui [*gr. ἔσται σοι*]. COMMON. patr. 5, 8 l. 8 -itit ergo et concessit ei dominus petitionem eius [*cf. Dionys. Exig. vita Pachom. 20 l. 10* completa est, *gr. ἐχαρίσθη*]). *al.* *obi. supplendo vel absolute*: CE 185, 1 (*saec. I a. Chr.*) Fortuna spondet multa multis, -at nemini. LIV. 42, 5, 1 (*de Perseo*) pollicendo plura quam -ando. SEN. contr. 2, 1, 24 *oratores quidam,* qui sibi abstinentiam conviciorum imperaverant, non bene -erunt; ... *alii* fidelius ... colores tuentur. *al.* ?**b** *intransitive accedente dat. fere i. q. obsequi sim.* (*nisi explicare malis usu p. 917, 33 illustrato*): CONC.^{S} I 5 p. 250, 6 ut quorundam desideriis -et, ignorantiam fingit (*cf. p. 143, 5* alienis desideriis suam i. fuisse gratificatum, *gr. I 1, 6 p. 111, 3 ἐπιθυμίαις ... χαρίζεται*). CE 1848, 5 alterius (alternis *Diehl*) -ant votis *duo una sepulti.* *Ramminger.*

part. praes. **praestāns,** -antis *pro adi. fere i. q. largus, munificus, indulgens sim.* (*superl.* -issimus *l. 54. 64; subst. masc. vigente quodammodo vi verbali v. p. 917, 32*): **1** *explicationes*: SYNON. Cic. p. 438, 5 prolixus. profluens. -s. ... largus. liberalis. opulentus. indulgens. GLOSS. II 318, 54 *εὐπάροχος*: -s. 562, 10 *παρεκτικώτατος*: -issimus. III 177, 2 *παρέχων*: -s (*in capite* de moribus *ut*: 374, 42 -s: *παρεκτικός*). **2** *exempla cetera* (*sc. pauca minus dubia; ceterum huc trahere possis e. g. p. 911, 20 nec non p. 911, 17. 52, si conferas* CIL *infra; indicatur quid praestetur per gen.* EXPOS., *cui praestetur per praepos.* TERT., CIL *et per dat.* BASIL.): TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 501, 2 quis tam -s in homines nisi qui et in pecudes, *quas mercede dignas indicavit idem deus.* VET. LAT. II Macc. 1, 25 (recc. LXV) *deus* solus -s, solus iustus *eqs.* (*BM* qui solus omnia praestas, *P* solus largus, *gr. χορηγός*). Ps. CYPR. Iud. incred. 6 tam facilis et -s et larga est atque abundans *clementia domini.* CIL VI 2143 (*a. 301*) patronae erga se -issimae (VI 29445 patrono ... indulgentissimo -issimoque e. suos omnes). BASIL. ad mon. l. 14 *oportet monachum* -antem *esse* penuriam patientibus (*gr. non resp.*). EXPOS. mundi 36 *Alexandria* chartas sola ... possidens, sed sine invidia -ans suorum bonorum (*cf. rec. D* orbi ministrans chartas plurimum utilitatis praestare videtur). CASSIOD. var. 7, 39, 2 dum -s dominus fieri formidatur ⌞ingratus⌟ (*i. infestus sim.*).

? compar. adv. **praestantius** *fere i. q. indulgentius sim.* (*nisi trahas ad p. 913, 23*): EPIST. pontif. 612 Schwartz p. 84, 17 postulationes certe gentium barbararum ... benignus exaudis; quanto -ius ... preces apostolicae sedis ... placatus ammittis?

p. p. p. neutr. praestitum (*sc. plur.* -a) *pro subst. v. supra p. 918, 22. 73. 924, 50.*

deriv.: 2. praestabilis, 2. praestantia, praestatio, praestator (-trix), *?* 2. praestitus.

compos.: repraesto; impraestans. *Stewart.*

3. ˢpraestō (praestū) *adv.* [*origo incerta est, sed propter similem verbi q. e.* 2. praestare *significationem (sc. fere i. q. facere, ut aliquid -o sit) huic quoque adverbio praeverbium* prae *et radicem* stā *subesse putes (Persson aliique; v. Walde-Hofmann II 356); cogitari potest de dat. fin. (cf. Nieländer, Progr. Krotoschin 1874, 33), ut subsit subst.* *prai̯-sto- *'praesentia' sim., cf. ind. vet.* saṃ-sthá- *'conventus' (v. Pokorny, Idg. etym. Wb. 1005). aetate posteriore novatae sunt et forma* praestu *l. 13 (cf.* in promptu *sim.) et adi.* praestus *p. 932, 20 (cf.* cito/citus *sim.). Fo.*] *inter adverbia composita in o affert* PRISC. gramm. III 72, 24 -o, profecto. *scribitur* pre- *hic illic in codd. antiquis, e. g.* GARG. MART. pom. 3, 7. *formam* praestu *exhibent* CIL VI 4416 (*aet. Aug.?*). LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 11. CIL VI 37763 a *et* b (*saec. II*); *cf. testimonium* CASSIOD. gramm. VII 157, 22 (*e Curtio Valeriano*) -o nos per o scribimus, veteres per u scripserunt, sed sic -o dicendum est ut sedulo *eqs.* *notatur* p *in formula p. 929, 64.* o *corripitur* PRVD. perist. 2, 569. 10, 727. 10, 1006. *compar. et superl. desunt, sed cf.* magis *p. 931, 28.* *legitur inde a* PLAVTO (*octies*), TER. (*sexies*), LVCIL. (*semel*), ACC. (*quater*), HOST. (*semel*), RHET. Her. (*quinquies*); *ceterum occurrit in prosa oratione apud scriptores plerosque* (*excepto e. g.* QVINT.), *sed non multis locis, frequentatur tamen a* CIC. (*fere 80*^{ies}), LIV. (25^{ies}) *et aetate posteriore ab* AVG.; *in poesi exstat singulis locis, nisi aliter indicatur, apud* CIC., CATVLL., LVCR. (*septies*), AETNAM, HOR., TIB., PERS., STAT. (*bis*). *al.* [*ex adi.* praestus (*v. p. 932, 20*) *et notione haud raro deflexa, ut sit etiam i. q. cito: it.* presto; *raet. centr.* prašt, *occ.* prest, praist; *francog.* prêt; *prov. vet.* prest *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* prest; *hisp.* presto; *port.* presto. *cf. M.-L. 6726. Battisti-Alessio IV 3072. Wartburg IX 317sqq. Corominas*^{2} *IV 646. Machado*^{3} *IV 427. St.*] [*e coniectura falsa* CATVLL. 68, 39 OV. met. 13, 312; *vix apte suppletur* EPIST. imp. inc. (Année Épigr. 1984 n. 250) 8 (*saec. IV*^{2}) scriptura tradatur, qua praes⟨to⟩ que⟨atur cog⟩nosci, quantum *quisque solverit* (*neque bene congruit cum exemplis praedicativis infra sub II collectis nec adsunt alia exempla notionis q. e. cito sim.*).]

adv. non nisi pro praedicativo adhibitum (aetatis recentioris est var. l. in -o *p. 931, 10) significat aliquem (aliquid) in promptu, paratum, praesentem esse* (*fere vi locali; vi temporali p. 930, 64. 69; notionem linguarum Romanicarum propriam, q. e. cito, vix intellegas iam e. g. p. 932, 12. 13* [*cf. et l. 31*]): **I** *locutio sollemnis* **-o esse** *fere i. q. adesse, praesentem esse sim.* (*de notione secundaria q. e. praeesse v. p. 929, 47 nec est quod eam agnoscas* GREG. M. dial. 4, 13, 1 *Probus,* qui nunc in hac urbe monasterio -o est [praeest *var. l.*]. *locutionem testatur* ARVS. gramm. 431 -o est [*affert* CIC. Verr. II 1, 2]; -o adest [*affert* TER. Eun. 1050 *et* CIC. Mur. 26]). *ordo verborum longe usitatissimus* -o est, *sc. nulla intercedente voce, occurrit inde a* PLAVTO (*quinquies*), TER. (*ter*), LVCIL. (*semel*), ACC. (*semel*), RHET. Her. (*quater*), CIC. (*fere 60*^{ies}); *interponuntur singulae voces octies apud* CIC., *ceterum* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 2 VAL. MAX. 2, 6, 9. COLVM. 12 praef. 6 (*nisi est* CIC.). PETRON. 102, 13 VVLG. num. 18, 2. *al., plures voces* TER. Haut. 172 CIC. Verr. II 3, 167. 4, 110 div. 1, 57 LVCR. 4, 1061 LIV. 26, 26, 1 IVST. 1, 6, 4. *al.; ordinem inversum* est -o *exhibent nulla intercedente voce* PLAVT. Men. 983 Trin. 837 CIC. Att. 4, 1, 4 fam. 4, 8, 1 LENT. Cic. fam. 12, 15, 6 LVCR. 2, 1068 CAES. civ. 2, 19, 1 VARRO rust. 3, 2, 1. 3, 2, 2 TIB. 1, 5, 61 HOR. sat. 1, 2, 117 VITR. 1 praef. 2 ARNOB. nat. 2, 31, *interpositis singulis vel pluribus vocibus* CIC. Att. 4, 12 CATVLL. 64, 137 LVCR. 2, 1099. 3, 777. 6, 1242 PRVD. perist. 10, 727. *ad notionem cf.* SYNON. Cic. p. 415, 25 adesse. -o esse. praestolari. GLOSS. -o sum: *πάρειμι. προσκαρτερῶ, προσεδρεύω.* -o est: observat (*i. colit sim.*). GLOSS. biling. 4 W 10 *παρεδρ⟨ε⟩ύει*: frequentiā (fraequenia *trad.*) -o est. GLOSS.^{L} Corp. P 743 -o est: praesens est. *sim. al.; variat in contextu vel coniungitur cum* adesse TER. Phorm. 267 CIC. div. 1, 57 GAIVS inst. 4, 17^{b}. *al.* (*cf. p. 931, 68 et IIB1*), deservire CIC. Sull. 26 (*cf.* subservire APVL. Plat. 1, 9 p. 199), paratum habere (paratum esse) CIC. nat. deor. frg. Lact. inst. 2, 8, 11 LVCR. 2, 1068 (*iunctura artiore* paratus -o est: PLAVT. Persa 288 LVCR. 4, 798. *al.*), ministrare SEN. epist. 95, 47 (VVLG. num. 18, 2) *et sim. al., opponuntur e. g.* deesse CIC. Phil. 13, 13 RVT. LVP. 2, 13. *al.,* abesse LVCR. 4, 1061 GAIVS dig. 40, 12, 9, 1. *al.* *accedit dat. animantium, qui adeuntur vel adiuvantur, passim (cum part. praes.* CIC. Verr. II 3, 63 sibi advenienti. 5, 160 fam. 14, 5, 1 LIV. 37, 4, 3 SEN. contr. 1 praef. 5. *al.); dat. eorum, quibus obsistitur v. sub A1b; apponitur dat. rei, cui quis (quid) prodest, usui est sim. inde a* CIC., *v. p. 929, 39. 931, 14. 17. 19. al., cui quis interest p. 929, 47. 64. 930, 27. ceterum indicatur saepe ubi vel quando quis adsit, v. imprimis p. 929, 4 sqq. 930, 4 sqq. 16 sqq.; ad quam rem faciendam quis adsit, indicat enunt. fin.* LVCIL. 1078 CIC. Tusc. 5, 63 CAES. Cic. Att. 9, 16, 3. *al. (cf. enunt. relat.* CIC. Catil. 3, 8 fin. 2, 69 LIV. 3, 54, 9. *al.), praepos.* ad CIC. Caecin. 29 (*cum gerund. ut* LIV. 25, 13, 6. *al.*). Deiot. 24 *p. 930, 1.* fam. 4, 8, 1 ad omnia. LIV. 1, 43, 2. *al.; cf.* sacrorum causa PAVL. FEST. p. 93 *et dat. l. 64.*

A *pro subi. sunt subst. vel pron.* (*saepius nimirum sing. quam plur., qui*

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occurrit inde a RHET. Her.): **1** *animantes (fere homines; divinitates l. 20. 44, animalia l. 11. 38)*: **a** *in bonam vel neutram partem*: *α generatim*: Ⓘ *respicitur fere mera praesentia (sc. quo loco vel tempore quis adsit)*: PLAVT. Asin. 356 me domi -o fore (Epid. 653. TER. Haut. 172 iamdudum domi -o apud me esse *vicinum*). Men. 996 ibo ad medicum; -o ero illi, quom venietis (CIC. fam. 3, 3, 1 Brundisium cum venissem, ... mihi -o fuit *Fabius. al.* PLANC. Cic. fam. 10, 21, 2 VARRO rust. 3, 2, 1). Rud. 864 tibi me dixeram -o fore apud Veneris fanum (*cf.* ad portam: CIC. div. 1, 57 [*antea*: ad p. adesset]. DARES 41. *ceterum e. g. p. 930, 20*). TER. Phorm. 51 si quis me quaeret ... :: -ost, desine. ACC. trag. 302 em -o est. RHET. Her. 4, 48, 61 ita ut hirundines aestivo tempore -o sunt, frigore pulsae recedunt ..., item falsi amici sereno vitae tempore -o sunt (*item indicatur quando*: CIC. Verr. II 4, 110 quo *die.* Att. 4, 12 mane. 13, 46, 1 pridie Idus. *al.* LIV. 1, 7, 13 ad tempus. *al.; cf. l. 6. 16. 21*). 4, 52, 65 ubi est ... dominus? quin mihi -o fuit? (*coniciebatur olim* fit). CIC. Verr. II 2, 65 quo die mihi Messanae -o essent (adessent *var. l.; cf.* Att. 3, 8, 2 Pellae. 13, 46, 1 Lanuvi). fin. 2, 69 cogitare pictam in tabula Voluptatem ..., -o esse Virtutes (*item in pictura* PETRON. 29, 6). Att. 4, 1, 4 Brundisium veni ...; ibi mihi Tulliola mea fuit -o (4, 13, 1 fam. 3, 5, 1 RVT. LVP. 2, 7). *al.* LVCR. 2, 1099 *deum* omnibus in ... locis esse omni tempore -o (*cf. e. g.* AVG. de serm. dom. 1, 11, 32 l. 745 quamquam nusquam non -o sit deus). 3, 777 conubia ad veneris partusque ferarum esse animas -o (*sc. ut corpore potiantur*). LAVD. Turiae 1, 8 ut, si praes⟨tó fu⟩issemus, non ampliu⟨s praestitissemus⟩. *al.* *vi locali minus vigente de eo, qui in disputatione prodit sententiam dicturus (cf. p. 931, 36)*: CIC. ac. 2, 101 si ita sit, ut unum modo sensibus falsum videatur, -o est qui neget rem ullam percipi posse sensibus. Ⓘⓘ *respicitur potius auxilium, ministerium praesentis cuiusdam*: PLAVT. Men. 983 (*loquitur servus frugi*) ero ut omnibus in locis sim -o (*postea*: esse eris utibiles). TER. Phorm. 267 hic in noxast, ille *eius amicus* ad defendundam causam adest; quom illest, hic -ost. 561 opus est mihi Phormionem ... adiutorem dari. :: -ost. CIC. leg. agr. 2, 53 (*fingitur Rullus scripturus Pompeio*) te volo curare ut mihi Sinopae -o sis auxiliumque adducas (*item respicitur auxilium potentium, favor partium sim.*: Mur. 37 Luculli exercitus ... comitiis L. Murenae -o fuit. Planc. 88 tam fortes consules. *al.* CAES. Cic. Att. 9, 16, 3 tu velim mihi ad urbem -o sis, ut tuis consiliis ... utar). de orat. 2, 121 ea ... quem ad modum inlustrentur, -o est qui omnes docere possit. Tusc. 2, 67 eice te navi: -o est qui excipiat (*sc. delphinus; de equis sim.*: LIV. 33, 48, 1. 42, 1, 7). fam. 4, 14, 4 rei, famae, saluti tuae (6, 21, 3). 13, 21, 2 fideliter benevoleque. *al.* LVCR. 6, 1242 qui fuerant ... -o *aegris* (*opp. 1238* quicumque suos fugitabant visere ad aegros). HOR. sat. 1, 2, 117 ancilla aut verna est -o puer, impetus in quem continuo fiat *domini salacis*. TIB. 1, 5, 61 pauper erit -o semper, te pauper adibit primus *eqs.* SEN. epist. 95, 47 ipse *deus* humano generi ministrat, ubique et omnibus -o est (*item de deis* [*cf. l. 20*]: ARNOB. nat. 4, 4 p. 206, 11 *Pellonia* cum solis Quiritibus faciens gratiosis semper ⌞opitulationibus⌟ -o est [*potius abl. quam dat.*]. 4, 7 p. 209, 20 maritis. 4, 7 p. 210, 1 putationibus arborum Puta ... -o est [*sublucetne notio secundaria q. e. praeesse? vix etiam l. 46*]. *de Christo*: PRVD. perist. 14, 34 pudicis). *al.* -o sum (sumus) *est responsum eius qui ad obsequium paratus est (cf. p. 930, 34)*: QVEROL. p. 62, 2 ubinam ... sunt adiutores tui? :: nosque -o sumus (*nisi mero respectu praesentiae; sim. dubites de* PRVD. perist. 10, 1006 eccum, -o sum). VVLG. gen. 37, 14 veni, mittam te ad eos ... :: -o sum (*Vet. Lat. cod. 100* ecce sum ego). I reg. 3, 16 (*Vet. Lat. cod. 115* ecce hic sum ego). 22, 12. II reg. 15, 26 si ... dixerit *deus* 'non places', -o sum, faciat quod bonum est coram se.

β speciatim: Ⓘ *in rebus publicis (usu laxiore supra l. 33 sqq.)*: Ⓐ *respicitur officium magistratuum sim., ministerium officialium*: LVCIL. 1078 ⌞publico equo⌟ lege ut mereas -o est tibi quaestor (⌞ ⌟ publica *trad., v. Cichorius, Untersuchungen, 1908, 214 sq.*). CIC. leg. 3, 43 *augurem* maximis rei publicae temporibus -o esse debere (*item -o sunt sacerdotes*: VARRO rust. 3, 2, 2 ut consuli *comitiis aediliciis,* siquid usus poposcisset, esset -o *augur.* LIV. 3, 54, 9 -o erit pontifex maximus, qui comitia habeat). CIL I² 988, 3 ma⟨gistri⟩ quinq(uennales) c⟨ollegi⟩ teib(icinum) Rom(anorum) qui s(acris) p(ublicis) p(raesto) s(unt) (*iisdem notis*: CIL VI 2191 [*a. 102*] collegio tibicinum et fidicinum, qui *eqs.* 32449. *al.; formula plus minusve perscripta*: CIL VI 4416 [*aet. Aug. ?*] collegio symphoniacorum. 1054, 14 [*a. 200*] tibicines). LIV. 4, 43, 4 qui *quaestores* consulibus ad ministeria belli -o essent. 26, 9, 9 senatus magistratibus in foro -o est, si quid consulere velint. 45, 13, 12 Masinissae filio Puteolis nave egresso -o fuit ... quaestor, qui Romam eum publico sumptu perduceret. VITR. 1 praef. 2 ad apparitionem ballistarum et scorpionum ... refectionem fui -o. LEX locat. Puteol. (Année Épigr. 1971 n. 88) 2, 11 *libitinarius* quotienscumq(ue) imperat(um) er(it) -u esse, supplicium sumer(e) ... d(ebeto). *al.* Ⓑ *respicitur obsequium, quod a civibus, sociis, subditis praestatur magistratibus, ducibus, regi sim.*: CIC. Deiot. 24 tibi victori non solum ad hospitium, sed ad periculum etiam atque aciem -o fuit *Deiotarus* (*de eius legato*: 42 in primis finibus tibi ⌞se -o⌟ fuisse dicit, usque ad ultimos prosecutum [⌞ ⌟ *Heine in plagulis spernens var. l.* -o se *coll. p. 928, 43*]). Att. 5, 13, 1 de concursu legationum ... et de ... multitudine, quae mihi ... Ephesi -o fuit. CAES. Gall. 5, 26, 2 cum ad fines regni sui Sabino Cottaeque -o fuissent *reges* (LIV. 38, 15, 10 consul, quia nulla legatio ad finem -o fuerat, praedatum in agros misit. *cf. l. 2 nec non 51*). civ. 2, 19, 1 edictum ... praemittit, ad quam diem magistratus principesque omnium civitatum sibi esse -o Cordubae vellet (*item iussu alicuius*: LIV. 25, 13, 6 qua die in castris ad accipiendum frumentum -o essent *Campani.* 26, 26, 1. *al.*). LIV. 31, 14, 3 ibi ei *consuli* -o fuere Atheniensium legati orantes *eqs.* *al.*

Ⓘⓘ *in re militari (respicitur imprimis ubi et quando milites parati adesse debeant; minus technice* RHET. Her. *al.*): RHET. Her. 4, 9, 13 cum *bellum suscepturi* sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam -o esse viderent *eqs.* LENT. CIC. fam. 12, 15, 6 classem maximam fore -o in Syria. BELL. Afr. 31, 3 ut suo quisque loco paratus armatusque -o esset. 37, 1 *Caesar* vigilia prima imperat, speculatores apparitoresque omnes ut sibi -o essent. SALL. Iug. 75, 5 diem locumque, ubi -o forent (fuerit *fere trad.*), praedicit. LIV. 3, 27, 5 omnes ad edictum dictatoris -o fuere. 3, 57, 9 ad nomina danda. 5, 45, 1 primo silentio noctis ad portas Camillo -o fuere. 26, 15, 6 ad tertiam bucinam. *al.* FEST. p. 310 edictum est, legiones Sutrii ut -o essent cum cibo suo. *al.*

Ⓘⓘⓘ *in iudicio et variis negotiis civilibus*: Ⓐ *de reis vel petitoribus, accusatoribus (cf. l. 55)*: CIC. Verr. II 1, 2 -o est *Verres,* respondet, defenditur (*eius praesentia fingitur a Cic.*). 2, 21 quadruplatores (*antea*: quis detulit?). 3, 68 -o est Apronius; ait eos ... contra edictum praetoris fecisse. Brut. 324 quibus ... causis ..., Brute, -o fuisti compluresque et nobiscum et solus egisti (*nisi de sola audientia dictum*). GAIVS inst. 4, 17ᵇ die tricesimo ad iudicem capiendum -o esse debebant (*4, 18* adesset). dig. 40, 12, 9, 1. VLP. dig. 26, 7, 1, 2 qui *pupilli* ... -o fuerint (*antea*: pupillum exhibere). PAVL. frg. Vat. 112. VVLG. act. 24, 19 (20) quos oportebat apud te, *praeses,* -o esse et accusare (*gr. παρεῖναι, Vet. lat. cod. 50* adesse). PASS. Max. Secund. Donat. 2 proconsul officiali publico iussit eas *virgines* exhibere; cumque adducerentur, adstantes dixerunt: ecce -o sumus. *al.* Ⓑ *de quibuslibet*: CIC. Quinct. 52 ut tibi -o non esset (*in vadimonio*). Verr. II 2, 92 ad horam nonam -o est, Sthenium citari iubet (*de iudice ut*: Caecin. 29 non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem. COD. Theod. 8, 5, 1 iudici, si -o fuerit, offeratur *is qui deliquit*). 3, 63 M. Lollius ... -o est: huius verba audietis (*item de teste*: 4, 92 -o est, testis est. SVET. Claud. 15, 3 COD. Iust. 4, 20, 18 pr. *cf. p. 932, 8*). LIV. 3, 46, 6 si ... vindex iniuriae ad tempus -o esset *Verginius.* VLP. dig. 46, 1, 10 pr. si satisdationes offerat et omnes confideiussores ... -o sint. *al.*

b *in malam partem, sc. adversando, infestando (nisi quaedam per ironiam dicta putes, ut certe* CVRT.; *accedit adv.* contra CIC. inv.; *saepe cum dat. eius, cui obsistitur; cf. 2b)*: *armis*: CIC. inv. 2, 59 cum ad vim faciendam quidam armati venissent, armati contra -o fuerunt. Caecin. 22 cum accederetur *ad fundum suum,* iste cum omnibus copiis -o fuit, *ut eum prohiberet* (*in eadem re*: 87 si qui mihi -o fuerit cum armatis hominibus *eqs.*). RVT. LVP. 2, 12 cum ... adversarius armatus -o est, resistendum est huic non verbis, sed armis. CVRT. 8, 13, 2 *petit legatus Alexandri, ut Porus* in primo suorum finium aditu occurreret regi; Porus ... *id* facturum sese respondit, ut intranti regnum suum -o esset, sed armatus (*cf. l. 2 et 5 sq.*). *quolibet modo*: CIC. Verr. II 2, 11 quaestores *Verris* ... cum fascibus mihi *inquirenti* -o fuerunt; ... *eorum successores* non minus acres contra me fuerunt. 3, 63 *Verres* non dubitabat quin is ... sibi advenienti -o esset futurus (*sc. accusando ut*: 5, 160 Verri ... advenienti. *cf.* Cluent. 18 -o est mulier audax, ... instituit accusatores, instruit testes *eqs.*). 3, 167 -o se tibi ait futurum Vettius *magister scripturae* et observaturum, quem ad modum rationes ad aerarium referas.

2 *res*: **a** *bona vel neutra*: *α generatim*: Ⓘ *incorporea varia*: PLAVT. Trin. 837 circumstabant navem turbines *interitum minantes ...*, ni tua, *Neptune,* pax propitia foret -o. CIC. inv. 1, 70 cum -o lex sit. leg. 3, 27 -o est huius vitii temperatio (*item de actione, eventu*: SEN. nat. 3, 16, 2 -o est ad mensem suum partus [*antea*: ad horam venit]. AVR. Fronto p. 11, 29 ⟨sepu⟩ltura ... cadaveribus in ipsis iniuriis, *quas inferunt mare, ferae sim.,* -o est. TERT. spect. 29 p. 28, 8). Tusc. 5, 117 *laborum* portus ... -o est (*sc. mors*). Lael. 22 *amicitia,* quoquo te verteris, -o est, nullo loco excluditur. CVRT. 3, 6, 18 ubique fortuna *Alexandro.* DECL. in Catil. 59 -o sunt Saturnalia (*cf.* AMM. 16, 12, 31 diu speratus -o est dies). APVL. Plat. 2, 22 p. 251 honesta emolumenta. TERT. patient. 8, 2 si manu quis temptaverit provocare, -o est dominica monela (*sc. Matth. 5, 39*). *al.*

Ⓘⓘ *animantium partes, virtutes, opera: dicuntur propriae esse alicui, ab eo possideri (sive innatae, ut p. 931, 2. 6, sive quod occasione data adsunt, ut p. 931, 3. 5)*: CIC. inv. 1, 5 *ex eloquentia* ad rem publicam plurima commoda veniunt, si moderatrix omnium rerum -o est sapientia (*sc. orato-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ribus, ni fallimur). Phil. 13, 13 et animum ei -o fuisse nec consilium defuisse. Tusc. 2, 47 *hominum animis alioquin demissis et languidis* -o est domina omnium ... ratio. CATVLL. 64, 137 tibi nulla fuit clementia -o? RVT. LVP. 1, 13 sua (tua *trad.*, strenua *Sauppe*) voluntas. 2, 13 in rebus adversis cui -o est consilium. COLVM. 12 praef. 6 *deus* alterum (*sc. virum sive feminam*) alteriusque indigere voluit; quoniam quod alteri deest, -o ... est alteri. Ps. QVINT. decl. 11, 7 nulli, cum coimus *in contionem,* sua cogitatio, sua mens, ulla ratio -o est. VET. LAT. II Petr. 1, 8 sq. (cod. 55) *virtutes* cum vobis -o sint ...; (9) cui enim non -o sunt *eqs.* (*gr. ὑπάρχοντα* [*παρόντα var. l.*] ... *πάρεστιν,* VVLG. cum adsint ...; -o sunt [in -o sunt *pauci recc.*]). *al.* *dicuntur subvenire aliis*: CIC. Sull. 26 ille labor meus ..., sollicitudo, ... officia, ... operae, ... vigiliae deserviunt amicis, -o sunt omnibus. fam. 10, 6, 2 fratris ... benevolentia ... *et* prudentia tibi. 13, 29, 2 et animus et opera ... Capitonis -o fuit et paruit et temporibus et fortunae meae. CYPR. epist. 59, 16 humanitas nostra venientibus. Ⓘⅱ *corporea* (*addidimus lucem, ventos, locum; cf. etiam p. 930, 15*): CIC. Arat. 74 exiguo lux tempore -o est (*cf.* PLIN. epist. 5, 6, 26 cui *cellae mediae* sol benignissime -o est; caldariae magis: prominet enim). inv. 1, 30 (*in imag.*) ut vulneri, *i. offensioni narrationis,* -o medicamentum sit (*proprie*: CELS. 6, 6, 8[B] neque medicus neque m. *cf.* MARCELL. med. 15, 58 ut -o sint *pastilli,* cum opus est). Verr. II 1, 78 quod videris, ... nisi id ad nutum tuum -o fuerit. Pis. 55 togulae lictoribus ad portam -o fuerunt. nat. deor. frg. Lact. inst. 2, 8, 11 providentiae divinae materiam -o esse oportuit ..., quam haberet paratam. LVCR. 2, 1068 locus. AETNA 372 *venti* (*v. vol. IX 2, 665, 45*). LIV. 9, 36, 8 commeatum exercitui. SEN. nat. 3, 10, 2 *fluminibus* aqua semper nova. CIL VI 37763 a (*sim.* b; *tabellae aeneae saec. II*) quae *res, cui tabella affixa erat,* -u est usibus Caesaris n(ostri). *al.*

β *speciatim dicuntur -o esse*: Ⓘ *quae obversantur imaginationi, cogitationi* (*cf. l. 50*): CIC. nat. deor. 1, 108 simul ac mihi collibitum est, -o est imago. LVCR. 4, 798 uti quovis in tempore quaeque -o sint simulacra locis in quisque parata (4, 1061 si abest quod ames, -o s. tamen sunt illius). SEN. contr. praef. 1, 5 saepe quod quaerenti non comparuit aliud agenti -o est. VAL. MAX. 7, 2 ext. 3 (*praecepta philosophorum ut*: SEN. benef. 7, 2, 1 [*cf. 7, 1, 3* in promptu tibi et in usu sint]). AVG. epist. 147, 7 'praesentia' ... dicta, quae -o sunt sensibus sive animi sive corporis (*cf. p. 836, 54*). *al.* Ⓘⅱ *quibus quis nititur in disputatione sim.* (*cf. p. 929, 25*): PLIN. nat. 2, 161 illo quaerente, cur ..., tamquam non ratio -o sit, ut *eqs.* TERT. pudic. 5 p. 226, 6 moechia ... quanti aestimanda sit sceleris, prima lex dei -o est. ARNOB. nat. 2, 31 p. 103, 22 et illis argumenta sunt -o ... et his contra non desunt (2, 56 p. 131, 5). PRVD. apoth. 9 Iohannis ... sententia -o est. Ⓘⅲ *quod in arte logica praedicatur de aliquibus*: BOETH. in herm. comm. sec. 4, 10 p. 315, 11 cum dico 'omnis homo currit', omni homini actionem -o esse pronuntio (*syn.* adesse). in Porph. comm. sec. 5, 21 p. 341, 15 inseparabilia accidentia singulis individuis -o sunt (*antea*: semper adest). 5, 24 p. 346, 21 nigrum ... tam corvo quam Aethiopi ... -o est.

b *mala, incommoda*: PLAVT. Persa 288 abi in malam rem. :: at tu domum: nam ibi tibi parata -ost. CIC. Verr. II 5, 181 *homines novi,* si tantulum oculos deiecerimus, -o esse insidias *videmus.* LIV. 25, 38, 5 -o est ... acerba memoria et Scipiones *occisi* me ... excitant saepe somno. SEN. nat. 6, 2, 6 cum mors ubique -o sit et undique occurrat. AVSON. 301, 19 p. 172 Thales ... *ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα* protulit, spondere qui nos, noxa quia -o est, vetat (*var. l.* praes *tuetur Peiper, sed cf. locum geminum* 305, 19 p. 178 sponde, noxa ⟨set⟩ -o tibi ˹est˺ [*del. Peiper*]).

B *pro subi. sunt structurae verbales*: **1** *enunt. interrog.*: IVL. VAL. 1, 9 p. 18, 16 quid ... ille *Aristoteles* responderit, -o est tibi (*eius epistulam accipienti*). **2** *inf.*: RVFIN. Basil. hom. 1, 5 p. 1731[A] -o est ei *homini* discernere ac iudicare de singulis (*Migne gr. 29, 224[A] κρίνει*). 2, 7 p. 1742[D] *animae* parti meliori naturaliter -o est imperare (*Migne gr. 31, 213[C] τὸ κρατεῖν ὑπάρχει*). hist. 2, 6, 1 quod (*sc. Gaium Iudaeis infensum fuisse; obi., vix subi.*) -o est ... ex ... *Iosephi* sermonibus discere (*gr. πάρεστιν*). OROS. hist. 7, 1, 10 si ... praescisse illis *deis* ac voluisse -o semper fuit.

II *exempla cetera* (*cf. etiam p. 928, 31*); -o *pro praedicativo positum spectat ad*: **A** *obi. acc.* (*subi. in struct. passiva; ad B3 trahere possis* ACC. *et subaudito inf.* esse TER., AVSON.; *iuxta* praesens *p. 932, 10, cf. l. 71*): PLAVT. Mil. 1216 era, eccum -o militem. TER. Andr. 415 ipsum *Pamphilum* ... -o video cum Davo ... :: utrumque adesse video (*explicat* GLOSS. -o: praesens). ACC. trag. 525 Lemnia -o litora rara et celsa Cabirum delubra tenes (*nisi intellegas* -o sunt). AVSON. 394, 35 p. 254 invenies -o subiuncta petorrita mulis (CLAVD. DON. Aen. 11, 245 p. 444, 11 *Diomeden* et ipsum praesentem et copias quas daret, si vellet, -o ait inventas, ut *eqs.*). CLAVD. DON. Aen. 4, 290 p. 392, 28 ut -o fierent arma ([forent *ed. Fabricii*]. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 10 spiritus sanctus simul singulis atque omnibus -o fit. GLOSS.[L] V Aa P 1106 [*item, ordine inverso,* 1438] -o fecit: prom[i]sit. *perperam editum est olim* -o fiat *pro* palam fiat *Vet. Lat. I Ioh. 2, 19 [cod. 55]; cf. etiam p. 929, 15*). 12, 230 p. 582, 3 quicquid opinio formidulosum sparserat (*sc. hostium vires*), -o est subiectum oculis vestris (*nisi ad I*). MARCELL. med. 8, 128 ut, cum opus fuerit, -o habeas *medicinam* (*cf. l. 30*).

B *subi.* (*struct. passivam v. sub A*): **1** -o adesse (*iunctura quodammodo abundanti; cf. testimonium p. 928, 42 et falsas var. ll. p. 929, 16 et* IVST. 1, 6, 4): TER. Eun. 1050 ubist frater? :: -o adest. ACC. trag. 498 -o etiam adsum. CIC. Mur. 26. LVCR. 5, 1412 quod adest -o ... in primis placet. FRONTO p. 57, 11. 92, 18. 115, 15. APVL. apol. 61, 4 *ut* -o adesset *testis.* LACT. inst. 3, 7, 10. PRVD. perist. 2, 569 *sanctus.* **2** *iuncturae variae*: ACC. trag. 252 praesens -o ... ⟨sese⟩ ultro ostentum obtulit (*si sic iungenda verba versus mutili*). RHET. Her. 4, 52, 65 vix haec dixerat *dominus,* cum ecce iste, *qui eum quaesiverat,* -o 'sedes', inquit, 'audax?' GARG. MART. pom. 3, 7 ilico -o videtur ... omnia haec arbori amaritosa contingere, cum *eqs.* **3** *sine verbo* (*sc. subaudienda copula q. e.* esse; *hucine p. 931, 54 et 65?*): HOST. carm. frg. 5 sententia -o pectore ˹pilata˺ (id est fixa, stabilis *explicat Serv. auct. Aen. 12, 121*). STAT. Theb. 6, 643 finiti cursus operumque insignia -o. silv. 1, 2, 229 iam socialia -o omina. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 5. LACT. mort. pers. 8, 5 avulsae a complexu parentum virgines statim -o (*ut a Maximiano stuprarentur*).

inde **praestus,** -a, -um. *? superl.* -issimus IVST. VRGELL. *l. 33. significatur qui praesto est, sc. fere i. q. promptus, praesens*: -us sum: VET. LAT. Matth. 6, 33 (cod. 3) quaerite ... regnum dei ... et omnia haec pra˹esta sunt˺ vobis (˹ ˺ *si recte lecta sunt quae hodie videri nequeunt; fuit-ne* praestabuntur *ut e. g. in cod. 4? gr. προστεθήσεται, Vulg.* adicientur). Hebr. 10, 11 (cod. 75) omnis ... sacerdos -us est cottidie ministrans (*gr. ἕστηκεν, Vulg.* praesto est). CIL VI 12013, 11 (*lapis periit*) officio -us fui. INSCR. Année Épigr. 1961 n. 17 (*e Pisidia*) uti -us sit *quidam libertus* eo sepu⟨l⟩chro. *exempla cetera*: VITA Roman. vet. (BHL 7305g) p. 55, 34 navigantibus, si invocatus fuerit, -us occurrit *sanctus Romanus.* LEX Sal. Merov. 40, 6 *ad servum puniendum* virgas paratas habere ... et ˹scamnum -um˺ ([˹ ˺ *A2,* scamno pristo *A1,* s. paratum *rec. cett.*]. 45, 2 testes ... -os). IVST. VRGELL. epist. ad Iust. p. 265 quicumque ... ad reprehendendum -issimi *hunc librum vituperaverint* (*ed. sec. cod. Matrit.; var. l. cod. Sangall.* promptissimi *laudat Schulz-Flügel per litteras*). *dubium an huc spectet* ROMVL. fab. 63, 10 rec. W *p. 918, 6.* *Reijgwart.*

praestōlāns *v.* praestolor.

praestōlātio, -ōnis *f.* *a* praestolari. GLOSS. *ἐπιτήρησις.* studium.

1 *i. q. actio praestolandi* (*hic potius quam sub 2 inserendum videtur* HIER. nom. hebr. p. 68, 8 Co [*i. Kῶς*] excussio sive -o): **a** *cum colore sperandi, exspectandi sim.*: HIER. psalt. sec. Hebr. 61, 6 ab ipso *deo* ... -o mea (*Vulg.* patientia). VVLG. prov. 11, 23 desiderium iustorum omne bonum est, -o impiorum furor. 23, 18 habebis spem in novissimo et -o tua non auferetur. ALC. AVIT. hom. 24 p. 145, 27 maior est *laetitia,* quam -o nostra concipit. GREG. M. moral. 16, 55 qualiter ... sit eius *dei* aeternitas ... sine mora longa, sine -e perpetua non videmus. 31, 51 equi ... naribus (*Iob 39, 20*) praedicatoris sancti praescientia ac -o designatur. **b** *cum colore ministrandi, adstandi sim.* (*cf. p. 933, 35*): GLOSS. III 424, 2 *aἱ προσεδρίαι τῶ⟨ν⟩ θρόνω⟨ν⟩*: -es sedium (*sc. angelorum*).

2 *metonymice de deo aut hominibus, in quibus spes ponitur* (*cf. vol. V 2, 1887, 13–25*): HIER. psalt. sec. Hebr. 38, 8 quid exspecto, domine? -o mea tu es. VVLG. Iob 17, 15 (*rogat Iob, cui cognati iam desunt*) ubi est ... nunc -o mea? (*inde* GREG. M. moral. 13, 51 quae esse potuit -o iustorum nisi ... deus?).

praestōlātor, -ōris *m.* *a* praestolari. [*falso edebatur* VITA Caes. Arel. 1, 20 *in Migne 67, 1008[C] pro tradito* blaterator.] *i. qui praestolatur, exspectat* (*cf. p. 933, 35 et* GLOSS. exspectans, observans): Ps. IOH. MED. hom. 2 p. 744 deus ... voluit ... facere -es suos servos, utentes praesenti vita et transitoria. 30 p. 826 pascit deus -es suos, id est sustinentes se.

***praestōlor,** -ātus sum, -ārī *et* praestōlo, -āre. [praestō-lā- *ex adv.* praestō *derivatum esse vid., cf. p. 933, 18. 19. 21*; -lā- *suffixum quidem insolitum est (v. Walde-Hofmann II 356), sed fortasse conferri potest* ambu-lā-re. *de forma haud prisca* praestulor *l. 65 v. sub adv.* praesto. *Fo.*] *scriptura* -stul- *reprobatur apud* CASSIOD. gramm. VII 157, 23 (*ex Curtio Valeriano*), *exstat hic illic in codd., e. g. plerumque in cod. Brux.* ENNODII; -stoll- LEANDER reg. praef. p. 92. NOT. Tir. 21, 99. *de genere: deponens testatur* PRISC. gramm. II 378, 25, *legitur passim inde a* PLAVTO. *formae activae*: LIV. ANDR. trag. 25. TVRPIL. com. 153 (*utrumque affert* NON. p. 475, 34 -at pro -atur). APVL. met. 5, 20, 6 (*si recte trad.*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 488, 6. GREG. TVR. Franc. 5, 30 p. 235, 6 (*depon. var. l. ut* 7, 28 Mart. 2, 49. 2, 60 p. 629, 21 vit. patr. 7, 3; *depon. solum trad.* Franc. 2, 1 p. 37, 9). VITA Roman. rec. (BHL 7306) 13. SACR. Leon. 1345. 1365 *et hic illic in falsis var. l.* *formae significationis passivae: p. p. p. v. p. 934, 38. 935, 48sqq.; ceterae*: COD. Theod. 11, 30, 62 (*v. p. 934, 52 et cf. p. 934, 59*).

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SIGIST. epist. p. 3 GREG. TVR. glor. mart. 30 p. 507, 2. 33 p. 509, 19. 75 p. 538, 35 Mart. 3, 8 p. 634, 18 GREG. M. moral. 13, 54; *v. etiam p. 935, 38.* *de usu indicativi praeteriti: in verbo durativo nimirum praevalet imperf.* -bar (PLAVT. Epid. 221 *et plus vicies inde ab* EPIT. Alex., AMM.); *perf. depon.* -tus sum *non exstat nisi* PLAVT. *p. 934, 9 (e coni.)*, VIGIL. THAPS. *p. 935, 33 (iuxta imperf.), perf. act.* -verunt *usurpat* VITA Roman. *p. 934, 44.* *de usu casuum*: DON. Ter. Eun. 975, 1 non 'cui -are' sed 'quem' dixit; aliter Tullius (*cf.* DIOM. gramm. I 320, 7 idiomata quae veteres quidem per accusativum extulerunt, nos autem per dativum secundum Graecos efferimus: .. *illi* -or nutricem, nos -or nutrici). *utrumque casum fere allatis* TER. Eun. 975 *et* CIC. Catil. 1, 24 *testantur* ARVS. gramm. 430. PRISC. gramm. III 274, 9 desiderativa vel inquisitiva accusativo sociantur: ... exspecto ... opperior ... -or te et -or tibi, sed magis, quando dativo coniungitur, adquisitivum est. IDIOM. cas. gramm. IV 571, 19 -or nutrici et nutricem *σέβω τὴν τροφόν, σέβω τὴν τίτθην* (*cf.* DIOM. *supra*). *al.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 223 -ari is dicitur, qui ante stando ibi, quo venturum excipere vult, moratur. NON. p. 161, 25 -ari est expectare vel manere (*affertur* SISENNA *p. 934, 30*). DON. Ter. Eun. 975, 2 -ari est praesto esse et apparere, hoc est obsequi. DOSITH. gramm. VII 432, 7 -or *παρεδρεύω*. SYNON. Cic. p. 415, 25 adesse. praesto esse. -ari. GLOSS. *παρεδρεύω. ἐκδέχομαι. περιμένω. παρατηρῶ. προσεδρεύω.* -atur: praesto est. observat. sustinet, exspectat. -ari: *προσκαρτερεῖν. παραμένειν.* -are: *περισκόπει, περιμένει* (*-νε?*), *ἐπιτήρει.* exspectare an specular (*per confusionem inf. et imper.?*). ad -andum: ad observandum vel sustinendum. *al.* GLOSS.^{L} I Ansil. PRAE 1014 -atur: desiderat. *sim. al.* *legitur in versibus apud* LIV. ANDR., PLAVT., TER., TVRPIL., *praeterea in* AMBR. titulis, HYMN. Ambros., CE, *in prosa oratione paucis locis apud* SISENNAM, CIC., CAES., SVET., *paulo saepius inde ab* APVL., *sed etiam inter recentiores omnino deest e. g.* TERT., CYPR. [*e coni. dub.*: SEN. clem. 1, 6, 1 -antur *Préchac, 1925, ad l. pro* postulantur. FRG. fab. (Pap. Corp. 40) 5 *v. p. 939, 72.*]

I *usu originario dicitur de eis qui praesto sunt ad aliquid experiendum, cognoscendum, faciendum aut ad aliquem accipiendum vel quomodocumque tractandum. plerumque est fere i. q. exspectare, opperiri (animo hostili l. 52. p. 934, 5. 24, 31; cum colore sperandi vel desiderandi, postulandi sim. p. 934, 27. 62, prospiciendi maxime p. 934, 41, famulandi, ministrandi fortasse l. 45. 66. p. 934, 15, cf. l. 14. p. 935, 14). aliae notiones praevalent sub B2, C2b nec non p. 935, 22. subi. sunt fere animantes eorumve qualitates sim., res variae l. 67. p. 934, 21. 35. 935, 23. indicatur locus l. 43. 46. 64sq. p. 934, 6sqq. al.*

A *absolute* (*accedunt indicationes loci, temporis, modi, finis praeter l. 50. 51. 56; huc fortasse etiam l. 62sq.*): **1** *varia causa et ratione*: LIV. ANDR. trag. 25 nimis pol inprudenter servus -aras (servis *coni. Iunius, alii alia*). APVL. met. 5, 4, 4 voces cubiculo -tae novam nuptam *Psychen* ... curant. 5, 20, 6 (*sorores ad Psychen*) cum primum illius *mariti* morte salutem tibi feceris, anxiae -bimus (praestol⟨atae advol⟩abimus *v. d. Vliet*). 10, 20, 1 iam dudum -antem cubiculo meo matronam offendimus. HIER. epist. 96, 17, 3 non adserimus ... bonitatem dei multo tempore -tam *esse,* ut non ante faceret *eqs.* VVLG. exod. 18, 14 (*Iethro ad Mosen*) cur solus sedes *ad iudicandum* et omnis populus -atur de mane usque ad vesperam? prov. 17, 8 gemma gratissima exspectatio -antis; quocumque se verterit, prudenter intellegit. VITA Caes. Arel. 1, 20 paupertas ... -ans (*antea*: pro foribus adstant *pauperes*). *al.* **2** *animo hostili, sc. insidiandi, pugnandi causa*: SVET. Claud. 13, 1 reperti ... duo in publico ... -antes, alter ut *Claudium* egressum theatro, alter ut sacrificantem ... adoreretur (*cf.* VVLG. iud. 16, 2 *Philistini* ibi tota nocte cum silentio -antes, ut facto mane *Samson* exeuntem occiderent). Vit. 7, 2 creditorum ... -antium ac detinentium turbam. APVL. met. 3, 3, 8 mane -tus ad *iudicium* ... eum curavi perducere. 4, 10, 1 cum noctis initio foribus eius -amur (*v. app. crit.*). EPIT. Alex. 11 barbari ... in ripa telis contentis -bantur.

B *cum dat.*: **1** *pro subi. sunt animantes, qui sive opperientes sive ministrantes praesto sunt alicui (rei l. 65)*: PLAVT. Epid. 217 ego illam illi video -arier (*nisi* illi *est adv., ut ad A1 pertineat; sim. dubites etiam de* TVRPIL. com. 153 ego -bo illi). CIC. Catil. 1, 24 *scio* esse praemissos, qui tibi ad forum Aurelium -rentur armati. Att. 2, 15, 3 *ut* in Formiano tibi -er usque ad III Non. Mai. 3, 20, 1 huic spei et exspectationi ... volui -ari apud te in Epiro. DON. Ter. Ad. 26, 3 servuli adulescentibus -antur.

2 *pro subi. sunt res*: **a** *quae loco rei cuiusdam deficientis praesto sunt, ut vergat in vim q. e. succedere sim.*: PHILO quaest. in gen. 4, 220 de contrariis si alterum egreditur, supervenit aliud; ... ad invicem ... sibi -a⟨n⟩tur arte quadam observatissima, ne *eqs.* **b** *quae praesto sunt ad medendum, ut vergat in vim q. e. prodesse, opitulari sim.* (*v. etiam* DIOSC. *p. 935, 22; ceterum cf. p. 844, 51. 918, 9. 931, 29; hic illic interpres variandi gratia pro uno verbo graeco plura latina posuit*): DIOSC. 1, 75 p. 40, 15 *cupressi* semen ... emptoicis (*i. haemoptyicis*) medetur, disintericis ... prodest, tussi[m] et ortopnoicis -atur (*gr. 1, 74, 1 uno verbo ἁρμόζει*). 1, 84^{1} p. 45, 33 *asphaltus* sciadicis -atur ([*gr. 1, 73, 3 βοηθεῖ*]. 3, 166 p. 444, 27 [*gr. 3, 156, 2 θεραπεύει*]). 4, 39 p. 25, 10 sucus foliorum eius *pentaphylli* ictericis -atur (*gr. 4, 42, 3 ὑγιάζει*). *et saepius apud eundem.*

C *cum acc.*: **1** *personae (animalis l. 11)*: **a** *usu communi, sc. exspectando aliquem advenientem (animo hostili l. 7. 10. 17)*: PLAVT. Cas. 578 te ... -bar. Epid. 221 *fidicina* -batur illum apud portam. Most. 1066 illum ante aedis -bor ludificatorem meum. Poen. 1173 (*interpol.?*) hasce *puellas* hic -bimur. Truc. 336 quid *ancilla* ... tam diu ante aedis stetit? nescioquem -ta est (presto ita lata est *trad.*). TER. Eun. 975 quem -are, Parmeno, hic ante ostium? 977 quem -are? SOL. 30, 17 *venatores* -ti ad pastum exeuntes *e foveis angues.* SYMM. epist. 6, 74 *quidam* dignabitur ... Prosdocium -ari venturum ad vos protinus (*cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. 24 p. 148, 16 *Iohannes* venientes ad baptismum -batur). AMM. 21, 13, 6 accita undique ... auxilia (*cf.* 24, 7, 8 *adminicula*). 31, 5, 6 satellites ..., qui pro praetorio honoris et tutelae causa duces -bantur. 31, 12, 5 ut *Valens* -retur paulisper periculorum participem (*sc. Gratianum*). HEGES. 3, 23, 1 in campo etiam multitudo innumerabilis hostem -batur. HIER. in Ier. 3, 29, 2 te, *domine,* -amur, qui vera ... exspectatio es Israhel (*cf.* VVLG. Is. 8, 17 exspectabo dominum ... et -bor eum. RVFIN. hist. mon. 1 p. 401^{D} caelestem regem pervigilibus ... excubiis. CE 700, 15 [*a. 518*] sponsum ... Chr(istu)m. *al.*). *al.* *subi. est res*: PANEG. 6, 5, 4 *Constantius ad Britanniam* ita pervectus, ut non comitata illum sit, sed -ta victoria. VVLG. Mich. 5, 7 super herbam, quae non exspectat virum et non -atur filios hominum. **b** *usu deflexo, sc. evanescente respectu advenientis vergit in vim: insidiandi, infestandi (cf. l. 5)*: Ps. HIER. epist. 42, 1 me *exponentem consilia mea* plerique maledictis aemuli -antur, quia non sileo veritatem. *desiderandi*: GREG. TVR. Franc. 2, 1 p. 37, 9 (*loq. aegrotus Martinum quaerens*) -or beatum virum et nescio, ubi sit.

2 *rei*: **a** *obi. indicat id, quod exspectatur*: **α** *in universum; exspectantur*: Ⓘ *varia*: SISENNA hist. 25 occulte tacitique ⌞adve⌟nientiam⌞⌟ cohortium -ari occipiunt (⌞ ⌟ *Popma,* adventum *alii fortasse rectius,* advenientium *trad.; cf.* CAES. civ. 2, 23, 3 adventum ... -ans [VVLG. iud. 6, 18. 9, 25. MART. CAP. 2, 209 Iuppiter ... sponsales -atur a. CASSIOD. in psalm. 118, 166 futuri iudicii. *al., v. etiam l. 63. p. 935, 21*]). ZENO 1, 29, 2 *maris rubri* aquae ... vitreos diriguntur in muros -antes dei transitum populi (GREG. TVR. Mart. 3, 8 p. 634, 18 solus transitus *ad mortem* -atur). AMBR. off. 2, 17, 90 *Paulus* finem certaminis patiens laboris, securus meriti -batur (IVLIAN. in Am. 7, 12. GREG. M. moral. 1, 24 -to ... fine). HIER. epist. 53, 8, 6 adulteram ... viri ad se reditum -ari. in Ier. 5, 59, 4 ut, qui *verbum prophetae* audiunt, rerum exitum -entur. praef. Vulg. Ier. p. 6, 18 *nos* pro his omnibus, *quae mutavimus,* maledicta ab aemulis -antes. vita Malchi 9 -amur (-amus *var. l.*) eventum rei (COD. Theod. 10, 10, 27, 5 e. examinis. VITAE patr. Iurens. 137. VITA Roman. rec. [BHL 7306] 13 *discipuli,* quid agerent viri sancti, e. rei -verunt exitum [*aut* e. rei *aut* exitum *abundat*]). EVSTATH. Basil. hex. 6, 4, 10 agricultores ... ex memoratis instructi signis *caeli* opportunitatem congruam -antur (*gr. εὐρίσκουσι*). *al.* Ⓘⓘ *iudicium, mandatum sim.*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 361, 20 *ultimum* iudicium -antur non solum homines, verum etiam angeli dei (RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 28 apud iustissimos iudices et futurum dei i. -antes. AVELL. 95, 21 an sedem apostolicam congruebat ... aliorum ... i. -ari? *cf. l. 34*). AVG. c. Cresc. 3, 43, 47 p. 453, 20 cum ... utriusque partis procuratores proconsulare -rentur examen (COD. Theod. 11, 30, 62 ut, si quando ... fuisset interposita provocatio, ... proconsularis cognitionis -etur e. FACVND. defens. 10, 4, 17 si ... indictum -ari nollet e. *cf. l. 43*). POMER. 3, 19, 2 *senioris* ad loquendum -amur imperium. ENNOD. epist. 6, 13, 1 p. 156, 17 sententiam. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1, 1 ordinationem tui culminis (*sc. regis*). *al.* *pro obi. ponitur forum sim., quo quis admitti vult (huc vergunt l. 50. 53)*: COD. Theod. 2, 4, 7 non ... decet defensione *ecclesiae* ... suscepta publica diu secretaria -ari (*sc. defensorem, nisi passive intellegendum*). COD. Iust. 11, 17 (16), 2 quicumque *suarius* ... iudicium voluerit experiri, fori urbani auditorium -etur.

β *cum colore sperandi, desiderandi, postulandi sim. (significantiora selecta; hic illic indicatur unde per praepos.* ab *vel* ex): SYMM. epist. 1, 9 adventum vestri ... -amur (HIER. hom. Orig. in cant. 1, 5 p. 35, 11 *sponsi* [FVLG. RVSP. epist. 3, 36 CE 748, 24]. VITA Roman. rec. [BHL 7306] 13 desiderantissime sancti viri -batur a. *al.*). HIER. in eccles. 11, 1 qui largitur egentibus, ... ipsum panem serit, fenore quodam multiplicationem illius -ans. epist. 63, 3 *haereticorum* paenitentiam -aris. 92, 6, 5 *ut* coronam iustitiae -emur. interpr. Iob 30, 26 ego bona -bar, ecce occurrerunt mihi magis dies malorum ([VVLG. *copiosius sec. hebr.*: exspectabam ... -bar]. in Ioel 2, 28 l. 649. *cf.* ENNOD. epist. 8, 6 p. 204, 25 bona opera). in Is. 5, 14, 29 mortuo rege adversarum gentium semper laetantur inimici ex rebus novis bella civilia ... -antes. 11, 38, 14 *in summo periculo* a deo solo ... auxilium -bar (ANIAN. Chrysost. hom. 6, 1 ab eo *Iesu* [*Migne gr. 57, 63 προσδοκῶντες*]. GREG. TVR. Mart. 2, 49. *aliter supra l. 14*). PAVL. NOL. epist. 34, 2 a domino re-

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *-o spectat ad dicta, scripta* (*sc. per anticipationem quandam rerum postea tractandarum*): **a** *usu minus technico de quavis argumentatione, qua posteriora fundantur* (*laxius de praefatione l. 54*): TERT. carn. 25 l. 11 resurrectio nostrae carnis, alio libello defendenda, hinc (*sc. de praesenti libro*) habebit -em (*cf. 1 l. 10* praestruenda *carnis vota*). adv. Hermog. 16, 1 (*de creatione mali*) in -e (praescriptione *var. l.*) huius articuli ... definio *eqs.* (*-o est pars argumentationis ut*: resurr. 20, 1 [*contra eos, qui resurrectionem carnis negant*] primam -em eorum depellam, qua volunt omnia prophetas per imagines contionatos). adv. Marc. 4, 14 p. 461, 6 si non ... hanc *de beatitudine esurientium* promissionem creator ... in euangelii (*sc. Luc. 6, 21*) ... -em destinasset (*affertur Is. 5, 26sq. al.*). 5, 5 p. 584, 10 -o superioris epistolae, *i. quod ad Gal. praefatus sum* (*item de praefatione*: AVG. epist. 147, 6 [per- *var. l.; ibid.* praelocutio]). resurr. 18, 1 hucusque -bus egerim ad muniendos sensus omnium scripturarum, quae *eqs.* (*nisi ad b*). **b** *technice in artibus rhet. et gramm. de figura, qua praeparantur postea dicenda, ne offendant animum audientis vel legentis* (*cf. p. 751, 36sqq. et infra s. v.* praestructivus; *in definitione* FORTVN.): TERT. resurr. 49, 13 si subito in hanc definitionem (*I Cor. 15, 50*) erupisset apostolus, ... sine ullius supra sensus -e (*cf.* FAV. EVL. 11, 1 nulla -e posita). FORTVN. rhet. 2, 15 quid est proparasceue sive praeparatio sive -o (praescriptio *cod. unus*)? procatasceua est, qua iudicem nobis praeparamus, cum ... quaedam nobis obsunt et illis prius occurrendum est *eqs.* DON. Ter. Phorm. 153, 3 inducitur rerum imminentium -o, in qua sit audax locutor Phaedria ..., timidus Antipho. SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 6 (*ad Mil. 28*) simul et ad innocentiam Milonis et ad cogitationem sceleratam P. Clodii ferenda (*i. referenda*) -o est (*cf. p. 119, 27* praeparationibus instructa narratio est). *addas fortasse l. 56.*

praestrūctīvus, -a, -um. *a* praestruere. *i. q. praestruens* (*sc. postea dicenda, scribenda; cf. l. 57*): FORTVN. rhet. 2, 20 narratio ... qualis esse debet? *προκατάσκευος*, id est, ut habeat in se quaestionum semina et [si] sit -a.

[**praestrūctūra** *v. p. 945, 26.*]

ˣpraestruo, -strūxī, -strūctum, -ere. *a* prae *et* struere. GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 33 -xit: praeordinavit. 66 -erim (-strinx- *trad.*): praemunierim. *legitur* (*sc. singulis tantum locis praeter* OV.) *inde a* COM. pall. inc. (*v. l. 17*), OV. (*ter*), LIV., COLVM., STAT., TAC., SVET., APVL.; *saepius adhibetur a* DON. *et* AMM., *frequentatur a* TERT. (*plus quam 50ies*). [*in codd. saepe confunditur praeverbium* prae- *cum* per-, *e. g.* TERT. adv. Hermog. 2, 1. IREN. 4, 14, 2 (*restituitur* TERT. pudic. 19 p. 265, 30 IREN. 4, 7, 4 PAVL. PETRIC. Mart. 2, 599), *perf.* -struxi, -structum *cum* -strinxi, -strictum, *e. g.* DON. Ter. Eun. 374, 4. AVG. trin. 1, 12, 25 (*restituitur* AMM. 24, 1, 1 CLAVD. DON. Aen. 11, 55 p. 415, 5 PAVL. PETRIC. Mart. 5, 634; *falso trad.* VELL. 2, 118, 4); *ceterum variat e. g. cum* praeinstruere, *ubi v., et* praestare TERT. praescr. 15 l. 2 CLAVD. 5, 281. *al. vix recte trad. in var. l.* -as *pro* praesternas PLIN. epist. 5, 8, 14.]

i. q. ante (in)struere: **I** *vi potius locali* (*sc. quae evanescit maxime sub A2; accedit dat. comm. vel incomm. hic illic sub A et l. 51. 61, abl. instr. saepius sub B*): **A** *pro obi. est, quod (struendo) ante aliquid ponitur* (*c. resp. obiciendi praeter* COM. *et* CE): **1** *proprie vel in imagine* (*cf.* COLVM. *et* APVL. *sub IIA2*): COM. pall. inc. 104 (= FEST. p. 313, *inde supra p. 610, 52*) vix pedem pedi -it, otiose it, remoratur (-it *Ribbeck,* praefert *trad., sed in explicatione locutionis* pedem struere). TAC. ann. 12, 33 si qua clementer accedi poterant, in modum valli saxa -it *dux hostium.* TERT. bapt. 20, 1 *confessione sim.* de pristinis *peccatis* satisfacimus ... et subsecuturis temptationibus munimenta -imus (*nisi vi temporali ad p. 945, 1. item in imagine*: CASSIAN. conl. 24, 17, 3 *daemones* adfectibus animae insidiosos laqueos -entes). CE 712, 22 (*aet. infimae*) tumuli ... tegmina firmans *quidam* -xit solida e crustato marmore fulchra, *sc. gradus ante tumulum, ni fallimur.* *?* **2** *transfertur ad quamlibet actionem obiciendi*: TERT. castit. 8 l. 25 (*ad I Cor. 6, 12* omnia mihi licent, sed non omnia expediunt) *apostolus* docens in eo esse probationem, in quo ⌊licentiae⌋ experimentum abstinentiae -xit (⌊ ⌋ *si recte pro dat. accepimus*; licentia *A fortasse recte, ut ad IIA1a pertineat*).

B *pro obi. est, quod (struendo) afficitur, sc. de actione sive praepediendi sive praemuniendi* (*excepto fortasse* TERT. *l. 49*): **1** *-untur viae, aditus sim.* (*cf.* vadum *l. 56*): OV. met. 14, 798 (*cf. 790* iter praecluserat unda) porta ... fonte fuit -ta novo (-stricta, praerupta *var. ll.*). fast. 1, 563 *Cacus* aditum fracti -erat obice montis ([perstrux-, perstrinx- *var. ll.*]. NOVELL. Valent. 1, 1, 1 [*in imagine*] calumniae aditūs). VET. LAT. thren. 3, 9 (cod. 177; *in imagine*) *deus* -xit vias meas, exclusit semitas meas (*gr. ἀνῳκοδόμησεν* [*quod 3, 5. 7 versum est* reaedificavit], *Vulg.* conclusit. *aliter p. 946, 22*). DIOSC. 2, 145 p. 233, 19 *piper* assidue comestus prest⟨r⟩u⟨it⟩ iter genitale ([*gr. 2, 159, 3 ἀτόκιον ... εἶναι δοκεῖ*]. *in imagine ut*: 3, 36 p. 393, 16 *hedyosmum* ante coitum mulieri[s] suppositum i. -it g. [*frg. Gotting.*, prestat *cod. Monac.*, prestringit *rec. alphab.; gr. 3, 34, 2 ἀσυλληψίαν ἐργάζεται*]. 3, 63 p. 404, 23 [*gr. 3, 58 γονὴν σβέννυσι*]. *cf.* 3, 93 p. 418, 24 i. urinae -it *galbanum* [*gr. 3, 83, 2 δοκεῖ ... δυσουρίαν ποιεῖν*]). OROS. hist. 3, 12, 16 *Philippum* exclusum ... ab ingressu Graeciae -tis Thermopylis (*vi militari ut*: 4, 8, 1 quas *angustias* Poenorum copiae iam dudum -erant). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 599 quia -to (*sc. manu Martini*) fuga nulla *daemoni* pateret ab ore *obsessi hominis* (*Barth,* perstructo[s], -stricto *trad.*). *hyperbolice praecluduntur fores nimio ornatu* (*nisi cogites de mera vi ornandi*): TERT. apol. 35, 11 laureis postes -bant, ... lucernis vestibula nubilabant *quidam.* **2** *-untur alia loca: varia ratione praecludendi, interdicendi*: OV. ars 2, 21 hospitis *Daedali* effugio -erat omnia Minos (*ne ad A trahas cf. met. 8, 185 sq.* terras ... et undas obstruat *Minos*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 634 praecluso -ti gurgitis aestu *serpenti, quem Martinus pergere vetuit* (*Petschenig,* -stricti *trad.*). *munitionibus oppositis*: OROS. hist. 5, 7, 9 vallum sudibus -tum crebris turribus communivit *Scipio* (6, 9, 6 ripam ... fluminis ac ... vadum ... s. -erat *hostis* [per- *var. l.; cf. Caes. Gall. 5, 18, 3* ripa ... s. praefixis ... munita]). 6, 15, 18 *Caesar* terram ... fossa -ens, cum illi *Pompeio* maria paterent. PS. TIT. epist. l. 317 *civitas Hierusalem* cum magno[s] labore[s] ... -ta. **3** *-untur partes corporis* (*cf.* iter *l. 39,* os *l. 47*): STAT. Ach. 1, 481 *quem nisi Achillea* Stygios tulerit ... per amnes Nereis et pulchros ferro -erit artus? (*sc. ut impenetrabiles fiant*; prae-, perstrinxerit *var. ll.*). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 816 dolor illis viscera ... -erat ... luctu (*sc. ne peste correptos sepelirent*). **4** *-itur ipsa actio impedienda*: PAVL. PETRIC. Mart. 5, 325 siluisse Molossos terrificique oris -tum haesisse latratum (perstruct-, -strict- *var. ll.*).

II *vi potius temporali, sc. cum respectu praeparandi* (*fere abundanter accedit adv.* ante *p. 945, 48. 946, 31. 56. al.*). *accedit obi. acc. sub A et B (struct. verbales pro obi. p. 945, 14 sqq. 50. 69. 946, 55), dat. comm. vel incomm. (ita ut hic illic vergat in notionem q. e. praestare) p. 945, 4. 38. 946, 16* (sibi *p. 945, 2. 30. 946, 24; cf. praepos.* adversus *p. 945, 53. 946, 64*); *ceterum pendent struct. finales, sc. dat. p. 946, 39, praepos.* ad *p. 945, 41. 57. 946, 32. al.,* in *c. acc. p. 946, 38, inf. vel enunt. p. 946, 48 sqq. (aliter l. 68), instrumentales, sc. abl. p. 945, 16. 22. 946, 35. al., praepos.* de *p. 945, 19 (cf. adv.* inde *p. 945, 21),* per *p. 945, 24. 946, 38, abl. limit. p. 946, 46.*

A *-untur res*: **1** *incorporeae*: **a** *quaelibet; pro obi. ponun-*

[Hickson]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tur: α *quae rei cuidam posteriori sunt fundamento, subsidio sim.*: Liv. 28, 42, 7 fraus fidem in parvis sibi -it, ut ... cum mercede magna fallat. Tert. ieiun. 9 p. 285, 28 pabuli pressura formam -ens potui, *sc. qui etiam moderatus sit.* orat. 1 p. 180, 18 omnia Iohannis *baptistae* Christo -bantur, donec ... totum praeministri opus ... transiret ad dominum. scorp. 4 p. 152, 21 *deus martyriis* auctoritatem suam -erat (Hier. adv. Rufin. 1, 2 si a. suo operi -bat *Rufinus,* ... habuit in promptu Hilarium ..., habuit Ambrosium). Amm. 20, 11, 7 ne quid omitteret *Constantius,* quod ante fervorem certaminum erat ... -endum. Svlp. Sev. dial. 3, 5, 6 etsi dialogi speciem ... adsumpsimus, nos pie -ere (praestare *cod. unius corr. et edd. vet.*) profitemur historiae veritatem. Cassian. conl. 13, 8, 4 occasiones -it (per- *var. l.*) vitae ... ac salutaris viae directionem demonstrat *deus. al.* β *ipsa futura vel nondum manifesta*: Svet. Tib. 53, 1 cum -tum utrumque consulto esset, ut et ipse ... *poma suspecta* offerret et illa *Agrippina* ... exitium caveret (*item iuxta pron. praeparativum* [*cf.* 'id agere, studere' *sim.*]: Tert. praescr. 15 l. 2 huc ... dirigebamus et hoc -bamus ... praefatione, ut *eqs.* [praestamus *var. l.*]. Amm. 31, 7, 6. *al.; sine pron.*: Amm. 16, 11, 3 cogitatum est ... solliciteque -tum, ut ... Alamanni ... trusi in angustias caederentur. *cf.* ne *p. 946, 73*). Tert. nat. 1, 19, 2 de persuasionibus omnis ⟨ob⟩stinatio nostra *christiana* -itur: mortuorum enim praesumimus resur⟨re⟩ctionem. carn. 11. 10 unde illi destruunt carnis vota, inde nobis erunt -enda. adv. Iud. 9, 7 (*ad Is. 7, 14*) -xit ... fidem incredibili rei dicendo, quod *eqs.* (*sim.* adv. Marc. 3, 13 p. 396, 26. *al. ibid.; aliter l. 2*). adv. Marc. 1, 11 p. 305, 14 quanto honestius per aliqua propriae molitionis indicia cognitionem sui -isset *deus.* 4, 2 p. 426, 5 transeo nunc ad euangelii ... demonstrationem *Marcionis* ⌞-turam⌟ ordinem, quem adgredimur (⌞ ⌟ *sunt qui subst. verbale aliunde ignotum intellegant*). Iren. 3, 20, 1 deus ... -ens et praeparans adinventionem salutis ... his, qui *eqs.* Amm. 27, 10, 1 Alamannus regalis *quidam* ... diu -ens, quod cogitabat. Schol. Cic. Bob. p. 168, 20 *Metellum laudans* sibi ... ipse Tullius maximam laudem -xit (Clavd. Don. Aen. 1, 495 p. 99, 21 *poeta Didonem* conlaudat Aeneae iam -ens [praestans *edd. vet.*] l., qui ab ea ... amari commeruit). Mart. Cap. 1, 31 (vers.; *Phoebus ad Iunonem*) iugalis ... blanda nutus -e. *al.*

b *dicta, scripta vel eorum argumenta* (*hic illic sublucet t. t.* praestructio, *e. g. l. 45. 67. p. 946, 3*): α *-untur quae ante alia dicuntur, scribuntur* (*saepius ut iis posteriora probabilia reddantur*): Ⓘ *c. obi. acc.*: Tert. nat. 2, 12, 34 adhuc de Saturno immorabor, quo et ceteris *deis* compendium -am (*ne ad β trahas cf. 2, 12, 38* tenemus conpendium in ceteros ... ⟨praescri⟩ptionem). apol. 47, 1 hoc mihi proficit antiquitas -ta (*sc. cap. 19*) divinae litteraturae, quo facile credatur *eqs.* anim. 25, 8 his ita -tis (*sim.* Cassian. conl. 17, 12, 4 [per- *var. l.*]). coron. 11, 7 haec -erim et ad ceteras officialium coronarum causas (idol. 20, 4 hoc mihi ad sequentia magis -tum est). Don. Ter. Phorm. 98, 3 haec -untur (astruuntur *cod. unus*), ut sit spes potiundae virginis. Mar. Victorin. rhet. 1, 19 p. 201, 27 narratio causae non *solum res gestas explicat ...,* verum etiam multa futuris -it quaestionibus. Clavd. Don. Aen. 5, 485 p. 479, 24 hoc ideo -xit, quod dicturus est *eqs.* Avg. bapt. 7, 2, 3 (*ad Cypr. sent. episc. 38*) servans *quidam* quod ... Cyprianus ante -erat dicens (*affertur eiusdem operis praef.*). Mart. Cap. 4, 327 (vers.) *Dialectica ingressa* primordia fandi advehit et scholicum -it axioma *quoddam. al.* Ⓘⓘ *pro obi. est struct. verbalis* (*oratio recta l. 57*): Tert. anim. 18, 5 -ximus (*sc. in cap. 11 sq.*) neque animum aliud quid esse quam animae suggestum ... neque *eqs.* (*item accedit acc. c. inf.*: adv. Hermog. 2, 1. adv. Marc. 4, 9 p. 440, 20 -ximus ... adversus antithesis *Marcionis* nihil proficere ... diversitatem legis et euangelii. Clavd. Don. Aen. 1, 670 p. 132, 30. *al.*). adv. Marc. 4, 38 p. 550, 13 in quo *aevo venturo* neminem nubere definiturus -xit *Christus* hic quidem nubi, ubi sit et mori, *sc. in terra.* 5, 10 p. 607, 11 ad hoc (*sc. I Cor. 15, 46*) ... de ipso Christo -it *Paulus*: 'factus primus homo *eqs.*' (*I Cor. 15, 45*).

β *-untur ipsa posteriora, quae per priora insinuantur, quodammodo praenuntiantur*: Ⓘ *c. obi. acc.*: Don. Ter. Eun. 374, 4 'neque scit qui sies': hoc est, quod supra (*Eun. 359*) callide poeta -xit (-scripsit, -strinxit *var. ll.*). Phorm. 112, 1 'ad anum recta pergit': hoc -ens aniculae fecerat mentionem (*Phorm. 98*). Serv. Aen. 11, 592 (*antea*: alii volunt Arruntem de Turni esse partibus *eqs.*) quam rem hic dicunt -isse (perstrinxisse *edd. vet.*) Vergilium (*postea affert Aen. 11, 789*). Clavd. Don. Aen. 11, 55 p. 415, 5 ecce ventum est ad illud, quod supra (*Aen. 11, 40 sq.*) -xit, cum diceret: '...'. Mvtian. Chrysost. hom. 3, 1 p. 251 quoties ... altiora dicturus est *Paulus,* -it illa primum et facit illa susceptibilia (*gr.* προκατασκευάζει). Ⓘⓘ *pro obi. est struct. verbalis* (*pronomine vel adv. praeparata l. 74 sq. p. 946, 3*): Tert. nat. 2, 3, 3 demonstrantes elementa deos non esse ... -e⟨mus iure⟩ deos non esse defendi, quorum parentes, id est elementa, dei non sint. uxor. 1, 3 l. 2 Christum separandis matrimoniis ... advenisse (*acc. c. inf. ut*: Don. Ter. Andr. 274, 1 hic illud solvitur 'lana et tela victum quaeritans' [*Andr. 75*], ut hoc [hic, haec *var. ll.*] -at 'bene et pudice' Glycerium esse eductam). Don. Ter. Andr. 119, 3 hoc -isse (-scripsisse, prostruxisse *var. ll.*) Terentium, ut, cum Chremetis filiam esse cognoverit, Simo hanc potius eligat (*item accedit enunt. fin.*: Schol. Cic. Bob. p. 120, 29 [*ad Mil. 29* partim recurrere ad raedam *eqs.*] vult ita -ere, ut servi nihil imperante domino fecerint [*paulo post apud Cic.*: nec imperante nec sciente ... domino]. Avg. c. Iulian. 4, 3, 27 si non in eo ipso libro meo [*sc. nupt. et concup. 1, 3, 4*] ... ante -rem, ne *eqs.* [*nisi ad l. 60*]). 607, 1 haec scaena cuius perturbationis esse debeat, iam supra (*Andr. 375 sqq.*) -xit poeta ([-strinxit, -scripsit *var. ll.*]. *item accedit enunt. interrog.*: Phorm. 304, 2 hic iam -itur [praestituitur *var. l.*], quam facile triginta minas perditurus sit Demipho. Avg. cons. euang. 3, 13, 44).

2 *corporeae, sc. quae comparantur, ut alicui rei posteriori* (*adhuc obscurae* Tert.) *praesto sint* (*quae ad aliquid aptantur fortasse l. 19* [*cf. B1, unde vix huc trahas l. 29*]): Colvm. 1, 5, 9 *villae ab inferiore parte clivi exstruendae sunt*; quippe ab imo -ta valenter resistent contra ea, quae postmodum superposita incumbant (*nisi ad IA1*). Apvl. met. 10, 20, 2 eunuchi ... pulvillis ... terrestrem nobis *coituris* cubitum -unt (*vix ad IA1*). Tert. idol. 5, 3 quae *figurae in vet. test. velut serpens aereus* dispositioni alicui arcanae -bantur, *sc. per praefigurationem.* Amm. 16, 6, 1 Arbitionem ..., velut summa mox adepturum, decora cultus imperatorii -isse. 31, 15, 10 omni ... bellandi apparatu -to. Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 9, 4 Hercules ... -to rogo ac sagittis traditis Philoctetae ..., qui eius pyram struxerat, flammis exustus est. Ambr. in psalm. 118 serm. 16, 31, 1 -xit viam et commendationis suae incrementa praesumpsit (*in imagine ut*: Avg. conf. 1, 9, 14 aerumnosas v. Cod. Theod. 6, 22, 8, 1 nisi *quis* ad ... claritudinem v. sibi ex constitutionis avitae norma -erit). *al.*

B *-untur homines, animus sim.* (rerum natura *l. 29*), *sc. qui fere hortando, docendo sim. ad aliquid accommodantur, prompti redduntur* (*reflexive* se -ere *l. 46*): **1** *exempla varia*: Tert. adv. Marc. 5, 16 p. 632, 3 a primordio rerum naturam operibus beneficiis *sim.* ... ad agnitionem sui -xit *deus.* praescr. 44 l. 11 (*antea*: nihil umquam ... pronuntiatum et ... praeceptum *esse*) qui *apostoli* nos non ante -erunt (anteprae- *Kroymann perperam*). resurr. 30, 9 (*ad Ezech. 37*) deus ... prophetam ... -xit ad constantiam praedicationis revelato ordine resurrectionis (Cypr. unit. eccl. 1 *caute* ad certamen animus ante -itur, quando se adversarius confitetur. Avg. epist. 147, 3 dicam aliquid, quo ad haec certius -aris [-stolaris *cod. unus*]. Oros. hist. 6, 7, 8 *phalangem* ad inrumpendam Romanorum aciem ... -erant [per- *var. l.*]. *addas l. 47*). Iren. 4, 16, 3 *deus* -ens (per- *var. l.*) hominem per decalogum in suam amicitiam (4, 16, 4 in ... vitam). Clavd. 8, 321 si bella canant, prius agmina duris exerce studiis et saevo -e Marti. Avg. cons. euang. 1, 32, 50 ut -rentur (perstruer-, praestar- *var. ll.*) et praemonerentur *pagani* (Act. Archel. 40, 1. *cf. l. 67*). util. cred. 14, 31 p. 38, 25 ut ad te, *haeretice,* iam tali fide -tus accedam. Cassiod. Ios. antiq. 2, 311 *Moyses praecepit egressuro* populo, ut sacrificium paratum haberent essentque -ti (*gr.* παρασκευασαμένους. *cf. 312* praeparatos). 19, 110 p. 555 interius fugiebat *Caligula*; quem suscipiens Cornelius Sabinus et ipse iam sua mente -tus impulit (*var. l. gr.* προκατειργασμένος). *al.* *reflexive* se -ere: Amm. 14, 2, 10 ad manus comminus conserendas ... semet scientissime -bant *legiones.* **2** *accedunt structurae verbales: finales*: Iren. 4, 14, 3 populum *Israel* erudiebat *Moyses,* ... -ens eos perseverare et servire deo (*item accedit inf. fin. fortasse* 4, 24, 1, *v. p. 672, 59*). Prvd. perist. 10, 54 *martyr* animos paventum -ens hortatibus, stent ut parati neve cedant turbini *persecutionis* (Evgipp. Sev. 30, 1 *cives* praesaga mente -xit [per- *var. l.*], ut ... *bona sua* intra muros concluderent). Evgipp. Sev. 28, 1 populum ... assiduis hortatibus -bat (per- *var. l.*), ne in sua virtute confiderent. *enunt. interrog.* (*sc. alterius obi. vice fungens*): Amm. 28, 6, 17 Romanus, quas ob res venerat *Palladius,* ante -tus. Avg. epist. 147, 5 praelocutio mea ... te atque alios, qui ista lecturi sunt, -it, quales ... iudices esse debeatis.

C *absolute vel intransitive (nisi pro obi. positum putes adv. l. 62): -itur dicendo, scribendo*: Tert. adv. Marc. 5, 13 p. 621, 22 possum et hic de substantia Christi -ere ex prospectu quaestionis subsecuturae. monog. 9, 9 sicut -ximus (*sc. 9, 6. cf.* Hier. epist. 14, 8, 1 ut ante -xi [perstruxi, -strinxi *sim. var. ll.*]). adv. Prax. 19 p. 261, 3 *deus dicendo 'solus'* (*Is. 44, 24*) -ens adversus coniecturas haereticorum. Don. Ter. Eun. 298, 2 'o infortunatum senem': hoc dicto -xit (per- *var. l.*) ad exitum fabulae (Phorm. 269, 1 [restituat *var. l.*]. Ps. Ascon. div. in Caec. p. 195, 8 ad illud quod dicturus est. *cf. l. 72*). Cypr. laps. 27 cum ... dominus praemoneat et -at dicens: 'et scient omnes *eqs.*' ([*apoc. 2, 23*]. Hier. in Gal. 2, 7 p. 336^{C} pulchre ... -xit *Paulus* d.: 'qui enim *eqs.*' [*Gal. 2, 8*]). *al.* *cetera exempla*: Tert. pudic. 1 p. 219, 7 pudicitia ... aliquatenus in saeculo morabitur, si natura -erit, si disciplina persuaserit *eqs.* Garg. Mart. med. 29 qui *umor* ... pulmoni acer instillatus letaliter ad pthisim -it. Ps. Avg. serm. 56, 3 *deus* odit ... supplicium, qui ante -it (praestitit *var. l.*), ne condemnet (*nisi ad A1aβ*).

p. p. p. praestrūctus, -a, -um *usurpatur fere pro adi. notionis q. e. promptus, paratus l. 44. 46, pro subst. neutr. l. 14.*

[Hickson]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. **praestrūctim.** *fere i. q. modo praestructo, ex praeparato*: TERT. pall. 3,4 multa dicendum fuit (*sc. de bestiis*), ut ad hominem -m perveniretur (-strictim *trad., corr. Rhenanus*).

deriv.: praestructio, praestructivus. *Hickson.*

praestū *v.* praesto. **praestūlor** *v.* praestolor.

[praestultus *ed. Stephani* GLOSS. II 393, 54 *pro* instultus, *v. vol. VII 1, 2024, 61 sqq.*]

praestupēsco, -ere. *a* prae *et* stupescere (*sed notio intensiva revocanda videtur ad adi. a* prae *et* stupescens *formatum*). *i. q. valde stupescere*: IVL. VAL. 1, 52 ad quam fortunam (*sc. Thebarum excidium*) ceteris -entibus prae vi malorum uni tubicinum forte consilium subit.

praestupidus, -a, -um. *a* prae *et* stupidus. *i. q. valde stupidus*: IVVENC. 4,199 *virginum* pars est sapientior una, altera -o pars est stolidissima corde (per- *var. l.; respic. Matth. 25, 2* fatuae *virgines*).

praestus *v.* 3. praesto.

[praesuādeo *affertur perperam pro* per- *e* PANEG. 8, 15, 3.]

[praesuāsio *edidit Weber* HEGES. 5, 22, 1 l. 89 (*e cod. Cassellano?* pers- *ed. Ussani p. 350, 27, sine nota in apparatu*).]

praesubsisto, -ere. *a* prae *et* subsistere. *i. q. antea subsistere, praeexsistere*: RVSTIC. c. aceph. p. 1188^{C} animae, quae secundum te a principio -ent personae (*postea*: praeexsistentibus personis).

praesūdo, -āre. *a* prae *et* sudare. *i. q. antea sudare: praeparando*: STAT. Theb. 6, 4 quo *ludo* Martia bellis -are paret seseque accendere virtus. *praecedendo*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 120 *legantur flores,* dum matutinis -at solibus aer, dum ... umectat ... Lucifer agros roranti praevectus equo.

praesūgo, -sūctum, -ere. *a* prae *et* sugere. *i. q. antea sugere*: CAEL. AVR. gyn. 1, 123 *infanti, ne viribus deficiat, lac* maternum concedendum -tis mammis ore puerili (*gr. p. 65, 10 προεκμυζηθέντος*). *Bk.*

ˣpraesul, -ulis *m.* [*a* prae *et radice* sal- (salire); *cf.* praesultor, praesultator; *notio q. e. 'praeses' sim. (v. infra sub II) aetate posteriore orta est; ceterum v. M. Benedetti, I composti radicali latini, 1988, 171. Fo.*] *de origine: a verbo derivatur* PRISC. gramm. II 118, 7 *et* 123, 20 exulo exul, praesulo -l. ISID. orig. 10, 205 -l vocatur, quia praeest sollicitudine. *scribitur* prai- CIL X 797 (*aet. Claud.*), pre- *in titulis christ., e. g.* CE 713, 1 (*saec. VI med.*), *et codd. rec.; formam* -sol- *exhibent cod. Lugd. saec. VI* HIER. epist. 117, 1, 1 *et nonnulli recentiores e. g.* AMBR. spir. 1, 7, 89. NOT. Tir. 36, 47^{a}. 55, 29^{b}. *de genere* (*masc. testatur* PHOC. gramm. V 414, 24 [*cf. iam* CHAR. gramm. p. 44, 5. *al.*]. *aliter* PRISC. gramm. II 147, 19 duo communia: -l, exul): *dicitur de feminis* (*sc. deabus*) SOL. 1, 6 AVIEN. orb. terr. 519 *et al., v. sub IIA1, de rebus generis fem. l. 73. p. 950, 39. 45. 48, neutr. p. 948, 37; coniungitur cum adi. fem. p. 950, 51; formam fem.* praesula *v. p. 950, 53. legitur notione originaria paucis locis inde a formula quadam sollemni Saliorum et* LVCIL. (*v. infra sub IA*), *notione deflexa occurrit inde a* SOL., IVL. VAL. *aliisque scriptoribus saec. IV, apud christ. inde ab* AMBR., *a quo vox frequentatur ut etiam in* LEONIS M. *aliorumque pontificum epistulis, actis conciliorum,* CASSIOD.; *in versibus exhibent* AVIEN., AVSON., PRVD., PAVL. NOL. *al. et haud raro tituli christ.* [*confunditur in codd. hic illic cum* praeses, *e. g.* IORD. Get. 41 (*var. l. suspecta*: AVG. serm. 296, 8 coll. Morin p. 407, 33 dii -es Romae modo non servaverunt, *sc. urbem* [*ita cod. Cas., sed vox q. e.* -l *a sermone Aug. aliena est*; dii praesides Romam m. n. s. *codd. rec. brevioris, Migne 38, 1356*]); *traditur contextu manco apud* AMM. 28, 4, 20.]

I *notione originaria significatur qui saliendo praeit, sc. i. q. praesultator*: **A** *proprie in re sacra vel ludicra* (*ad rem v. Ehlers, RE XXII 1568 sq.*): **1** *de sacerdote qui Saliorum pompam ducit* (*cf.* CHAR. gramm. p. 44, 5 -l *ὁ τῶν ἱερέων τῶν Ἄρεως ἡγούμενος. sim. explicatur*: EXC. Bob. gramm. I p. 544, 5 -l *ὁ προηγούμενος τοῦ ἱεροῦ*): *formulam antiquam* cum -l amptruavit *a* LVCIL. 320 *receptam v. vol. I 2017, 78 sqq. exempla cetera* (*cf. etiam p. 950, 55*): CIL X 797 (*aet. Claud.*) *Lavinas quidam* flam(en) Dialis, flam(en) Martial(is), Salius -l, augur, pont(ifex). INSCR. Ephem. Epigr. IX 613 -l (*si huc pertinet titulus mancus Lanuvinus*). VIR. ill. 3, 1 *Numa Pompilius* Martis sacerdotes, quorum primus -l vocatur, XII instituit. HIST. AVG. Aur. 4, 4 fuit in eo *Saliorum* sacerdotio et -l et vates et magister. **2** *de quorumlibet ludorum praesultatore*: CIC. div. 1, 55 cuidam rustico Romano dormienti visus est venire, qui diceret -em sibi non placuisse ludis (*ad rem v. Liv. 2, 36, 2 supra s. v.* praesultator; *alludunt*: CIC. div. 2, 136. ARNOB. nat. 4, 37 p. 245, 14 propter -es non probatos. 7, 9 p. 351, 13. *al. ibid.*). NON. p. 530, 21 (*e Varrone*) quod ludis pueri -es essent glabri *eqs.* (*v. vol. VII 2, 1769, 32 sqq.*).

B *in imagine respicitur quilibet praeiens (res l. 73): in itinere*: SYMM. epist. 2, 11 Patricius, quem -em itineris tui esse voluisti, brevi te adfore nuntiavit. 9, 71, 2 epistulam venturus ipse tamquam -em misi. *in commercio epistularum*: SYMM. epist. 4, 57 *fratres,* relegite viam dissimulati hactenus moris *epistularum scribendarum* me officiorum familiarium -e, qui prior rupi commune delictum *silendi* (8, 7. 8, 60 opperiris ... litteras meas, quasi ipse familiaris officii -l esse non debeas).

II *respectu saltandi, eundi neglecto transfertur ad eum, qui praesidet, praeest, vel praesidio est, auxiliatur sim.* (*-em fuisse Saliorum summum facile intellegi potuit, si conferas p. 947, 57. 63; ceterum huic usui novato favisse videtur et similitudo vocis q. e.* consul *et cognatio quaedam cum* praesidere, praesidium, *quae statui potuit collato veriloquio vocis q. e.* consilium [*i.* considium, *v. vol. IV 440, 42 sqq.*]). *notiones regendi et tuendi non distinximus nisi sub B1; ceterum spectat potius ad rectores imprimis B2, ad patronos sim. e. g. l. 54 sq. 57. 66 sqq.; variat in contextu cum variis terminis technicis rei publicae administrandae sub B2 passim, ceterum e. g. sive cum* arbiter *l. 34. 46,* praeses *vel* praesidens *l. 36. 62,* potens *l. 24, sim. al., sive cum* advocatus *l. 49. 54,* auxiliator *l. 54. p. 950, 44,* custos *p. 949, 20, sim. al.; opposita notabiliora v. e. g. l. 55. p. 949, 37. 950, 43. ponitur saepe praedicative vel in appositione idque iunctura artiore, ut vergat fere in usum adi. notionis q. e. custodiens, moderans sim. maxime p. 950, 41 sq. 45, fortasse etiam l. 68. cf. explicationes* GLOSS. -l: iudex. iudex vel praesidens vel defensor. -e: auctore, protectore. favente. opitulante. -es: praepositi, principes. *sim. al. cui quis praesideat indicatur passim per gen., per dat. (nisi hic illic potius ad verbum trahas) l. 37 sqq. p. 949, 5. 17. 52. 950, 39. al.; saepius occurrit abl. absol.* aliquo -e, *v. l. 27. 60. p. 949, 15. 950, 7. al.*

A *de deis, daemonibus sim.*: **1** *paganorum*: SOL. 1, 6 diva *Angerona* -l silenti ipsius. IVL. VAL. 1, 29 *angues* daemonas et -es locorum esse. 1, 30 rex ... orbis potens -i mundi totius deo Sarapi consecrat ([*gr. p. 34, 17 κοσμοκράτωρ τῷ προφανεῖ τοῦ κόσμου θεῷ. cf. supra p. 876, 4*]. MART. CAP. 2, 203 veneratur *Philologia* ... intellectualis m. -es deos). AVIEN. orb. terr. 519 Iunone calent hic arae -e semper. AMM. 31, 2, 23 *gladium humi fixum* ut Martem regionum, quas circumcircant, -em ... colunt *Halani.* HIST. AVG. Prob. 12, 7 Iuno regina tuque virtutum -l Minerva. SCHOL. Stat. Theb. 3, 351 deum hospitii (-o *var. l.*) -em. FVLG. myth. 1, 5 quartum *elementum* etiam Plutonem dicunt terrarum -em. 1, 18 p. 30, 9 *Mercurium* deum furti ac -em volunt. AMBR. epist. 10, 73, 5 en quales templa Romana -es habent (*ironice, sc. anseres, non deos*). Nab. 6, 28 Ditem dicunt gentiles inferi -em, arbitrum mortis. MACR. Sat. 1, 19, 17 (*inter* deos praestites, *v. p. 904, 1*) luna *Τύχη,* quia corporum -l est. MART. CAP. 1, 62 elementorum -es (*cf. 2, 211* praesides). *al. cui quis praesit, indicatur per dat.*: SOL. 22, 10 fontibus *quibusdam calidis Britanniae* -l est Minervae numen. IVL. VAL. 1, 31 vers. 23 ipse *Sarapis* laetis ¸coetibus -l cluo¸ (*Kroll, Rhein. Mus. 70, 1915, 595 sq.*; c. -l chao *A*, coeptis -l civicis *T; gr. p. 36, 7 προστάτης γενήσομαι. item sine copula*: MART. CAP. 6, 568 [vers.] dux ... -lque ... duello, *Pallas. cf. l. 29*). MART. CAP. 2, 160 Manes, id est corpori humano -es attributi.

2 *Christianorum*: **a** *de deo vel Christo*: AMBR. Abr. 1, 2, 7 adest -l coniugii deus ..., vicem absentis mariti tuetur, servat excubias, *ne adulterium fiat* (1, 7, 59 custodemque. 1, 9, 87). epist. extra coll. 14, 3 *in electione episcopi* dominum Iesum et voluntatis auctorem et petitionis arbitrum fore et ordinationis -em. exc. Sat. 1, 44 *naufragus servatus* -em suum, cui se crediderat *alligans sibi panem sanctum,* recognovit (*vix ad C*). fid. 3, 17, 137 *Iesus* 'sedet' quasi iudex ..., 'stat' quasi advocatus suorum; stabat ergo (*act. 7, 55*) ... quasi bono luctatori, *Stephano,* brabium tanti -l certaminis redditurus (obit. Theod. 25 VICTRIC. 6 l. 25). Isaac 8, 65 p. 689, 1 cui *animae* pater deus -l sit (praesulit, praesulet *var. ll.*). in Luc. 7, 53 Iesum aeternae -em vitae (LAVRENT. paen. p. 99^{A}). HEGES. 5, 2, 1 p. 296, 24 *Christum* -em pacis (*antea*: advocatum, ... auxiliatorem). IVLIAN. in Am. 3, 3 l. 53 (*verba dei*) de -e tuo convertar in saevientem leonem. in Ioel 2, 28 l. 509 caelorum (in Os. 5, 1 l. 11). DIG. de confirm. dig. pr. deum auctorem et totius operis -em fieri (*gr. συλλαβεῖν tantum*). CASSIOD. hist. 4, 24, 7 *Christus* est ... -l ecclesiarum (*Theodoret. 2, 8, 5 ὁ προϊστάμενος, Hil. coll. antiar. p. 105, 9* gubernator, *Canon. Turner I p. 645* qui prestat patrocinium ecclesiis). *al. abl. absol.*: AMBR. epist. conc. Aquil. 2, 12 ut ... vos, *imperatores,* deo -e triumfetis (HEGES. 1, 43, 6 p. 109, 4. HIER. in Is. 11, 36, 11 l. 78 [*antea*: diis praesidentibus]. SIDON. epist. 2, 2, 3. *al.*). PACTIO reg. Greg. Tur. Franc. 9, 20 p. 437, 3 quod ... Christo -e ... potuerint augmentare (VEN. FORT. vita Albin. 1, 1). *al.* **b** *de variis potestatibus* (*viros sanctos v. p. 949, 23*): HIER. hom. Orig. in Luc. 13 p. 77, 16 *deus* poterat ... -es ... ipsos iuvare (*respicitur 'multitudo caelestis exercitus' [Luc. 2, 13], quae* iam defecerat praebere hominibus auxilium. *cf.* VEREC. in cant. 2, 9 l. 15 unicuique genti -em angelum institutum, cuius regimine dispensetur [*cf. vol. X 1, 641, 19 sqq.*]). CONSVLT. Zacch. 1, 30 p. 38, 9 illo falsitatum omnium incentore vel -e ... daemones militant (*item de diabolo sim.*: ARNOB. IVN. ad Greg. 10 p. 400, 6 cunctorum criminum -i. VITA Mitriae [BHL 5973] 7 *viri sancti* actibus daemonas -es adfuisse). LEO M. epist. 15, 12 Vollmann l. 224 (*e libello Turibii*) *Priscillianistae* sub ... potestatibus *quibusdam* partes animae ... describunt et qualitates interiorum -um in patriarcharum nominibus statuunt.

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *de hominibus*: **1** *generatim respiciuntur potius*: **a** *qui praesunt, regunt sim.* (*fere cum gen. rei quam quis administrat cuive deditus est*): PALLAD. 1, 6, 18 agri -em non ex dilectis ... servulis ponas (*Colum. 1, 8, 1* vilicum). AVSON. 393, 79 p. 248 (*iocose*) *interpres* adsit et certe, modo -l creatus litteris, enucleabit *aenigmata* (*cf.* PRISC. gramm. II 3, 1 *Iuliane,* omnis eloquentiae -l [*antea*: in omni doctrinae genere praefulgentem]). HIST. AVG. Did. 9, 4 quod eos, quos regere ... debuerat, regendae rei publicae sibi -es ipse fecisset. AMBR. Noe 16, 56 in auctore et -e domus (*sc. patre familias*). virg. 3, 7, 35 *virgines,* -es castitatis. PRVD. cath. 11, 115 *Iudaea,* te furoris -e mors hausit *Christum.* MACR. Sat. 1, 24, 23 -l famulitii. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Iudam 4 p. 89, 24 -es haereseos Nicolaitarum ([*gr. προϊστάμενοι*]. hist. 9, 19, 5 [*Socrat. 5, 10 p. 585*^{B} *αἱρεσιάρχαις*]. *al.*). LAVRENT. paen. p. 98^{B} criminum -es (*sc. publicanus et meretrix. cf. p. 948, 71*). *al.* **b** *qui tuentur, adiuvant, favent*: SYMM. epist. 2, 90 *Patricii* diligentiam in me ... te -e provocatam *esse* (*item abl. absol.*: 5, 47, 1. SIDON. epist. 2, 1, 4 te medio, te -e. *al.*). AMBR. epist. 2, 8, 2 quod *moriens* te ... derelinqueret ... -em parvulis, auxiliatorem destitutis. obit. Valent. 41 ille *defunctus* vobis *sororibus* auxiliaturus speretur, ille noctibus -l adsistat (*cf. l. 25*). HEGES. 3, 2, 1 p. 184, 3 *Nero Simonem magum* -em suae salutis vitaeque custodem arbitrabatur (PASS. Petr. 17 p. 40, 3 *de eodem*). HIER. epist. 117, 1 quae *virgo et mater eius* ... vel ob hospitii solitudinem vel custodiendas facultatulas -es sibi quosdam clericos adsumpsissent. in Os. 10, 6 l. 196 *ὑπερμαχητῆι* id est -i et defensori. *al.* ▸*de sanctis apud deum intercedentibus*: AMBR. obit. Theod. 16 speramus, quod liberis suis apud Christum -l adsistat *Theodosius.* PAVL. NOL. carm. 13, 26 o felix Felice tuo tibi -e Nola ..., caelesti firma patrono. SVLP. SEV. dial. 3, 17, 5 *Paulinus* non abnuet -em nostrum *Martinum* cum suo Felice componere. *al.*

2 *speciatim, sed appellatione non prorsus technica significantur qui funguntur*: **a** *munere publico vel militari* (*in imperio Romano regnisve id continuantibus praeter l. 52*): AVSON. 195, 15 p. 53 cohortis -em praetoriae provinciarum aut iudices (*respicitur praefectus praetorio ut*: SIDON. carm. 15, 157 CASSIOD. var. 6, 3, 9). 406, 19 p. 240 *Petronium Probum* senati -em, praefectum ... et consulem (*cf.* AMBR. epist. 10, 73, 33 vos, *imperatores,* senatus cogendi concilii -es habet). ANON. de mach. bell. praef. 4 rei publicae -em (*de imperatore ut*: HEGES. 1, 44, 8 p. 118, 23 Caesar ... -l orbis terrarum [*gr. 1, 633 προστάτης, Ps. Rufin. p. 651* princeps]. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 208 p. 671 non ut aliquis tyrannus, sed ut -l benignus [*sc. imp. Claudius; gr. προστάτης*]. AVELL. 60, 3 Romani imperii -es. *al.*). HIST. AVG. Prob. 6, 6 -es nisi futuros principes habere non norunt *milites decumani.* HEGES. 1, 41, 8 p. 98, 5 conveniunt -es provinciarum (*gr. 1, 538 ἡγεμόνες, Ps. Rufin. p. 642* rectores. *item de iis qui praesunt provinciis*: CASSIOD. var. 3, 46, 2 Lucaniae et Bruttiorum -is [*sc. correctoris*]. 6, 20, 3. *al.*). CE 1413, 12 (*saec. V*^{1}*?*) ex tanto -e (*antea*: privatae comes ... rei ..., patricium culmen). NOVELL. Valent. 7, 3, 1 qui *palatini sacrarum largitionum* ... sine ... auctoritate -is sui *clerici facti sunt.* RVT. NAM. 1, 550 testis Roma sui -is esse potest (*respicitur praefectus urbis ut*: CASSIOD. var. 1, 32, 1 urbis -em. 3, 11, 4 urbanus. 6, 4, 1. *al.*). SIDON. epist. 4, 14, 3 non, ut est apud -em fori, sic esse apud iudicem mundi (*item de iudicibus*: ENNOD. dict. 15, 7 p. 471, 1 libertatis -es [*in allocutione ut ibid. 1 p. 469, 11* iudices]. CASSIOD. var. 11, 8, 1 periculosas sententias -um. *al.*). PALLAD. hist. mon. I 58 p. 342^{C} *Lausum,* -em cubiculi piae sedis (*gr. p. 169, 7 πραιπόσιτον*). *al.* *apud exteros*: HEGES. 1, 25, 4 p. 41, 19 Phasaelum ... -em Hierosolymis et ducem militiae constituit (*gr. 1, 203 Ἱεροσολύμων καὶ τῶν πέριξ στρατηγὸν καθίστησιν, Ps. Rufin. p. 611* praefecit). PRVD. cath. 6, 69 *Ioseph* -l ac tetrarches. CYPR. GALL. exod. 1156 peccavit -e multum te Iudaea suo (*de Mose; antea*: ductor populi plebisque magister). CASSIOD. Ios. antiq. 5, 3 principes tribuum ... et -es (*gr. ἄρχοντας καὶ ... προεστῶτας*). *al.*

b *sacerdotio paganorum vel Iudaeorum*: SERV. auct. Aen. 3, 607 ostenditur ... Anchisen et Aenean tam pontificatus quam flamonii iuris et peritos et -es fuisse. MACR. Sat. 1, 17, 1 sacrorum omnium -em esse te, Vetti Praetextate (*eius sacerdotia enumerantur e. g. CIL VI 1778*). CASSIOD. Ios. antiq. 4, 31 qui debeat hostias immolare et -l pietatis existere (*gr. προεστάναι*).

c *munere ecclesiastico* (*cf. supra l. 11 sq.*): **α** *de episcopo sive Romano sive quolibet*: AVELL. 13, 6 (*rescriptum impp. Grat. et Valent.*) Parmensis episcopus ... ecclesiam, de qua iudicio sanctorum -um deiectus est, inquietat. CONST. Sirmond. 3 (*a. 384*) *clericos* decebit sub eo iudice litigare, ⌞ut ille⌟ (*i. qui*) -l sit in suis tamen partibus omnium sacerdotum. INSCR. christ. urb. Rom. 24833 (*vers.; epitaphium Caelestini papae, qui obiit a. 432*) -l apostolicae sedis venerabilis (LEO M. epist. 14, 1 p. 670^{A} AVELL. 70, 9 ENNOD. opusc. 2, 32 p. 297, 12. *et saepe. cf.* EPIST. pontif. 632 Schwartz p. 20, 20 s. illius [*sc. Romanae*]. AVELL. 95, 29 Dioscorum secundae s. -em [*sc. Alexandrinae; cf. e. g. 95, 12* sec. s. antistes]. *al.*). NOVELL. Valent. 17, 2 mansueti ⌞-is⌟ ... humanitas (⌞ ⌟ -is pontificis *cod. O; cf. syn. ibid.* pontificis, Romani antistitis). LEO M. epist. 1, 1 si ecclesiarum -es necessariam diligentiam ... servassent (16, 3 p. 699^{A} PETR. CHRYS. serm. 26, 2. CASSIOD. hist. 1, 3, 5 [*Sozom. 1, 1, 15 ἄρχοντες*]. *et saepius; loco definito*: LEO M. epist. 105, 2 [Conc.^{S} II 4 p. 58, 16] Constantinopolitanae ... e. [EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 8, 7]. CONC.^{S} I 5 p. 85, 11 Romanae e. [*gr. I 1, 7 p. 84, 38 ἀρχιεπισκόπου. item* COD. Iust. 1, 1, 8, 30. *al.*]. CIL V 1858 [*a. 490*] h⟨uius⟩ s(an)c(tae) e. *al.*). epist. 5 Silva-Tarouca p. 59, 47 ut illo *vicario nostro* sub dei timore -e omnis ambiguitas finiatur (*item abl. absol.*: INSCR. christ. urb. Rom. 4103, 5 [*vers.; saec. V*^{2}]. 19937, 13 [*vers.; saec. VI*^{1}]. *al.*). epist. 169 Avell. 51, 3 de catholico civitatis illius -e (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 30, 9 episcopos, maxime ... c. Antiochiae -em. CASSIOD. hist. 1, 14, 57 [*Theodoret. 1, 4, 62 προέδρῳ*]). EPIST. pontif. 622 Schwartz p. 17, 4 quod non solum -i apostolico facere licet, sed cuicumque pontifici (AVELL. 95, 14. 76 SACR. Leon. 723). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 55, 16 Iohanni Antiocheno -i (*antea*: A. episcopi. *cf.* MARCELL. auct. chron. II 104, 535, 4 Romani -is [CONC.^{S} IV 2 p. 133, 14]. VEN. FORT. vita Albin. 18, 53 Arelatensem). CE 1425A, 3 (*saec. VI*^{1}*?*) Eusebius -l primus *Vercellensis* (*antea*: tertius ... antistes). *et saepe.* **β** *de eo qui praesidet synodo*: RVFIN. hist. 5, 23, 3 Gallorum ... sacerdotalis conventus exstat Irenaeum -em scribens (*nisi ad p. 949, 64; antea*: concilii ... decretum, cui praefuisse Victor episcopus indicatur). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 117, 3 contra -es sancti ... concilii ([*gr. I 1, 3 p. 48, 8 ἐξάρχων*]. p. 176, 8 [*gr. ibid. p. 66, 31 προέδροις, cf. I 5 p. 367, 41* praesidibus ... synodi]. *al.*). II 3, 1 p. 187, 11 cui *concilio* -l et primus est ... archiepiscopus Dioscurus. 3, 2 rec. ant. p. 111, 19 cuius *synodi* -l fuit ... Cyrillus (*Rustic.* praesidens, *gr. II 1, 2 p. 103, 36 ἧς ἡγεῖτο*). ENNOD. dict. 1, 23 p. 429, 15 te -e factum, ne *eqs. al.* **γ** *de praeposito monachorum*: LEO M. epist. 117, 2 (Conc.^{S} II 4 p. 69, 26) monasteriorum -es increpavit *Augusta* (CONC.^{S} II 3, 1 p. 188, 5 sui monasterii. MARCELL. chron. II p. 85, 453, 4. *al.*). ALC. AVIT. carm. 6, 518. epist. 19 p. 53, 12 scholam ... Eugendi ... non minimo ... -e viduatam. VITAE patr. Iurens. 24 in utroque ... monasterio ambo -es erant. MARCELL. chron. II p. 84, 451 Eutychetem nefandissimorum -em monachorum (CASSIOD. hist. 8, 1, 56 [*Sozom. 6, 29, 1 ἡγεμών*]). CASSIOD. hist. 8, 1, 85 episcopus ... scripsit -bus heremi (*Sozom. 6, 29, 27 τοῖς ἡγουμένοις*). **δ** *de eo qui praeest bonis ecclesiae dispensandis*: LEO M. serm. 85, 2 *iudex* postulat sibi ab ... sacrarii -e opes ecclesiasticas (*antea*: levitam Laurentium, qui ... dispensatione ecclesiasticae substantiae praeminebat).

C *de rebus*: **1** *de animantium qualitatibus vel partibus*: PALLAD. 1, 6, 14 Graeci iubent olivam ... a mundis pueris ... operandam, credo, recordati arbori huic esse -em castitatem (*coll. Geopon. 9, 2, 5 sq. huc potius traximus quam ad A1*). AMBR. virg. 1, 8, 50 ipse pacis dominus ... vultu -e nascentibus fructibus auras temperat. AVELL. 46, 8 *ne mendaciis decipiamur,* animo -e[t] et in excubiis constituto semper opus est. PROSP. epigr. 102, 5 prudens -l famulam frenare rebellem ... discat (*sc. animus regat corpus*). CASSIOD. Ios. antiq. 4, 114 *deus* erit ... auxiliator *populi sui* ... et -em providentiam suam ei concedit (*gr. ἡγεμόνα*). **2** *de quibuslibet rebus*: AVSON. 377, 5 p. 98 Martius *mensis* (*simul respicitur deus*) et generis Romani -l et anni prima dabas Latiis tempora consulibus. FVLG. myth. 1 praef. p. 3, 18 quam *fabulam* ... nocturna -e lucerna commentus sum (p. 3, 21 lucernas meis -es *esse* libris). SEDVL. carm. pasch. 1, 76 quod carnis delicta necant, hoc -e ligno ... renovari posse (*cf. op. pasch. 1, 2 p. 180, 2* ligni protectione). ALC. AVIT. carm. 5, 420 laeti mox -e tanta (*sc. columna nubis exod. 19, 21*) abrupere moras.

f. **praesula,** -ae (*cf.* praestita, haruspica *sim. al.*). *i. quae saliendo praeit* (*sc. in sacris Saliorum Tusculanorum, v. Wissowa, Hermes 50, 1915, 12 sq.*): CIL VI 2177 D(is) M(anibus) Flaviae Ver(a)e -(a)e sacerdot(um) Tusculanor(um).

deriv.: praesulatus, praesulo.

⁂praesulātus, -ūs *m.* *a* praesul. *legitur non nisi sing. nec ante saec. VI.*

1 *i. q. munus et dignitas praesulis* (*locutiones frequentiores*: -um committere *p. 951, 3. 9. 15,* suscipere *l. 73. 75,* tenere *l. 69*): **a** *in ecclesia* (*respicitur episcopus praeter l. 64 sq. p. 951, 3*): AVELL. 208, 4 (*a. 520*) *vos* ad apostolicae sedis -um evocari. CONC.^{S} II 3, 1 p. 181, 16 honorem recipere presbyterii et -us monachorum (NOVELL. Iust. 5, 9 pr. eorum *m.* [*gr. ἡγεμονίας*]. *cf.* monasterii: CONC.^{S} II 3, 1 p. 182, 8. 188, 11 [*cf. e. g. p. 183, 17* principatum ... m. *186, 28* primatum m.]). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 150, 6 -us amore oculos claudens (*cf. I 5 p. 170, 29* praesul esse desiderans, *IV 1 p. 134, 14* episcopalem sedem cupiens). II 3, 2 p. 87, 10 qui Alexandrinorum tenuit -um (*sim.* CASSIOD. hist. 1, 10, 1 Hierosolymorum tenuit -um [*Sozom. 1, 10, 1 ἐκκλησίαν ἐπιτραπείς*]. 1, 12, 4 huius ... civitatis [*Theodoret. 1, 2, 8 τὰ τῆς ἐκκλησίας ... πηδάλια*]. 7, 8, 1 Mediolanensem [*Theodoret. 4, 6, 5 τὴν ἐκκλησίαν πεπιστευμένος*]). LIBERAT. 4 Conc.^{S} II 5 p. 101, 9 Constantinopolitanae ecclesiae -um susceperat (VICT. TONN. chron. II p. 185, 450, 4. *ceterum*: CASSIOD. hist. 2, 5, 5 Antiochenae sortitus e. -um [*Theodoret. 1, 7, 10 προεδρίαν*]. 10, 29, 1 *quidam* Hierosolymis ... suscepit e.

[Zoppi]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um [*Theodoret. 5, 38, 1 κηδεμονίαν*]. *sim. al.*). NOVELL. Iust. 6, 1, 9 qui pecuniis ... emerit -um, ... cadet episcopatu (*gr. utroque loco resp. ἐπισκοπή*). 59, 3 quibus ... -s earum *canonicarum* committitur (*gr. ἡγεμονίαν*). CASSIOD. hist. 1, 3, 6 seditiones ... gestas de -u vel de honore primatus propriae haereseos (*Sozom. 1, 1, 16 περὶ προεδρίας ἢ προτιμήσεως*). 9, 3, 2 alterius partis sibimet -um assumpsit *Apollinaris Antiochiae* (*Theodoret. 5, 3, 2 ἀρχηγόν*). *al. apud eundem.* ISID. eccl. off. 2, 5, 13 posteris -us relinquere dignitatem. *respicitur Christus*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 195, 16 cui totius ecclesiae ... commissus est -s. **b** *in re publica, civitate*: NOVELL. Iust. 24, 4 cum ... ei *praetori Pisidiae* demus in hac provincia militum -um, ut eos et componat *eqs.* (*gr. ἡγεμονίαν*). 82, 1, 1 praefecturae urbanae tenuit -um (*gr. τῆς πολιαρχίας ἡγησάμενον*). CASSIOD. hist. 1, 11, 34 (*narratur qui fuerint monachi aetate imp. Constantini*) in hoc ... -u *vixit Eutychianus* (*Sozom. 1, 14, 9 ἡγεμονίας*). Ios. antiq. 20, 158 p. 583 miñoris Armeniae -s Aristobulo ... commissus est (*gr. προστασίαν*). 20, 234 p. 589 Syson pontificatum sumpsit et ex eius genere alii ... ⌞hunc habuere -um⌟ (*deest gr.; cf.* 20, 251 p. 591 -um gentis pontifices obtinebant [*gr. προστασίαν*]). ISID. sent. 3, 49, 3 dedit deus principibus -um pro regimine populorum (*sequitur*: principatus).

2 *metonymice de regione, cuius quis praesul est, sc. de dioecesi*: CASSIOD. hist. 9, 4, 11 *Theodosius* uniuscuiusque -us episcopos Constantinopolim convenire praecepit (*sed partem imperii significavit Theodoret. 5, 6, 3 τοὺς τῆς οἰκείας ἡγεμονίας ἐπισκόπους*). *Zoppi.*

praesulco, -ātum, -āre. *a* prae *et* sulcare. *i. q. antea sulcare* (*sc. in imagine significantur hominum corda praeparanda*): PROSP. carm. de ingrat. 488 ceu ... subsistat ... arte colentis exortura seges neque quidquam cordis in arvo -et divina manus. c. coll. 13, 5 ut semen verbi -ta cordis terra concipiat.

praesulo, -āre. *a* praesul, *cf.* exulo *ab* exul (*vice versa* PRISC. *p. 947, 33*). *i. q. praesulem esse, praesidere*: HIER. in psalm. 109 (*ad 109, 3* in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum) virtus *Christi* ... tunc magis elucescet, cum sancti ... illo splenduerint -ante (*sc. in die iudicii, v. e. g. Aug. et Cassiod. ad l.; ad Christum* praesulem *cf. e. g. p. 948, 49. 53, sed verba fortasse non sunt genuina, cum* -o(r) *vox sit fere medii aevi propria; scripturam codd. duorum* -sol- *explices sec. p. 947, 36, nec recte quidam cogitaverunt de verbo a* prae *et* sol *composito intellegentes Christum praecedentem velut solem* [*nihil adfert ad miram eiusmodi formationem t. t. rust.* insolo]). VIRG. gramm. epit. 4, 13, 3 sicut anima corpori, ita et mens animae et ratio -at menti. *in falsa var. l. p. 948, 52.*

praesulsus *et* **praesalsus,** -a, -um. *a* prae *et* salsus. *i. q. valde salsus, sed glossae quaedam testari videntur potius vim temporalem q. e. (paulo) antea salsus*: **1** *forma* -suls- (*cf.* insulsus): COLVM. 6, 2, 7 os *bovis domandi* ... sale defricato libralesque offas -ae adipis in gulam dimittito (*textus corrigitur sec.* PALLAD. 4, 12, 3). GLOSS.^{L} II Philox. PR 124 -um: *ταριχηρόν, νεαλές* (-sultum *cod., quam formam Latinitati antiquae tribuit Bücheler, Kleine Schriften III 174sq.*). **2** *forma* -sals- (*cf.* persalsus, subsalsus): GLOSS.^{L} II Philox. PR 152 -um: *ταριχηρόν* ([-salum *cod.*]. *item* GLOSS. II 451, 54 [per- *ed. Stephani*]). GLOSS. II 224, 2 *ἀκρόπαστον*: -um. III 184, 18 *νε⟨α⟩ρόπαστος*: -us (-um *trad.; in capite* de escis *ut* 314, 72). 219, 11 (*item* 234, 8; *cf.* p. 653) *τυρὸν νεαρόπαστον*: caseum -um (pro- *codd. potiores* [*per confusionem illam praeverbiorum, v. Funck, Arch. Lat. Lex. 9, 1896, 304sq.*]; *νεόπαστον*: c. recentem *cod. Paris.*). *ceterum exstat in additamentis fortasse medii aevi ad* HIPPOCR. vict. 2 l. 239, *quae ed. Rose, Anecdota II 1870, 151*: porcina -a graviora sunt et sitem faciunt (*e cod. Sangall.; sim. ibid. p. 158 e cod. Berol.*).

praesultātor, -ōris *m.* *a* praesultare. *i. qui praesultat, praesul*: LIV. 2, 36, 2 *ludis quibusdam ante ipsum spectaculum servus patibulo constrictus per circum actus est; postea somnio cuiusdam est* visus Iuppiter dicere sibi ludis -em displicuisse (*cf. l. 72 nec non Cic. div. 1, 55* praesulem). *falso trad.*: GLOSS. ⌞-r⌟: praemetiva (⌞ ⌟ *cod. unus*, -sulator *vel* -sultatur *cett.*; praesul: auctor [*sec. Gloss. V 235, 24*] *et* ⟨praesiciae:⟩ praemetiva *coni. Heraeus in exemplari suo*).

praesulto, -āre. *a* prae *et* saltare. [*falsa var. l. pro* persulto HIL. AREL. vita Honorat. 35 l. 21 VITA Hil. Arel. 32 l. 6.] *i. q. saltando praecedere* (*cf.* GLOSS. *p. 895, 8*): LIV. 7, 10, 3 (*verba T. Manlii*) adeo ferox -at hostium signis *Gallus quidam ad certamen singulare provocans* (*7, 9, 8* processit, *7, 10, 5* stolide laetum).

deriv.: praesultator.

praesultor, -ōris *m.* *iuxta* desultor *a* prae *et* salire *potius quam a* praesilire, *quod verbum non legitur ante Iren.* *i. q. praesultator* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. PR 126 -r [-sulturo *trad.*]: *ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος* [*sed item explicatur vox q. e.* prosaltor *ibid. 400*]): VAL. MAX. 1, 7, 4 sibi (*sc. Iovi*) -em ludis circensibus proximis non placuisse (*sim.* LACT. inst. 2, 7, 20. *ad rem v.* LIV. *sub* praesultator).

praesultus *v. l. 44.* *Bk.*

***praesum,** -fuī, -esse. *a* prae *et* esse. *scribitur* pre- INSCR.

Dessau 9155 (*e Pannonia inf., fere a. 199*). Brit. I 1874 CIL XIII 7460. *al.*; prae est *sim. puncto interposito* PROB. *l. 10.* INSCR. Brit. I 816. 1328. *al.; vocalibus contractis* praesse(t) LEX repetund. (CIL I^2 583) 31. Rubr. (CIL I^2 592) 2, 48. Irnit. 7 B 28. *al.*, praeri(n)t, praerunt LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 37. 69. *al.* Vrson. (CIL I^2 594) 96, 7. de Germ. tab. Heb. 34. *al.*, praera(n)t R. GEST. div. Aug. 17. DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1421) 19, praest CIL III 14147^{1}, 5 (*a. 39*). CONST. veteran. (CIL XVI 2) int. 4 (*aet. imp. Claud.*). 4 extr. 18 (*a. 60*). *et passim ibid.; cum apice* ORAT. imp. Vesp. (CIL XIV 3608) 32 praéfuit. *notatur* p *in formula legum* I. D. P. (*explicat* PROB. litt. sing. 5, 1 I. D. P. E.: iure dicundo -erit): LEX Rubr. (CIL I^2 592) 2, 4. *al.* Atest. (CIL I^2 600) 18. Vrson. (CIL I^2 594) 61, 4. *et saepe; in formula militari* C. P. (*sc.* c(ui) p(raees *vel* -est) *cohorti*): EPIST. leg. pr. pr. (Chart. lat. ant. VI 311; *fere a. 208*) a 7. b 5. c 5. Chart. lat. ant. VI 316 a, 1, 6 (*fere a. 216*). INSCR. Brit. I 1896 (*a. 235/8*), *ceterum p. 954, 22; notae aliae*: p.est (*cf. l. 10 et fortasse* LEX Rubr. [CIL I^2 592] 2, 48, *v. Ritschl, Opusc. IV 54*) INSCR. Brit. I 1875 (*a. 237*). 1893 (*a. 238–244*), pre(est) INSCR. Année Épigr. 1908 n. 45 (*e Pann. sup.*), praes(t) CIL VI 8998, praef(uit) CIL VIII 22759. NOT. Tir. 4, 94 -fuit. 5, 2^{a} -futurum. *fut.* -erint (*cf. Leumann, Gramm. 1977, 610*): LEX de Germ. tab. Heb. 34. prae *ante vocalem non corripitur*: PRVD. perist. 2, 41 -erat. PAVL. NOL. carm. 24, 752 -erit. SIDON. carm. 23, 218 VEN. FORT. carm. 2, 4, 35. *legitur rarissime in poesi, sc. apud* PLAVT. (*1*), TITIN. (*1*), OV. (*5*), SIL. (*2*), PRVD. (*4*), CLAVD. (*1*). *al., saepe in prosa inde a* LEGE repetund., CIC. (*maxime in oratt.*), *saepius in legibus municipalibus (fere in formula infra p. 953, 37) et apud rerum scriptores.* [*dub. trad.* Ps. CYPR. aleat. 5, 4 -est (quae est *coni. Hilgenfeld*); *vix recte notione q. e. prodesse edidit Weber* HEGES. 1, 41, 6 (profuit *Ussani p. 97, 2 sine nota in app.*); *falso trad.* -fuerint *pro* praebuerint SCAEV. dig. 50, 5, 3.]

ciat exigente. CASSIAN. conl. 20, 8, 8 ut indulgentiam nostrorum scelerum pro nostro -amus affectu dicentes ...: dimitte nobis debita nostra, sicut *eqs.* (*Matth. 6, 12*). ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 31 rem licitam. MVTIAN. Chrysost. hom. 34, 2 p. 451 ab odientibus se talia postulabat, qualia quis a dilectoribus potest -ere. *al.* Ⓘⓘ *cum inf.* (*vix nom. c. inf. agnoscas l. 21*): ZENO 2, 3, 8 quae *fides antiqua* credere non didicit, sed -psit (*nisi intellegas 'antequam didicit', ut ad A pertineat*). AMBR. in psalm. 43, 15, 4 unde -psit apostolus dicere, quia *eqs.* HEGES. 4, 22, 1 *latrones* ulteriora petere non -bant. CASSIAN. inst. praef. 9 illam ... moderationem opusculo huic interserere -am, ut *nimis ardua* ...temperem. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 22, 25 sic -erunt *patres* dei genetricem dicere sanctam virginem (*gr. I 1, 1 p. 28, 18 τεθαρσήκασιν, Mar. Merc. Conc.^{S} I 5 p. 51, 19* fidenter ... pronuntiaverunt). p. 172, 5 *Iohannes evocatus in concilium* non -psit venire (*gr. I 1, 3 p. 8, 16 ἐθάρσησαν*). SALV. gub. 1, 14 quis rationabiliter fortis esse -it? ... infirmi ... volunt esse *Christiani.* EVSEB. GALLIC. hom. 72, 3 neque ... mens sibi conscia aut praevalet aut -it omnes *Honorati mortui* ... narrare iustitias, aut audet omnia ... merita ... percurrere. CAES. AREL. serm. 16, 2 p. 75, 36 ut ... secura conscientia ad altare domini casto corpore ... -at accedere. CASSIOD. inst. 1, 15, 13 quas res emendare in auctoritate -amus (*sc. in sacra scriptura; cf.* 1, 15, 15 *et p. 960, 57*). Ios. c. Ap. 1, 316 *Moyses* leges sancire -psit (*gr. ἐπεχείρησε*). ALEX. TRALL. 1, 58 -endum est ... vinum dari ... istis, *sc. somno egentibus* (*gr. I 525 τολμᾶν*). *al.* Ⓘⓘⓘ *cum enunt. secund.*: SERV. auct. Aen. 2, 445 nos ... de antiqua declinatione -imus, ut 'ab hac domo, harum domorum' dicamus (*cf. aδ*). Ⓘⓥ *exempla cetera* (*sc. cum praepos. vel struct. subaudiendis vel absolute; addas p. 960, 74*): HIL. trin. 7, 26 l. 16 (*ad Ioh. 10, 30* ego et pater unum sumus) ut ..., quia naturae praesumptio vocaretur in crimen, -endi ratio doceretur ex causa. HIER. in Abd. 20 l. 780 in hoc propheta et adolescentuli lusimus et senes -psimus (*explicationem temptantes*). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 3, 2 *alioquin Christus* numquam prorsus -ens indicasset: 'qui me vidit, vidit et patrem meum' (*Ioh. 14, 9. sim.* 5, 19 *introducitur psalm. 72, 23*). GRILL. rhet. p. 25, 12 rhetorica ... constat ingenio, ut inveniat, usu, ut proficiat, doctrina, ut -at (*i. audeat, magna suscipiat, sc. in re publica. sim., sed vergens in malam partem*: p. 30, 16 illi *oratores,* qui in ... *solo* ingenio, *sc. sine arte,* -erunt, perdiderunt rem publicam). GENNAD. vir. ill. 36 *Vigilantius* -ens supra vires suas. PALLAD. hist. mon. II 2 p. 346^{C} -psi ego et ... confessus sum ei passionem (*structura paratactica pro inf., cf. enim gr. p. 75, 9 ἐθάρρησα ἀναθέσθαι*). CONC. Agath. a. 506 p. 205 l. 248 si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu ... abbatis -at episcopus. CAES. AREL. serm. 121, 7 p. 485, 11 cum nullus esset, qui -ret ad (adire *pars codd.*) ... certamen, ... *David* processit ad proelium.

β *speciatim in iure*: COD. Theod. 8, 5, 62 pr. ut *excepto te* ... -endi velocis ... cursus nullus habeat potestatem (LEX Burg. lib. const. 83, 1 Burg. Rom. 34, 1. *cf.* -endi facultatem: COD. Theod. 12, 9, 2 *nemo* titulum usurpet, nisi forte -endi f. ... perceperit. LEX Burg. lib. const. 38, 3). 10, 18, 2, 1 integro id iure -at, *quod quis in proprio solo conditum reppererit* (*antea*: suae vindicet potestati). COD. Iust. 5, 9, 1, 3 (*a. 380*) *quae mulieri infami a priore viro relicta sunt,* -i a fisco iubemus (*item in iure hereditario*: 6, 56, 4, 3 [*a. 380*] *mater* separatim ab ... filiae hereditate -at, *quod ei antea donare debuerit.* INTERPR. cod. Theod. 5, 1, 1 ut inter matrem, patruos ... bonorum possessio -atur. INTERPR. Paul. sent. 3, 6, 7 LEX Burg. lib. const. 65, 2. *al.*). CYPR. GALL. exod. 880 pro pecude pecudem dominus redhibebit ..., innocuus strati -ens membra iuvenci (*exod. 21, 36* cadaver ... accipiet. *item in reparatione noxae*: LEX Burg. lib. const. 89, 2 *animal* iubemus occidi a vineae domino -endum. 89, 3. LEX Visig. 8, 5, 1 *porcos* -at occidere et nullam calumniam pertimescat. *ibid.* pro suo iure). LEX Visig. 7, 4, 4 singulos tremisses sibi -ere non vetentur. *al.*

2 *respectu aestimandi vergit in vim q. e. praeferre* (*si quidem vis praeverbii comparativa agnoscenda est*): TERT. apol. 38, 5 *nos Christiani* alias -imus voluptates *ac gentiles.* PASS. Perp. 1, 2 *exempla recentia* minori deputantur auctoritati propter -tam venerationem antiquitatis (*ad p. 967, 48 trahere possis, sed obstare videtur gr. δοκεῖ ... εἶναι ... σεμνότερα*). CLAVD. DON. Aen. 1, 45 p. 20, 16 *Iuno* pro arbitrio suo et pro -ta Carthaginis causa vult ... reos tenere Troianos. 4, 265 p. 389, 5 *Aenea,* meliorum spem -ta desperatione tempsisti. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 30 laevam fugiens, dexteram non -ens ac ... latus utrumque formidans.

3 *vi praeverbii prorsus evanida fere i. q. quolibet modo sumere, accipere, adhibere sim.*: HIL. in psalm. 68, 1 p. 314, 2 dictum hoc (*psalm. 68, 10*) ab eodem *Iohanne* ... -tum (*Ioh. 2, 17. sim. adhibentur verba, argumenta aliena*: trin. 2, 12 ex quibus libris ad ... enarrationem verba -am? HIER. praef. Vulg. par. p. 6, 6 ad Hebraeos ... revertendum est, unde ... *apostoli* exempla -unt. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 28 l. 11 aliquid de eorum dictis -psit. *al.*). 127, 8 adoptionem corporis, quod ex virgine -turus esset *Christus* (*in eadem re*: PRISCILL. tract. 5, 87 hospitium corporale. VEREC. in cant. 2, 22 l. 34 initium ... a virgine). PRISCILL. tract. 6, 94 Christus ... origo omnium ... nec quod est aliunde -ens. HIST. AVG. Claud. 11, 8 nec sola de hoste victoria, sed etiam vindicta -ta est. SERV. gramm. IV 437, 28 debemus secundum naturam actuum vel activum vel passivum -ere in declinatione *verborum.* FVLG. myth. 2, 14 inanem speciem -it. RVFIN. Orig. in Rom. 3, 8 p. 950^{D} ne Paulus tibi solus -isse propitiationis nomen videatur in Christo (*sc. adhibuisse sim.*). THEOD. PRISC. gyn. 11 iam convenit ... cibos humaniores -ere (humectiores *Gelenius. item -untur edenda, bibenda*: GREG. TVR. vit. patr. 7, 2 p. 687, 19 triticum ... aliis erogabat, ipse ... clam hordeum ... -ens. ALEX. TRALL. 1, 25 si consuetudinem habent bibendi ..., plus -ant [*om. gr.*]. CORIPP. Iust. 3, 109 -ere parcius escas [*3, 107* sumitur]. *al.*). ENNOD. opusc. 6, 7 vers. 10 p. 404, 15 (*verba Castitatis*) de ...meo, iuvenes, canam -ite vitam (*antea*: seponite). CASSIOD. Ios. antiq. 13, 33 p. 362 ut numquam contra se arma -rent (*gr. στρατεύσειν*). *al.*

II *pertinet ad cogitationem vel affectus animi* (*quod illustratur abl.* animo *l. 41. 53. 60. p. 964, 4. 22,* cogitatione *l. 44,* animo ac mente NOVATIAN. trin. 28, 5). *id, quod cogitatur vel ad quod cogitatio pertinet, indicatur per (acc. c.) inf., enunt. secund., acc., adv., v. infra suis locis; ceterum per praepos.* de *p. 963, 51 sqq.* (*iuxta enunt. secund. p. 963, 22 sq. 964, 50 sq. 55, obi. p. 964, 74. 965, 1. 6, adv. p. 965, 23 sqq.*). *id, quo fretus quis -at, indicatur per praepos.*: ex *p. 965, 35. 966, 9* (*iuxta obi. l. 59. p. 965, 2. 45, acc. adv.* nihil *p. 966, 47, acc. c. inf. p. 964, 26, enunt. secund. p. 963; 19,* de *p. 965, 43*), de *p. 965, 65 sqq. 966, 23. 34* (*iuxta obi. p. 963, 39. 46. 965, 13 et e. g.* SYMM. epist. 2, 30, 1, *enunt. secund. p. 966, 68*), in *p. 965, 55 sqq. 966, 45 sq.*, per *p. 964, 61. 966, 50,* ab GENNAD. dogm. 46 l. 6; *per abl. p. 966, 10 sqq. 51 sqq., per dat. p. 966, 17. 56* (*aliter dat. commodi, v. e. g. p. 963, 43. 965, 10, refl. p. 963, 46. 966, 38. 59. al.*). *breviloquentias quasdam v. p. 963, 33. 41. 966, 27, circumlocutiones* -tum habere (*vel* tenere) *p. 963, 16. 21. 964, 4. 52 nec non* -ens sum *p. 963, 20. fig. etym. fortasse p. 966, 36; cf.* TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 571, 26 qua *praesumptione* -bant.

A *vigente vi praeverbii temporali* (*quae illustratur per abl. modi l. 51, adv. temp.* iam *l. 48. 49. al.,* olim *l. 65*): **1** *servata quodammodo notione sumendi, capiendi*: **a** *fere i. q. animo sim. praeoccupare* (*sc. ante suum tempus; sed antequam alius eadem cogitet vel dicat l. 51. 56*): α *-untur futura*: Ⓘ *cum obi. acc.* (*suppl. l. 42; adv.* ut VAL. MAX.): VERG. Aen. 11, 18 arma parate animis et spe -ite bellum ([SERV. id est mente praeoccupate. *v. etiam vol. X 1, 419, 61*]. TAC. ann. 11, 7, 1 quem illum tanta superbia esse, ut aeternitatem famae spe -at? RVFIN. Basil. hom. 3, 1 p. 1744^{D} divitias ... inani spe inaniter -bat [*gr. p. 261^{B} ἤλπιζε tantum*]). VAL. MAX. 1, 7 ext. 8 *Hamilcar* spe ... deceptus cenavit Syracusis captivus, non, ut animo -erat, victor (SEN. epist. 91, 8 ⌞quantum plurimum potest evenire⌟ -amus a., si nolumus opprimi [⌞ ⌟ *enunt. relat., ut subaudias* tantum; *syn.*: ante oculos ... ponatur]). SEN. dial. 10, 4, 4 (*ad verba Augusti, v. supra p. 451, 36*) *ut otium,* quia usu non poterat, cogitatione -ret (PLIN. epist. 3, 1, 11 vitam *senis validi* voto et c. -o. PAVL. NOL. epist. 13, 24 promissa fidelibus bona). epist. 24, 1 mala accersere, ... patienda ... -ere, ac praesens tempus futuri metu perdere. 74, 33 *animus* -it illa *mala* et ante tempus cadit. FRONTIN. strat. 3, 17, 6 Galli -ta iam victoria *temere procurrerunt.* TERT. resurr. 22, 1 resurrectionem ... aut hic iam in veritatis agnitione -i aut ab excessu statim vitae vindicari. ARNOB. nat. 6, 4 p. 311, 20 *deum debere,* quod quisque conceperit sub ... tacitis sensibus, cognitione anticipata -ere. *al.* Ⓘⓘ *cum acc. c. inf.*: SEN. benef. 4, 34, 4 *sapiens* -it animo posse aliquid intervenire (dial. 5, 37, 3 multa tibi esse patienda). epist. 107, 3 contemnes *mala* ..., si saepe cogitaveris et futura (*sc. ea esse*) -eris. GAVDENT. serm. 18, 10 *in caelo* nos habitare -imus. Ⓘⓘⓘ *cum enunt. interrog.*: ARNOB. nat. 5, 4 p. 252, 9 *Numa* -ens, quid dicturus esset Iuppiter, circumscripsit *eum.*

β *-itur ipsa futurorum spes, gaudium, opinio sim.* (*cf. B3*): VAL. MAX. 1, 5, 3 *L. Paulus* ex ... dicto *filiae* ... certam spem ... triumphi animo -psit (SIL. 7, 582 s. haud dubiae -ta ruinae. TAC. ann. 3, 46, 1 HIL. in psalm. 64, 7 AMM. 22, 6, 4. *al.*). SEN. dial. 6, 7, 4 *aliquis timet,* prout illum consuetudo infecit et imbecillum ... reddit -ta opinio *malorum.* QVINT. inst. 1 prooem. 20 altius ... ibunt qui ad summa nitentur, quam qui -ta desperatione ... protinus circa ima substiterint. PLIN. epist. 2, 10, 6 ut ... percipias gaudium, quod ego olim pro te non temere -o; imaginor enim *eqs.* (NEMES. cyn. 80 PHOC. carm. de Verg. 39). paneg. 79, 4 incognitam quandam ... -o laetitiam. SCHOL. Cic. Bob. p. 123, 22 caedis adgrediendae voluntatem. *al.*

b *fere i. q. animo antea assumere, in mentem antea recipere sim.* (*sc. antequam quidlibet fiat*): LVCAN. 6, 418 ad dubios pauci -to robore casus spem ... ferunt. QVINT. inst. 12, 9, 9 *male dicentibus* etiam male audiendi -enda patientia est. TAC. ann. 2, 73, 4 ut quis misericordia in Germanicum et -ta suspicione ... pronior *erat.* PLIN. epist. 8, 11, 1 intellego prius tibi, quod est posterius, nuntiandum, ut -ta laetitia sollicitudini locum non relinquat. HIL. in Matth. 10, 15 proficit ad tolerantiae assumptionem rerum

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imminentium cognitio, maxime si patientiae voluntas -atur exemplo. DICT. 6, 13 -ta ante iam opinio ... animis inhaeserat. SYMM. epist. 7, 47. CLAVD. DON. Aen. 8, 55 p. 121, 19 -ta intentione.

2 *mero respectu cogitandi sim.*: **a** *pertinet ad futura, nondum cognita*: **α** *i. q. credere, exspectare, pro certo habere* (*sc. praeiudicando sim.; maxime in bonam vel neutram partem, cf. abl. vel adv. e. g. l. 17. 18. 20. 24. 46. al., in malam e. g. l. 13. 39. 49. al.; distinguuntur vel opponuntur* sperare, optare *l. 13 sqq.* [*variat in contextu e. g. l. 37*]): Ⓘ *cum struct. verbali*: Ⓐ *acc. c. inf.*: VAL. MAX. 6, 4, 5 *M. Brutus* -erat ... vivere se sine victoria ... *non* posse. APVL. met. 11, 29, 4 te ... -e semper beatum *fore*. PS. APVL. Ascl. 25 quibus *causis sim. anima* ... inmortalitatem se consecuturam esse -it. TERT. cult. fem. 2, 2 l. 12 *ut* securae simus de conscientia nostra, optantes perseverare id in nobis, non tamen -entes (*sim. opp. ibid.* l. 16 speremus). ZENO 1, 2, 2 Christianus, qui resurrectionem futuram et audit et sperat et repositam sibi -it de Christo. LVCIF. moriend. 3 l. 2 AVIEN. Arat. 1832. SYMM. epist. 7, 101 -tum ... teneo *eqs.* PAVL. NOL. epist. 17, 3 spem ..., qua -imus te videndum *eqs.* (*item accedit gerund.*: CASSIAN. conl. 9, 33 fiducialiter. AVELL. 238, 6). *al.* Ⓑ *enunt. secund.*: ITIN. Alex. 4 ex quo iure sane sit -endum, quod ... pari potiare fortuna (LVCIF. moriend. 8 l. 61 credentes sumus et bene -entes, quod ... corpora sint resurrectura. AMBR. epist. 1, 5, 2 -tum ... habeo, q. adfuturus sis. obit. Theod. 35 -o de domino, q. suscipiat vocem orationis meae [*cf.* obit. Valent. 27 de te]. AVG. util. cred. 2, 4 p. 7, 11 q. *deus* ... non me deseret. *al.*). HIL. in psalm. 131, 14 propheta ... fide et spiritu -it, ut in tabernacula requiei dei ... introeat (*cum obi. anticipato*: GREG. M. dial. 2, 7, 2 quod -ere non potuisset ut fieret). EPIPHAN. SCHOL. Didym. in Ioh. 5, 14 p. 77, 5 sacri viri ... -unt, quia ... quae cupiunt deo adnuente merebuntur (*gr. θαρροῦσιν*).

Ⓘⓘ *cum obi. acc.* (*rerum praeter l. 33, cum acc. dupl. l. 44*): TAC. ann. 12, 41, 2 *ludis* spectaret populus hunc *Neronem* decore imperatorio, illum *Britannicum* puerili habitu, ac perinde fortunam utriusque -ret. TERT. nat. 1, 19, 2 mortuorum ... -imus resurrectionem. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 15 Iesum, qui ... in eo nomine venit, in quo Christus non -batur (*nisi subaudias* venturus esse, *ut sit nom. c. inf.*). resurr. 18, 2 quod etsi praedicatum ... non fuisset, ultro -i debuisset. VET. LAT. sap. 17, 11 (10) semper ... -it saeva conturbata conscientia (*gr. προσείληφεν τὰ χαλεπά, alia rec.* praeoccupant pessima). PANEG. 2, 42, 2 nec -ere veniam ... nec sperare fugam. ARNOB. nat. 2, 22 p. 91, 19 capiatne res fidem an sit leviter credita et frustrabili exspectatione -ta. DON. Ter. Andr. 826 quantum de benignitate amoris exigendum aut -endum sit. PALLAD. 3, 9, 8 pars ea *sarmenti,* de qua radix -itur. AVIEN. Arat. 1567 convenit Eoae pacem -ere lucis (*cf. 1563* exspectare serena). AMM. 23, 5, 23 erigite animos vestros multa -entes et bona *eqs.* AMBR. obit. Valent. 55 cui, *sc. Valentiniano,* remunerationem -o. off. 3, 13, 85 quanta honestatis auctoritas, ut deum adiutorem -ret *Iudith,* quanta gratia, ut inveniret. PAVL. NOL. epist. 50, 17 p. 420, 10 *Maria de Christo lugens* nihil sibi de ipsius resurrectione -ens. AVELL. 114, 4 fide, qua ... caelestia regna -imus. POMER. 3, 11 spe -tae impunitatis illecti. *al.*

Ⓘⓘⓘ *quod cogitatur indicatur per praepos.* de *vel adv., nisi omnino neglegitur*: TERT. cult. fem. 2, 2 l. 12 (*quae praecedunt v. supra l. 12*) qui -it, minus iam veretur, ... minus praecavet (*sim. ibid.* l. 18 *sublucet color sub B2b illustratus*). 2, 2 l. 23 *ut* -ere illis *servis dei* de bono suo feliciter liceat (fug. 5, 1 si ... certus *es te negaturum,* iam negasti, quia -endo te negaturum id despopondisti, de quo -isti. AMBR. Iob 2, 3, 9 de ... mercede *caelesti.* AVG. in epist. Ioh. 2, 10 de futura immortalitate -imus. *al.*). PASS. Perp. 21, 1 sicut -psi et praedixi (*gr. κατὰ τὴν πρόλημψιν* [*Salonius, -λεξιν trad.*]). AMM. 21, 10, 1 ut -bat. HIST. AVG. Alex. 9, 6 (*in acclamatione; contextu corrupto*) bene -imus. AMBR. paenit. 2, 9, 80 aliud est ... mereri, *sc. veniam,* aliud -ere (*antea*: ex fide speremus; *an ad B?*). PAVL. NOL. epist. 27, 2 p. 239, 22 ut plura in te, quam -erant, invenirent bona (PROSP. chron. I p. 478, 1342. p. 482, 1367. *cf.* AVG. soliloq. 1, 9, 16 aliter atque -eram).

praesagiendo quae postea manifesta fiunt: CAES. AREL. serm. 83, 3 (*respicitur Vet. Lat. gen. 18, 2* [*Rufin. Orig. in gen. 4, 1*] vidit ... et occurrit *hospitibus*) -psit Abraham et occurrit obviam eis (*cf. 83, 4* in eo quod tres vidit, sicut iam dictum est, trinitatis mysterium intellexit).

β *i. q. praemeditari, sibi proponere* (*sc. praeparando actiones futuras; cf. p. 957, 41. 68*): VET. LAT. gen. 11, 6 (Ps. Philo antiq. 7, 2) omnia ..., quae -erint facere (*gr. ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν, Aug. civ. 16, 4 p. 129, 23* conati fuerint, *Chron. Alex. chron. I p. 94, 22* proposuerunt, *aliter Vulg.; item c. inf.*: PAVL. NOL. carm. 19, 502 *puer* -it corde fideli non remeare domum nisi cum cruce *a fure ablata*). CLAVD. DON. Aen. 1, 5 p. 9, 14 *Iunoni* consentire debuerant et idem velle, quod illa -erat. AVG. civ. 3, 4 p. 101, 10 *ut* animus humanus ... res magnas adgrediendas -at audacius, agat vehementius. LVX. anth. 345, 10 dulce loquebatur, quidquid -erat, ore *puella* (*si sic interpungendum*). INSCR. Année Épigr. 1964 n. 237 (*in opere musivo Africano*) o leo, -isti, expedisti, dedicasti (*sc. aedificium? cf. similem seriem verborum in titulo Africano aedificatorem quendam laudante supra p. 901, 16*).

b *pertinet ad ordinem actionum, fere i. q. antea considerare, antea noscere*: SEN. nat. 6, 3, 1 *ne terrae motus sim. timeatur,* illud ... proderit -ere animo, nihil horum deos *iratos* facere. TAC. ann. 14, 64, 3 *lectores* -tum habeant, quotiens ... caedes iussit princeps, grates deis actas *esse.*

c *pertinet ad opinionem inconsideratam, fere i. q. praepropere credere* (*sc. antequam exploretur; specimina paucissima, quorum contextu illustratur respectus temporis; cetera v. sub B1*): VEL. gramm. VII 58, 8 ratio illos *grammaticos* -ta decepit; ante enim respicere debebant *eqs.* TERT. nat. 1, 4, 2 temeritate -retur *hanc sectam malam esse*; prius erat cognoscere *eius* auctorem *eqs.* (*cf.* apol. 2, 19 nolunt inquiri ..., ut nomen *christianum* ... -tis, non probatis criminibus ... damnetur. *spectat ad usum iuris sub B1b illustratum*).

B *vi praeverbii minus vigente*: **1** *usu communi fere i. q. mente concipere, opinari, putare, existimare* (*usu derivando ex notione sub A2c illustrata -untur fere ea quae explorari non possunt, quae non probata vel etiam falsa sunt, cf. abl. subst. vel adv. l. 24. p. 965, 19. 26 al., subi. e. g.* error TERT. adv. Marc. 1, 11 p. 304, 14, fides ZENO 1, 36, 8. *opponitur e. g.* invenio *l. 61,* approbo *p. 965, 43,* comperio *l. 52,* opto *p. 965, 33, scripturae auctoritas p. 965, 4 sq.; vix est quod moneamus quaedam non modo cogitari, sed etiam dici, ut vergant ad I, e. g.* HIL. *l. 64*): **a** *generatim*: **α** *cum struct. verbali*: Ⓘ *acc. c. inf.* (*cf. β*): VAL. MAX. 1, 6, 10 *consul* -psit animo ea re (*sc. omine*) significari exitium suum. APVL. met. 5, 29, 4 -is ... te solum generosum nec me ... posse concipere. PAPIN. dig. 12, 6, 3 reverso filio, quem pater obisse falso -erat. TERT. apol. 13, 1 *deos,* quos -itis esse, neglegitis. cult. fem. 2, 10 l. 30 cautius egerimus, si -amus omnia ... a deo provisa tunc. PS. CYPR. ad Novat. 7, 1 *lapsos* admittendos *non* esse -unt ex illa domini pronuntiatione. CHALC. comm. 210 sola ... sensilia pro vero ... esse. NON. p. 455, 9 rostrum hominis dici non debere consuetudo -psit. HIL. in psalm. 1, 7 qui nullum esse mundi creatorem inreligiosa opinione -unt. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 336, 6 Ennius Anchisen ... divini quiddam habuisse -it sic: '...' (*ann. 18 sq.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 13, 4 inimicus noster artem suam ... vinci non posse -erat (*Migne gr. 36, 349A ᾤετο*). *et saepe.* *pendens e pass. impers.*: VLP. dig. 12, 3, 7 vulgo -itur alium ... non debere iurare (*postea*: Papinianus ait). 21, 1, 31, 21 ⌞-tum ... est⌟ quosdam servos bonos esse, quia natione sunt non infamata (⌞ ⌟ *item pro praes.* -itur [*cf. Hofmann-Szantyr 306*], *nisi usum pro subst. agnoscere malis*: 21, 1, 37 -tum est ... *rudia* mancipia ... dociliora *esse*). TERT. anim. 53, 3 -itur. castit. 13 l. 40 -endum est. *al.* Ⓘⓘ *nom. c. inf.* (*v. etiam sub b*): TERT. carn. 3 l. 11 si *quid,* cum non sit, esse -itur. GAVDENT. serm. 9, 8 (*syn.* creditur; *subaudiendo inf.* esse *ut*: CASSIAN. inst. 3, 9, 2). 15, 18. *loco dubio*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 34 lenimento perspecto, -to etiam ⌞aegrotanti⌟ ... perferre ... vomitum ..., audemus ... adhibere *curationem quandam* (praeresumpto *Bendz; particula* etiam *considerata* ⌞ ⌟ *potius abl. intellegas quam dat. cum* adhibere *iungendum*). Ⓘⓘⓘ *inf. solo*: TERT. carn. 4 l. 45 quaere ..., etsi -eris invenisse. IREN. 5, 30, 1 l. 35 qui falso -unt scire nomen *antichristi* (*gr. τοῖς ψευδῶς προειληφόσιν*). LVCIF. moriend. 15 l. 19 dum damnare nos putas, ... dum punire nos posse -is. RVFIN. hist. 7, 22, 8. *al.* Ⓘⓥ *enunt. secund.* (*praeparata pron. l. 51*): ALTERC. Heracl. p. 139 frustra -is, qui⟨a⟩ deum ante tempus praedicas (*item c. indicat.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 19, 3. AVG. epist. 238, 29 -psi ... de ... prudentia tua, q. potes considerare *eqs.* serm. 9, 4 hoc ... de caritate vestra). SYMM. epist. 1, 79 -tum aut compertum tenes, quanta mihi sit tuae laudis antiquitas. AMBR. in Luc. 7, 47 -o, quod profunda mysteria ... possim aperire *vobis* (AVG. bapt. 5, 2, 2 bene -psit *Cyprianus,* q. caritas ... cooperire posset *peccatores.* in psalm. 58, serm. 1, 7 l. 9 *Iudaei* de se -unt, q. iusti sint, et tamquam sani sibi videntur. RVRIC. epist. 1, 15 p. 368, 13. *al., sc. cum coni.*).

β *cum acc. dupl.* (*nisi subaudire malis inf., cf. e. g. supra l. 23*): APVL. met. 7, 27, 4 se -it innocentem. TERT. apol. 21, 17 quem *Christum* ... hominem solummodo -erant de humilitate, sequebatur uti magnum aestimarent de potestate. 49, 2 non expedit falsa dici ..., quae expedit vera -i. monog. 8, 4 Petrum solum invenio maritum ..., monogamum -o per ecclesiam. IVL. VAL. 2, 29 p. 98, 21 nil homines quam quaeque praesentia sua -ere oportere. HIL. trin. 6, 30 temerariam Iudaeorum usurpationem patrem sibi deum -entium (*Ioh. 8, 41* patrem habemus deum. *vergit ad I*). VINCENT. LER. comm. 24, 8 quis ... tantam virtutem liberi -psit arbitrii, ut *eqs.* (*nisi ad γ*). *al.* *abl. qual. pro praedicativo*: MAR. VICTOR. aleth. 3, 157 signa ... valido -it opinio *superstitiosa* sensu (*antea*: casum praecepta putant).

γ *cum obi. acc. solo (sc. sine praedicativo), quo indicantur*: Ⓘ *ea ipsa quae existimantur, cogitantur* (*sc. pron. vel adi. neutr. praeter* ARNOB.; *paulo aliter sub 3*): TERT. adv. Marc. 4, 26 p. 509, 5 scilicet quia alium deum aliter existimaret orandum; hoc qui -erit *eqs.* scorp. 11 p. 171, 24 probata non credere, non probata -ere. test. anim. 5 p. 140, 23 quid anima possit de *deo* ... -ere. VET. LAT. sap. 7, 15 dicere ex sententia et -ere digna horum quae dantur (*gr. ἐνθυμηθῆναι ἀξίως*). ARNOB. nat. 3, 10 p. 168, 22 sub

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obtentu pio talia de his *deis* monstra opinionum indignitate -ere. HIL. ad Const. 2,6,2 irreligiosa -imus (*antea*: mentimur). in psalm. 2,20 haec ... ex auctoritate testamenti veteris -ta sint. RVFIN. Orig. in iud. 3,6 p. 486,18 hoc ne -tum ... videatur a nobis, debemus ex scripturarum id auctoritate firmare (*simili oppositione*: 7,2 p. 507,9 hoc non ego -o, sed scriptura refert. TRACT. Pelag. 3,18,7 p. 58. *al.*). AVG. civ. 18,13 p. 273,7 quantum mali de hominum -erint cordibus. *al.*

Ⅱ *externa* (*exempla certiora*): Ⓐ *quae omnino esse, exstare putantur*: TERT. adv. Hermog. 16, 3 si ideo materia -ta est, ne deus mali auctor videretur. pudic. 10 p. 239, 22 dominus Sidoniis et Tyriis -psit paenitentiam, si virtutum documenta vidissent (*respicitur Matth. 11, 21*). CHALC. comm. 285 quae cuncta possibilitate dicuntur esse -tā eorum existentiā contemplatione possibilitatis. COMMENT. Lucan. 8, 514 amicos ... de amicitia -tos et fide. AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 5 quare non -at *homo* favorem domini, tam pretioso emptus sanguine? *al.* Ⓑ *quae aliquo modo percipiuntur* (*in sermone philos.*): ARNOB. nat. 1, 38 p. 33, 8 nullius aliquando cognitione -tam materiam illius *mundi* (*aliter* TERT. *l. 9*). CHALC. transl. p. 28^{C} quae *sensilia* opinio sensu aliquo commota -it ([*gr. δόξῃ περιληπτά*]. comm. 302 quae *s.* inrationabili opinione -untur incerto quodam opinionis eventu [*opp.* intellegibilia ... intellectu comprehenduntur rationabili indagine]). comm. 347 cuius *silvae* natura rectae rationis et non recti confusique intellectus -atur consortio.

δ *cum praepos.* de (*fere pro obi.; accedunt adv. vel locut. adv.*): APVL. met. 3,15,4 paveo ... revelare secreta; sed melius de te doctrinaque tua -o, qui ... nosti ... silentii fidem (PAPIN. dig. 31,67,10). TERT. apol. 21,3 de deo aliter -imus. IREN. 3, 11, 7 *Ebionei* non recte -entes de domino. CHALC. comm. 321 certa aliqua comprehensione ... de veritate silvae. DOSITH. gramm. 68, 1 male -o de illo: *κακῶς ὑπονοοῦμαι περὶ ἐκείνου* (GLOSS. m. -o de illo: m. existimo). RVRIC. epist. 2,29 p. 413,12 ita de nobis -ere et indicare.

ε *exempla cetera*: TERT. adv. Prax. 19 p. 261, 8 quomodo isti -unt in perversum haeretici. CHALC. comm. 210 ita. SYMM. rel. 48, 5 quantum. HIER. in Ioel 2, 12 l. 281 sententiam tempero et opto potius quam -o dicens: 'quis scit, si ... ignoscat *deus*?' RVFIN. Orig. in iud. 3, 5 p. 486, 1 quodsi licet in talibus ex simili -ere, puto, quod *eqs.* *al.*

b *speciatim in iure respicitur, quid in re dubia pro certo habeatur, quid iuris esse existimetur* (*digestorum exemplа aetati Iustiniani tribuebantur a viris doctis, v. e.g. Kaser, Zivilprozeßrecht, 487, sed usum testatur etiam* TERT., *ceterum* CELS. *alludere videtur ad verba senatus consulti; cf. p. 970, 35*): CELS. dig. 36, 1, 2 -tum est voluisse testatorem cum onere legatorum fideicommissum restitui (*'sc. sec. S. C. Trebell. [dig. 36, 1, 1, 2]' Wittmann in plagulis*). SCAEV. dig. 32, 33, 2 quod -tum esse debet, nisi contrarium ab herede approbetur (*sim.* VLP. dig. 32, 73, 3). TERT. apol. 2, 11 cum -atis de sceleribus nostris ex nominis confessione (*ibid. iterum; ceterum huc pertinent, quae vigente vi praeverbii temporali p. 964, 10 sq. attulimus*). VLP. dig. 11, 7, 14, 8 ex hoc ipso ... aditio *hereditatis non* -itur. PAVL. dig. 48, 10, 18, 1 *quidam tutor* suspectus esse -itur (*aliter sent. 3, 6, 15. item nom. c. inf.*: COD. Iust. 5, 13, 1, 13a. 6, 27, 5, 1b)..

2 *vi aucta*: **a** *in bonam vel neutram partem respicitur certa fidentis persuasio, fere i. q. confidere, fiduciam habere* (*saepe in dei aliorumque auxilio, rarius in propriis virtutibus, ut l. 74, quod improbatur e. g. l. 72 sq.; pro syn. est* (con)fidere *l. 64. p. 966, 22 sq. al.; cf.* SYNON. Cic. p. 424, 24 [*simul spectat ad b*] fidens. confisus. elatus. fiducia actus. -ens. *non accedit acc. nisi neutr. pron. vel adi., e. g. l. 69. p. 966, 13*): **α** *accedunt structurae quibus indicatur, cui vel qua re quis confidat*: Ⅰ *praepos.*: Ⓐ in: VET. LAT. psalm. 83, 6 (cod. 136) *populus* in te, *deus,* -ens in corde suo (*versionem aramaeam 'fiducia eius' confert Ammassari, 1987, ad l.; aliter recc. cet.*). AMBR. in psalm. 43, 12, 4 *non* in sua confidentia ..., sed quia -bat in Christo. 43, 14, 1. PAVL. NOL. epist. 6, 3 audemus in virtute Christi ... vel indigni -ere. AVG. in psalm. 48, serm. 1, 8 ('qui confidunt in virtute sua') alii -unt in virtute sua, alii in divitiis. 86, 6 l. 18 *Raab* -psit in promissione *exploratorum* (*Ios. 2, 12 sqq.*). 126, 13 l. 34 qui volunt homines in seipsos -ere *eqs.* (*item certe cum acc.*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 166, 31 in eum -ite, qui dixit: confidite *eqs.* [*Ioh. 16, 33*]. PASS. Euseb. soc. [BHL 2742] 4 in quem ... -is? :: ... in domino nostro Iesu Christo). *al.* Ⓑ de (inde *p. 966, 1,* unde *l. 75; c. praedicativo* SIDON.): ZENO 1, 34, 9 *Ninevitae* quantum sciunt dominum non esse mendacem, tanto propensius eius de pietate -unt. COMMENT. Lucan. 4, 406 ('confisus gente Curictum') *Antonius,* cum -psit ... de Curictis, inclusus est. FVLG. aet. mund. p. 167, 6 nihil esse de potentia -endum. AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 33 *non* -ere de ... animalibus (*antea*: incursus bestiarum timere). in Luc. 2, 84 p. 88, 16 time dominum et -e de domino. sacr. 5, 4, 19 -e non de operatione tua, sed de Christi gratia (*sim. e. g.* AVG. in psalm. 46, 13 de deo -ere ... non de se. serm. 216, 2). HEGES. 5, 46, 1 p. 397, 16 de virtute corporis -batis (*gr. 6, 330 πεποιθότες*). AVG. epist. 105, 6 unde ... -imus, si vultis nosse, *eqs.* 157, 7 non ... de suis viribus -at aegrotus; ... nam si inde -it *eqs.* serm. 335B, 5 coll. Morin p. 562, 30 non de nostris viribus ad ista vincenda -amus. 335K, 5 Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 72, 13 dignus deus noster, de quo -retur. EVOD. epist. ad Val. 7 p. 255, 47 periclitamur, si de nobis ipsi in aliquo -ere voluerimus. CONC.^{S} II 3, 1 p. 138, 14 -entes de vestra iustitia (*II 2, 1 p. 59, 17* confidentes, *gr. II 1, 1 p. 154, 21 θαρροῦντες*). SIDON. epist. 1, 10, 1 de amicitia mea vel -ere tuta vel inlaesa credere. GREG. M. in Ezech. 2, 3, 21 l. 520 de spe ... dei -ere in dubiis. *et saepe.* Ⓒ ex: APON. 12, 9 *Christus* docet eam ... robur brachii, ut semper ex se -at, dicendo: '...' (*cant. 8, 6*).

Ⅱ *abl. nudus*: AVG. epist. 93, 17 veritas, qua numquam -istis, *Donatistae.* CASSIOD. var. 5, 42, 7 *venator* rotabili facilitate -ens. hist. 6, 46, 10 *Iulianus in pugna* inermis ... spe felicitatis suae -ens (*Socrat. 3, 21 p. 433^{A} θαρρῶν*). in psalm. 43, 22 l. 366 fuga. IORD. Get. 255 gens ... eo telo multum -bat. REGVLA mag. 10, 45 nihil suo iudicio -ens. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 47, 15 nutu ... divino et intentione *imperatoris* (*gr. I 1, 5 p. 130, 24 θαρρούντες, cf. I 5 p. 354, 11* fisi). *al.*

Ⅲ *dat.*: PS. FVLG. RVSP. serm. 66 p. 938^{B} huic *Christo* ... secure -it *mulier* (*Luc. 8, 43 sqq.*).

β *exempla cetera*: CLAVD. DON. Aen. 7, 210 p. 32, 15 *Latinus* ostendit eos *Troianos* habere debere fiduciam -endi. PHILIPP. in Iob rec. long. 27 p. 693^{B} recte -it. AVG. serm. 335K, 5 Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 72, 12. virg. 29, 29 -ite ..., fidite, roboramini *eqs.* VITAE patr. 5, 11, 2 non confidis de operibus tuis? ... non -o (*gr. Cotelier p. 381^{B} θαρρῶ*). PS. FVLG. RVSP. serm. 66 ut laus publica fieret -enti *mulieri* (*Luc. 8, 43 sqq.*). 70. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 2 p. 411 *Christus* docens nos -ere contra mortem et eam nullius existimare momenti (*gr. p. 194 καταγελᾶν*). GREG. M. moral. 5, 56 spiritus *noster* ... pavore se concutit, sed tamen spes -it. *per breviloquentiam accedit obi. acc.*: PAVL. NOL. carm. 27, 469 fontes -ere caelo, *sc. venire* (*cf. p. 962, 27*).

b *in malam partem respicitur nimia sui existimatio, fere i. q. arroganter de se credere sim. vel superbire, sibi arrogare sim.* (*accedunt abl. vel adv. vim verbi illustrantia l. 40. 44. p. 967, 5, ceterum e. g.* OROS. hist. 7, 35, 22 arrogantissime. *cf.* SYNON. Cic. *supra p. 965, 53 et* GLOSS. -o: *αὐθαδίζομαι*): **α** *indicatur potius, qua re vel cui quis arroganter fidat, per*: Ⅰ *praepos.*: de (*accedit* ad *l. 42 sq.*): CYPR. laps. 18 contempto domino de sua facilitate -ere *et peccata remittere lapsis.* HIL. in Matth. 20, 12 ⌞hanc praesumptionem⌟ eos ... de praerogativa Israelitici nominis velle -ere (⌞ ⌟ *regens acc. c. inf., an obi. figurae etym.?*). OPTAT. 6, 3 p. 149, 6 qui vobis de vestra sanctitate -itis. FAVSTIN. trin. praef. l. 36 non ... de nostris viribus -entes, sed habentes fiduciam de patrocinio salvatoris. AMBROSIAST. in II Cor. 10, 7, 1 de se -entes inflatione animi. AVG. gen. ad litt. 10, 8 p. 305, 11 superborum ... de sua vanitate -entium. grat. Christ. 8, 9 ne ad faciendam iustitiam de liberi arbitrii quasi propriis viribus -atur (in psalm. 31, enarr. 2, 1. in Rom. 24, 2. *v. etiam supra l. 2*). 45, 50 audiat humiliter, ... non de se pertinaciter -at. *et saepius.* *praepos. ceteras*: AMBR. hex. 6, 7, 43 sine anima caro nihil est; ... quid igitur in carne -is? (in psalm. 43, 15, 2. AVG. in psalm. 32, enarr. 1, 16 in sua virtute multum. *al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 55, 1 nihil ex his, quae deorsum sunt, -ere neque inflari per scientiam ([*Migne gr. 35, 465^{A} μὴ φρονεῖν τοῖς κάτω*]. AVG. in psalm. 70, serm. 1, 18 quasi ex eo quod agunt -unt [*postea*: de suis operibus glorietur]). COMM. instr. 1, 32, 5 (*tit.* sibi placentibus) per gradum et lucra avidus fortunae -is. Ⅱ *abl. sine praepos.*: PHILO quaest. in gen. 4, 195, 3 p. 68 ne quis procerum -at facile occasionibus, sed *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 11, 705 p. 521, 12 *equi* virtute -is (*antea*: superbia ... attolleris). CASSIAN. inst. 2, 3, 2 nihil sibi ... annorum numerositate -ens. CASSIOD. var. 9, 25, 11 numquid tali actione -ens aliqua se elatione iactavit? IORD. Get. 229 affinitate Theoderidi. Ⅲ *dat. pron. refl.* (*addas l. 70. 72*): AMBR. parad. 4, 24 nemo debet sibi facile -ere (*postea*: nec adrogare sibi). Ⅳ *enunt. secund.*: AMBROSIAST. in II Cor. 11, 18 ('gloriantur secundum carnem') *Iudaei* -bant sibi, quod essent filii Abrahae (*aliter l. 69*). AVG. in psalm. 26, enarr. 2, 17 accepto libero arbitrio quasi -is, ⌞unde⌟ ambules; noli de te -ere *eqs.* (⌞ ⌟ *i. ut inde, sc. arbitrio? cf. Hofmann-Szantyr 646 δ*).

β *indicatur potius, quid quis arroganter credat, per: acc. c. inf.*: PS. AVR. VICT. epit. 12, 3 cum se mereri omnia -ant *quidam.* ZENO 1, 34, 1 quis terram aqua portari ... se nosse -at? AMBR. hex. 6, 2, 7. AVG. civ. 19, 27 p. 403, 21 quis ita vivere se -at, ut ..., nisi homo elatus? epist. 199, 4 quis ... docere audeat vel se scire -at. VINCENT. LER. comm. 17, 14 se plus cunctis sapere -it. *al.* *enunt. secund.*: AMBR. hex. 5, 5, 14 -is de potentia, quod nemo tibi possit resistere: -bat et silurus, quod hamum nemo sibi iaceret (*aliter l. 59*). PS. AMBR. symb. 193 quomodo tu tibi ... -is, ut noveris *generationem filii dei*? *obi. acc.* (*vix huc acc. adverbiales l. 46. p. 967, 1. al.*): AVG. serm. 13, 2 peribis, si tibi ista, *sc. te non deliquisse,* -eris, si tibi ista a te ipso esse putaveris.

γ *exempla cetera*: TERT. resurr. 32, 5 *quidam* discendi magis adfinis quam -endi et ... divinae potius sapientiae religiosus quam suae libidino-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sus. ZENO 2,25,1 quid -ant *Iudaei a deo vituperati,* aestimare non possum. AVG. serm. 285, 4 *deus martyres* repressit -entes et vocavit credentes. COMM. apol. 727 quid isti -unt ... dicentes: ... nos sumus carissimi *deo*? PROSP. in psalm. 144, 9 ut nemo desperet, nemo -at. VEREC. in cant. 1, 10 elato corde -it. CASSIOD. in psalm. 118, 149 l. 2729 nihil esse -endum, si aliquid nobis ... arriserit.

3 *fere i. q. (as)sumere, capere, sc. -untur ipsi affectus, cogitationes (aliter p. 964, 70; futurorum spem sim. v. p. 962, 58)*: FILASTR. 137, 1 *quidam legentes* 'faciamus hominem ad imaginem ... nostram' (*gen. 1, 26*) ... non parvam sibi -unt superbiam dignitatis (*sublucet color arrogantiae*). OROS. hist. 4, 21, 8 Carthaginiensibus aliquando visum est homines immolare, sed male -ta persuasio brevi praetermissa est. CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 21, 7 in defendendis perperam -tis opinionibus pertinacia. ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 12 sententiam. IORD. Get. 218 *discessu hostium* gaudia -untur. GREG. M. moral. 14, 78 *Iob* veram certitudinem de spe resurrectionis -it.

part. praes. **praesūmēns,** -entis *usu nominali vergens in notionem q. e. superbus, arrogans (confidens l. 30; servata struct. verbali accedit* de *l. 25. 30)*: **1** *adi. (pauca certiora)*: FILASTR. 128, 9 temptantis est enim hominis voluntas huiusmodi ac -is, non quaerentis ac supplicantis, ut *eqs.* EXC. barb. p. 236, 13 *Semiramis* mulier fuit maligna et -s et impudica. CASSIOD. in psalm. 146, 10 l. 207 animal cervice -s (*sc. equus, superbiae exemplar*). GREG. M. moral. 2, 78 l. 50 -i menti (*antea*: a se habere putat *mens virtutes suas*). **2** *subst. masc.*: AVG. in euang. Ioh. 95, 2 l. 16 non est notata iustitia sapientis, sed superbia -is (Ps. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 655^{B} s. de se -ium. *cf.* CONC. Rom. a. 499 p. 403, 2 audacia -ium). in psalm. 118, serm. 26, 7 l. 20 (*iuxtaponuntur* superbi *ut e. g.* in psalm. 131, 24 l. 3 spir. et litt. 7, 12). FAVST. REI. grat. 1, 15 p. 48, 12 *deus* -es ... compressit. CASSIOD. var. 4, 17, 3 -bus imperat (*antea*: audacibus iubere). *al. in bonam partem i. q. confidens sim.*: AVG. c. Fel. 1, 12 p. 814, 29 *deus* virtus est ... fidelium ... et pleno corde de se -ium.

adv. **praesūmenter.** *i. q. modo praesumentis, cum praesumptione*: **1** *pertinet ad actiones*: **a** *arrogantium*: HIL. coll. antiar. p. 66, 15 *Iulius* defendebat ... Athanasium -r atque audaciter, hominem cuius nec testes noverat nec accusatores (*cf.* MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 26 p. 740 audenter atque -r). AVG. serm. 277, 13 nihil temere ac -r definire audeat humana fragilitas. GREG. M. epist. 7, 37 l. 53 (*hyperbolice vel iocose in poscendo xenio*) -r cognidium requiro (-entes, -ens *var. ll.*). **b** *confidentium*: CASSIOD. var. 5, 15, 2 -r ... conveniat ad eum *Severinum, virum illustrem,* laesorum tumultus: speret remedium.

2 *pertinet ad cogitationem quae aliquid assumit, antequam intellegi vel probari possit*: AVG. in euang. Ioh. 14, 8 l. 45 (*ad 3, 33* qui accipit eius *dei* testimonium, signavit, quia deus verax est) accipe, et signas, -r intellegis, definienter agnoscis.

p. p. p. **ˣpraesūmptus,** -a, -um *pro adi. vel subst. compar.* -ior *p. 968, 27. 33 sq. 40 (var. l. pro* praesumptores AVG. spir. et litt. 34, 60 p. 221, 4); *cf.* quam -us *l. 54,* admodum -us *p. 968, 25.*

1 *usu communi, sc. qui ad vim passivam referri possit*: **a** *pro adi.*: **α** *de opinionibus, affectibus, actionibus, quas quis inconsiderate vel illicite assumat vel audeat, ut vergat in vim q. e. vanus, falsus vel pravus, iniquus (unde facile intellegi potuit etiam vis activa sub 2 allata, ut e. g.* licentia -a, *sc. illicite usurpata, sit i. q. licentia insolens, temeraria sim.; hucine p. 961, 61?)*: QVINT. inst. 2, 17, 28 *si* nihil invidia valeat, ... nihil opinio -a falsique testes (HIL. trin. 1, 6. *cf.* ARNOB. nat. 3, 16 p. 174, 13 -a in opinatione peccasse). ZENO 2, 3, 10 o quam -a *est fides,* quae mavult magis novellae traditioni suae credi quam antiquitati. PRISCILL. tract. 2, 48 *nos* nemo ... -a accusatione damnaverat. EVAGR. vita Anton. 90 p. 967 ob -am Aegypti consuetudinem (*seq.* consuetudinis vanitas). Ps. AMBR. serm. Sess. 3, 10 p. 138^{B} ne mea interpretatio -a vel temeraria ... iudicetur. CLAVD. DON. Aen. 7, 363 p. 59, 25 *Paridem* in raptu ... -a temeritas ... *non* revocavit (RVFIN. Orig. in lev. 5, 9 p. 351, 6 non t. -a assumamus nobis cunctorum scientiam. VEREC. in cant. 2, 28). RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 10, 1 -am illam Pythagoricorum de magistro sententiam: *'αὐτὸς ἔφα'* (*Migne gr. 36, 23^{B} καινοτέραν ἀλαζονείαν*). Ps. AVG. quaest. test. 114, 3 *pagani* auctores -ae et confictae religionis. QVODV. prom. 2, 19, 35 -am audaciam haereticorum (REG. eccl. Carth. l. 445). OROS. hist. 4, 5, 2 Carthaginienses ... rupti foederis labem -o accumulare peiurio. EPIST. pontif. 293 Migne 20, 495^{C} usurpatione -a, quae sibi viderentur, ... obtinere. CASSIOD. inst. 1, 15, 16 caelestis auctoritas ne discerperetur -a licentia *eqs.* in psalm. 5, 11 cogitationes -as. *al.* **β** *de filiis extra matrimonium legitimum creatis*: CHALC. comm. 346 (*ad transl. p. 52^{B}* adulterina ... ratiocinatione) *filios* legitimos et item -os nominibus discernimus; legitimos Graeci gnisios vocant, ⟨-os nothos⟩ (*suppl. Waszink*).

b *pro subst. neutr. (plur. praeter p. 968, 1. 5. 7. 11; cum gen. p. 968, 4. 16)*: **α** *significantur pro certo habita*: ① *in arte rhet. de statu qui respicit rem, de qua constat*: QVINT. inst. 3, 6, 35 qui *ἀπρόληπτον* et *προληπτικόν* dicunt, id est 'dubium' et '-um', quo significatur de quo liquet. ② *de opinione, exspectatione, consilio sim. (hucine* VLP. *supra p. 964, 34?)*: TERT. anim. 2, 6 quaeruntur incerta, ... disputantur -a. ARNOB. nat. 3, 7 *non* in aurem ... admittere lectionem opinionum suarum -a vincentem. HIL. trin. 11, 24 si ... errore -um aliquid sensu tenebimus. SYMM. epist. 7, 8 *epistulae* lectio spem reditus mei pollicebitur, si fors -a confirmet. PAVL. NOL. epist. 29, 9 p. 256, 11 maiora -o donare credentibus. AVG. c. Petil. 3, 59, 72 p. 227, 17 inter verum falsumque discernere ..., inter divina praedicta et humana -a. **β** *significantur illicite usurpata, contra fas vindicata sim. (huc traxerim* GLOSS. temerata: violata, contaminata, -a): HIL. trin. 1, 35 nihil novum, nihil extrinsecus -um afferentes *in disceptatione.* COD. Theod. 14, 15, 6 *iudices,* quos ex urbicario canone quidquam usurpasse constiterit, in quadruplum -a poscantur (*item contra ius*: INTERPR. cod. Theod. 2, 1, 3 violenter -a restituat. EDICT. Hunir. Vict. Vit. 3, 8 EDICT. Theodor. 124 CASSIOD. var. 9, 18, 1). CONC.^{S} II 5 p. 26, 13 contra rerum talium -a provenire sancitum est.

2 *usu deflexo, sc. vi activa i. q. audax, confisus sim. vel temerarius, insolens sim. (non nisi de animantibus eorumque animo vel multitudine; de re personata l. 37. ad originem notionis v. quae p. 967, 50 sqq. monuimus, unde nonnulla huc trahas, ceterum cf. alia p. p. p. active adhibita, e. g.* offensus *vol. IX 2, 493, 10)*: **a** *adi.*: **α** *indicatur qua re fretus quis audax sit (sc. per abl.;* de *c. abl. l. 31; huc spectare videtur* GLOSS. IV 344, 49 fretus: -us, plenus, instructus [*sim.* V 296, 23; -u⟨osu⟩s *coni. Goetz in indice praeter necessitatem*]): FVLG. aet. mund. p. 161, 8 Machabaeos ... septem claro genere -os admodum fratres armat *manus dei.* p. 162, 11 *Iudith* morum pudore -a. myth. 3, 1 p. 361, 4 *δαμαστὴς ἔρως λεοντείᾳ δυνάμει θαλερός,* id est: domitor cupido leonteia virtute -ior. AVELL. 176, 1 Augusti -i genere spem ... gessimus. DRAC. laud. dei 3, 283 *Lacedaemoniorum* manus ... confisa periclis, spe mortis -a suae. Orest. 326 *uxor* -a suae dulcedine linguae. Ps. FVLG. RVSP. serm. 74 *David* non de sua virtute praesumebat, sed -us de ... Christi iustitia ... clamabat (FACVND. defens. 10, 2, 6 de manifesta rei veritate -us *Iohannes*). CASSIOD. Ios. antiq. 18, 334 p. 542 mea fide -us (*gr. τεθαρρηκότι*). CORIPP. Ioh. 4, 550 *filius* eximius sumptis -ior armis (5, 260 eximiis ... -ior a.). PRIMAS. in apoc. 3, 15 *quidam* fiducia litteraturae -i (-entes *edd. vet.*). **β** *vario usu*: RVFIN. apol. Orig. praef. 1 l. 11 nihil -o vel praeiudicato animo agere. Ps. AVG. serm. ed. Mai 40, 1 existi -us, *Pharao.* DRAC. laud. dei 2, 373 rebellantum moles -a gigantum. Romul. 5, 91 quando fugax -us erit vel debilis audax? VEREC. in cant. 9, 30 bellatoris -i. MVTIAN. Chrysost. hom. 10, 1 p. 305 -os ... esse (*gr. p. 83 θαρρεῖν*). 22, 3 p. 375 tunc ⌞confidens ac -ior efficeris⌟ (*gr. p. 158 θαρρεῖς*). CORIPP. Ioh. 2, 45 *gens fortis* it campis -a per hostes. 3, 128. 138. FACVND. defens. 12, 3, 13 si existimationem cordis male -i sequimur (*postea*: pro temerariorum suspicione iudicare).

b *subst.*: *neutr.*: DRAC. laud. dei 2, 738 ima levas et celsa premis, ⌞-a⌟ coactus adteris et tenues ... firmas (⌞ ⌟ *'i. superbos' Vollmer in indice*). *masc.*: CASSIOD. var. 7, 13, 4 tunc -us (*var. l.* praesumptor) facile capitur, cum custos minime supervenire sentitur ('-us: *i. in quem furti suspicio confertur' Traube apud Mommsen in indice vix recte ad 1 trahens*).

adv. **praesūmptē.** *compar.* -ius AVG. [*falso trad.* HIST. AVG. Car. 4, 1 praesumptae gravitate (*P,* -e veritatem *Σ,* prae summa varietate *Obrecht*).]

i. q. modo praesumpto (potius vi activa, v. l. 17. p. 967, 50): **1** *in malam partem, i. q. temere vel arroganter*: AMBR. epist. extra coll. 9, 4 ne absentibus partibus -e aliquid definisse videremur (*postea*: nihil temere statuendum esse). **2** *in bonam partem, i. q. confidenter sim. (sc. iure quodam)*: AVG. epist. 93, 25 *incerti estis, ne ecclesia quaedam in Africa latens* multo ... -ius (-tiosius *var. l.*) pro se interpretetur, quod scriptum est: '...', quam *vos Donatistae.* AVELL. 190, 2 a vobis -e quaerimus tamquam debitum, quod meritis vestris novimus esse profuturum.

deriv.: praesumptibilis, praesumptio, praesumptivus, praesumptor.

cf. Onom. *Hillen.*

praesūmptibilis, -e. *a* praesumere. *significatur quod praesumi potest, sc. fere i. q. praenoscendus vel praegustandus*: GREG. M. in euang. 22, 6 ex hac ... sollemnitate *resurrectionis domini* ... spes caelestis patriae aperta *est nobis* et facta superni regni iam -is gloria.

ˣpraesūmptio, -ōnis *f. a* praesumere. *scribitur hic illic* -sumt- AVG. doctr. christ. 2, 92 (*cod. Petrop. saec. IV/V ut* c. epist. fund. 3. *al.*). gen. ad litt. 8, 1 p. 231, 20 (*cod. Sessor. saec. VI ut* 11, 5 p. 338, 11). CASSIOD. or. frg. p. 474, 18 (*cod. Taurin. saec. VI/VII*). *al. de notione*: GLOSS. II 158, 5 -e: *προλήψει.* 250, 41 *αὐθάδεια*: -o, temeritas, contumacia. 457,1 *τόλμα*: audacia, -o, audentia. *legitur apud* SEN. *philos.* (*semel*), QVINT. (*bis*), PLIN. *min.* (*bis*), APVL. (*sexies*) *et saepe inde a* TERT., *in poesi non nisi* PAVL. PETRIC. *p. 971, 30,* DRAC. *p. 971, 4 et in senario mutilo* CE 191, 8; *plur. haud raro inde a* TERT. nat. 1, 17, 1. [*falso trad. pro* re-VITA Anton. 5 p. 20, 14 (*v. Bartelink, Glotta 49, 1971, 297*); *e coni. dub.* CHI-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

RON 960 sine ulla ⌞-e coloris⌟ (peremptione colliriis *trad.*).]

i.q. actio praesumendi vel status, quo quis praesumit (*respiciuntur fere animantes praesumentes, sed res p. 972, 30. 973, 58; inducitur hic illic pro agente, ut vergat in vim meton. hominis praesumentis, v. maxime l. 46. p. 970, 10. 971, 56. 973, 16; alias metonymias v. p. 971, 15. 973, 46*). *est vox media, quae quidem multo saepius in malam partem adhibetur; accedunt passim adi. notae deterioris, e. g.* haeretica *p. 970, 12. 972, 56,* inlicita *p. 973, 11,* nimia *p. 972, 47. 48. 973, 5,* superba *p. 971, 43. 60,* temeraria *p. 970, 5. 971, 37,* vana *p. 970, 4. 9. 971, 46. al.; cf. ex altera parte non nisi ea quae sub IIB2a attulimus et l. 45. p. 970, 23. 63. 971, 53.*

I *pertinet potius ad cogitationem* (*ad statum animi sub B2*): **A** *vigente vi temporali praeverbii*: **1** *technice in philosophia de praenotione, sc. de cognitione fere innata* (*v. p. 735, 33 sqq., nisi locum ad B1b trahas*): SEN. epist. 117, 6 multum dare solemus -i omnium hominum, et ... veritatis argumentum est aliquid omnibus videri (*postea*: insita ... opinio; ... publica persuasione). **2** *de praesensione vel exspectatione futurorum* (*sc. quae sive mente anticipantur, v. maxime* PLIN., APVL., AMBR., *sive sperantur; cum gen. obi. passim* [spei *l. 38*], *subi. l. 26, enunt. secund. l. 39*): PLIN. epist. 4, 15, 11 rerum, quas adsequi cupias, -o ipsa iucunda est (*antea*: votis suis amor ... praecurrit). 9, 3, 1 beatissimum existimo, qui bonae mansuraeque famae -e perfruitur certusque posteritatis cum futura gloria vivit. APVL. apol. 77, 1 *Rufinus*, ut est ... spei immodicus ..., totum Pudentillae quadragiens -e cassa devorarat. TERT. cult. fem. 2, 2 l. 15 (*quae praecedunt v. p. 963, 12*) timor fundamentum salutis est, -o impedimentum timoris. adv. Val. 4, 1 solent animi ... -e ultionis accendi. PANEG. 4, 2, 1 quae temporibus disparata sunt, animorum -e iunguntur ([*postea*: exspectata]. IVST. 11, 5, 8). 4, 20, 3 quanto ... est amor fidelior accepti beneficii memoria quam -e futuri. IVST. 3, 4, 3 contra -em suam (*cf. 1* tantum sibi vel de viribus suis vel de fortuna spondentes). HIL. in Matth. 22, 2 (*respicitur 21, 38* habebimus hereditatem) hereditatis ... -o spes inanis est *colonorum vineae.* in psalm. 64, 7 incertorum -o (*opp.* exspectatio cognitorum). HIST. AVG. Hadr. 2, 9 habuit ... -em imperii mox futuri ex fano ... manante responso. 4, 4 *aliquando* in adoptionis sponsionem venit ...; consul ... factus totam -em adoptionis emeruit. AMBR. bon. mort. 3, 10 p. 711, 5 'nostra ... conversatio in caelis est' (*Phil. 3, 20*), quod ... ad -em meriti potest meditationemque conferri (*an ad B2a?*). HEGES. 1, 31, 1 victoriae. HIER. epist. 84, 6, 3 non exspectemus diaboli paenitentiam: vana est illa -o. PAVL. NOL. epist. 10, 2 timeo, ne animum tuum bonae de nobis spei -e gaudentem decepta exspectatione contristem. *al.* -o est *cum enunt. secund.* (*cf. p. 972, 75*): PAVL. NOL. epist. 47, 1 nobis ... etsi pro tua caritate -o sit, quia ... non feres invisitatis nobis abire, tamen ... metus est *eqs.* CASSIOD. var. 12, 13, 2 ut inludas oculis fortasse mortalibus, quamvis iniqua, tamen aliqua videtur esse -o, *sed deum fallere nemo potest.* **3** *de quolibet praeiudicio* (*in malam partem praeter* APVL.; *c. gen. subi.* OPTAT. *al.*): APVL. flor. 9, 6 ante parta existimatio et vestra de me benigna -o (*antea*: exspectationi). TERT. apol. 10, 1 si *de nostra causa* non -o aut iniquitas iudicet, altera quae desperat, altera quae recusat veritatem (*fere meton. de eo qui praeiudicio nititur*). OPTAT. 4, 3 p. 104, 17 cesset humana suspicio, utriusque partis -o sileat; quis sit peccator, solus indicet deus. HIER. praef. Vulg. Is. p. 4, 16 legant prius et postea despiciant, ne videantur ... ex odii -e ignorata damnare. RVFIN. Adamant. 2, 21 secundum vestram animi -em in aliam intelligentiam, quod *ab apostolo* scriptum est, detorquetis (*gr. προλήψει*). apol. Orig. praef. 2 p. 546[A] *audientium* contentiosa -o vel ... praeiudicata vesania (*p. 545[D]* animi praeventione). CONC.[S] I 3 Rustic. p. 165, 34 causas discernens non veritate rationum, sed passione atque -e (*gr. I 1, 2 p. 78, 12 προλήψει*). I 5 p. 369, 16 nequivimus ... ipsis persuadere propter malam eorum -em (*gr. et vers. alias v. p. 745, 73 sqq.*). *al.*

B *vi praeverbii evanescente vel deflexa* (*quam illustravimus supra p. 964, 14*): **1** *respicitur potius id quod cogitatur, sc. opinio, existimatio, sententia sim.* (*quod vel de quo cogitatur indicatur per gen. l. 65. p. 970, 40. 43. al., praepos.* de *p. 970, 25. 53 nec non e. g.* TERT. scorp. 8 p. 162, 2 Ps. CYPR. rebapt. 9 p. 80, 12 [*cf. iam l. 45*], *acc. c. inf. l. 71*): **a** *quam quis contra veritatem sequitur, sc. de errore, vanitate sim.*: **α** *vario usu*: APVL. met. 9, 4, 2 contra vesanam eorum -em, *qui me rabiosum esse putant.* 9, 14, 5 *mulier quaedam* in vicem certae religionis mentita sacrilega -e dei, quem praedicaret unicum, ... fallens omnis homines (*si respicitur fides christiana, conferre possis quae de ea proferuntur ex sententia paganorum*: TERT. nat. 1, 17, 1 de obstinationibus ... vel -bus *nostris* [*cf. 1, 19, 2* persuasionibus]. apol. 49, 1 haec sunt, quae in nobis solis -es vocantur, in philosophis ... summae scientiae. *sim. al.*). TERT. nat. 2, 17, 2 superstitionum pr⟨aegrandis⟩ -o ... propterea ... Romanos *in orbe dominari* ..., quod *eqs.* anim. 32, 2 dimicemus ... adversus portentosiorem -em (*sc. metempsychosin*). VET. LAT. Matth. 12, 25 (cod. 1) cum vidisse[n]t ... -es eorum *Pharisaeorum,* dixit illis *Iesus* (*gr. ἐνθυμήσεις, Vulg.* cogitationes. *an ad b?*). CYPR. epist. 55, 16 p. 635, 11 'ne quis vos depraedetur per philosophiam et

inanem fallaciam' (*Col. 2, 8*); vitanda sunt quae ... de philosophiae durioris -e descendunt. FIRM. err. 16, 4 -is istius error *gentilium.* CHALC. comm. 78 causam ... huius erroris -isque (*cf. Theo Smyrn. p. 152, 3 φαντασίας αἰτία*). 175 vana -o. HIER. in Mich. 5, 7 l. 388 cessabunt falsae -es et perversa doctrina tolletur. AVG. c. epist. fund. 3 quaeri poterit, si *veritas* nulla temeraria -e inventa ... esse credatur (*antea*: adrogantia). *al.* **β** *de haereticorum errore* (*exempla pauca minus dubia; prope accedunt quaedam p. 971, 52 et 972, 51 allata*): TERT. adv. Marc. 4, 6 p. 432, 22 si Marcionis -em percusserint *sententiae quaedam* (*postea*: haereticae caecitatis). praescr. 17 l. 6 vanae -es necessario nolunt agnoscere ea, per quae revincuntur (*fere meton. de haereticis*). CYPR. epist. 68, 1 p. 744, 9 *quod* a catholicae ecclesiae veritate ... discesserit tenens haereticae -is durissimam pravitatem (PHOEBAD. c. Arian. 12, 2 h. -e definiunt). HIL. trin. 6, 25 l. 35 tibi quaero, haeretice, unde alia -o sit *consideratis his testimoniis*? OPTAT. 2, 5 p. 39, 19 qui contra cathedram Petri vestris -bus et audaci sacrilegio militatis. RVFIN. hist. 7, 4 abiecta Novati -e (*gr. νεωτεροποιίαν*). AVG. c. Pelag. 4, 8, 20 catholicam fidem adversus ... Pelagianorum haereticorum -em perniciemque defendi. FACVND. defens. 5, 3, 32 quod resipiscentes a -e Dioscori patres *concilii* ... definierunt. *al.*

b *quam quis in re dubia vel non examinata sequitur*: **α** *vario usu* (*saepius in quaestionibus philosophiae; huc fortasse iam* SEN. *p. 969, 14*): PAPIN. dig. 41, 3, 44, 4 si ex patris hereditate ad se pervenisse rem emptam non levi -e credat (*antea*: bona fides). TERT. nat. 1, 19, 4 quanto acceptabilior nostra -o est, quae in eadem corpora *animas* redituras defendit. anim. 44, 2 genus ... gravioris aliquanto soporis, ut de incubone -o est. adv. Marc. 5, 9 p. 601, 13 vulgus ... ea -e defunctos colit, qua animas eorum manere confidit (*cf.* resurr. 48, 11 illa -e ..., qua ... existimarent). resurr. 39, 7 philosophiae ... -em. VLP. dig. 29, 2, 30, 4 totiens ... ei sua -o proficit, quotiens concurrit cum veritate. PAVL. dig. 33, 7, 18, 3 in qua -e sunt *circa notionem vocis cuiusdam ambiguae.* ARNOB. nat. 4, 34 p. 241, 16 si esse illos *deos* ... -is certissimae confidentia crederetis. IVL. VICT. rhet. p. 53, 7 -e iudicis vel auditoris. CHALC. comm. 274 *ut* obscura quadam luminis -e ... *aliquid* intellegendum relinquas, hoc est ut ... speculatione mentis imagineris. 315 si id fingamus, non erit omnino abhorrens a ratione vel inconveniens -o. 354 qua -e nihil esse verius. *al.* **β** *in iure* (*ad rem v. p. 965, 36; ne cuncta exempla digestorum aetati Iustiniani tribuas, cf.* TERT. *infra et usum apud* VLP. *l. 47, qui defendi potest edicto Carboniano*): IAVOL. dig. 23, 3, 57 -em ad filii debitum spectare ..., nisi ... contrarium adprobetur (SCAEV. dig. 34, 3, 28, 3 -o ... propter naturalem affectum facit omnia patri videri concessa *a filio,* nisi *eqs.* COD. Iust. 4, 5, 11, 1 -em transactionis non ... induci). SCAEV. dig. 40, 7, 40, 7 melius ... est -em pro statuliberis esse (PAVL. dig. 22, 3, 25 pr.). TERT. nat. 1, 3, 3 nomen *Christianorum* in causa est ... et ideo ... non vultis inquirere, ut nomen inimicum sub -e criminum puniatur. VLP. dig. 4, 2, 23 pr. huiusmodi -i ... apertissimas probationes ... opponere. 34, 5, 10, 1 per -em ([*antea*: humaniorem sententiam sequi]. NOVELL. Iust. 22, 20, 2 [*gr. κατὰ πρόληψιν ut* 39, 1 pr.]). 37, 10, 3, 13 -o Carbonianae bonorum possessionis (*sim.* 43, 4, 3, 3 ad exemplum -is Carboniani edicti. *Wittmann in plagulis confert ad rem 37, 10, 1 pr.* perinde possessio datur *secundum edictum C.,* ac si nulla ... controversia esset). 40, 5, 24, 8 ex -e libertas praestita *est* (COD. Iust. 4, 28, 7, 1). MOD. dig. 22, 3, 24 -e debitor liberatus esse videtur. COD. Iust. 8, 14, 7 iusta. DIG. de confirm. dig. 5 liber ... de ... probationibus nec non -bus (*gr. προλήψεων. item* DIG. 22, 3 rubr.). INST. Iust. 3, 29, 3a quasdam de hoc -es alii in aliis casibus introducebant.

2 *respicitur potius status animi, quo quis cogitat vel agit* (*sc. sibi vel alteri bene aut nimium fidens sim.; quo fretus quis praesumat, indicatur per gen. p. 971, 7. 33. 53. al., praepos.* de *p. 971, 1 et* AMBR. fid. 3, 4, 31 GREG. M. in Ezech. 1, 8, 22, in *c. abl. l. 74; quodammodo abundanter accedit gen. subst. notionis affinis l. 67. 70. p. 971, 50, cf. vice versa p. 971, 48 et e. g.* -is fiducia SALV. gub. 7, 45): **a** *in bonam vel neutram partem*: **α** *de firma persuasione, fiducia sui vel alterius* (*saepius dei*): APVL. met. 8, 28, 2 *sacerdos deae Syriae* sese ... commulcat ictibus mire contra plagarum dolores -e munitus (*cf.* 10, 10, 4 offirmatus mira -e nullis verberibus ... succumbit *reus tortus*). VET. LAT. iud. 5, 2 (cod. 100) dum inperant principes in Istrahel, in -e populi benedicite dominum (*gr. cod. Vat. ἐν προαιρέσει, Rufin. Orig. in cant. prol. p. 81, 29* in proposito, *in iud. 6, 2 p. 498, 27* in voluntatibus; *aliter Vulg.*). AMBR. in psalm. 38, 36, 3 'audemus' (*II Cor. 5, 8*) -is in deo fidei, non temeritatis est verbum (CONSTANTIVS vita Germ. 16 moveri se f. -e non passus est. *cf.* SEDVL. op. pasch. 3, 10 fidelis ... -o [*carm. pasch. 3, 121* fides]). in psalm. 118 serm. 11, 6, 1 *peccatores* de illa supernae spei -e deiecti. HEGES. 4, 4, 2 esto ..., ut prima temptamenta *rebellantium* habuerint aliquid -is; quid universorum exitia spei praeferrent? PAVL. NOL. epist. 23, 41 *Manasse* -e *filii* senioris avo *benedicenti* dexter adstiterat. AVG. in psalm. 35, 9 l. 13 in illo *deo* ... spes tua et -o tua debet esse (97, 6 l. 30 quem non excitet -o in deo, ut adversus diabolum securus procedat in proelium. *vix ad-*

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

das p. 970, 67. cf. Avg. serm. 32,4 in omnibus *Iudaeis* ... non erat -o nisi de deo [*opp.* spes in ... hominis viribus]). Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 163, 15 *deus* homo fieri voluit ..., ut ... haberemus -em, qui ex propriis operibus fiduciam non habebamus (*gr. I 1, 2 p. 75, 19 θαρρεῖν*). Drac. laud. dei 2, 635 (*iuxta* fides *ut* 3,253). Cassiod. hist. 5,43,5 accepta -e sensum, quem celabat, aperuit (*gr. Theodoret. 2, 29, 5 θαρρήσας*). in psalm. praef. l. 30 *quaedam nova scripsi* sola domini -e ..., qui parvulis confidentiam ... praestat (118, 42). *al.* β *vi aucta de ipsa fortitudine sim.* (*pauca certiora, cf. e. g. iam* Apvl. *supra*): Clavd. Don. Aen. 11, 645 p. 514, 7 *in utroque exercitu* una simul animorum -e pugnari *ostendit* (*postea*: sine trepidatione). Fvlg. myth. 1,22 p. 34,19 (*sim.* 2,2 p. 41,17) alce ... lingua Attica -o dicitur (*veriloquia nominum Alcestis et Alcei. cf.* 1,22 p. 34,22 non est aliqua virtus in mentibus neque aliqua -o [*vertitur Hom. Γ 45 ἀλκή*]). Heges. 3, 11, 3 *Eleazarus in muro* stetit conspicuus tantae -is (*gr. 3, 232 εὐτολμίας*). Cassiod. Ios. antiq. 5, 154 bellandi -e (*gr. εὐψυχίαν*). γ *metonymice de ipsa re, qua quis nisus gloriatur, elatus est sim.: de prospero successu* (*nisi contra exemplar gr. cogitare malis de re sperata, ut pertineat ad A2*): Vet. Lat. iud. 4, 9 (cod. 100; *Debbora ad Barac proficiscentem contra Sisarra*) non erit -o tua in via, qua tu ambulabis, quoniam in manu mulieris tradet dominus Sisarra (*gr. LXX προτέρημα, Aquila καύχημα, Vulg.* victoria, *Rufin. Orig. in iud. 5, 4 p. 494, 23* primatus). *de dignitate sim.*: Vet. Lat. Esth. 1, 4 (cod. 109) *rex* volens hostendere glorias divitiarum et honorem regi(a)e -is (presunct- *cod.; gr. rec. L τὴν τιμὴν τῆς καυχήσεως, Vulg.* iactantiam potentiae).

b *in malam partem de nimia existimatione sui, arrogantia vel etiam stultitia sim.:* α *quorumlibet animantium* (*fere qui proprio ingenio freti voluntatem divinam, auctoritatem ecclesiae sim. spernunt; aliter imprimis* Heges.): Vet. Lat. Sirach 18, 10 (12) *deus* vidit -em cordis illorum, quoniam mala est ([*colon desideratur in gr.*]. Cassian. inst. 5, 30, 2. Pavl. Petric. Mart. 5, 47 ne ... virtutis opus vitiet -o cordis [*antea*: iactantia]). Herm. vulg. sim. 9, 22 *sunt quidam* sibi placentes, volentes cuncta scire ...; sensus discessit ab eis et intravit in eis fatua -o (*gr. ἀφροσύνη, Pal.* insipientia). Iren. 5, 3, 1 extolli ... adversus deum et -em suae gloriae assumere (Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 51, 1 ⌞falsae et inanis gloriae -o⌟ [*Migne gr. 35, 461*^{A} *κενοδοξία*]). Hil. in Matth. 11, 11 (*ad 11, 25* abscondisti haec a sapientibus) 'sapientibus' ... stultitiae suae -e. trin. 6, 25 l. 13 *ut*, ubicumque ... patrem sibi deum nominat *Iesus*, temerariae -is potius sit quam confidentis (*ibid.* l. 25. Avg. in Iob p. 600, 20 peccatur ... t. -e intus in corde. *al.*). Heges. 1, 38, 3 accessit ... ex coniugii *nobilis* societate -o. Hier. epist. 108,26,2 ut docerem, quod didiceram non a memetipso, id est a -is pessimo praeceptore, sed ab inlustribus ecclesiae viris (*cf.* 130, 17, 3 praeceptore uti pessimo, scilicet -e sua. in Ezech. 34, 1 l. 258 magistram ... habent -em suam). Pavl. Nol. epist. 12, 4 p. 76, 25 a ... -e superba humilitatis lege revocati teneamus salubrem mediocritatem (Avg. gen. ad litt. 11, 5 p. 338, 11 s. -o propriae potestatis [*opp.* adiutorium gratiae dei]. *al.*). Avg. gen. ad litt. 11, 18 p. 351, 11 *homo* vana -e de incerto certus velut stultus (Verec. in cant. 4, 17 l. 45 v. -is tumorem). in psalm. 31, enarr. 2, 1 l. 11 *animus* fluctuans inter confessionem infirmitatis et audaciam -is (*cf. l. 67. p. 973, 35*). Cassian. conl. 14, 9, 4 cenodoxiae perniciosa -o. 14, 14, 1 de inani -e iactantiae (Favst. Rei. grat. 1, 16 p. 51, 25). Salv. eccl. 1, 54 *nemo deo quid* offerat quasi -e donantis, sed quasi humilitate solventis. *et saepe.* β *haereticorum* (*cf. 1aβ; huc fortasse spectat etiam p. 973, 1*): Tert. anim. 57, 7 Simonis haeretici tanta -o se artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis movere se spondeant *eius sectatores.* Cypr. epist. 16, 1 p. 517, 5 cum quorundam immoderata et abrupta -o temeritate sua ... tranquillitatem turbare conetur (*fere meton. de ipsis arrogantibus, inflatis sim. ut*: sent. episc. 26 non in tantum posse humanam -em, quantum domini ... maiestatem. Avg. epist. 93, 13 quod vestrorum -o ... fecit. *al.*). 66, 5 unde ... schismata et haereses ... oriuntur? dum episcopus ... superba quorundam -e contemnitur (*postea*: superbiae tumor ..., arrogantia animi). Novatian. trin. 30, 20 humani erroris -e, qua haeretici esse voluerunt. Canon. Migne 13, 1182^{A} multos episcopos ... humana -e patrum traditionem mutare properasse atque ... in haeresis tenebras occidisse. Filastr. 82, 2 *Novatus aliique* irati, immo potius -e ducti ac superbia vanam doctrinam conati sunt seminare. Avg. c. Cresc. 4, 28, 35 p. 534, 21 quantum valeat praeiudicium -is humanae ... ad non intuendam ... veritatem. epist. 43, 1 p. 85, 10 quam *sententiam haereticam* non audacia -is suae pepererunt, sed a ... parentibus acceperunt. 186, 37 *ne Pelagiani* alios perdant -e damnabili, quia 'zelum dei habent, sed non secundum scientiam' (*Rom. 10, 2*). *al.*

II *pertinet ad actiones quaslibet* (*accedit passim gen. obi., e. g. p. 972, 8. 27. 48. 66 [gerund. p. 972, 62. 973, 38 et al.]; quo spectet -o indicatur per praepos.* in *c. acc. p. 972, 65,* circa Cassiod. var. 2, 23; *structuras verbales collegimus p. 972, 75 sqq.; iuncturas cum gen. quodammodo abundantes v. p. 972, 38. 973, 34 sq.*): **A** *vigente vi temporali praeverbii*: **1** *technice in arte rhet. et gramm. de figura προλήψεως*: **a** *qua praeoccupantur verba vel adversarii, ut infirmentur, vel loquentis ipsius, ut praemuniantur*: Qvint. inst. 9, 2, 16 mire ... in causis valet -o, quae *πρόλημψις* dicitur, cum id, quod obici potest, occupamus (*sim.* Schem. dian. l. 126 procatalepsis est -o eorum, quae cum invidia adversarius dicturus est). 9, 2, 18 verborum quoque vis ac proprietas confirmatur vel -e ... aut reprehensione (*v. Cousin, Rev. Ét. Lat. 49, 1971, 63*). **b** *qua invertitur ordo verborum*: Don. gramm. IV 397, 12 prolepsis est -o rerum ordine secuturarum (*affert Verg. Aen. 12, 161, quod Serv. ad l. intellegit* longum hyperbaton. *sim. de eodem versu*: Ps. Ivl. Rvf. schem. lex. 1 p. 48, 9 *v. vol. II 167, 32.* Isid. orig. 1, 36, 2). Prisc. gramm. III 125, 15 si per -em, id est *κατὰ πρόληψιν*, praeponitur plurale verbum ad utrumque sequens. *v. etiam* Gloss. *supra p. 542, 72. 742, 73.*

2 *de qualibet sumptione cuiusdam praecipientis, praevenientis*: Cassian. conl. 7, 4, 1 periculosae -is est necdum rebus recte discussis ... praepropere definire. 21,26,5 ne quid ex eis *matutinis cogitationibus* festina -o liventis adtaminet inimici. Praedest. 3, 31 p. 672^{A} aliquem ante *baptisma* ... corpus domini praesumpsisse: numquid non iste de boni -e damnabitur? (*cf. ibid., nisi ad B spectat*: si de tam sanctis rebus -o reum facit, non actio). Regvla mag. 21, 10 ne ante orationem ... aliquid de cibo ... praesumatis ..., ne, cum viderit -em vestram deus *eqs.*

B *vi praeverbii deflexa vel evanescente pertinet ad actionem, quae quodammodo contra normam fit vel non nisi certis condicionibus licita est, fere i. q. usurpatio, ausus sim.*: **1** *in malam partem de actione arrogantis, insolentis sim.*: **a** *generatim*: Tert. nat. 2, 4, 17 quid probat tanta -e asseverationis otium *philosophorum*? coron. 2, 2 in *bonae* observationis destitutione, ... in *malae* observationis -e. paenit. 6, 24 *muneris alicuius* -o inverecundiae portio est: inflat petitorem, despicit datorem. Chalc. comm. 298 in qua *silva* est multa intemperies et improvidus impetus et casus atque ut libet exagitata -o. Gavdent. serm. praef. 11 qui fuerint incautae -is auctores *audentes excipere sermones meos.* Amm. 26, 10, 5 cognita levi -e Marcelli *usurpatoris* (*cf.* Anon. Vales. 12, 64 de -e regni. Marcell. chron. II p. 90, 473, 1 Glycerius ... plus -e quam electione Caesar factus est [*inde* Iord. Get. 239]). Ambr. hex. 6, 2, 5 ne quis me *conferat* pauperis convivae -i ..., qui ... complures roget *et tantum* ... viles ... adponat cibos. Heges. 1, 40, 13 scelerum -es (*gr. 1, 509 τόλμας*). Pavl. Nol. epist. 18, 1 p. 129, 7 *si* -o nostra culpetur (*postea*: non timuimus invadere *amicum* et pro nostro iure retinere). Ps. Avg. quaest. test. 101, 2 quae temeritatis vana -o est sacerdotibus ... portitores aquae conferre? Schol. Ter. p. 82, 15 importunitatem: -em (*ad Andr. 530; cf. 529* mulier ... temeraria). Ennod. epist. 4, 8, 1 p. 103, 19 -o est, si dominorum beneficia famuli non sequantur (*opp.* obsequium). opusc. 1, 52 p. 275, 21 *prospero bello* succisa est Odovacris -o (*cf.* 3, 120 p. 362, 5 qui -em exercitus sui cum proelio terminavit). *al. fere de mera sumptione, sc. cibi potusve* (*quae quidem interdicitur vel vituperatur, ut fortasse vim praeverbii non prorsus evanuisse putes*): Rvfin. apol. Orig. 5 p. 586^{A} *Christus* cum ita sumeret cibum ac potum, ut ... quasi pro -e nimia culparetur velut cibum ... propensius appetens. Theod. Prisc. eup. faen. 79 *aegri* vitent ... ciborum nimiam -em (log. 42. 85 [*postea*: sumant]. Evseb. Gallic. hom. 19, 3 cibi interdicta -o). log. 48 aquam ... bibent; ... vini penitus -o prohibenda est.

b *speciatim respicitur quod fit*: α *contra deum et praecepta religionis vel ecclesiae* (*v. quae p. 970, 7 monuimus*): Ⓘ *vario usu*: Vet. Lat. Ier. 8, 5 (Ps. Cypr. exhort. paen. p. 129) avertit se populus iste aversione improba et obtinuerunt -e sua (*gr. προαιρέσει, Vulg.* adprehenderunt mendacium). Cypr. epist. 69, 4 *quidam* non ab episcopo eiectus, sed sponte de ecclesia profugus, haeretica -e a semet ipso damnatus. sent. episc. 80 non debemus haereticos *ad nos conversos* nostra -e decipere *iis baptisma negantes.* Gavdent. serm. 7, 7 facilius necessitati ignoscit deus quam -i (*7, 6* ausi sunt). Ambrosiast. in Rom. 1, 30, 2a diabolus ..., quamquam tyrannicae -i studeat, non tamen ... ausus est *eqs.* (Cassiod. in psalm. 101, 9 quod t. non potest -e comprimere *diabolus*). Avg. fid. et op. 17, 31 p. 75, 18 -o separandi *quosdam ab ecclesia.* c. Pelag. 1, 14, 28 pravitatis haereticae vanitas et -o spiritus (*opp.* fidei catholicae sanitas, quam ... seminat spiritus). Ps. Avg. quaest. test. 46, 2 -is vindictam (*sc. sacerdotii usurpati*). Oros. hist. 7, 17, 5 profanam in ... ecclesiam dei -em Severi *persecutoris.* Cassian. inst. 4, 16, 3 iurgia, operis peculiaris -o (*inter crimina monachorum*). Avell. 15, 4 extraordinaria *pontificatus* -e summota. Conc.^{S} II 3, 3 p. 74, 17 *clerici quidam* culpati sunt valde peioribus ... -bus (*gr. II 1, 3 p. 67, 13 ἐγχειρήμασι*). Sedvl. op. pasch. 2, 17 p. 227, 12 delictorum crebra -o. *al. in versione vocis gr. τόλμημα* (*τόλμα. cf. l. 36*): Conc.^{S} I 2 p. 76, 29 evocare ... Iohannem et qui cum eo facinus operati sunt, ut venientes ad sanctam synodum satisfaciant de sua -e. I 3 vers. Tur. p. 167, 15 *dei filio* intulerunt -es *Iudaei Iesum crucifigentes* (*cf.* p. 168, 3 -es iniciens). I 5 p. 252, 10 contra -em ... anathematis. Cassiod. hist. 6, 32, 5 pro his impietatibus vesanisque -bus *punitus est Iulianus. al.* Ⓘⓘ -o est *accedentibus struct. verbali-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bus (*addidimus* -is est, *quamquam ad p. 971, 52 trahi possit; cf. p. 969, 37. 972, 41. 974, 31*): CYPR. epist. 74, 3 quae ista obstinatio est quaeve -o humanam traditionem divinae dispositioni anteponere *eqs.* (*item c. inf.*: AVG. bapt. 2, 5, 6 p. 180, 27 Ps. AVG. quaest. test. 127, 9. *cf. l. 29. p. 972, 39.* -is est: AVG. civ. 21, 14 p. 531, 31 nimiae -is est dicere *eqs.* un. bapt. 13, 22 p. 23, 8 rebaptizare ... catholicos. *cf. p. 972, 15*). AMBROSIAST. in Rom. 9, 20 magna est indignitas et -o hominem respondere in adversis deo (*ad acc. c. inf. cf. l. 29. p. 969, 71*). AVG. in euang. Ioh. 49, 13 (*verba Marthae pro Lazaro deprecantis*) utrum facias, iudicii tui est, non -is meae.

β *contra ius* (*huc vergit etiam p. 972, 32 sqq.*): COD. Theod. 4, 22, 3 *qui quid* ante eventum iudicialis arbitrii inlicita -e temerarent ([*antea*: audacia]. 8, 5, 61 [*ibid.* temeritatis]. 8, 5, 63 i. -e ... parangarias postulare. CASSIOD. var. 1, 8, 2. *al.*). 8, 8, 2 si qua -e fuerit haec ... posthabita praeceptio. 11, 2, 2 pr. apochandi -e damnata. 15, 1, 14 -em iudicum ... prohibemus, qui *eqs.* CONST. Sirmond. 6 nec cuiusquam audeat titillare -o *privilegia ecclesiarum.* CASSIOD. var. 1, 25, 1 si valebit -o ordinata destruere (*fere meton. de ipso praesumente ut e. g.* 11, 7, 5 semper metuit iniusta -o). 4, 47, 3 reprimenda est importuna -o *veredorum.* 5, 24, 2 neglegentiae vitium est -es relinquere, quas iura praecipiunt amputare. LEX Burg. lib. const. 19, 4 si ingenuam personam pigneris loco tulerit, inferat pro ea -e solidos IV (LEX Visig. 7, 2, 20 EDICT. Theodor. 10. *al.*). *al.*

γ *contra modestiam scribentis vel loquentis* (*fere in locutionibus captandae benevolentiae; quaedam etiam ad IB2b trahere possis; huc vergit* HIER. *p. 971, 40; cf.* GLOSS. procacitas: -o loquendi coram maioribus): AMBR. virg. 2, 1, 3 (*2* ne ... nobis adrogasse amplius videremur *in scribendo*) qui nos -is arguat (*cf.* POMER. 1 prol. 1 quod ... -em meam potuissetis ... temeritatis arguere, si tantam rem ... susciperem). *ibid.* -o notari potest. HIER. praef. Vulg. euang. p. 1, 4 *recensenda sunt exemplaria scripturarum*; pius labor, sed periculosa -o iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam *eqs.* RVFIN. symb. 1 dicere aliqua oboedientiae magis reverentia quam ingenii -e temptabimus (*item opponitur*: PROSP. resp. ad Gen. praef. p. 188[A] ne, ubi est simplicitas o., -em putetis esse doctrinae. ARNOB. IVN. in psalm. prol. l. 6 VITAE patr. Iurens. 118. *cf.* EVSEB. GALLIC. hom. 70, 1 non tam -is ausu, quam subiectionis obsequio). TRACT. Pelag. 4, 1, 4 p. 68 huius ... -is audaciam (RVRIC. epist. 2, 12). *al.*

2 *in bonam vel neutram partem*: **a** *de actione eius, qui iure quodam audet, usurpat*: HIL. in psalm. 118 ain 10 p. 500, 23 quod ... dicitur 'fac', tamquam ex fiducia aliqua -o est usurpata poscendi; sed non impudenter id diceret *eqs.* AMBR. sacr. 5, 4, 19 dic 'pater noster'; bona -o, sed moderata ...; sed noli tibi aliquid specialiter vindicare. ENNOD. epist. 9, 19, 1 p. 242, 6 *dubitabam,* utrum ... ianuam scriptionis amabili -e pulsarem ..., an ... vaga salutatione contentus *eqs.* CASSIOD. var. 1, 45, 10 *in clepshydra* audaci -e concepta ars elementis confert, quod originis condicio denegavit (*sc. ut aqua horas signet. de ausu admirabili artificis, an de eius excogitatis, ut ad I spectet? cf.* 9, 3, 2 cameris ... ingeniosa -e revolutis *ab iis, qui metalla fodiunt*). **b** *per metonymiam quandam de licentia audendi, sc. de privilegio sim.: animantium*: COD. Iust. 8, 11, 12 (*a. 396*) nemini excusatione vel alia -e ⌞ab huiusmodi immunitate⌟ praebenda (⌞ ⌟ *i. considerata immunitate horum munerum, qua adhuc fruebatur*). 4, 65, 31 (*a. 458*) *ne milites* vicinis graves -e cinguli militaris existant. 8, 14, 7 sancimus ... hoc ius locum habere; ... tali enim iusta -e etiam ... provinciales perpotiri desideramus. EDICT. Theodor. 24 ita ut fiscus ... actionem remota titulorum vel officii -e proponat (*postea*: nobis ... ius cum privatis volumus esse commune). REGVLA Tarnat. 16, 9 *non* debet ⌞supra memorata⌟ -o paucis inpensa ... quasi canonica reputari (⌞ ⌟ *e. g. 16, 3* si largior illis fuerit victus inpensus). *locorum*: RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 4 *Samaritanae putanti,* quod ex locorum corporalium praerogativa ... recte adorabitur deus ..., respondit salvator recedendum esse a -e corporalium locorum (*respicitur Ioh. 4, 20 sqq.*).

deriv.: praesumptiosus.

praesūmptiōsus, -a, -um. *a* praesumptio. *de scriptura: intercedente adi. q. e.* sumptuosus *variant nimirum codd. et edd. inter* -tios- *et* -tuos-; *quamquam antiquitatis testimonia desunt* (*excepto cod. Paris. saec. VI/VII* CONC. Paris. a. 573 p. 216 l. 43, *qui praebet* -tios-), *tamen ex edd. talia curantibus elucet meliore fide traditam esse tam in adi. quam in adv. formam originariam* -tios-, *v. locos infra laudatos* LEONIS M., SIDON., CLAVD. MAM., CAES. AREL., EPIST. Austras., GREG. TVR. *al.; sine nota in app. editum est* -tuos- *apud* SCHOL. HOR., SALV., GENNAD., LEGEM Visig. *al. legitur inde a saec. V, compar. et superl. desunt.*

i. q. praesumptionis plenus (*respicitur sive status animi nimium elati sive ipsa actio temeraria sim.; vix huc spectat* GLOSS. *p. 968, 23; accedunt struct. verbales p. 974, 3. 20. 31*): **1** *de animantibus* (*animali p. 974, 8, mente l. 75*): **a** *potius de superbientibus, nimium sibi confidentibus*: SCHOL. Hor. gloss. Γ carm. 3, 4, 56 ('Enceladus iaculator audax') -us. VAL. CEM. hom. 14, 3 p. 736[A] *diabolus* propter vitium -ae mentis *damnatus.* SALV. gub. 7, 33 'ne glorietur ... Israhel et dicat: meis viribus liberatus sum' (*iud. 7, 2*); audiant ... hoc ... omnes -i, audiant praepotentes. SIDON. epist. 4, 22, 6. POMER. 3, 8, 2 *superbi sunt* temerarii in audendo, ... -i in docendo *eqs.* REGVLA Macar. 2 *monachi sint* moderati, non superbi, ... non -i, non sibi placentes *eqs.* GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 262, 8 *presbyter quidam erat* elatus, inflatus, -us (*postea*: quasi iam esset episcopus). **b** *potius de iis, qui usurpant aliena, perpetrant quae non decent vel vetita sunt*: VAL. CEM. hom. 19, 2 p. 750[A] ne ... commendata sulcis semina ... fera -a sibi vindicet. EPIST. Austras. 11, 4 de qua re, si tam -i non exsistimus, indicare praesumimus: decuerat *vos nobis scribere* (*cum affectata modestia ut*: CONC. Paris. a. 573 p. 216 l. 43 Germanus peccator, proprius vester, etsi -us, audeo salutare [*cf. e. g. l. 39* reverenter salutare praesumo]. *cf. l. 24*). CONC. Tur. a. 567 p. 191 l. 452 non nos -os *esse* ..., si sequentes apostolum quemquam ab ecclesia segregamus. GREG. TVR. glor. conf. 40 p. 773, 10 scio me -um exstetisse, *cum sancti sepulcrum violavi,* ... sed devotio exegit, ut praesumerem.

2 *de rebus*: **a** *vario usu*: PHILIPP. in Iob rec. long. 35 p. 733[D] iudiciis *dei* ... consentire, non contra eum -o iudicio ... prosilire. SERM. Caspari p. 185, 7 *Christum in caelum* scandentem ... sequamur ...; quod ne nobis ... aut factu impossibile aut dictu[m] -um esse videatur *eqs.* LEO M. serm. 5, 4 non est ... -a festivitas, qua suscepti sacerdotii diem ... honoramus, quandoquidem non in nobis, ... sed in *Christo* ... gloriamur. SIDON. epist. 1, 1, 1 *epistulis meis* Plinii disciplinam ... vestigiis -is insecuturus. 7, 4, 2 *episcopi* pectus licet -is, artis tamen fovere complexibus. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 35, 3 non interaspergat (*v. vol. VII 1, 2150, 43*) sinceritati veritatis ignorantia -a mendacium. GENNAD. vir. ill. 1 p. 61, 24 qui -a suspicione de adventu antichristi ... inaniter philosophantur. 66 adversum -a haereticorum vocabula, quae ad destruenda ... trinitatis nomina usurpata sunt. VITA Mauril. (BHL 5730) 16 die dominico ... -o ordine ... ruralem operam reddere. POMER. 1, 14 sermo. CAES. AREL. serm. 211, 3 interpellatio (*opp.* humilis). **b** *locutio* -um est *cum (acc. c.) inf.*: SIDON. epist. 1, 11, 1 quod iuvenem ... dictasse -um fuisset, publicasse autem periculosum (*sc. satiram*). SERM. Corp. Vind. 21 p. 331, 4 ⌞-um⌟ esse non metuo de ... Augustino fiducialiter praedicare (⌞ ⌟ -us *cod. unicus, sed sequitur*: non, inquam, praesumptionem esse metuo, si *eqs.*). CASSIOD. in psalm. praef. 2 l. 26 -um est dicere, quod nulla possit auctoritate firmari.

adv. **praesūmptiōsē.** *scribitur etiam* -tuose, *v. p. 973, 65.* [*ex coni. falsa v. infra p. 975, 44.*] *i. q. modo praesumptioso, audacter, arroganter*: SCHOL. Hor. carm. 3, 27, 25 ('Europe ... audax') quemadmodum tu -e sumis peregrinationem, sic et Europe -e credidit *se* ... tauro. SIDON. epist. 7, 6, 1 quamquam hoc ipsum -e arroganterque loquar. SCHOL. Ter. p. 81, 31 (*ad Andr. 205* temere facias) temere: -e (praesumptive *var. l.*). LEX Visig. 2, 4, 14 -e periurasse. CAES. AREL. serm. 211, 3 qui ... aliquid -e petierit *a deo* (*postea*: si altiora praesumpserit postulare).

praesūmptīvus, -a, -um. *a* praesumere (praesumptus). *scribitur* -sumt- *in codd. saec. VIII/IX* CASSIAN. conl. 21, 34, 2. *al.*

i. q. praesumptus; eadem ambiguitate, qua illa vox (cf. enim supra p. 967, 48 sqq.), adhiberi videtur: **1** *vi potius activa*: **a** *cum respectu morum, fere i. q. insolens, audax sim.*: RVFIN. Adamant. 4, 13 qui ... quod verum est quaerit, omnem -i et praeventi animi contentionem ... abicit (*gr. τὸν φιλέριστον καὶ προληπτικὸν τρόπον*). CHRYSOST. hom. V 897[C] -o spiritu subintrat peccatum *in cor hominum.* LEX Visig. 6, 4, 2 p. 263, 19 si quis evaginato gladio ... -o modo in domo (*i.* domum) alienam intraverit (*cf. p. 976, 41*). -um est *cum inf.*: CONC.[S] II 5 p. 78, 16 licet hoc vel dicere -um sit. **b** *technice in gramm.*: PRISC. gramm. III 93, 15 *coniunctionum* species sunt: copulativa, ... ⌞ablativa, -a⌟ adversativa *eqs.* (⌞ ⌟ *quarum exempla non exhibentur, ut notio incerta sit; cf. Schneider, Gramm. graeci II 1, 2 p. 220*).

2 *vi potius passiva de variis rebus actionibusve contra normam quandam usurpatis, perpetratis*: CASSIAN. conl. 21, 34, 2 *nonnulli* ita -ae (-a *var. l.*) libertatis securitate solvuntur, ut ... Christi praecepta ... non attingant. FAVST. REI. spir. 1, 5 p. 108, 10 non est -us uterque hic sermo (*sc. voces q. s.* unitas *et* trinitas), sed derivativus; quae vocabula ... antiquitas invenit *eqs.* INTERPR. cod. Theod. 3, 10, 1 consobrinorum coniunctio -a (*cf.* GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 20 -ae nuptiae *cuiusdam, qui fuit monachus*). SCHOL. Ter. p. 84, 21 'facinus audax': culpa -a (*Pamphili se filiolum suscepturum pollicentis*). *neutr. plur. pro subst.*: GREG. M. epist. 9, 159 l. 18 -a ad humilitatis normam ... revocare (*l. 9* praesumptionis audacia).

adv. **praesūmptīvē.** *i. q. modo praesumptivo, sc. arroganter, audacter sim.*: **1** *vario respectu* (*cf. etiam var. l.* SCHOL. Ter. *l. 42*): AMBR. exc. Sat. 2, 27 Petrus ..., quia nondum conscius nostrae infirmitatis -e dixerat domino: 'animam meam pro te ponam' (*Ioh. 13, 37*), temptationem praesumptionis incurrit (CASSIOD. hist. 12, 11, 3 ego tamen -e dico, quia *eqs.* [*gr. Socrat. 7, 42 τολμήσας δ' ἂν εἴποιμι*]. in psalm. 25, 2 ['proba me, domine'] non -e dicitur, sed hoc emendationis gratia fieri postulatur).

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1554 simpliciter me credere nolle quod lego et -e credere velle, quod non lego. FAVST. Aug. c. Faust. 24, 1 p. 721, 5 *nos non facimus* id temere aut -e, sed a Christo discentes. FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 72, 4 scripturas sanctas ad intellectum suum violenter adtrahere et -e ... applicare. NOVELL. Iust. 22, 18 *matrimoniorum indotatorum olim* -e fieri solutiones contingebat nullo ex hoc contra temerarium sequente periculo (*gr. προπετέστερον γίνεσθαι*). **2** *respiciuntur qui neglegunt statuta ecclesiastica vel leges publicas*: COMPVT. cod. Col. prol. 14 p. 235 (*inde* COMPVT. cod. Ambr. p. 240) ne die *quodam* ... aliquis -e (a)estimet se pascha facere. LEX Visig. 8, 3, 1 si -e incisae ... ferantur *arbores* (*opp.* si tantundem abscisae fuerint. *similiter distinguitur*: 8, 5, 1 tit. de porcis in glande -e an placite missis). MART. BRAC. canon. 4 metropolitanus episcopus nihil sibi -e adsumat absque consilio ceterorum. 7 si quis episcopus non ... rogatus ... venerit, sed -e inruens ad ordinationem ... clericorum ... importunus exsistat (*cf. Canon. Turner II p. 274 rec. III* ordinare praesumpserit, *gr. Mansi 2, 1313*^{C} *ἀτάκτως*).

ˣpraesūmptor, -ōris *m.* *a* praesumere. *scribitur* -sumt- *hic illic in codd. vet., e. g.* HEGES. 4, 33, 1 (*cod. Cassell. saec. VI*). AVG. gen. ad litt. 1, 19 p. 29, 13 (*cod. Sessor. saec. VI*), *et saepius in recc.* *legitur inde a* TERT., CYPR., *in versu non nisi singulis locis apud* PAVL. NOL., SEDVL.

i. qui praesumit (*sc. iniuste, perverse sim. praeter l. 54. 73. p. 976, 2 [ubi sublucet vis praeverbii temporalis]; in usum pro adi. vergunt imprimis* tam -r *l. 49*, multum -r *p. 976, 27, cf.* -r *in serie iuxta adi. vel part. p. 976, 10. 12. 15. 22, ceterum v. etiam p. 976, 45. cf.* GLOSS. -r: audax sibique placens. temerarius: -r): **1** *pertinet potius ad cogitationem, aestimationem* (*accedit gen. obi. l. 29. 41, praepos.* de *l. 48*): **a** *de eis, qui quidlibet vanum vel minus certum temere credunt asseruntque* (*exempla pauca minus dubia; huc spectat var. l.* GENNAD. dogm. 14 [-es *Migne 42, 1216,* praesumentes *ed. Turner*]): TERT. test. anim. 4 p. 140, 11 cuius *resurrectionis* nos *Christiani* -es denotamur (*antea*: certior sis). AVG. epist. 149, 22 ne quisquam -r ita de occultis iudicet alienis, ut dicat *eqs.* gen. ad litt. 1, 19 p. 29, 13 temerarii -es ... si quando de prava ... opinatione sua ... convinci coeperint (*postea*: quod levissima temeritate et apertissima falsitate dixerunt). spir. et litt. 34, 60 p. 221, 4 cui responsio ista displicet, quaerat doctiores, sed caveat, ne inveniat -es (-tiores *var. l.*). PASCH. Camp. chron. I p. 746, 493 his consulibus ignari -es ferunt Antichristum nasciturum (*in eadem re p. 747, 496* alii delirantes). **b** *de eis, qui suis viribus nimium confidunt, superbiunt sim.*: PS. CYPR. singul. cler. 3 -es obiurgat apostolus dicens: 'si qui putat se aliquid esse *eqs.*' (*Gal. 6, 3*). SCHOL. Hor. ars 122 ('nihil non adroget armis *Achilles*') ut sit -r, ut habeat fiduciam vincendi. AMBR. in Luc. 8, 72 (*respicitur 18, 11 sq.*) pharisaeus ille ... adrogans in prece, iactans innocentiae, -r gloriae (*nisi ad 2a coll. l. 71*). TRACT. Pelag. 3, 6, 2 p. 31 (*in superbum*) tu sententiam ⌞-r⌟ eructas, ille *Christus* innocens tamquam reus excepit (⌞ ⌟ *v. Winterbottom, Journ. Theol. Stud. 38, 1987, 109*; -tus *var. l.*, -tiose *Caspari*). AVG. epist. 194, 13 isti liberi arbitrii defensores, immo deceptores, quia inflatores, et inflatores, quia -es. in psalm. 121, 8 l. 61 superbia praesumit ...; -r est, qui vult videri, quod non est (*opp.* confessor). serm. 285, 3 (*inde* QVODV. cant. nov. 8, 4) odit deus -es de viribus suis. CASSIAN. conl. 23, 18, 2 quis tam contumax et -r, tam superbia ... elatus poterit inveniri, qui ... maiorem se apostolis credat. CONC.^{S} I 5 p. 276, 30 *qui* oblocuntur adversus *dei* gloriam ..., audaces et -es (*p. 160, 27* audaces petulantesque, *gr. τολμηταὶ καὶ αὐθάδεις* [*sec. II Petr. 2, 10, cf. Vulg.* audaces sibi placentes]).
al. *de Petro apostolo* (*sec. Matth. 26, 35 Ioh. 13, 37. al.; cf. p. 976, 56*): AVG. epist. 140, 36 (*sine colore contemptus; cf. p. 965, 49*) Petrus ex egregio -e tam creber negator effectus (serm. 147, 1 audax -r ..., timidus n. 285, 3 *Petro prius* negatori, quia -i; postea pastori, quia amatori [*ibid.* fiducia sui]. QVODV. fer. 5, 18. *al.*). serm. 284, 6 -r periisset, nisi redemptor respexisset (*Luc. 22, 61*). QVODV. prom. 2, 34, 75 l. 77. *al.*

2 *pertinet potius ad actionem usurpandi, sibi arrogandi sim.* (*accedit gen. obi. l. 66. 71 sq. et saepius*): **a** *generatim*: TERT. paenit. 6, 23 ille -r, cum sibi repromitteret *baptisma velut debitum,* securus scilicet *de dignitate sua,* timere non potuit (*6, 20* optare intinctionem, non praesumere). AMM. 26, 8, 14 -r (*sc. Procopius, qui 26, 7, 12 appellatur* usurpator indebitae potestatis [*minus probabiliter trahas ad 1b coll. 26, 8, 13* ultra homines sese ... efferens]. *sim. de usurpatoribus*: COD. Theod. 16, 2, 47, 1 [= CONST. Sirmond. 6] infaustus -r. *cf. etiam p. 972, 32. 976, 29 nec non* HEGES. 4, 33, 1 -es constituendi imperii, *sc. Flaviani,* Vitellianos persequebantur). HIER. praef. Vulg. euang. p. 2, 4 *quae* a -bus imperitis emendata perversius *sunt in codicibus* (*cf.* AVG. epist. 93, 38 *id* sub eius *Cypriani* nomine a -bus atque mendacibus fuisse confictum). PAVL. NOL. carm. 27, 225 non ... tanti mihi sum -r honoris, ut *eqs.* (*cf. l. 42*). CASSIAN. conl. 17, 12, 3 *deus* excusabilem, immo laudabilem talis mendacii censuit -em (*sc. Iacob, qui patrem fefellit, gen. 27, 19. item sine contemptu*: PS. FVLG. RVSP. serm. 20 p. 886^{C} pertranseunt petitor et promissor, oblator et -r [*sc. Heliseus, qui Heliam donum spiritus rogavit, IV reg. 2, 8 sqq.*]). CASSIOD. in psalm. praef. 15 l. 90 dixerunt hoc ... et alii doctissimi patres, ut nequaquam -es huius rei, sed pedisequi esse videamur. *al.* *in comparatione de eo, qui quid praepropere maturat* (*sublucente vi praeverbii temporali, de qua cf. p. 957, 20*): ZENO 1, 4, 12 *Noe arcam* non praecipiti festinatione compingit nec tantum munus quasi -r aut demens rapit, sed patienter aedificat.

b *speciatim de iis, qui praesumunt*: **α** *contra deum, praecepta divina vel ecclesiae*: CYPR. sent. episc. 21 viderint aut ⌞-es⌟ aut fautores haereticorum, nos unum baptisma ... ecclesiae vindicamus (⌞ ⌟ *in versione gr. οἱ αἱρετικοί*). AMBROSIAST. in II Cor. 10, 11 *Paulus* non erat -r; a domino enim acceperat potestatem (*cf.* 10, 18 -r et reprobus *est, qui non a deo missus praedicat*). HIER. epist. 112, 2, 2 -r sacerdotii Ozias (*v. II par. 26, 16 sqq.; de eodem*: GREG. M. in Ezech. 2, 2, 14 l. 328 rex superbus ac -r. *ceterum cf.* PS. AVG. quaest. test. 46, 2 si natus sacerdos non est Samuhel et sacerdotium egit, -r dicitur. AVELL. 140, 17 [*in versione gr. τῶν τολμηρῶν*]). RVFIN. Basil. reg. 67, 1 *monachus alia curans ac mandata sunt* et -r (-tus, -tiosus *var. ll.*) est et sibi placens (*Migne gr. 31, 1162*^{B} *αὐθάδης καὶ αὐτάρεσκος. an ad 1b?*). CONC. Araus. a. 441 p. 83 l. 83 placuit de -bus, ut *eqs.* (*de iis, qui ordinationem contra statuta fecerunt, ut*: Tur. a. 461 p. 146 l. 83. EPIST. pontif. 602 Schwartz p. 77, 7 illicitarum sibi ordinationum -r. *al.*). LEO M. epist. 10, 9 (*ad episcopos*) nec -i locus ... pateat privilegia vestra cassandi. CONC.^{S} II 3, 2 vers. ant. p. 117, 27 si extra voluntatem praesulis nostri aliquid faciamus, sicut -es et non servantes ... consuetudinem *damnemur* (*gr. II 1, 2 p. 113, 4 ὡς ἀθετήσασι*). SEDVL. carm. pasch. 2, 4 *non* solus meritam -r senserat iram *dei* (*sc. Adam; cf. op. pasch. 2, 1* praecepti temerator). GREG. M. epist. 4, 20 tit. Gregorius Maximo -i in Salona (*de eodem*: 6, 3 tit. -i ecclesiae Salonitanae. app. 5 l. 1. *cf. 6, 25 tit.* qui episcopatum arripuit). 6, 31 l. 20 *Iohannes episcopus* multum -r exstitit et multa sibi per superbiam conabatur arrogare. *de diabolo*: PS. AVG. quaest. test. 113, 3 diabolum -em et salutis invidum. PHILIPP. in Iob rec. long. 41 p. 793^{B} -r tyrannidis caeli arce deiectus est. CONSVLT. Zacch. 1, 34 p. 42, 27. PS. MAX. TAVR. hom. 37 p. 306^{B} -r ille. **β** *contra leges publicas* (*cf. etiam p. 975, 63 sqq.*): CONC.^{S} II 5 p. 5, 5 carcere ... aperto malorum -bus remissio poenarum ... praebebatur (*gr. II 1, 3 p. 125, 12 τοῖς τὰ δεινὰ τετολμηκόσιν*). EDICT. Theodor. 144 quas summas a -bus (*sc. tributa neglegere temptantibus*) vel reliquatoribus exegerint *discussores.* CASSIOD. var. 1, 18, 2 si Romani praedium ... -r barbarus occupavit, eum priori domino ... restituat. 9, 18, 1 (*syn.* invasor *et* qui praedia ... praesumpserint expulso possessore violenter intrare, *sc. non opperientes litis eventum*). NOVELL. Iust. 17, 7 pr. ut *oppressi* non talia a -bus patiantur (*sc. necem, raptum sim.; gr. ὑπὸ τῶν τολμηροτέρων*). LEX Burg. lib. const. 51, 1 -is inoboedientiam (*antea: eum* legis praeceptionibus resultasse). LEX Visig. 6, 4, 2 tit. de -bus et operibus -um (*quae sequuntur v. p. 974, 52; cf. in eadem re Cod. Theod. 9, 14, 2* nocturnus populator, *Interpr. ibid.* n. spoliator). *al.*

f. **praesūmptrix,** -īcis. *i. quae praesumit, sc. in appositione vergens in vim adi. q. e. arrogans sim.* (*cf. p. 975, 22*): PETR. CHRYS. serm. 109, 3 cauta devotio praemium ... adquirit et temeritatis poenam -x (praesumpta *et* praesumit *var. ll.*) servitus non evadit; quis non vocatus ad aulae regalis se proripit servitutem?

deriv.: praesumptorius.

praesūmptōrius, -a, -um. *a* praesumptor. *i. q. ad praesumptorem pertinens* (*sc. inconsideratum, temerarium, cf. p. 975, 27 sqq.*): MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 13 p. 718 'alius est qui testificatur de me' (*Ioh. 5, 32*); et ne -o spiritu quidam putarent, quod ... de Iohanne baptista dixerit alium, ... ipse *Christus* prosecutus est: '...'.

adv. **praesūmptōriē.** *i. q. modo praesumptorio, arroganter*: TERT. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 22 Petrum -e aliquid elocutum (*cf. p. 975, 53*). COLLECT. Arian. c. haer. 4 non -e (*tradi vid.* -ae) sedit *Christus ad dexteram patris,* sed audiens patrem sibi dicentem: 'sede ad dexteram meam' (*psalm. 109, 1*). *Reineke.*

praesūmptrīx *v.* praesumptor. **praesūmptuōsus** *v.* praesumptiosus. **praesūmptus** *v.* praesumo. **praesūmt-** *v.* praesumpt-.

praesuo, -sūtum, -ere. *a* prae *et* suere. *i. q. suendo praecingere* (*structura 'aliquid aliqua re'*): OV. met. 11, 9 quae *hasta in Orphea missa* foliis -ta (*sc. thyrsus*) notam sine vulnere fecit. PLIN. nat. 12, 96 consecant surculos *casiae* ..., mox -unt ... coriis (praeiciunt *var. l.; cf. Theophr. hist. plant. 9, 5, 3 εἰς ... βύρσαν καταρράπτειν*).

[praesuper *laudatur ex* CIL III 6103, *sed lapidem exhibere* ac super *confirmatur ibid. p. 1059.*]

praesurgo, -surrēxī, -ere. *a* prae *et* surgere. *i. q. surgendo praecedere*: AVIEN. Arat. 1599 interdum tenuis praevertere nubes visa deum (*sc. solem*); haec celeri s⟨i⟩ ⌞-erit⌟ ortu[m] ipseque pone sequens radiorum luce carere cernatur, *pluet* (⌞ ⌟ *ed. princ.*, pressus surrexerit *cod.; gr. 845 πάρος ἀντέλλῃσιν*).

praesuscipio, -ceptum, -ere. *a* prae *et* suscipere. *i. q. antea suscipere*: AVELL. 240, 2 in quo *episcopo novo* de bonis moribus sub pro-

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

batione factae concordiae -tae ⟨spes ... expletae⟩ sunt (*si recte de lacuna cod. explenda cogitavit Guenther*; -ta argumenta *coni. alii*).

praesuspecto, -āre. *a* prae *et* suspectare. *i. q. antea suspectare*: IVL. VAL. 1, 38 malo ... nos -antes aliquid difficultatis animis fortius praeparatis in rem bellicam vadere, quam fiducia hostium molliorum inopinatas offendere difficultates.

praesyllogizo, -āre. *a* prae *et* syllogizare *sec. gr. προσυλλογίζεσθαι, quod infra respondere scias. t. t. philos. i. q. antea syllogizare, praefinire* (*de ed. vet. v. p. 502, 53*): BOETH. top. Arist. 148b8 prius confitendum est de talibus *vocibus* aut -andum, quoniam aequivocum vel univocum, utrum fuerit. 156a7 -are, per quae syllogismus eius, quod est ex principio, debeat fieri.

praet- *v. etiam* pret-.

*?***praetaedescit, praetaesum, praetaedet** NOT. Tir. 46, 94. 96. 93, *formae a* prae *et* taedescit *vel* taedet *derivandae suspectae sunt viris doctis, cum in serie notarum desiderentur eadem verba composita cum* per.

πρα(ε)τακτάτωρ *v.* pertractator.

[praetalus *v.* petalum.**]**

praetango, -tactum, -ere. *a* prae *et* tangere. [*dub. trad.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 22 lanis ... venter contegendus leviter oleo ... -tus (praetinctis *Drabkin haud inepte, sed cf. l. 33*). *e coni. vix recta* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 155 detergemus faciem ... spongia ... retangentes (*'saepe contingentes' Almeloveen, Lex. Cael. in ed. Ammani 1755* [*ad vim praeverbii cf. e. g.* recino]; -entes *coni. Bendz et sensui minus aptum et usui, cf. l. 25*).**]**

t. t. medicinae, qui non occurrit nisi formis pass., sc. inf. -i, *p. p. p.* -tus, *gerund.* -endus: **1** *vi praeverbii temporali* (*vix de vi locali cogites e. g. l. 36; fere abundanter accedit* prius *l. 35*); -i *significat*: **a** *generatim i. q. antea tangi* (*sc. antequam quidlibet aliud fiat*): CAEL. AVR. acut. 1, 10, 71 *phlebotomia* plus ... in phreniticis afficitur male ⌞-ta⌟ nervositas *quam in ceteris passionibus* (⌞ ⌟ *incursu morbi ut*: 3, 5, 52 *difficilius curari* eos qui -ti fuerint aegritudine, magis quam qui nulla fuerint morbi contagione sauciati). 2, 11, 79 *adhibito* fomento ex oleo ... medianis partibus, sed ⌞-tis⌟ membris, quae ... torpore afficiuntur (⌞ ⌟ *sc. fomento [nisi ipso morbo, ut Pape in versione ed. Bendz]; cf. l. 20 et* chron. 1, 5, 168 localibus adiutoriis prius erunt -endae *partes quaedam corporis*). CASS. FEL. 66 p. 162, 8 si forte durum fuerit medicamentum, -tis (*an* -tinctis *?*) digitis ... oleo ad molles carbones malaxabis. **b** *speciatim i. q. modo praevio tangi* (*sc. affici primis passionis signis, antequam aeger plene correptus sit*): CAEL. AVR. acut. 3, 11, 102 cum iam -i coeperint *hydrophobiā* (*opp. 103* obtinente passione; *cf. in eadem re Theod. Prisc. log. 26* cum initia huius manifesta fuerint passionis). chron. 1, 4, 105 -i nervositatem atque in accessionem urgeri ..., ut (cum *Bendz*) augmenti indicia tamquam praeludere videantur. 5, 7, 81 corpus ... -i accessione ventura.

2 *vi praeverbii comparativa* -i *significat i. q. prae ceteris tangi, praepati* (*cf. p. 761, 9 sqq., nisi vim praeverbii prorsus evanuisse putes*): CAEL. AVR. chron. 3, 8, 111 dissenserunt ... de patientibus *hydropicorum* partibus, quae principaliter afficiantur; Erasistratus namque iecur inquit pati, ... alii renes ... principaliter pati dixerunt; et apparet omnia necessario -i.

praetardo, -āre. *a* prae *et* tardare. *ante tardare* (*sc. praepediendo sim.; de vi praeverbii intensiva verbis minus apta cogitant alii*): HOMER. 917 *fluvius* praeceps volvitur atque virum (*sc. Achillem*) torrentibus impedit undis -atque gradus; ille omni corpore saevas contra pugnat aquas *eqs.*

[praetardus *v. p. 1097, 32.***]**

praetaxātio, -ōnis *f.* *a* praetaxare (*quod verbum posterius occurrit*). *i. q. actio praetaxandi*: AVELL. 3, 3 (*a. 386*) *ut in basilica construenda* sumptuum ... omnium iuxta pretia rerum, quae in ... urbe *sunt,* -o plenius ordinetur.

praetaxo, -ātum, -āre. *a* prae *et* taxare. *i. q. antea taxare*: NOT. Tir. 89, 24[b] -at (*addidit cod. C*). GLOSS. V 510, 62 -to: praescripto (*glossa cod. saec. X; pertinetne ad epist. Pelagii II papae ab Isid. Mercatore confictam Migne 72, 751[A]* -to modo *?*).

deriv.: praetaxatio.

praetēctio, -ōnis *f.* *a* praetegere. *i. q. actio praetegendi*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 131 phreneticis luce commotis oculorum -o *adhibenda est* (*cf. acut. 1, 9, 61* oportet aliis oculos contegi).

ˣpraetego, -tēxī, -tēctum, -ere. *a* prae *et* tegere. *formae ambiguae* -xit *duo tantum exempla certe huc pertinent, v. p. 978, 6. 19, ceteris potius praesens verbi q. e.* praetexo *subesse videtur, quamquam non desunt qui huc trahant e. g.* VERG. Aen. 4, 172 COLVM. 10, 296 TERT. pudic. 8 p. 234, 9. [*falso trad.* -ta *pro* praetenta LIV. 44, 9, 9.]

i. q. ante tegere (*sive occultando sive muniendo, tuendo, sc. vi praeverbii locali, nisi vim temporalem intellegere malis apud* CAEL. AVR.; *adhibetur struct. 'aliquid aliqua re'* [ex *c. abl. p. 978, 10*] *vel cum solo obi. rei tegumento afficiendae* [*suppl. e contextu apud* PERS.]; *pro subi. sunt tegumenta apud* PERS. *et* PLIN.): **1** *proprie et in imagine*: PERS. 4, 45 ilia subter caecum vulnus habes, sed lato balteus auro -it (pro- *var. l.; item cum respectu occultandi*: LACT. inst. 5, 2, 3 *falsus quidam philosophus* vitia sua capillis et pallio et, quod maximum est velamentum, divitiis -bat. SEDVL. op. pasch. 3, 25 *Iesus post transfigurationem* carnis ... velamine rursus aetheriam -xit effigiem [*carm. pasch. 3, 294* texit]). PLIN. paneg. 15, 4 quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa -erint (pro- *var. l.*). SERV. auct. ecl. 7, 12 *et* Aen. 6, 5 *v. p. 1045, 22. 31.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 18 -to ... capite lana molli (chron. 1, 4, 112. 1, 4, 168). chron. 1, 5, 157 -tis articulis ex lana. 4, 3, 59 *lac* erit frigidum dandum -to vasculo nivibus. gyn. 2, 94 nutum *embriulci* ... digitis -tum ... ori matricis inferatur (*gr. p. 141, 8 τὴν καμπὴν ... κρύψαντα ... συνεισφέρειν*). *al. apud eundem* (*v. Bendz, Emendationen, 1954, 61*). *p. p. p.* -tus *pro adi., sc. vi praeverbii evanescente fere i. q. tectus* (*si recte restit.*): CAEL. AVR. chron. 1, 1, 18 *gestatio adhibenda est* ⌞-to⌟ atque aequabili, lucido et ... calido loco (⌞ ⌟ *Drabkin,* perfecto *ed. Sich.,* pertecto *ed. Rovill.; opp.* sub caelo). **2** *translate*: TERT. spect. 10 p. 12, 18 *Pompeius* theatro suo ... Veneris aedem superposuit *dedicavitque*; ... ita damnatum *theatri* ... opus templi titulo -xit (-xuit *var. l.*). SERV. auct. Verg. Aen. 4, 172 *et* GLOSS.[L] I Ansil. PR 1119 sqq. *v. p. 1045, 45 sq.* *vix recte editur e lectione dubia*: COD. Theod. 6, 4, 22, 3 *puniendi sunt,* qui cum eodem *iudice, qui excusationem iniustam admisit,* residentes propriae no⟨bilita⟩tis obliti adulantis gratiae turpissimam praet⟨exe⟩rint vilitatem (*edd. rec. sec. Vesme, sed notio occultandi vel obtendendi apta non videtur; sensu meliore legebant* praet⟨ule⟩rint *Gothofredus aliique*).

deriv.: praetectio.

praetemptātus, *abl.* -ū *m.* *a* praetemptare. *i. q. actio praetemptandi*: PLIN. nat. 11, 140 cocleis oculorum vicem cornicula bina -u implent (*cf. 11, 125* ad praetemptandum iter). *Bk.*

praetempto, -ātum, -āre. *a* prae *et* temptare. *de scriptura*: -tempt- *praebet* PLIN. nat. 11, 125 *cod. M* (*saec. V ex.*), -tent-, *quod exhibent codd. quidam medii aevi et edd. veteres, servatur adhuc in edd.* CAEL. AVR. *al.* NOT. Tir. 89, 22 -at (*praecedit* adtemptat). *legitur singulis vel binis locis, nisi aliter indicatur, apud* TIB., OV. (*quinquies*). SEN. *trag.,* LVCAN., PLIN. nat., VAL. FL., QVINT. *al.* [*spernuntur ab edd. rec. var. ll. pro* per- STAT. Theb. 2, 369. 3, 381 VEG. mil. 1, 8.]

II *vi potius temporali (cf. quae sublucente respectu temporis ad I traximus, e. g. p. 981, 74. 983, 31; c. dat. rei futurae l. 30, pro obi. sunt struct. verbales sub A2); -itur:* **A** *quod praesignificatur futurum (adhuc latens* AMBR. *sub 2):* **1** *c. obi. acc.:* MANIL. 2, 869 (*de duodecim locis q. d. δωδεκάτροπος*) *sedes 'porta laboris' vocata* utraque -tā fertur deiecta ruinā. HEGES. 2, 17 p. 179, 21 quod (*sc. amicitia a Iudaeis professa*) suspectum gentibus, quia prom(p)tioribus studiis odiorum in suos exsecutio -batur. PS. IVL. RVF. schem. dian. 3 p. 60, 23 *προκατασκευή sive praeparatio* est ⌊procatalepsi⌋ proxima, cum rei, de qua acturi sumus, colorem praeparamus atque -imus (⌊ ⌋ *de qua cf. 2 p. 60, 16* cum ... praesumimus ac praecipimus). PAVL. NOL. epist. 29, 9 p. 257, 5 cum et agnus ille ad formam salvatoris in Aegypto postea immolandus (*cf. exod. 12, 3*) iam in sui generis pecore -retur, hoc est in eo ariete, qui pro Isaac occurrit in victimam (*cf. gen. 22, 13*). AVG. serm. 267, 3 ecce quod -bat modo (*act. 2, 4 sqq.*): ... quid est, nisi quod ecclesia ista magna, *sc. temporis nostri, eqs.* (*postea*: modo impletur, quod tunc promittebatur). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 218, 10 certamina -it *haereticus* (*postea*: expoliatur ad luctamen. *an ad IA2?*). GILD. Brit. 62 chron. III p. 60, 28 *Salomon* finem *hominum* malorum bonorumque ... -ens ait: '...' (*sap. 5, 15 sqq.*). **2** *pro obi. sunt struct. verbales: acc. c. inf.*: AMBR. virg. 2, 2, 7 bona ... domus in ipso vestibulo debet agnosci ac primo -at ingressu nihil intus latere tenebrarum. EPIST. pontif. 591 Schwartz p. 66, 27 (*ad imp. Zenonem*) quod corrigendis eius *haeretici* -batis sectatoribus inrogandum. PASS. Secund. Theb. (BHL 7568) 1 nomen praesagium fuit futurorum bonorum: Secundus namque quod dicebatur, mystice -bat eum martyrii gloria sublimandum *esse, sc. apostolos secuturum.* *enunt. interrog.*: PAVL. NOL. carm. 26, 363 *Felicis* animam, positi dum corporis ossa quiescunt, ante diem reditus claris -ere signis, qualem pro meritis sit gestatura coronam.

B *quod praemittitur tamquam nuntius futuri*: AVG. serm. 350A, 2 coll. Morin p. 293, 8 (*quaeritur, quomodo non solum test. novum, sed* et testamentum vetus dicatur lex) -itur ibi testamentum vetus, quia promissio terrena est, *eqs.* (*l. 18 sq.* occulte ... praenuntiabatur novum testamentum).

C *quod praecedit ordine actionum, sc. variis modis tendendi*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 264 p. 617 Parthi eum *Herodem* persequebantur; et ille matrem quidem ... ⌊-ere iter⌋ iussit, ipse autem ... barbaros retentabat (⌊ ⌋ *cf. vol. VII 2, 544, 27 sqq.; gr. ὁδεύειν*). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 19 *medici nonnulli cauteres imposituri* ancistris ex utraque parte cutem -unt (*de* prehendunt *cogitat Amman*).

part. praes. praetendēns *et perf. pass.* praetentum *pro subst. v. p. 986, 27 et 982, 56.*

deriv.: praetensio, 1. praetento, praetentura, ?praetentus (-ūs).

compos.: compraetendo. *v. L.*

praetener, -a, -um. *a* prae *et* tener. *i. q. valde tener*: PLIN. nat. 14, 25 *vitis quaedam* -a acino et uva tam parva, ut *eqs.* (*aliter de eadem Colum. 3, 2, 24* acinorum exiguitate). 25, 156 capnos *herba* fruticosa, -a (*cf. Diosc. gr. 4, 109 τρυφερὸν πάνυ*). AVSON. Mos. 86 squameus ... capito ... viscere -o.

praetēnsio, -ōnis *f.* *a* praetendere. *i. q. actio praetendendi, sc.:* *insidiandi*: VET. LAT. I Macc. 1, 36 (rec. B) *hostes praesidium posuerunt in Hierusalem* et fuerunt ... in -e adversus sanctificationem (*cet. recc.* in [*vel* ad] insidias sanctificationi, *gr. ἐγένετο εἰς ἔνεδρον*). *muniendi* (*sc. limitem imperii Romani, cf.* praetentura; *contextu obscuro*): INSCR. Année Épigr. 1987 n. 964 (*ex Arabia; saec. III ex. vel IV*) -e concata (*corruptum*) mil(itibus) suis (*i. imperatoris?*) ex leg(ione) III Kur(enaica) a Bostra *eqs.* *comminandi*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 167, 9 principum minas, distortiones seu eversiones et -e⟨m⟩ exiliorum.

praetēnsūra *v.* praetentura.

1. praetento, -ātum, -āre. *a* praetendere, *cf.* extentare *al. i. q. praetendere* (*vi frequentativa fort. l. 8; indicatur cui sub 2.* GLOSS. II 396, 38 *παρατείνω*: -to [protendo *ed. Stephani*], praetendo. 41 *παρατεταμένος*: -tus): **1** *corporaliter* (*sc. prae se ferendo sim.*): VAL. FL. 6, 75 movit ... *ducem gentis Scythicae* impia germani ⌊-ans⌋ vulnera Perses (⌊ ⌋ *'iterum iterumque praetendens' Langen, 1897, ad l.*). CLAVD. 15, 438 dextra movet iaculum, -at (-ant *var. l.*) pallia laeva; cetera nudus eques *Maurus.* AVSPIC. ad Arbog. 6, 3 *merita Arbogastis adhuc carent titulo digno, sed praestat* virum fulgere actibus quam -are lampadem sine scintill(a)e lumine. **2** *incorporaliter*: CLAVD. 20, 207 quid pulchra vocabula pigris -as vitiis? probitatis inertia nomen, iustitiae formido subit (-tendis *al. var. ll.*). AVG. c. Cresc. 1, 14, 17 *improbare hoc et approbare illud,* quid est aliud quam indoctis -are fallaciam, doctis facere iniuriam?

2. praetento *v.* praetempto. **praetentum** *v.* praetendo.

praetentūra (-tēns- *v. l. 54*), -ae *f.* *a* praetendere. *abbreviatur* praetent *l. 28,* praet *l. 26. 28* (*si recte solvitur*). *legitur inde a saec. II.*

1 *technice in re militari (cf. etiam p. 985, 50 sqq.) significatur:* **a** *quod praetenditur incursui hostium sim.* (*ab exercitu Romano praeter l. 41*): **α** *per sing. respicitur potius regio praesidio militari munita* (*fere ad fines imperii sita praeter l. 29; ad rem v. e. g. Šašel, Mus. Helv. 31, 1974, 225 sqq.*): INSCR. Brit. I 1152 (*si recte suppletur; saec. II*^{1}*, ut vid.*) ⟨Tere⟩ntio Paulin⟨o p(rae)p(osito) a⟩g(ente) in praeten⟨tura⟩ (EPIST. Chart. lat. ant. VI 321UU^{v} [*a. 216*] ⟨prae⟩p. praet., *quod ab edd. suppl. et solvitur sec.* 319A^{v}, 3 [*a. 221*] Aurel(ius) Rufinus proc(urator) Aug(ustorum) n(ostrorum), praep. praetent(urae) [*de eodem*: B^{v}, 3 praep. praet.]). INSCR. Alger. II 4681, 5 (*saec. II*^{2}) *cuidam* leg(ato) Aug(usti) at -am Italiae et Alpium. CIL VIII 22602/4 *imp. Sept. Sev. al.* miliaria ⌊n⟨o⟩vae⌋ -ae poni iusserunt (*fort. restit.* nova *sec. titulum gemellum* 22611). **β** *per plur. respiciuntur ipsa praesidia militaria vel castella, in quibus milites locati sunt* (*cf.* GLOSS.^{L} II Philox. PR 158 -a: *προβολή, ἐπιτείχισμα*): AMM. 14, 3, 2 Mesopotamiae tractus ... inquietari suet⟨i⟩ -is et stationibus servabantur agrariis (25, 4, 11 caute castra metata, -ae s.que a. tutis [totis *V*] rationibus ordinatae, *sc. a Iuliano.* 31, 8, 5). 19, 13, 1 -as militum ... fallentes *Isauri.* 21, 13, 3 *Iulianus* properare coegit *duces* ... -is iuncturos citeriores Tigridis ripas (*4* collimitia iussa custodiunt). 28, 3, 7 *Theodosius* limites ... vigiliis tuebatur et -is (29, 5, 5 ad v. ordinandas et -as). COMMENT. Lucan. 5, 420 multae ... -ae Pompeianae illic (*sc. Corcyrae*) fuerunt, ne Caesar transire posset. *de stationibus latronum*: AMM. 14, 2, 4 *Isauri praedabundi* densis intersaepientes itinera -is ... viatorum opibus pascebantur.

b *anterior pars castrorum* (*ad rem v. e. g. Domaszewski, RE III 1764 sq. nec non p. 986, 38; falso trad.* -a *pro* retenturam HYG. mun. castr. 31, *cf. etiam l. 50*): HYG. mun. castr. 3 *legio quaedam tendere debet* in -a ... intrantibus portam praetoriam parte laeva (4 duae *cohortes.* 5 *vexillarii legionum* t. debent in -a vel latere praetorii. 29 *cameli,* si in hostem exituri sunt, in -a iuxta classicos. 32 alae miliariae in -a [*Lange,* pedituram *cod.*]. *ibid.* alae in -a[m]. *cf. l. 52*). 14 nunc -ae (-terit- *cod.*) rationem exponam. *ibid. iterum* (*Grillone,* praetoriiura *cod., unde alii* praetorii ora). 31 -am (retentura *cod.*) similiter computemus, sicut retenturam fecimus. 34 -am *componere.* 46 *si* alae in retentura[m] positae fuerint et pedites ⟨in⟩ -a.

2 *usu laxiore de qualibet regione adiacente, sc. finibus praetenta* (*cf. l. 22*): HYG. lim. grom. p. 167, 16 (fig. 136a; *nisi est medii aevi*) praetensur(a)e ex finibus Hirrensium *eqs.* VET. LAT. II reg. 2, 29 (cod. 116, *sim.* 91. *al.*) *Abner et viri sui* transierunt Iordanem et abierunt ⟨per⟩ totam -am et venerunt in castra Madiam (*gr. τὴν παρατείνουσαν, sc. χώραν, Vulg.* Bethoron). *Pade.*

?**praetentus,** -ūs *m.* *a* praetendere (*si recte restituitur*). *i. q. actio vel effectus praetendendi, praetextus, species*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 144, 21 servos atque domesticos ... sub -u litaniae convenire fecerunt *haeretici* (*Schwartz,* pre tu *cod.,* praetextu *Lupus*). p. 186, 35 (*loq. Alexander episc. communionem recusans*) deposuisse quidem me talem -um *acquiescendi sim.,* investigasse autem veritatem (tale p̄ventu *cod., corr. Schwartz*). *v. L.*

praetenuis, -e. *a* prae *et* tenuis. *legitur non nisi posit., saepe apud* PLIN. nat., *postea perraro; cf.* pertenuis *inde a* CIC.

i. q. valde tenuis (*accedit abl. resp. p. 989, 2*): **1** *respic. qualitas sensibus percipienda:* **a** *rerum corporearum:* **α** *de rebus oblongis, quae sunt:* *subtiles, non crassae*: PLIN. nat. 11, 39 thymosum *mel* non coit et tactu -ia fila mittit (16, 128). 11, 220 venae in -es postremo fimbrias subter totam cutem dispersae ... in angustam subtilitatem tenuantur. 16, 38 pinus atque pinaster folium habent capillamenti modo -e longumque. 16, 174 aliae *salices emittunt virgas* -es viminibus texendis spectabili subtilitate, rursus aliae firmiores *eqs.* 18, 57 -i surculo *legumi-*

[Jiménez-Villarejo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num. 20, 159 cuminum ... silvestre, -e. 25, 39 radix *linozostidis* supervacua, -is. 25, 92 *dictamnum* ramis -e, puleio simile ...; radix tenuis (*Theophr. hist. plant. 9, 16, 1 τὰ δὲ χλωνία λεπτότερα, sc. τῆς βληχοῦς*). 36, 51 serra in -i linea premente harenas ... *et marmora* secante. *angustae*: PLIN. nat. 8, 201 Mucianus (*hist. frg. 13*) ... prodidit in ponte -i *duas capras ex adverso convenisse eqs.* (*postea*: angustiae; in exilitate). β *de rebus planis, sc. membranis, laminis sim., quae sunt subtiles*: PLIN. nat. 11, 178 -i eius *medullae spinalis* membrana ... incisa. 13, 74 praeparatur ex eo *papyro* charta diviso acu in -es, sed quam latissimas philyras. 16, 229 secatur in lamnas -es et ilex (ISID. orig. 20, 14, 6 serrula est -is lammina ferri). 33, 100 -es bratteas *auri inlitas aeri* (34, 94 pyropi). γ *de bulbo alii, sc. parvo*: PLIN. nat. 19, 116 est et *alium* silvestre ... capite -i, foliis grandibus.

b *soni*: QVINT. inst. 11, 3, 41 *sonus acutissimus* -is et immodicae claritatis (*opp.: gravissimus* parum clarus nimiumque plenus).

2 *respic. qualitas animo percipienda*: AVSON. 208, 14 p. 65 *Marcellum* receptum inter grammaticos -is meriti. *Jiménez-Villarejo.*

praetepeo, -uī, -ēre *vel* **praetepēsco,** -uī, -ere. *a* prae *et* tepere *vel* tepescere. *i. q. antea tepere, calere* (*vel incalescere*): Ov. am. 2, 3, 6 (*ad eunuchum preces amatoris aspernantem*) facilis ... rogantibus esses, si tuus in quavis (quamvis *var. l.*) -isset amor. *Pade.*

***praeter** *praepos., adv., coniunctio* (*praeverbium v. infra sub singulis verbis*). [prae-ter *suffixo* -ter *e* prae *formatum esse verisimile est; cf.* subter, prop-ter *al. et v. Delbrück, Vergl. Syntax I 631, Brugmann, Indogerm. Forsch. 27, 1910, 247, Leumann, Gramm. 1977, 500. Fo.*] *derivatur a* prae PRISC. gramm. III 42, 28. 50, 20. *scribitur* pre- TAB. cer. Pomp. *infra.* CIL VI 23109, 5 VIII 22660, 12 XIV 1271, 6. *al., in codd. ant. e. g.* LIV. 42, 52, 12 PALLAD. c. Ambr. fol. 339^{v}, 13. *notatur* pret TAB. cer. Pomp. (Abh. Heidelb. Ak. 1989, 3 p. 28) 2, 8 (*a. 37; prius legebatur* pre). NOT. Tir. 1, 37. *syllabam priorem corripit* CYPR. GALL. gen. 1093 iud. 402. *al., longam servat* num. 717. *doctrinas gramm. v. p. 990, 12. 1000, 23 sqq. 1001, 43 sqq. 1004, 3; ceterum* VLT. SYLL. gramm. IV 254, 16 '-r' trochaeo constat. *de notione v. infra p. 990, 18. 992, 23. 996, 55. 998, 73; ceterum* DOSITH. gramm. 45, 1 *παρεκτός* -r (GLOSS. II 397, 42 *π.*: -r, praeterea, praeterquam. *al.*). PRISC. gramm. III 28, 23 *παρά* pro 'apud' et 'prope' et '-r' et 'propter'. GLOSS. *πλήν. ἐκτός, χωρίς, πλήν.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1084–1086 (cod. Paris.) absque. citra. extra. *al. legitur inde a* LEGE Aquilia (*sed v. p. 993, 27*), NAEV., PLAVTO, ENN., TER., CATONE *per totam latinitatem* (*rarius in versibus dactylicis, v. Axelson, Unpoet. Wörter, 1945, 81 sq. adn. 70*). [*varietas codicum (vocum exemplorumque delectus): confunditur cum compos.* praeterea *et* praeterquam (*v. sub illis vocibus*), *cum praepos.* per LIV. 28, 42, 3. 36, 11, 7 (*restit.* TERT. adv. Prax. 18 p. 260, 21), prae LIV. 29, 17, 11 PLIN. nat. 11, 17 (*vix recte* prae HYG. astr. 2, 35, 2 *sec. Bunte supra p. 379, 17, v. Le Bœuffle, app. crit.*), propter CIC. inv. 2, 96. CVLEX 390 (*falso trad.* LIV. 41, 26, 3, *sed vix etiam p. 990, 30. 35*), *ceterum cum* praetor VERG. georg. 1, 412 (*falsa var. l. codd. potiorum* CIC. Mur. 26; *restit.* LIV. 42, 35, 4), pater SEN. contr. 10, 4, 1. PLIN. nat. 16, 99 (*falso trad.* LVCR. 4, 1234). *loco corrupto* PLAVT. Rud. 927 TRAG. inc. 158. SVET. Cal. 34, 2 (-r eum *vix recte trad.; coni. alii alia*). *al.; in versione prava*: VET. LAT. lev. 14, 48 (cod. 100) -r genus (*v. Lundström, Übersetzungstechn. Unters., 1955, 41*). CASSIOD. hist. 7, 24, 8 -r expositam a nobis fidem ... crimen inferre (*sed Socrat. 4, 12 p. 489^{A} μετὰ τὴν ... πίστιν. vix trahas ad p. 994, 45 nec cogites de notione q. e. post coll. p. 996, 3*).]

materiam sic digerendam censuimus:

CAPVT PRIMVM: *praepositio.*

I *vi locali*:

A *usu originario respicitur motus qui fit ante quaedam finitima: p. 990, 19* (*sive sequendo, ut p. 990, 28, sive superando, ut p. 990, 47*).

B *usu deflexo*: **1** *respicitur situs* (*i. q. iuxta p. 991, 11; i. q. extra p. 991, 29*). **2** *respicitur motus qui fit per aliquid p. 991, 69, foras p. 992, 10, seorsum p. 992, 16.*

II *transfertur ad rationem*:

A *excludendi*: **1** *accedunt negationes: p. 992, 25.* **2** *sine negationibus: p. 993, 21* (*fere comparando*: alius -r *illum p. 994, 28*).

B *admittendi*: **1** *pendent voces quaelibet: p. 994, 47* (*usu laxiore p. 995, 53*). **2** *iunctura* -r haec: *p. 996, 24.*

C *superandi, praestandi*: **1** *superatur universitas, multitudo: p. 996, 53.* **2** *superatur modus consuetus: p. 997, 19.* **3** *superantur singuli: p. 997, 29.*

D *opponendi*: **1** *contra spem, voluntatem: p. 997, 46.* **2** *contra naturam, consuetudinem: p. 998, 2.* **3** *contra quaslibet res: p. 998, 23.*

E *defectus, absentiae, i. q. sine: p. 998, 72.*

appendix syntactica et stilistica: **1** *de collocatione: p. 999, 67.* **2** *pro acc. accedunt alia: p. 1000, 12.* **3** *structurae minus plenae: p. 1000, 41.* **4** *illustratur quo pertineat locutio praepos.: p. 1001, 21* (*ad subst. p. 1001, 30*). **5** *locutio praepos. ponitur fere pro adi. vel subst.: p. 1001, 40.*

CAPVT SECVNDVM: *adverbium*: **I** -r propter: *p. 1001, 46.* **II** *iungitur cum coniunctionibus: p. 1001, 62* (-r si *p. 1001, 65*; -r quod *p. 1001, 72*). **III** *exempla cetera, sc. respectu excludendi p. 1002, 40, addendi p. 1003, 26, locali p. 1003, 65.*

CAPVT TERTIVM: *coniunctio: p. 1003, 72.*

CAPVT PRIMVM: *praepositio* (*enumeratur inter praepos.*: CHAR. gramm. p. 300, 14 [*e Palaem.*] *et casui et verbo praeponitur* -r: -r filium, praetereo [*item testantur acc.*: SACERD. gramm. VI 429, 9. *al.; de abl. v. p. 1000, 23*]. *al.*).

fere i. q. παρά (*quod saepius gr. respondet*): **I *proprie,* sc. vi *locali*** (*adiecimus imagines manifestiores e. g. p. 991, 1. 14. 29, etiam temporis p. 991, 49; ceterum vix de vi temporali cogites p. 993, 3. 996, 3. de notione cf.* NON. p. 529, 13 '-r' pro 'ante' vel 'per' [*affertur* VARRO *sub A1a,* CIC. *sub A2 collocatus*]): **A** *usu originario respicitur motus qui fit ante quaedam finitima, vicina sim.* (*huc traximus etiam exempla, quibus viae, regiones sim. ante aliquid porriguntur, feruntur; inter verba movendi occurrunt saepius composita cum* trans-, *e. g.* CAES. Gall. 1, 48, 2 Ov. met. 14, 359 LIV. 21, 24, 5, *et* per-, *sc.* LIV. 26, 9, 2. 31, 45, 11. *al., ceterum notanda videntur e. g.* praeferri -r LIV. *l. 60,* praeterire -r SVLP. SEV. dial. 2, 12, 2; *hic illic verbum movendi subaudiendum est e contextu, v. e. g. l. 49. 52 et cf.* Pettersson, *Commentationes Liv., 1930, 84 et 88 ad* LIV. 34, 26, 9 *et* 26, 19, 11): **1** *ante res varias, maxime loca, aedificia sim.*: **a** *respicitur potius, qua motus fiat, sc. iuxta quid, secundum quid dirigatur* (*exempla quaedam inter a et b ambigua esse vix mireris*): NAEV. trag. 42 *bacchantes* ludere laetantis inter se ... -r amnem ([propter *edd. plerique; vix ad B1a*]. LIV. 45, 29, 8 *regio* -r ... a. porrigitur. frg. 22 l. 65 -r ... a. per ... agros ... exercitum ... duxit). VARRO Men. 149 ⟨i⟩en⟨s⟩ domum -r matris (matrem *trad.*) deum aedem exaudio cymbalorum sonitum (*nisi ad B1a*). 415 -r hos *agros* fluit amnis. LVCR. 4, 390 fugere ad puppim ... campi ... videntur, quos agimus -r navem. CVLEX 307 Sigea ... -r (propter *pars edd.*) litora ... in classes *Graecorum ducere Troianos.* LIV. 9, 2, 6 *ferebat via* altera -r oram ... maris ..., altera per *eqs.* (22, 14, 6 vagari classes [*v. app. crit. Walters-Conway*]. 28, 42, 3 -r [per *codd. plerique*] oram ... vectus. 40, 41, 3 *captivos* -r o. Etrusci maris Neapolim transmisit. *al. apud eundem*). 27, 19, 1 -r Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. 28, 8, 11 -r terram Atticam super Sunium navigans. 38, 15, 2 -r ... paludem agmen ductum (38, 15, 8 progredienti -r p. legati ... venerunt [*Polyb. 21, 36, 2 παρά*]. 44, 2, 6). 38, 18, 9 -r ripam *fluminis* euntibus ([*cf. Polyb. 21, 37, 5 παρά*]. PORPH. Hor. carm. 4, 7, 3 ['ripas flumina praetereunt'] -r r. suas eunt flumina, quod significat r. suas non excedere, sed intra alveum labi [*vix ad B2a*]). *al.* CVRT. 4, 9, 14 quarto die -r Armeniam (*Mützell,* Arbela *trad.*) penetrat ad Tigrin. *al.* **b** *respicitur potius effectus motionis, sc. ut locutio praepos. indicet, quae motu continuato superentur, relinquantur, non tangantur sim.*: TER. Phorm. 768 ita fugias, ne -r casam, quod aiunt (*vim localem varia ratione agnoscunt* DON., POMP. gramm. V 311, 35. *al.; var. l.* causam *explicat* SCHOL. Ter. *infra p. 999, 2; ad rem v. Otto, Sprichw. n. 353 et cf. e. g. l. 60*). CIL I^{2} 809 (*cum add. p. 954; aet. Sullae; locatur via reficienda*) ab scaleis ... -r ⟨portas⟩ Marcias ad viam *eqs.* (*vix ad B2a*). CIC. inv. 2, 96 *Eurotas* -r (propter, prope *var. ll.*) Lacedaemonem fluit (*item -r oppida sim.*: LIV. 21, 22, 5 inde ... -r Onussam urbem ad Hiberum ... ducit. 21, 24, 5 per fines suos -r Ruscinonem oppidum. 23, 38, 2 Cumas. 24, 7, 11 ex itinere -r urbem in campum descendit. *al.* PLIN. nat. 5, 5. *al.*). LVCR. 4, 139 *nubes* anteire et solem succedere -r (*sunt qui pro adv. habeant*). CAES. Gall. 1, 48, 2 -r castra ... copias traduxit (BELL. Afr. 68, 2 -r hostium c. proficiscitur ... et oppidum potitur. LIV. 6, 29, 3 -r c. etiam sua ... praelati *milites fugientes* [*item* 7, 24, 8]. 34, 14, 1 FRONTIN. strat. 1, 1, 7. *al.*). VERG. Aen. 7, 24 *Neptunus Troas* -r vada fervida vexit (*tmesin statuit* SERV.). HOR. epod. 16, 40 Etrusca -r et volate litora ([*vix per tmesin*]. Ov. met. 15, 701). Ov. epist. 6, 5 -r mea regna. LIV. 24, 44, 10 -r undecim fasces ... praevectus. 31, 45, 11 -r Scyrum insulam (TAC. ann. 2, 78, 2). 38, 41, 4 Aeniorum fines -r Apollinis, Zerynthium quem vocant incolae, templum superant. *al. in appellatione viae*: PLIN. nat. 5, 38 (*v. Onom. vol. II 177, 58 sqq.*).

2 *ante animantes eorumque partes* (*statum p. 991, 7; praevalet respectus sub 1b illustratus, sed v. e. g. l. 71; differunt locutiones sim.* prae manu, prae oculis *supra p. 373, 41 sqq. 51 sqq., eo quod iis deest fere respectus motus*): PLAVT. Poen. 19 neu dissignator -r os *spectatorum* obambulet (*al. v. vol. IX 2, 1086, 66 sqq.*). Stich. 460 mustela murem abstulit -r pedes *meos* (SVET. Cal. 36, 2). CIC. Verr. II 3, 62 servi ... ⌞-r⌟ oculos Lolli haec omnia ferebant ([⌞ ⌟ pro ... 'per' NON. p. 529, 13. *cf.* per ora *vol. IX 2, 1087, 33 sqq.*]. *exempla cetera v. vol. IX 2, 446, 39 sqq.*). CAEL. Cic. fam. 8,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

10, 2 (*in imag.*) *consules* verentur, ne ... -r eos ad alium res (*sc. expeditio*) transferatur. Ov. met. 5, 159 tela volant ... -r ... latus -rque et lumen et aures (fast. 3, 635). Liv. 10, 29, 11 -r ... aciem ... ad castra ... ferebantur. 10, 35, 4 *via* -r hostes erat. Sen. contr. 1, 4, 12 quam securi adulteri transierunt -r oculos meos, -r (propter *var. l.*) filii manus. Stat. Theb. 6, 507 hunc ... -r ... iacentem ... currus ... transabiere. 12, 236 *it* per fluvios ... somnosque ferarum ⌞-r et⌟ ... cubilia (⌞⌟ praeterit, propter et *var. ll.*; -r *ad* somnos *quoque referam*). Ivv. 8, 146 -r maiorum cineres atque ossa.

B *usu deflexo vel novato*: **1** *respicitur positio, situs eorum, quae ante sunt vel fiunt*: **a** *potius eo quod finitima, vicina sunt, ut sit* -r *fere i. q. iuxta, propter sim.* (*usus differt ab A, evanescente respectu motus; huc trahere possis etiam l. 52. p. 990, 32 . al., sed vix iam* Plavt. *p. 992, 32. 995, 22. al.*): Rhet. Her. 4, 1, 1 in superioribus libris nihil neque ante rem neque -r rem locuti sumus (*in imag. de digressione sim. scriptoris; vix iam agnoscas colorem q. e. extra, ut ad b pertineat*). Cvlex 390 rivum -r aquae ... sub fronde latentem conformare locum (*var. l.* propter *praeferunt edd. multi coll. Verg. ecl. 8, 87* propter aquae rivum, *sed v.* Liv. 32, 5, 10 maxime idoneum ad muniendum locum ... esse -r amnem [Ivl. Val. 3, 45 p. 154, 3 nos ... -r amnem ... deprehendes; *cf. gr. p. 125, 19 ἐπὶ τῶν ὁρίων*]). Liv. 7, 8, 6 agmen ... fugientium ab Signinis, cum -r moenia eorum ... conspecta signa essent, fusum *est* (*nisi ad A1*). Avg. in psalm. 136, 13 l. 51 suspendant organa in salicibus ...; -r salices autem cantent. Cael. Avr. acut. 2, 27, 143 in *oculorum* partibus albidis, quae -r pupulam videntur. *? audacius notione q. e. apud, coram sim.* (*nisi spectat ad IIC*): Vet. Lat. psalm. 30, 12 (cod. 136) -r omnes tribulantes me factus sum inproperium et vicinis meis valde, et timor notis meis (*cod. 410. al.* prae, *Vulg.* super, *Hier. psalt. sec. Hebr.* apud, *gr. παρὰ πάντας*).

b *potius eo quod non intus, sed exclusa, separata sunt, ut sit* -r *fere i. q. extra, foris, ab sim.* (*saepe in imagine; exempla potiora, sc. neglectis iis quae aliter explicare maluimus, velut* Plin. nat. 12, 51. 27, 12 *sec. IIA vel B; ceterum huc vergunt p. 999, 15 sqq. et* Gell. *p. 998, 34,* Tert. *p. 998, 14, sed vix iam* Rhet. Her. *sub a; haud raro occurrunt syn. vel opp., e. g.* extra *l. 36. 47. 65,* in *l. 57. 63. 65,* intus *l. 44*): **α** *locutio* 'esse -r *aliquid' praedicative posita fere i. q. foris esse, non pertinere ad aliquid sim.* (*subaudias* est *apud* Tert.): Tert. anim. 42, 2 mors nihil ad nos, ergo et vita nihil ad nos; si enim, quo[d] ⌞dissolvimur, -r nos⌟, etiam, quo compingimur, extra nos (⌞⌟ *vix recte iungunt Waszink aliique*). Ivl. Val. 3, 12 (*antea*: immortalitatem ... poposcere) id ... -r potestatem suam esse (*nisi ad IIC*). Serv. Aen. 6, 705 *fluvius Lethaeus* utrum de illis novem sit, qui ambiunt inferos, an -r novem (*postea*: separatus). Pelag. frg. Migne suppl. 1, 1545 ille ... absque deo, id est -r deum, intellegetur deus, qui -r eiusdem putabitur esse naturam (*nisi ad IIE. postea*: absque ipso vel -r ipsum esse). Avg. dialect. 5 p. 7, 22 cum de his disputatur, -r dialecticam non est (*antea*: nihil ad d.). in euang. Ioh. 10, 1 l. 27 qui te exaudit, non est -r te (*opp.* intus est). serm. 72A, 8 coll. Morin p. 164, 11 non est longe a vobis, non est -r vos, non abhorret a vobis. 112A, 13 *ibid.* p. 263, 14 -r epulas nostras nolo te esse (*antea*: adhuc extra domum es. *respicitur Luc. 15, 28 sqq.*). *al.*

β *exempla cetera*: Tert. ieiun. 13 p. 291, 16 vos et -r pascha ieiunantes citra illos dies, quibus *eqs.* (*item respicitur tempus*: Cassiod. hist. 11, 5, 3 qui ⌞-r azymas⌟ celebraverit pascha [⌞⌟ *i. extra tempus azymorum; gr. Socrat. 7, 5 p. 745^{D} ἔξω*]. *non est quod huc trahas e. g. p. 993, 3. 1001, 18*). adv. Prax. 5 p. 233, 9 *initio* deus erat solus ..., quia nihil aliud extrinsecus -r illum. Cypr. epist. 71, 1 p. 771, 12 (*vix ad l. 34*) esse baptisma -r (extra *edd. vet.*) ecclesiam non potest (unit. eccl. 6 qui alibi -r e. colligit [*sec. Matth. 12, 30; sim.* Canon. Turner II p. 156 rec. II, *ubi p. 190 rec. III al.* extra, *gr. Mansi 2, 1101^{B} παρά*]. Avg. c. Cresc. 1, 29, 34 p. 353, 26 *deum* colebant [*syn.* extra; *opp.* in *ut*: 1, 34, 40 p. 358, 24 Petr. Chrys. serm. 132, 7. *al.*]. Canon. Turner I 2, 3 p. 449 rec. III abesse [*rec. IV* a sua ecclesia]. *al.*). Hier. reg. Pachom. 80 p. 36, 11 -r monasterium et coquinam (*cf.* Avg. op. monach. 25, 33 p. 580, 10 -r ... societatem *monasterii* [*postea*: ad]). 87 p. 38, 13 ne dormiat -r ... sellulam suam (*gr. p. 179, 1 ἐκτός*). Avg. civ. 10, 32 p. 459, 5 -r hanc viam ... nemo liberabitur (in epist. Ioh. 10, 1 -r v. currendo [*et bis ibid.; opp.* in via *ut* serm. 141, 4]. *al.*). c. Cresc. 3, 63, 70 p. 476, 19 -r Africam. c. Fel. 1, 2 p. 802, 23 -r scripturas Manichaei (*cf. ibid. p. 802, 12* extra s. istam, *p. 802, 15* in aliis codicibus). quaest. hept. 7, 41, 2 -r tabernaculum dei ... extra simile aliquid fieri (7, 41, 3 l. 700). Vindic. med. 1 p. 209, 7 *seminis* -r (extra *man. post.*) sua vascula constituti. *al.*

2 *respicitur motus, qui fit non ante, sed*: **a** *per vel trans aliquid* (*notio oriri potuit iuncturis quibusdam, e. g. p. 990, 44. 52. 53. 61, aliter intellectis; ceterum cf. p. 1013, 59. 1030, 16. 1042, 18. al.*): **α** *-r viam* (*aliter l. 62, sed cf. p. 1011, 72. 1027, 11. al.*): Hyg. mun. castr. 55 (*in descriptione claviculae construendae, re et contextu parum certo*) ⌞⟨ex⟩ eo *puncto* medio -r viam⌟ circinabis *a cardine portae* in eandem lineam, quae centro serviet (⌞⌟ ea media -r viae *trad.; vix ad IIA2*). Amm. 26, 9, 2 -r radices ... montis ... ⌞tramitesque⌟ ... ire ... ad Lyciam (⌞⌟ ⟨per calles⟩ tr.que *Novak*). **β** *-r regionem percurrendam, fluvium transeundum*: Ivl. Val. 3, 46 p. 154, 18 -r amnem ad nos venite (*cf. gr. p. 126, 6 διαβᾶσαι*). Svlp. Sev. chron. 1, 9, 5 cum -r regionem Edom ... iter destinaret (1, 21, 4 -r E. agmen [e]ducere [*v. postea*: transeundi; *cf. Vulg. num. 20, 17* per]). 1, 15, 3 cum ... -r terram Phylistiim via duceret (*cf. Vulg. exod. 13, 17* per). 2, 48, 2 iter eis -r interiorem Aquitanicam fuit, ubi tum ... suscepti *eqs.* Vitae patr. Iurens. 9 -r concretionem silvestrem sive congeries arborum ..., inter iuga quoque ... *et* convallia ... transcendere (*potiusne ad IIB?*).

b *foras (cf. 1b): respicitur separatio, expulsio*: Tert. pall. 3, 8 *Cato* Graecos -r urbem censebat (*'pellendos' subintellexit Bulhart; possis etiam ad p. 991, 34 trahere*). Non. p. 27, 7 exterminatum est -r (extra *pars edd. vet.*) terminos missum. *respicitur diffusio*: Avg. civ. 20, 8 p. 425, 24 coepit ecclesia -r Iudaeam terram in nationes alias ... dilatari (*nisi ad 1b*).

c *seorsum*: Rvstic. c. aceph. p. 1198^{B} unamquamque ... subsistentiarum ... -r ceteras alias sequestratam *esse*.

II ***transfertur***: **A** *potius ad rationem* ***excludendi*** (*unde sublucere potest ratio comparandi, si accedit pron.* alius, *sc. infra p. 993, 2. 34. 994, 28, vel compar., e. g. l. 52. p. 993, 7; contra exspectationem praepos.* -r *excludit partem maiorem p. 993, 73 sqq.; exclusio spectat hic illic ad membra parum concinna, e. g. p. 993, 15. 46. 994, 18 [cf. etiam B1b]; accedit altera quaedam exceptio l. 48. 62. p. 993, 60; notionem testantur* Hil. in psalm. 52, 10 [*distinguens* -r unum *et* usque ad unum]. Avg. in euang. Ioh. 56, 3 [*comparans* nisi]): **1** *accedunt negationes vel voces negativae negataeve sim.* (*maxime ita, ut negetur membrum oppositum, rarius ita, ut negetur praedicatum, e. g. p. 993, 1. 8, vel etiam sententia ordinis superioris, e. g. l. 60. 68; huc quodammodo spectant adi. cum* in *privativo composita ad 2 relegata, e. g. p. 993, 29, et quaest. rhet., quas exceptis l. 74. p. 993, 60 infra sub B afferre maluimus, e. g. p. 994, 67. 75; accedit altera negatio l. 48 sq. al.*): **a** *locutiones potiores*: **α** nemo: Plavt. Amph. 855 *erus abiit*; nunc quidem -r nos n. est (*ne ad p. 991, 11 trahas, cf. e. g. l. 39. 71. p. 994, 49*). Mil. 1370 servorum -r me esse fidelem neminem. Stich. 688. Tvrpil. com. 194 ubi -r se neminem videt esse. Varro Men. 471 ne me ... -r canem cognoscat n. ling. 6, 21 frg. Non. p. 92, 10. Rhet. Her. 4, 41, 53 res ... bono nemini -r istum fuit. Cic. Verr. II 5, 81 de orat. 2, 170. Att. 5, 21, 5. 7, 21, 2 *cladem sim.* sciebat n. -r me ex litteris Dolabellae. *et saepius.* **β** nullus: Plavt. Merc. 585 nullum ... -r hunc diem illa apud me erit. Stich. 103 numquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus? :: n. -r nosque teque. Cic. Arch. 28 nulla⟨m⟩ ... virtus aliam mercedem ... desiderat -r hanc ... gloriae (orat. 158 -r haec duo verba nullo alio in verbo reperietur *'au' praepositio.* Liv. 6, 35, 6 Sen. dial. 9, 3, 8. *al.*). fin. 2, 65 nulla vi ... -r fidem. fam. 6, 1, 3. *al.* Lvcr. 1, 445. Caes. Gall. 5, 54, 4 ut -r Haeduos ... nulla fere civitas fuerit non suspecta. civ. 3, 81, 2 Nep. Milt. 5, 1. Hor. ars 324 Grais ... -r laudem nullius avaris. *et saepius.* **γ** nihil: Plavt. Pseud. 957 nihil ... harpagavit -r cyathum. Ter. Haut. 234 cui n. iam -r pretium dulcest. Cic. inv. 1, 4 Quinct. 11. rep. 6, 17 infra *Lunam* ... n. est nisi mortale ... -r animos *hominum.* fam. 9, 20, 2 -r ius fervens n. ⟨non⟩ potuit imitari *coquus. et saepe.* Planc. Cic. fam. 10, 4, 2. Lvcr. 1, 1110 *ut* n. exstet reliquiarum ... -r spatium et primordia (*cf.* n. reliqui: Caes. Gall. 1, 11, 5 Liv. 7, 35, 8. 26, 35, 5. 28, 25, 13. n. reliquum: Bell. Afr. 26, 3). *et passim.* *forma* 'n. amplius -r id' (*sc. ratione excludendi pro ratione comparandi*): Vell. 2, 58, 2 n. a. civibus -r tyranni ... petendum esse sanguinem. Calp. decl. 11 n. tamen -r luctus meos gravius, quam quod *eqs.* Apvl. met. 9, 6, 2. **δ** nec quicquam, non quisquam *sim.*: Plavt. Amph. 400 nec nobis ⌞-r me⟨d⟩ alius quisquam est⌟ servus Sosia ([⌞⌟ praesente aliquis q. nisi *Non. p. 76, 17*]. *item accedit* alius: Cic. Cluent. 126 ne ipsi quidem ... quicquam aliud dicent -r ... famam. nat. deor. 2, 37 off. 2, 5 Sen. contr. 7, 2, 3 Vell. 1, 5, 2. *al.*). Cic. Cluent. 69 negavit quemquam esse ... -r se, qui *eqs.* de orat. 2, 220. off. 3, 14 nec -r sapientem cadere in quemquam potest *officium perfectum.* Att. 9, 19, 2 nec -r me quisquam Italia cessit, nisi qui *eqs.* (Cael. Cic. fam. 8, 17, 2). *al.* Caes. Gall. 4, 1, 10. 4, 20, 3 (*bis*). Sall. Catil. 12, 4 Hor. sat. 1, 3, 139. *sim. saepius.*

b *exempla cetera* (*sc. selecta*): **α** *indicata universitate vel multitudine*: Plavt. Capt. 580 neque -r se umquam ei servus fuit. 590 neque -r te ... ullus servus istoc nominest (Fav. or. frg. Gell. 15, 8, 2 negant u. avem -r ficedulam totam comesse oportere. Cic. Verr. II 4, 7 [*accedit* alius *ut*: Apvl. apol. 66, 3. *al.*]. Phil. 5, 35 neque ... u. mercedem ... -r hanc ... gloriae. Att. 11, 3, 1. *al.* Bell. Afr. 47, 3 Verg. catal. 10, 21 Hor. carm. 2, 14, 23. *al.*). Pompon. Atell. 144 ut ne quis esset testis tertius -r nos (Cic. inv. 1, 33. leg. 2, 22 -r Idaeae Matris famulos ... ne quis stipem cogito. ad Q. fr. 1, 3, 1 Lex Vrson. [CIL I^{2} 594] 125, 20. 127, 1. 7. Varro rust. 1, 16, 5. *al.*). Cic. Verr. II 3, 42 quis non ... -r paucos? (*in quaest. fere rhet. ut*: Phil. 2, 16 ad Q. fr. 1, 2, 6 Sall. or. Lep. 21). Caes. Cic. Att. 9,

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7c, 1 reliqui ... victoriam ... tenere *non potuerunt* -r unum L. Sullam. Liv. 38, 21, 5 nec tela iam alia habebant -r gladios (Vitr. 2, 9, 15 Plin. nat. 5, 3. *al.* Gell. 3, 16, 9 [*e Varrone*] neque -r hos aliis *mensibus.* Vet. Lat. exod. 20, 3 [Tert. scorp. 2. *al.*] non erunt tibi dii alii -r me [*gr. πλήν, Vulg.* coram]. Tert. apol. 24, 1. *et saepe; adde p. 992, 40. 57. 69*). Vitr. 10, 8, 6 neque omnibus expedita *ratio* ... -r eos, qui *eqs.* (Greg. Tvr. Franc. 5, 10). Pavl. Fest. p. 125 nec possunt hoc nomine plures in una familia -r unam appellari. Plin. nat. 9, 161 piscium diversa genera non coeunt -r squatinam et raiam. Tert. adv. Hermog. 16, 1 tertius ... -r materiam et deum non est ([deus *codd.; legasne* materia et deus *coll. p. 1002, 63 ?*]. Marcell. med. 2, 7. *sim.* Pompon. *supra*). Hist. Avg. Gord. 32, 3 quales *thermae* -r urbem ... nusquam *fuerunt* (Avg. civ. 15, 17 p. 96, 2). *al.* β *sine tali indicatione*: Plavt. Mil. 629 equidem haud sum annos natus -r quinquaginta et quattuor. Cic. Arat. 93 Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore -r ... stellas in fronte locatas ...; cetera pars *minus lucet* (*sunt qui interpungentes post* nitore *ad 2 trahant*). Caecin. 55 si ... ne habeas quidem servum -r eum. Brvt. Cic. fam. 11, 1, 4. Bell. Hisp. 25, 1 -r equites nullo loco aequo se committere audebant *Pompeiani.* Nep. Att. 14, 3 neque ..., -r ... Nomentanum, rusticum praedium. Liv. 7, 40, 2 nec -r externa noverant bella. *sim. saepe.*

2 *sine negationibus vel vocibus negativis negatisve sim.*: **a** *usu sollemni*: α *generatim; locutio praepos. opponitur*: Ⓘ *universitati vel multitudini cuidam maiori*: Ⓐ *quae determinata est additamentis*: ① *pron. vel adi. variis* (*per adv. e. g.* Cassiod. Ios. antiq. 14, 57 p. 396 civitatem ... undique munitissimam -r septentrionalem partem [*gr. aliter*]): Lex Aquilia (dig. 9, 2, 27, 5) ceterarum rerum ⌞-r hominem et pecudem occisos⌟ si quis alteri damnum faxit ([⌞⌟ *sunt qui interpolata putent*]. Cic. inv. 2, 56 cetera ... eadem -r communem locum. Verr. II 2, 73 Tusc. 2, 15. Sall. Iug. 19, 7 *rex* -r nomen cetera ignarus populi Romani. Hor. sat. 2, 6, 14 Liv. 7, 37, 6. *al.* Vitr. 10, 14, 3 [*cf. Athen. mechan. p. 17, 15 πλήν*]. *al.; cf. etiam l. 15. 47*). Cic. Phil. 5, 31 in Italia -r Galliam tota[m] (fam. 12, 5, 2 Liv. 39, 20, 4. Mela 3, 75 *quidam* -r capita t. corpore hirsuti [*nisi ad B*]. *al.*). fin. 3, 11 (*sunt qui trahant ad b*) *homines male instituti essent* a philosophia, si ullam aliam probavissent -r eam, quae *eqs.* (Hor. carm. 1, 3, 4 obstrictis aliis *ventis* -r Iapyga. Liv. 38, 60, 3. Vitr. 8, 2, 7 [*nisi ad B*]. Tac. ann. 13, 45, 2 cuncta alia ... -r honestum animum. *al.; cf. l. 52*). Att. 9, 1, 4 -r ... Cassium reliqui *sunt* legati (fam. 1, 1, 3 Caes. Gall. 6, 3, 4 Bell. Afr. 2, 5. *al.; cf. l. 49*). *al.* Caes. Gall. 5, 12, 5 materia cuiusque generis ... -r fagum. Lex Vrson. (cil I^2 594) 70, 6 IIviri, quicu⟨m⟩que erunt ei -r eos, qui *eqs.* (Plin. nat. 8, 122. Oribas. syn. 6, 5, 1 La p. 99 [*gr. πλήν*]). Hor. sat. 1, 4, 88 cunctos -r eum, qui *eqs.* (carm. 2, 1, 24. Tac. ann. 13, 45, 2 [*v. l. 36*]. Svet. Iul. 42, 3. *al.*). Liv. 21, 27, 9 pars magna (*sim.* Amm. 31, 5, 9 pleraque p.). *sim. al.* ② *voce q. e.* omnis: Rhet. Her. 1, 11, 19 omnes ... navem reliquerunt ... -r unum aegrotum. 3, 7, 14. Cic. div. in Caec. 14 omnium civitatum ... legationes ... -r duas civitates. Cluent. 15 o mulieris scelus incredibile et -r hanc unam in omni vita inauditum. fin. 3, 36 -r ... tres disciplinas ... ceteris omnibus philosophis (nat. deor. 2, 37 Liv. 22, 52, 5 CIL XIV 1437, 7). div. 1, 5 reliqui ... omnes -r Epicurum (Vitr. 10, 15, 1 [*cf. Athen. mechan. p. 18, 9 πλήν*]. Amm. 31, 11, 4. *al.*). *et saepius.* Lex Gabin. Calp. (Année Épigr. 1980 n. 858) 17. Lvcr. 3, 215 Caes. Gall. 1, 5, 3. *al.* Sall. Iug. 52, 2 *erant* alia omnia -r milites opportuna (63, 2. 89, 5 Plin. nat. 5, 36. *al.*). *et passim.*

Ⓑ *quae sine additamento intellegenda est*: ① *e membro opposito* (*ita ut locutio praepos. fere sequatur exceptis e. g.* Liv. 6, 42, 4 Tac. Agr. 12, 5 Apvl. met. 5, 5, 1): Lex Anton. de Term. (cil I^2 589) 2, 25 ⌞quod eius -r loca agros aedificia⌟ ipsei ... ab se non abalienarunt (⌞⌟ *circumscribuntur res mobiles; haud pertinet ad 1*). Cic. Verr. II 5, 81 mulieres ... nuptae nobiles -r unam mimi ... filiam. Manil. 67 praetores locupletari ... -r paucos. Brut. 170 quid censes ..., nisi idem ...? -r unum, quod *eqs.* Tusc. 5, 85 Peripateticorum ... explicata causa est -r Theophrastum. ad Q. fr. 3, 1, 4 ut opus publicum videretur esse *via*, -r cl passuum (passus *Manutius, sed v. p. 1000, 50 sqq.*). *al.* Caes. civ. 3, 111, 1 occupabat Alexandriam -r ea⟨m⟩ ... partem *eqs.* Varro rust. 1, 23, 2 legumina -r cicer: hoc enim quoque legumen. 1, 38, 1. Sall. Iug. 48, 4 epist. Pomp. 9 Nep. Dion 5, 5 reg. 1, 1 Ov. met. 8, 543. *sim. saepe.* ② *e notione adi.* (*cf. struct. plenam l. 25. 32*): Qvadrig. hist. 10^b p. 208, 2 Gallus ... nudus -r scutum et gladios duos. Alf. dig. 19, 2, 30, 4 ut *villam* incorruptam redderet -r vim et vetustatem. Arrvnt. hist. 6 (*v. vol. VII 2, 1216, 6*). Liv. perioch. 41, 6 -r religionem ... vilissimum regem egit. Hist. Avg. trig. tyr. 6, 4 -r libidinem optimus imperator *fuit.* Itin. Anton. Plac. rec. A 40, 4 locus sterelis valde -r aquas et palmas (*si recte huc traximus*).

Ⓘ *paucioribus vel singulis quibusdam praecipuis sim.* (*exempla certiora, sc. saepe additamentis quibusdam rationem excludendi confirmantia; disting.* contra *p. 994, 13*): Plavt. Pseud. 801 cur sedebas in foro ... tu solus -r alios? ([alius *trad.*]. Cic. Sull. 9 quod mihi consuli praecipuum fuit -r a., id iam privato cum ceteris esse commune. Apvl. met. 8, 21, 1 solus. Lact. inst. 1, 17, 10 [*fort. Ennii, v. frg. var. 144*] sola -r a. mulieres. *al.*). Rhet. Her. 1, 9, 16 soli nos -r ceteros ... divisimus *insinuationem* ([*antea*: cum ceteris]. Cic. Brut. 6 ⟨aut⟩ -r c. aut cum paucis [*antea*: una cum reliquis]. div. 1, 11 -r c. ipse. Att. 7, 14, 3. Nep. Arist. 1, 4 ut -r c. Iustus appellaretur *Aristides* [*1, 2* unus post hominum memoriam *eqs.*]. Plin. nat. 11, 11 ⌞-r cetera⌟ [*Mayhoff,* praeterea *trad.*]. Svet. Nero 42, 1 Hyg. astr. 2, 33, 1. *al.*). Vitr. 2, 1, 2 *homines* habentes ... praemium -r reliqua animalia, ut *eqs.* Vet. Lat. Esth. 4, 13 (cod. 151) -r omnes Iudaeos salva fiar ([*gr. παρά, cod. 109 et Vulg.* prae]. Iren. 3, 19, 2 l. 37 ipse proprie -r omnes ... unigenitus ... praedicatur. Paneg. 7, 14, 5. Vincent. Ler. comm. 20, 2 *quod inducitur* ab ... uno -r o. vel contra o. sanctos novum. *al.*).

β *speciatim in metiendo, computando, numerando sim.* (*ut facile vergat in notionem q. e. sine, de qua v. sub E; opp.* cum *l. 17. 21; exempla potiora inde a* Vitr. *selecta; cf. e. g. p. 993, 62 et p. 995, 7 sqq.*): Cato agr. 18, 2 (*antea*: stipites ... alti cum cardinibus p(edes) x) suculam -r cardines p(edes) viiii. 21, 5 summa sumptui hs lxxii -r adiutores. Liv. 3, 3, 9 censa civium capita *tot* ... -r orbos (*sim.* Liv. perioch. 59, 7). Vitr. 3, 3, 7 frons loci ... dividatur in partes *tot* ... -r crepidines (3, 5, 3 reliquum ... -r plinthum ... d. in p. septem. 3, 5, 10. 4, 6, 3. 5, 9, 4). 3, 5, 11 corona cum suo cymatio -r simam *erit,* quantum *eqs.* 4, 8, 3. 10, 13, 6 (*cf. Athen. mechan. p. 13, 2 χωρίς*). R. Gest. div. Aug. 23 pugnaverunt -r remiges millia ho⟨minum tr⟩ia circiter (*gr. ἕξω. sim. numerantur pugnatores*: Flor. epit. 4, 2, 44 *tot* milia ... -r auxilia. Vet. Lat. iud. 20, 17 [cod. 100; *gr. cod. Alex. χωρίς, Vat. ἐκτός, Vulg.* absque]. *al.*). Plin. nat. 9, 43 piscium species sunt *tot* ..., -r crustis intecta. 36, 71 Frontin. aq. 66, 2. *sim. al.*

b *usu deflexo iunctura* 'alius (alter) -r *illum' vergit in rationem comparandi, ut ponatur fere pro* 'alius *atque ille'* (*pauca certiora; cf. e. g. p. 993, 33 et v. quae supra ad A monuimus*): Ps. Apvl. herm. 4 p. 268 *propositionum particulae indefinitae* non ... definiunt quid sit ..., sed tantum ostendunt aliud -r hoc esse. 7 p. 272 *in syllogismo* concessis aliquibus aliud quiddam -r illa, quae concessa sunt, necessario evenit (*sim. ibid. iterum; subest Arist. anal. pr. 24b19 ἕτερόν τι τῶν κειμένων, quod vertunt Gell. 15, 26, 2* aliud quid quam, *Boeth.* aliud quid ab his). Tert. carn. 1 l. 6 *Christi carnem* quoquo modo aliam -r humanam. Hil. syn. 22 p. 497^C alium dicens filium -r patrem (*v. Epiphan. panar. haer. 73, 11, 5 ἕτερον ... παρά*). Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 200, 15 altera ... -r ⌞haec⌟ (hanc *Rustic.*) Nestorii penitus secta est (*gr. I 1, 4 p. 27, 5 ἑτέρα ... παρὰ ταύτην. fortasse sec. D vertit* Dionys. Exig. Conc.^{S} I 5 p. 304, 5 -r hanc ... fidem alia prorsus ... perfidia). I 5 p. 153, 14 caro aliud est -r ipsum *dei verbum* (*sim.* p. 266, 6, *gr. I 1, 6 p. 126, 11 ἄλλο τι παρ'*). Epiphan. Schol. Didym. in I Petr. 2, 11 p. 23, 28 alterius generis est ... anima -r corpus. in I Ioh. 2, 18 p. 50, 18 Rvstic. c. aceph. p. 1232^D. *al.*

B *potius ad rationem addendi,* ***admittendi*** *sim.* (*locos inter B et C ambiguos hic inseruimus, cf. e. g. p. 995, 62. 67; accedit altera quaedam exceptio infra l. 65. p. 995, 1. al.*): **1** *pendent voces quaelibet*: **a** *usu strictiore*: α *exempla varia*: Ⓘ *accedunt adi. vel pron. notabiliora selecta*: Ⓐ alius: Plavt. Trin. 69 numquis est hic a. -r me atque te? :: nemost (Cic. Cluent. 62 numquid. de orat. 2, 279 [nisi *var. l.*]). Cic. S. Rosc. 8 si -r eam praedam, quam dixi, quicquam a. causae inveneritis (parad. 12). Cluent. 171 quid ... ⌞a.⌟ eripuit mors -r sensum doloris? ([⌞⌟ *om. pauci dett.*]. Lig. 13 Tert. anim. 1, 2. *al.*). Lvcr. 2, 285. Nep. Dion 1, 2 -r nobilem propinquitatem multa alia ... bona, in his ..., magnas praeterea divitias. Liv. 7, 37, 1 -r ... a. dona aurea corona eum ... donat (*item iuxta nomen a* -r *pendens*: 10, 34, 3 -r praedam a. Tab. cer. Pomp. [Rendic. Accad. Napoli 51, 1976, 148; *a. 43*] est ... ea pecunia -r a. nummos, quos ... debent. *al.*). *et saepius.* Ⓑ *varia*: Plavt. Amph. 613 Sosiam ... -r me alterum ... ut offendas (Cic. rep. 1, 61 num quis alter -r te ...? :: minime vero. Ps. Tert. haer. 5 p. 222, 16 a. deum fingunt -r creatorem. *al.*). Cist. 146 id duae nos solae scimus ..., -r vos quidem (Trin. 510 *infra.* Cic. Sest. 25 duo. Plin. nat. 8, 219. 10, 69. 11, 110). Trin. 510 is *ager* ... solus superfit -r vitam reliquus (Cic. fam. 9, 15, 2 Liv. 25, 16, 18. Plin. nat. 29, 81 -r r. portentosa mendacia. Tert. anim. 48, 3. *cf. et p. 995, 2*). Vid. 52 nec mihi nisi unum prandium quicquam duis -r mercedem (Cic. prov. 16 uni -r se. Liv. 3, 13, 1 Plin. nat. 22, 11. *adde p. 995, 5. forma* -r unum: Cic. Verr. II 5, 121 quis tam inhumanus -r u. te? rep. 2, 9. *al. apud eundem*). Titin. com. 30 si quisquam (quis *var. l.*) ... ⌞-r hanc⌟ posticum ... pepulerit ([⌞⌟ -r has *var. l.*, praeterhac *pars edd.*]. Cic. Sest. 78 Tusc. 5, 29. *al.* Ps. Sall. in Tull. 6 Rvt. Lvp. 1, 10. *al.; adde* Plavt. Vid. *supra*). Cic. inv. 2, 68 num quos locos communes -r eos ... ipsa res ostendat (Verr. II 4, 60 Cluent. 62. Lex Rubr. [cil I^2 592] 2, 25. *al.; v. etiam supra l. 49. cf.* aliquis: Cic. de orat. 3, 94 esse -r hanc exercitationem linguae doctrinam a. Brut. 163 Tusc. 5, 21 Ov. ars 1, 230 Liv. 3, 68, 5. *al.*). Verr. II 5, 75 hoc quis ante te, quis -r te fecerit, quaero (Scaur. 44 de

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

orat. 3, 135. fam. 11, 27,-5 cui tu tribuisti excepto Caesare -r me, ut *eqs.*? *et saepius.* SALL. Catil. 20, 13 quid reliqui habemus *eqs.* or. Lep. 21 OV. am. 1, 8, 57. *al.*). dom. 76 tuum multorumque -r te ... impetum (ac. 2, 134 fam. 11, 27, 6. *al.* SEN. nat. 7, 30, 3. *al.; adde p. 994, 54*). PS. SALL. rep. 2, 1, 5 in te -r ceteras artem unam egregie mirabilem comperi (LIV. 9, 40, 1. 28, 34, 1. 29, 29, 3 APVL. met. 3, 29, 5. *al.*). *sim. al.*

Ⅱ *accedunt numeri: in membro opposito* (*v. et l. 16. p. 994, 61 sq. 65; si intellegas ipsum numerum accurate definiendum, ad p. 994, 14 spectent loci excepto* CIC.): PLAVT. Epid. 610 si undecim deos -r sese secum adducat Iuppiter. Mil. 1064. Most. 823 tris minas ... -r vecturam dedi. CIC. Verr. II 3, 107 -r eam quam dixi pecuniam ... CCC milia modium tritici. CAES. Gall. 1, 43, 3 ut ... -r se denos ... adducerent. civ. 1, 46, 5 interficiuntur ... -r eum centuriones IIII, milites amplius CC. 3, 111, 3 NEP. Att. 16, 3 LIV. 7, 27, 7. 37, 40, 4. *al.* VITR. 7, 3, 6. *et saepius. in locutione praepos.* (*cf. et p. 994, 67*): LIV. 4, 43, 4 -r duos urbanos quaestores duo qui *eqs.* (*codd.; varia suppl. edd.; item ponitur numerus in utroque membro*: 29, 26, 3 -r quadraginta longas naves quadringentis ferme onerariis exercitum travexit. 43, 11, 8. TAB. cer. Pomp. [Rendic. Accad. Napoli 45, 1970, 216; *a. 37*]. *al.*). 44, 17, 9. 44, 21, 10 id praesidii additum ... -r duas legiones. PLIN. nat. 3, 58 quicquid ... est -r $\overline{X}$ p(edum) ambitus adnexum (QVINT. inst. 4, 3, 15). 5, 82.

Ⅲ *exempla cetera* (*inde a* CIC. *selecta*): PLAVT. Bacch. 1146 et -r eos agnos meus est istic clam ... canis. Cas. 425 -r operam restim sumpti fecerim. LEX Anton. de Term. (CIL I^2 589) 1, 28 quae Thermensorum ... publica preivatave -r loca (loca⟨ta⟩ *vel* ⟨locata⟩ loca *Mommsen*) agros aedificia sunt. CIC. Verr. II 3, 93 nummos -r frumentum ... dare. nat. deor. 1, 96 mundum -r hunc umquamne vidisti? negabis (numquamne *trad., ut ad A1 pertineat*). SALL. Iug. 39, 5 quos *milites* -r fugam ... licentia atque lascivia corruperat. NEP. Att. 1, 3 -r docilitatem ingenii ... suavitas oris. LIV. 22, 61, 12 hi populi: Atellani ..., Lucani, -r hos Vzentini *eqs.* 29, 30, 12 qui Mazaetullo -r inpunitatem sua omnia ... restitui sponderent. CELS. 4, 13, 4 in hoc -r ea, quae supra posita sunt, haec animadvertenda sunt: ut *eqs.* SEN. benef. 1, 3, 9 -r ista, quae Hecaton transscribit, ... Chrysippus ... ait *eqs. sim. saepe.*

β *fere abundanter accedunt adv. vel particulae copulativae, additivae sim.* (*locutio praepos. antecedit exceptis l. 42. 46. al.*): CIC. fam. 6, 20, 1 -r ... periculum, quod vitaveris, ne illud quidem non *est* quantivis *eqs.* (quamvis *trad.*). ad Q. fr. 1, 1, 28 -r communem fidem, quae omnibus debetur, praeterea nos *Graecis* ... praecipue debere videmur, ut *eqs.* CAES. civ. 3, 32, 4 -r imperatas pecunias suo etiam privato conpendio serviebant (LIV. 1, 57, 2 -r aliam superbiam ... e., quod *eqs.* 5, 41, 8. 7, 26, 14 aqua e. -r cetera necessaria. 42, 11, 3. *al.* PAVL. FEST. p. 151 *v. infra.* VAL. MAX. 1, 7, 2. 6, 5, 3. 8, 11 ext. 3. CELS. 2, 8, 32 si, quod excernitur, aut crudum est aut nigrum et ⌞-r id⌟ etiam leve [⌞⌟ *nisi usu fere adverbiali ut* -r hoc *sub 2b*]. *et saepe. cf. e. g. l. 63. p. 996, 46*). 3, 57, 3 ut -r auctoritatem vires quoque ... haberet (HOR. sat. 2, 5, 1 hoc quoque ... -r narrata ... responde, quibus *eqs.* LIV. 7, 23, 8. 42, 55, 4 -r gaudium ... contemptus quoque ... accessit. *al.* POMP. TROG. hist. Iust. 38, 7, 4 CELS. 3, 22, 2. *et saepius; cf. l. 70. 74. p. 996, 35. al.*). PAVL. FEST. p. 151 moenia -r aedificia significant etiam et munia (*ponitur* et *solum*: SEN. contr. 7, 3, 7 -r coniecturam et illa ... quaestio. PLIN. nat. 15, 17. 16, 28. 16, 243 IVV. 12, 17. *al.*). *sim. al.*

b *usu laxiore locutio praepositionalis parum congruit cum reliqua sententia, cui toti opponi videatur* (*ut e. g.* -r cetera *positum sit fere pro 'ut cetera praetereantur', 'ut taceam de ceteris' sim.; hic illic cogites etiam de genere quodam comparationis compendiariae; exemplа potiora. cf. etiam p. 992, 22*): α *exempla varia*: PLAVT. Truc. 30 quot illic, *sc. in amore,* blanditiae, quot illic iracundiae sunt ..., quid peierandum (pollicitandum *Enk, ut potius ad a pertineat*) est etiam, -r munera: primumdum merces *eqs.* CIC. Att. 12, 3, 2 -r ipsam turpitudinem hoc ipsum (*sc. nomen illud solvi per emptionem ab hasta*) puto esse perdere. fam. 3, 10, 10 cum ... -r hanc coniunctionem adfinitatis quam sis Cn. Pompeio carus ... intellegam (*vix ad C*). 13, 35, 1 Philoxenus ... est hospes meus et -r hospitium valde etiam familiaris. CAES. civ. 3, 4, 3(2) -r has *legiones, quas secum habebat,* exspectabat ... ex Syria legiones II. SALL. hist. frg. 3, 96A2 ⟨hastas ig⟩ni torrere, quibus -r speciem bello necessariam haud multo secus quam ferro noceri poterat. HOR. epist. 2, 2, 65 -r cetera me Romaene poemata censes scribere posse inter tot curas? (*v.* PORPH. *et* SCHOL.; *sunt qui ad C trahant, sed cf. e. g.* LIV. 4, 10, 4 *infra*). LIV. 3, 70, 15 -r Volscos ... Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant *consules.* 4, 10, 4 -r cetera adversa loco quoque iniquo ad pugnam congressi. 7, 42, 8 -r Latinorum infidum iam diu foedus Privernates etiam Norbam ... depopulati sunt. *et saepius.*

β *accedunt structurae verbales*: Ⅰ *participia*: POLLIO Cic. fam. 10, 32, 2 -r furta et rapinas et virgis caesos socios haec quoque fecit *eqs.* LIV. 2, 53, 5. 10, 30, 1 -r ... inlatam populationibus ... hosti cladem

praeterdum *adv.* *a* praeter *et* dum, *nisi corruptum putes (pro* praeterquam*?); cf.* interdum *et vol. V 1, 2201, 30. fere i. q. praeterquam*: LEX Vrson. (CIL I^{2} 594) 132, 21 *candidatus publicum convivium non habeto,* praeter⌞dum⌟ quod ipse ... vocar⟨it⟩ *convivas non plures quam novem* (⌞ ⌟ *interpolatori tribuunt edd.*). *Breimeier.*

***praetereā** *adv.* *a* praeter *et abl. separ.* eā. *scribitur* pre- *hic illic in codd. ant., e. g.* LIV. 42, 36, 6; prepteria ORIBAS. syn. 9, 1 add. Ab p. 266 (*vel* preptereia, *v.* eup. 4, 48 [47], 1 p. 565). *distinguitur puncto interposito* SENT. Minuc. (CIL I^{2} 584) 30 praeter·ea (*cf. supra p. 186, 9*). NOT. Tir. 2, 45. *inter coniunctiones causales afferunt* SACERD. gramm. VI 445, 13 (*affert* VERG. Aen. 5, 64). PROB. inst. gramm. IV 144, 7. *al.* (*v. etiam l. 3 supra*). *de notione v. infra.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO,

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ENNIO, *haud ita saepe, si excipias* LVCR. (*plus quam 90ies, maxime initio versus*) *et* VERG. (*27ies*); *singulis tantum locis exstat apud* PROP., VAL. FL., MART. *al., omnino deest* HOR. *lyr.* (*in* sat. *quater*), MANIL., SEN. *trag.* (*in prosa plus quam 80ies*), LVCANO, AVSON., PRVD. *al.; in oratione prosa occurrit inde a* CATONE, *frequentissime apud* CIC. (*fere 280ies*), SALL. (*67ies*), PLIN. nat. (*plus quam 200ies*); *contra nusquam exhibet* TAC., *semel tantum* AMM. [*confunditur in codd. maxime cum* propterea, *sc.* LVCR. 1, 174 QVINT. inst. 7, 4, 39. *al.* (*restituitur e. g.* CAEL. AVR. chron. 2, 14, 214. *al. [v. Bendz, Emendationen, 1954, 115], falso trad.* VET. LAT. deut. 1, 36 [cod. 100] -a quod [*vix ad p. 1009, 20, gr. διὰ τό*]. *cf. p. 1004, 70 et* GLOSS. -a: extra haec aut ideo) *et cum* praetereo, *ubi v., ceterum e. g. cum* praeter *vel* praeter eas *sim.* RHET. Her. 4, 41, 53 CIC. off. 2, 32. *al.* (*falsa var. l.* RHET. Her. 4, 1, 1, *falso trad.* LVCR. 4, 815 COD. Theod. 6, 26, 17, 1); *restituitur pro* interea, *v. Bendz loco cit.* (*falso trad.* DRAC. Orest. 108. CASSIOD. hist. 4, 14 [*v. Bulhart, Arch. Lat. Med. Aevi 24, 1954, 11*]).]

I *abl. pron.* ea *refertur ad punctum temporis, quod transitur, ut* -a *significet fere i. q. 'inde pergendo', sc. ultra id tempus, posthac sim.* (*aliter p. 1008, 55; dedimus exempla potiora nec ea ab omni dubio aliena; addasne l. 56 nec non* SVET. Cal. 34, 2 [*e coni. Reinesii*; praeter eum *trad.*]*? cf.* GLOSS. -a: post haec [*sec.* SERV. *infra?*]): PLAVT. Men. 244 *quaero,* qui sese dicat scire eum, *sc. fratrem meum,* esse emortuum: operam -a numquam sumam quaerere. Truc. 792 tace; nil moror -a; satis es fassa. CAECIL. com. 113 nunc abeo; audibis -a, si *eqs.* (*interpunxerunt vel emendaverunt alii aliter*). TER. Phorm. 514 si non tum dedero *argentum,* unam -a horam ne oppertus sies. CIC. Tusc. 1, 15 ad quam *calcem* (*sc. mortem*) cum sit decursum, nihil sit -a extimescendum (*nisi ad IIB1*). Att. 4, 12 Idibus ... et biduum -a. VARRO rust. 2, 8, 2 pullum asininum a partu recentem subiciunt equae ...; -a educant eum paleis, faeno, hordeo. VERG. georg. 4, 502 *Eurydice evanuit* neque illum *Orphea* ... multa volentem dicere -a vidit nec portitor Orci amplius ... passus transire paludem (*vix* -a *cum* dicere *iungas; cf.* SERV. -a; postea [*affert* Aen. 1, 49]. SERV. auct. -a: ultra). Aen. 1, 49 (*verba Iunonis*) una cum gente tot annos bella gero: et quisquam numen Iunonis adorat -a? (adoret *var. l.*; SERV. -a: postea [*affert* georg. 4, 502]; *ad II trahere videtur* CLAVD. DON. Aen. 1, 45 p. 23, 15 sqq. *agens de ordine verborum*).

II *abl. pron.* ea *refertur ad aliquid in contextu positum, quod praeteritur, ut* -a *significet fere i. q. ultra, insuper* (*cf.* GLOSS. II 397, 42 *παρεκτός*: praeter, praeterea, praeterquam. 421, 8 *πρός, ἐπὶ τούτοις*: insuper, -a, ultro, adeo. IV 269, 24 -a: extra haec. GLOSS.^{L} II Philox. PR 159 -a: *παρεκτός, πρὸς τούτοις, ἔξωθεν. al.*). *vix est, quod in exemplis quibusdam prosae orationis latere putes iuncturam neutr. plur. pron.* ea *cum praepos.* praeter, *cui certa tantum exempla tribuimus, e. g. p. 995, 32 et 996, 13 sq. ne exempla vetustiora desint, hic laudentur, quae deficiente contextu infra negleximus*: CATO orat. 85. 87. 209 LVCIL. 105. *al.* (*v. indicem Marxii*). AFRAN. com. 32 ATTA carm. frg. 1 SISENNA hist. 40.

A *praevalente respectu addendi, adiciendi* (*haud raro iuxta verba addendi, e. g. l. 63. p. 1006, 34. 72*): **1** *in membris seriei* (*series minus concinnas v. sub 2b; ponitur nimirum in secundo vel posteriore membro*): **a** *usu communi*: **α** *sine aliis particulis* (*sc. ut simul adhibeatur vice particulae copulativae, cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1090 -a: nec non, etiam. *in versione pro gr. ἔτι τε l. 61, καὶ πάλιν* PRISC. rhet. 2, 8 p. 553, 4, *τέ* VET. LAT. II Macc. 1, 22 *et* 23 [rec. P], *δέ ibid.* 2, 1 *et saepe* [*v. De Bruyne in praef. ed. p. XLVIII*]): Ⓘ *ponitur primo loco membri*: Ⓐ *exempla varia: inducuntur enunt.*: PLAVT. Amph. 93 *Iuppiter aliquando iam ad comoedos* venit ...; -a certo prodit in tragoedia. Merc. 88 aedificat navem ... et mercis emit ...; -a mihi talentum argenti ... adnumerat. Trin. 334. ENN. scaen. 313 cum genui *filios,* tum morituros scivi ...; -a ad Troiam cum misi ..., scibam me ... non in epulas mittere. TER. Haut. 293 anus subtemen nebat; -a una ancillula erat. Ad. 245 AFRAN. com. 158. CIC. inv. 1, 35 hominum genus ... consideratur ... in natione, patria, cognatione ...; -a commoda et incommoda considerantur. Tull. 21. orat. 41 *Isocrates* maiore mihi ingenio videtur esse, quam *Lysias ...,* -a ad virtutem maior indoles (*vertitur Plato Phaedr. 279a ἔτι τε*). *al.* CATVLL. 67, 45 saepe illam audivi ... dicentem ...; -a addebat. *al.* LVCR. 1, 440. *et passim. inducuntur singulae partes orationis*: PLAVT. Rud. 1314 nummi *tot* ... in marsuppio infuerunt, -a centum minaria (*item iuxta subi.*: 1319 CIC. Verr. II 4, 119. Font. 43 [*in acc. c. inf.*]. top. 52 CAES. civ. 1, 23, 2. 1, 39, 1 SALL. Catil. 58, 19. *al.*). Truc. 445 iubebo ad istam quinque perferri minas, -a obsonari ⟨una⟩ dumtaxat mina (*item iuxta inf. vel acc. c. inf.*: LVCR. 2, 874 SALL. Iug. 54, 5 PLIN. nat. 17, 70. *al.*). 740 ⟨iussi⟩ ei quinque ... deferri minas, -a unam in obsonatum (*item iuxta obi.*: CIC. Verr. II 1, 133 videt ... tectum ..., -a cetera nova. Q. CIC. pet. 3 BELL. Hisp. 16, 2 SALL. Catil. 27, 1. 28, 4. *al.*). CIC. Verr. II 2, 172 Carpinatius, qui iam cum isto summa consuetudine, -a re ac ratione coniunctus esset (*item iuxta abl.*: leg. agr. 2, 32 fam. 10, 25, 1 SALL. Catil. 25, 2. *al.*). Att. 8, 2, 4 quod ... *non* puto esse utile ..., -a neque rectum neque honestum (*item iuxta praedicativum*: PLIN. nat. 13, 32. 17, 3. *al.*). *sim. al.* Ⓑ *respondent alia adv.* (*exempla potiora; cf. e. g. p. 1007, 36*): PLAVT. Aul. 557 mi intromisti in aedis ... coquos ...; -a tibicinam ...; tum obsonium autem (LVCR. 2, 784 [*788* t. porro]. *al.* COLVM. 6, 9, 1 -a ..., t. etiam. *al.; cf. e. g. l. 10*). TER. Eun. 146 multae sunt causae ...: primum quod ...; -a ut (RHET. Her. 4, 3, 6 CIC. Flacc. 43 VARRO ling. 8, 51. *et saepius. sequitur* postremo: RHET. Her. 4, 1, 2. 4, 7, 10 CIC. div. 2, 116. *al.; antecedit* deinde: CIC. Flacc. 30 div. 2, 116 Att. 2, 16, 1 VITR. 6, 8, 7 SEN. benef. 6, 28, 2. *al.*). RHET. Her. 3, 19, 31 quintum quemque *locum* placet notari; ... item ...; -a ...; et ...; tum (LVCR. 5, 1046 [*1050* i., *1056* postremo]. BELL. Hisp. 31, 9 SALL. Iug. 45, 2. *al.; cf. infra l. 44*). LVCR. 1, 174 -a ...; (*184*) nec porro ...; (*192*) huc accedit ...; (*199*) denique ...; (*208*) postremo (*al.* SALL. Catil. 14, 3 Iug. 44, 5. *al.; v. e. g. l. 6*). 1, 225 -a ...; (*238*) denique (1, 346 [*358* d.]. *al.* VARRO rust. 2, 5, 5. *al.*). *sim. al.* Ⓒ -a *iteratur*: LVCR. 1, 511 (*503* principio) -a ...; (*520*) tum porro ...; (540) -a ...; (*551*) denique. 6, 616 (*608* principio) -a ...; (*623*) tum porro ...; (627) -a ...; (*631*) postremo. *et saepius.* CIC. fam. 13, 56, 2 (*1* pecuniam Cluvio debent *Alabandenses*) -a Philocles ... *ὑποθήκας* Cluvio dedit ...; (3) Caunii -a debent. CAES. Gall. 7, 14, 5 *et* 9. BELL. Afr. 19, 3. SALL. Catil. 17, 4 *et* 5. 37, 7 (*5* primum omnium ..., *6* deinde) -a ...; (9) -a ...; (*10*) ad hoc. VARRO rust. 1, 9, 4 *et* 5. CELS. 5, 19, 6 *et* 7 (*14* praeter has). SEN. clem. 1, 19, 2. *al.*

Ⓘⓘ *ponitur secundo vel posteriore loco membri; antecedunt*: Ⓐ *voces variae*: TER. Ad. 480 mater virginis in mediost, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta -a. LVCIL. 1337 *virtus est esse* defensorem hominum morumque bonorum ..., commoda -a patriai prima putare. RHET. Her. 2, 4, 7 si ... signa *quaedam* concurrent, si -a ... apparatio videbitur esse (*item in anaphora*: CIC. Verr. II 2, 106 cum ..., cum -a. Caecin. 24 testes quid aiunt? ... quid -a? ...; quid aliud? Flacc. 92 cur ..., cur ... -a ..., cur ..., postremo cur. Phil. 11, 26 qui ..., qui -a. *al.; cf. e. g. l. 45. 60*). 4, 47, 60 *citharoedus* optime vestitus ...; ipse -a forma *dignissima.* CIC. Verr. II 3, 186 quid haec sibi ... trium civium ... dona voluerunt? Siculos -a ... donasti. Att. 2, 18, 1 plausus ...; consalutatio ..., signa -a benevolentiae. *al.* Ⓑ *verba: varia* (*saepius verba dandi vel addendi*): TER. Ad. 370 argentum adnumeravit ilico; dedit -a in sumptum dimidium minae (*ponitur secundo loco ut*: CIC. S. Rosc. 100 audio -a. Verr. II 2, 103 dicit -a. Phil. 1, 8 addebant -a. *al.* SALL. Catil. 5, 8 OV. ars 1, 157 LIV. 21, 44, 4. *et saepe*). CIC. Verr. II 3, 199 dent emptum -a (*item ponitur tertio vel posteriore loco*: off. 3, 6 suscepisti onus -a. *al.* VERG. Aen. 7, 243 dat tibi -a [CLAVD. DON. *ad l.* p. 38, 26 -a importune positum videbitur, quoniam nihil fuerat ante datum *eqs.*]. HOR. sat. 2, 8, 71 adde hos -a casus. OV. met. 7, 753 LIV. 39, 27, 5. *al.*). esse: CIC. Verr. II 4, 5 erant aenea duo -a signa (*intercedunt aliae voces ut*: rep. 2, 35 erat in eo -a summa comitas. Att. 8, 2, 4 ASCON. Mil. p. 31, 8 QVINT. decl. 322, 2. *al.*). Font. 13 est ...; est item ...; est -a (*item iuxta ponuntur*: fam. 1, 9, 12 erant -a. *al.* VARRO ling. 6, 26 CAES. civ. 1, 51, 2. 3, 110, 5 SALL. Catil. 17, 5 Iug. 65, 1 NEP. reg. 3, 1. *et saepius*). NEP. reg. 1, 3 tres sunt -a *reges* (*antecedit alia vox ut*: LIV. praef. 4 res est -a ... immensi operis. SEN. dial. 9, 10, 5 non sunt -a cupiditates ... mittendae. PLIN. nat. 23, 137. *al.*). Ⓒ *adiectiva vel numeralia* (*maxime quantitatem vel amplitudinem indicantia; exempla potiora*): CIC. Verr. II 1, 109 cedo mihi leges Atinias, ..., omnis -a de iure civili (Phil. 2, 37 NEP. Pel. 4, 3. *al.*). 2, 119 Cn. Sertium, M. Modium, ..., sescentos -a cives Romanos (*antecedit numerale ut*: Caecin. 27 duo -a testes. Att. 10, 10, 5. *al.* CAES. civ. 3, 52, 1. *et saepe*). 2, 120 legati Centuripini, ..., multarum -a civitatum (leg. agr. 2, 90 off. 2, 28 fam. 6, 14, 2. *al.* CAES. Gall. 3, 20, 2. *et saepe*). 3, 119 si qui vilicus ... domino xx milia nummum ... miserit, sibi alia -a centum confecerit (Arch. 19 Colophonii ..., Chii ..., permulti alii -a. SALL. Iug. 60, 6. *al.*). Manil. 21 classem magnam ... superatam esse ...; magnas hostium -a copias ... esse deletas (Catil. 2, 19 magnos animos ..., magnas -a militum copias. fam. 11, 16, 2 CAES. Gall. 6, 36, 3. *al.*). fin. 1, 41 nulla spe proposita ...; nulla -a ... voluptate (PLIN. nat. 29, 18 VLP. dig. 7, 4, 10, 7). *sim. al.*

β *accedunt coniunctiones paratacticae* (*saepius cum abundantia quadam*): TER. Haut. 1022 convinces facile *eum esse* ex te natum, nam tui similest probe; ... tum -a talem nisi tu nulla pareret filium (Phorm. 518. Ad. 345 primum indotatast; t. -a *eqs.* CIC. Verr. II 1, 63 *homines* cum ... officiosi, t. -a ... quieti. LVCR. 2, 926 BELL. Hisp. 41, 5. *al.*). Ad. 541 sum infelix: primum fratrem nusquam invenio ...; -a autem *eqs.* (CIC. inv. 1, 30. 2, 143. *cf. etiam p. 1007, 16*). RHET. Her. 4, 41, 53 et ...; et ...; et -a ... iste visus est in eo loco (CIC. Verr. II 3, 202 fam. 13, 52. *al.* BELL. Afr. 19, 1. *al.* SALL. Catil. 50, 4. *et saepe; intercedunt aliae voces* [*cf. p. 1007, 38*]: CIC. Verr. II 2, 93 et hoc -a addit. Cluent. 25 se ... et tres -a [alios tres -a *var. l.*]. *al.* SALL. Catil. 22, 3 et haec et multa -a. NEP. Hann. 4, 4. *et saepius. ordine inverso, sc. notione q. e. etiam*: GAIVS dig. 39, 4, 13, 1 et hi ...; -a et si quis. VLP. dig. 43, 19, 1, 9 -a et. *al.*). CIC. Cluent. 34 pretio accepto

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

multisque -a muneribus (de orat. 3, 130. *al.* Lvcr. 1, 400 multaque -a [*item initio versus heroici*: 2, 109. *al.* Verg. Aen. 4, 464. *al.*]. *al.; ceterum iuxta* -que: Cic. p. red. ad Quir. 8 senatus hominumque -a viginti milia. Rab. Post. 38 remque -a. Brut. 282 -aque [nat. deor. 3, 31 Vitr. 3, 2, 4. *al.*]. *al.*). Sest. 140 ex nostro aut aliquorum -a casu (Cod. Theod. 6, 26, 3. *al.*). fam. 5, 21, 2 utor eodem perfugio: ... litterulis nostris, -a conscientia etiam consiliorum meorum (Varro rust. 1, 9, 5. Apvl. apol. 35, 1 respondeo ...; illud e. -a respondeo. met. 9, 36, 4. *al.; cf. infra l. 36*). 13, 31, 2 velim ... quam liberalissime C. Flavium tractes: id mihi ... erit gratum ...; sed -a tibi adfirmo *eqs.* (ad Q. fr. 2, 11, 2 neque solum ..., sed -a. Marcell. dig. 35, 3, 5. *al.*). *sim. al.*

b *usu peculiari* -a *inducit*: α *nova vel inexspectata, sc. quae fere discrepant ab iis quae antecedunt* (*exempla potiora*): Ter. Eun. 375 tu illis *eunuchi* fruare commodis: ... propter dormias ...; -a forma et aetas ipsast, facile ut pro eunucho probes *te*. Ad. 224 novi tuum animum *obsequentem*; ... -a autem te aiunt proficisci Cyprum. :: hem (Don. *ἀρχαισμὸς* figura, nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant. *tamen vix ad aβ trahas*). Cato agr. 60 bubus cibaria annua ...: lupini modios *tot,* ... viciae mo(dios) xxx; -a granatui videto, uti satis viciae seras. Cic. Att. 5, 10, 5 (*2* de ⟨me⟩ ipso aliquid scire ... mavis; haec sunt. *4* haec ... hactenus) quid est -a? nihil sane nisi illud: *eqs.* (*item inducuntur argumenta in epistulis*: ad Q. fr. 1, 2, 14 quod ego te ... rogo ...; -a Aesopi, nostri familiaris, ... servus ... aufugit. *al.* Plin. epist. 3, 14, 6 verum haec hactenus. quid -a novi? quid? nihil. *al.*). Lvcr. 6, 102 *tonitrus fit,* ubicumque ... denso sunt agmine nubes ...; -a *non* ... tam condenso corpore nubes esse queunt quam sunt lapides ...; (*108*) dant etiam sonitum *eqs.* (*similiter inducitur fere parenthesis*: Plin. nat. 33, 60 primum ... argumentum ...; -a mirum *est* ...; altera causa). Sall. Catil. 58, 11 si vincimus, omnia nobis tuta erunt, ... si metu cesserimus, eadem illa adversa fient ...; -a, milites, non eadem nobis et illis necessitudo impendet *pugnandi.* Varro rust. 3, 5, 7 (*antea agitur de ornithone*) -a volucres cum partim advenae sint ..., partim vernaculae *eqs.* 3, 16, 3 Verg. georg. 1, 204. *al.* β *argumentum maioris momenti quam cetera vel ea comprehendens* (*unde usu recentiore oriri potuit notio q. e. praecipue, maxime sim., v. imprimis* Didasc. *et* Evagr. Gall. *et cf. sub III; exempla selecta*): Ter. Eun. 1081 principio et habet quod det, et dat nemo largius *quam Thraso*; ... -a hoc etiam, quod ego vel primum puto, accipit homo nemo melius prorsus. Ad. 971 omnibus gratiam habeo et seorsum tibi -a, Demea. Varro rust. 1, 17, 4 qui praesint, esse oportere ... frugi, aetate maiore ...; -a potissimum eos praeesse oportere, qui periti sint rerum rusticarum. Plin. paneg. 51, 2 *est* magnum reicere aliquid ... ex his, quae princeps *Nerva* tamquam necessaria reliquit; -a pater tuus usibus suis detrahebat, quae fortuna imperii dederat, tu tuis, quae pater. 53, 2 -a hoc primum ... piorum civium officium est. Fronto p. 19, 5 *orationis* delenimenta ... ne cum ... dedecore fucata sint; ... vestem quoque *non muliebriter coloratam esse decet*; ... vobis -a, quibus purpura ... uti necessarium est, eodem cultu ... oratio quoque est amicienda. Tert. coron. 10, 8 et ex originis censu et ex superstitionis usu ..., ex eo -a, quod *eqs.* Chiron 395 *praeobturationis* signa erunt haec; vitium -a et quare contingit monstrandum est. Didasc. apost. 8, 21 ne ... sis litigios⟨a⟩ ad omnes, -a adversus virum tuum (*gr. Const. apost. 1, 10, 1 μάλιστα δὲ καί*). 30, 8 si ... egenus ... supervenerit ⌞et -a⌟ senior aetate (⌞ ⌟ *om. gr. 2, 58, 6*). Evagr. Gall. alterc. p. 15, 6 ego prophetis credo, -a Esaiam receptissimum accipio. *al.*

2 *exempla cetera; quid praetereatur intellegitur*: **a** *ex structuris quibusdam ad* -a *referendis (sc. non ex serie): enunt. secund.*: Plavt. Capt. 331 eum *filium* si reddis mihi, -a unum nummum ne duis et te et hunc amittam (Lvcr. 4, 804 nisi. Vlp. dig. 38, 5, 3, 5. *cf. p. 1008, 42*). Rhet. Her. 2, 21, 33 si quos ⌞-a quam⌟ quos ille conlegerit potuisse suscipere maleficium ostenderimus (⌞ ⌟ praetereat, praeter eos *var. ll.*). Cic. Verr. I 56 Verrem, cum multa libidinose ... fecerit, tum -a *pecuniam* ... contra leges abstulisse (II 3, 227 cum ... imperetur *tantum,* quid aut quantum -a est, quod *eqs.*? Bell. Afr. 57, 2. *cf. p. 1005, 25*). de orat. 1, 133 quoniam, quae a natura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis, quid -a esse assumendum putes? leg. 3, 45 praeter enim quam quod ..., -a (*v. p. 1038, 7*). Liv. 10, 22, 6 Decium Fabiumque, qui (ut *codd.*) uno animo ... viverent, esse -a viros natos militiae *eqs.* *participio*: Cic. Verr. II 3, 73 tanto numero frumenti ... imperato ... nummi -a exiguntur? (*item abl. absol.*: Cluent. 81 invidia remota ... quid est -a, quod in causa relinquatur? nat. deor. 1, 28 Caes. Gall. 4, 22, 3 Plin. nat. 8, 149. *al.*). opt. gen. 4 ut pure et emendate loquentes ... verborum -a et propriorum et translatorum elegantiam persequamur. *praepos.* praeter (*cum abundantia quadam; cf. l. 64*): Cic. ad Q. fr. 1, 1, 28 praeter communem fidem ... -a nos ... praecipue debere videmur, ut *eqs.* **b** *ex serie minus concinna, sc. mutatione quadam structurae*: Rhet. Her. 2, 8, 12 a rumoribus dicemus: si negabimus ...; et si dicemus ...; et -a, si ceteri *rumores* falsi soleant esse, argumentabimur hunc esse verum. Cic. Phil. 11, 26 *Brutum mittendum esse* decernerem, ... ni Brutum colligassemus in Graecia ...; -a ... Brutum retinet etiam nunc C. Antonius. 11, 30 cum ... copiis *ei traditis* et si quas -a paraverit (Att. 5, 2, 1 Cels. 7, 29, 9. *al.*). Att. 11, 5, 3 et Basilo et quibus -a videbitur, etiam Servilio conscribas (*item additur* -a *per enunt. relat.*: fam. 6, 10, 2 et illa ... et ea, quae -a videor mihi ... retinere. Sall. hist. frg. 1, 63 Lygd. 3, 19 Ov. am. 3, 7, 12. *al.; huc potius quam ad III referam* Tert. virg. vel. 2, 4 virgines ... soli deo notas, quibus ⌞-a⌟ a deo *solo* ... captanda gloria est [praeter quod *edd.; v. Schulz-Flügel ad l.*]). Varro rust. 3, 16, 18 mellarius inspicere debet ... et ... purgare alvum et vermiculos eicere; -a ut animadvertat ne reguli plures exsistant (Plin. nat. 17, 105). Plin. nat. 7, 100 *virtutes* clarius fulsisse in Scipione ... dempto -a plurimorum odio (*item additur* -a *per abl. absol.*: 7, 102 Cod. Theod. 6, 22, 2. *al.*). *al.* **c** *ex quolibet contextu*: Cic. inv. 2, 125 *oratorem ab iudice* quaerentem, quid -a audire aut exspectare debeat. Verr. II 5, 34 coniungere cum istius flagitio cuiusquam -a dedecus. Mur. 13 circumspicere, quibus -a vitiis adfectum esse necesse sit eum, cui vere istud obici possit. de orat. 3, 115 ornate dicere propriumne sit oratoris, an id etiam aliquis -a facere possit. ad Q. fr. 3, 1, 10 *tribunatum* petivi Curtio ...; si cui -a petiero *eqs. et saepius.* Lex Servil. Cic. leg. agr. 2, 74 in quae loca -a videbitur. Balb. Cic. Att. 9, 13ª, 1 si quid -a novi fuerit, statim tibi scribam. Varro ling. 8, 17 in his *adiectivis* -a sunt discrimina *gradationis.* rust. 1, 9, 3 *terrae* genera haec, ut -a subtiliora sint alia. Lvcr. 1, 120 *metempsychosin docuit Ennius,* etsi -a tamen esse Acherusia templa ... exponit. 1, 269. Verg. Aen. 11, 285 si duo -a talis Idaea tulisset terra viros. Ov. Pont. 2, 9, 75 ecquid -a peccarim, quaerere noli. *al.*

B *praevalente respectu excludendi*: **1** *in sententiis negativis vel interrogativis*: **a** *in membris seriei*: Cato agr. 5, 3 duas aut tres familias habeat *vilicus,* unde utenda roget et quibus det, -a nemini (Cic. Manil. 5 *Pompeium* unum ab hostibus metui, -a neminem. fam. 4, 3, 4. *al.*). Sent. Minuc. (cil i² 584) 30 eos ita posidere ... liceat; ... -a in eo agro niquis posideto nisi ... Langensium ... sententia. Cic. Quinct. 44 pecuniam petit; negamus deberi; iudicium fiat statim; non recusamus; num quid -a? (S. Rosc. 107 num quisnam -a? nemo). S. Rosc. 144 se ipsum nudum neque -a quicquam excepit (Caecin. 86. leg. 1, 7 unum Clitarchum neque -a quemquam. *al.* Liv. 40, 34, 8. *al.*). Tull. 47 ille legem *quandam* ... recitavit ...; nihil ... -a de legibus (ac. 2, 79 nihilne -a diximus? *al.* Hirt. Cic. Att. 15, 6, 3 caveant; nihil -a moliantur. Lvcr. 1, 430 Liv. 38, 9, 14. *al.*). leg. 1, 25 in homine ac deo ... neque alio ullo ⌞in genere⌟ -a ([⌞ ⌟ ingenio *trad.*]. fin. 1, 41 nat. deor. 2, 39 Sen. nat. 3, 25, 4. *al.*). *sim. al.* **b** *vario usu*: Cic. inv. 2, 126 in hoc ... commorari ..., quasi nihil -a dicendum sit. Cluent. 104 aliud ⟨si⟩ is iudex nihil scisset ..., audire -a nihil debuisse (*item explicatur per enunt. condic.*: Flacc. 4 nisi. fin. 3, 14 id ... si solum est bonum, quid habebis -a, quod sequare? *al.* Lvcr. 2, 952 quid -a, ... nisi ...? *al.*). Planc. 62 quodsi -a nemo est honore dignus *eqs.* top. 71 ut, cum profectus sis a definitione ..., nulla -a sedes argumenti quaerenda sit. fin. 2, 85 perfecto ... et concluso *eo argumento* ... nihil -a est ... dicendum (*item explicatur per abl. absol.*: 5, 23 Ov. Pont. 4, 14, 4). Att. 11, 21, 3 ad me ... quam saepissime scribas, eoque magis, quod -a nemo scribit. *al.* Lvcr. 2, 673 si nil -a, tamen haec. 3, 944. Caes. Gall. 1, 40, 15 quodsi -a nemo sequatur, tamen *eqs.* Alf. dig. 28, 5, 45 quamvis nemo *hereditatem* adisset -a. Liv. 24, 47, 8 *Hispani* nihil -a ... pacti, quam ut ... emitteretur praesidium. 45, 36, 6 ut aditus nulli -a ... esset. *al.*

2 *in sententiis affirmativis* (*exempla certiora, cetera v. sub A*): -a *pertinet ad tempus condicionemve eorum, de quibus agitur*: Cato agr. 150, 1 *ovium conductor praebeat domino* lacte feriis quod mulserit dimidium et ⌞-a⌟ lactis urnam unam (⌞ ⌟ *i. ceteris diebus; vix ad p. 1006, 70*). Tert. nat. 1, 4, 13 dominus servum *Christianum,* quem ⌞-a⌟ necessarium senserat, in ergastulum dedit (⌞ ⌟ *i. ceterum, alioquin*). -a *pertinet ad ea ipsa, de quibus agitur* (*sc. subi. vel obi.*): Rhet. Her. 4, 17, 24 sola virtus in sua potestate est, omnia -a subiecta sunt sub fortunae dominationem (Cic. Verr. II 3, 13 -a omnis ager ... decumanus est. Tusc. 2, 30. Dolab. Cic. fam. 9, 9, 1 Terentia minus belle habuit ...; -a rectissime sunt ... o.). Svet. Tit. 9, 1 *Titus coniuratores* docens principatum fato dari, si quid -a desiderarent, promittens se tributurum.

III *usu deflexo, sc. contextu non exhibente, quid praetereatur, ut* -a *universitatem quandam respicere videatur et significet fere i. q. prae ceteris, praesertim, maxime sim.* (*exempla potiora; nonnulla partim dubia affert e. g. Löfstedt, Verm. Stud., 1936, 162 sqq.; eadem notio subest exemplis quibusdam recentioribus seriei p. 1007, 32 sqq. illustratae, ceterum cf. etiam l. 8*):

A *pondus quoddam tribuit parti cuidam sententiae* (*sc. haud aliter ac* praesertim *inducit fere additamentum minime neglegendum; evanescit respectus addendi maxime p. 1009, 28. 41*): **1** *cum enunt. secund.* (*abl. absol. p. 1009, 19*): Mod. dig. 31, 34, 5 *non* verisimile patrem ... filium ... onerare voluisse, -a cum putaverit *eqs.* ([cum -a *Mommsen*]. Ivst. 41, 1, 9.

[Reijgwart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AMBROSIAST. in Rom. 14, 10 non oportere iudicare ..., -a cum deum iudicem exspectemus. MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 7 p. 712. *al.*). 50, 7, 17 pr. eundem plures legationes suscipere prohibitum non est, -a si et sumptus et itineris compendium suadeat (Ps. AVG. quaest. test. 114, 13. CONC.^{S} II 2, 2 p. 101, 23 [*p. 37, 21 al.* maxime si, *p. 108, 26* praecipue si, *gr. II 1, 2 p. 161, 18 μάλιστα*]. ORIBAS. eup. 2, 1 G 3 La p. 474 *iuvat terra Samia data* ad ulcera intestinarum vel dysintericis ..., -a si absque putridinem *sunt* [*gr. et Aa v. p. 1003, 61*]. *al.*). EPIST. Alex. p. 194, 24 *ut* agmen sequerentur *milites,* -a ⌞quia⌟ ... timendum esset, ne *eqs.* ([*si recte edidit Hilka* l. 73; -a quoniam, -a qui, propterea quoniam *var. ll.*]. AMBROSIAST. in I Thess. 2, 9 Ps. AVG. quaest. test. 124, 7 EVAGR. GALL. alterc. p. 20, 7. *al.*). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 2, 40 in hoc loco omnis confusa *est* sententia haereticorum, -a ubi ... *nulla* differentia in unita deitate ... invenitur (*item cum enunt. relat.*: ACT. Petr. 4 p. 49, 11. *al.; cf. l. 37*). 5, 48 rec. II *tres* quomodo unum sunt, si non est in his unita ... plenitudo divinitatis, -a dum una plenitudo nullam ... habeat ... divisionem? Ps. TIT. epist. l. 76 ubi es[t] nunc, *die iudicii,* qui adulescenciam tuam iucundasti cum scelesto, -a contestante apostolo carnem ... non possedere regnum dei? (*item cum abl. absol.*: REGVLA mag. 50, 6). ACT. Petr. 4 p. 49, 8 fratres scandalizabantur ..., -a quod non esset Romae Paulus (*vix addas p. 1005, 9*).

2 *vario usu* (*vix iam* QVINT. decl. 261, 6 adiciamus, quod ..., duabus ⌞-a⌟ causis [⌞⌟ *referendum videtur ad causas antea allatas, e. g. 5*; praecipue *Rohde*] *neque* FIRM. math. 8, 17, 3 quicumque ... nati fuerint, erunt ⌞-a curiosi⌟ aurigae *eqs.* [⌞⌟ praepositi cursorii *Kroll; coll.* 8, 16, 1 *potius antea excidisse quaedam putaverimus, quibus comprehendebatur Manil. 5, 634 sq.*]): CHIRON 476 si cui extalis ... procederit ..., sic eum ... exscarifabis ⌞-a⌟ in eadem loca eminentiora (⌞⌟ *antea interpunxit Oder, sed cf. Veg. mulom. 2, 70, 1* praecipue loca *eqs.*). 773 admiscebis ... salem; hoc dabis -a praegnantibus equabus *eqs.* (*aliter Hippiatr. gr. I p. 372, 4 ἐκτὸς τῶν ἐγκύων. tamen vix ad IV trahas*). Ps. VIGIL. THAPS. trin. 1, 16 *ut* scrupulus infidelitatis ... auferatur, -a dumtaxat de ... nomine trinitatis. MAXIMIN. Aug. coll. c. Maximin. 15 p. 733 non denegamus, -a de divinis scripturis instructi. CONC.^{S} II 3, 1 vers. ant. p. 177, 15 *nobiscum* consonantem invenimus ... Eutychem -a ex nuper nobis lectis gestis (*Rustic.* praesertim). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 194 sunt etiam clysteres contrarii ..., eo tempore -a, quo *eqs.* (praesertim *Bendz coll. acut. 1, 17, 176*). ANTHIM. 17 de ventre ... bovis ... manducare, -a illa quae sunt spissa (*cf.* ORIBAS. eup. 4, 58, 6 Aa p. 575 -a illis qui *eqs.* [*aliter La et gr.*]. syn. 9, 60, 1 Aa p. 394 omnes podagricos ..., -a eos qui non sunt satis sicca natura [*sed gr. εἰ μή, La* si non; *v. quae ad IV monuimus*]. *sim. al.; sine pron. demonstr. l. 13*). 57 *cucumeris semen* congruum est -a ad renium vitia. *al.*

?**B** *auget vim vocum singularum*: CHIRON 485 ex eodem medicamento ... oblinito ...; id medicamentum ⌞-a⌟ optimum erit (⌞⌟ *loco gemino 725* praevalidum est). ACT. Petr. 33 *concubinae praefectum vitant*; cum ... ille bilem pateretur -a diligens eas (*gr. μάλιστα. an ad A2?*).

IV *abusive ponitur pro adv.* praeter, praeterquam (GLOSS. -a: *πλήν* [*nisi pertinet ad II; cf. p. 1005, 36*]. *Svennung, Unters. Pallad. 397, post alios sec. gr. huc trahit* ORIBAS. *l. 7. 39 negationes abundanter positas putans; ceterum cf. etiam l. 29. p. 1005, 11*): LICENT. carm. ad Aug. 137 nos, -a quod ab una exsurgimus urbe, quod domus una tulit ..., christiana fides conexuit (praetereo *var. l.; cf.* praeter quod *p. 1001, 72*). *Reijgwart.*

[praetereā quam *v. p. 1037, 37.*]

***praetereo,** -ii (-ivi), -itum, -ire. *a* praeter *et* ire (*item* CHAR. gramm. p. 222, 4. *al.*). *scribitur* pret- *e. g.* CIL III 10648 (*a. 361–3*). CE 1455. VET. LAT. Ioh. 9, 1 (cod. 8), prat- CE 2111 *et e. g.* CIC. rep. 2, 52 (*P ante corr.*). *notatur* p *in formula p. 1013, 54.* NOT. Tir. 13, 19 -it. 13, 20 -iit. *in tmesi* LVCR. 4, 388, *v. p. 1012, 71; ceterum cf. p. 1003, 69. 1012, 46.*

de formis: 1) stirpis praes.: imperf. -iebam *sim. trad.* CIC. fin. 5, 3 (-ib- *edd.*), *occurrit in var. l.* VVLG. psalm. 128, 8. *al.* (-ibam *sim. testatur* CHAR. gramm. p. 221, 23 *exstatque inde a* CIC. de orat. 2, 180). *fut.* -ie(n)t *sim.* VET. LAT. Sirach 39, 37. Luc. 21, 32 (cod. 4; cod. 5. *al.* = VVLG. -bit). CLEM. ad Cor. 27, 5 IREN. 2, 17, 11. CLAVD. DON. Aen. 7, 730 p. 103, 15. *al.* (-bo *sim. inde a* CIC. inv. 1, 28; *v. e. g. p. 1020, 7*). *part.* -iens, -euntis *et gerund.* -eundus *testatur* PRISC. gramm. II 558, 5 sq. *exhibentque auctores et tituli passim, e. g.* TER. Andr. 253 VARRO Men. 458 CIC. inv. 1, 30 CE 438; *discrepant: nom.* -ies CE 1455. 1541 CIL II 952. *al.*, -eens CE 1196, 12; *casus obliqui et nom. plur.* -ient- CIL V 7464. VET. LAT. IV Esdr. 5, 55 (-eunt- *var. l.; sim. variant codd.* AMBR. paenit. 1, 6, 28 MART. CAP. 5, 509); -iendo *et* -eendo *in var. l.* AVG. quaest. hept. 5, 48, 2. *2) stirpis perf.*: i *simplex solita est et formis* -isse(t) *sim. inde a* NOVIO Atell. 54. CIC. inv. 2, 9 (-iisse *in dactylis* TIB. 1, 4, 34 STAT. Theb. 1, 16. *contra metrum trad.* -isse INSCR. Hisp. Vives 5809) *et formis* -isti(s) CIC. or. frg. A 15, 6 ARNOB. nat. 5, 31 CIL II 4174. *al., ceterum trad.* -i(t), -imus *codd. omnibus vel potioribus* CIC. dom. 84 ad Q. fr. 3, 2, 3 SEN. dial. 6, 1, 7 epist. 1, 2. QVINT. inst. 4, 5, 2 (*nisi praes.*). decl. 271, 2 PLIN. epist. 5, 20, 6. *al.* (*v. et* GLOSS. *l. 12*; -ii *sim. passim inde a* PLAVT. Merc. 227. 403). -ivi(t): APVL. met. 3, 23, 5. VET. LAT. Marc. 6, 35 (cod. 10. *al.* = VVLG.; cod. 4. *al.* -iit). Luc. 15, 29 (cod. 3. *al.*; cod. 8. *al.* = VVLG. -ii). AMBR. fug. saec. 8, 46 (-bit, -iit *var. ll.*). *al.*

de prosodia: prima syllaba correpta trad. IVVENC. 4, 159 nec -bit (*def. Hansson, Textkr. zu Iuvenc., 1950, 17 adn. 18,* -iet nec *sim. edd. rec.*), *cf.* COMM. instr. 1, 18, 2; *syllaba ultima formae* -iit *producitur in caesura vel diaeresi* Ov. ars 3, 63. 3, 64 met. 14, 101. *de notione et differentia*: CHAR. gramm. p. 222, 13 -o *διαβαίνω*. p. 344, 9 -o *παρέρχομαι*. DIFF. ed. Beck p. 77, 29 -imus stantem, transimus etiam currentem. GLOSS. biling. 4 W 33 *παρέλειπεν, παρεπέμψατο*: -it. GLOSS. II 158, 19 -it: *παρέρχεται.* 359, 32 *παραλείπω*: -o, praetermitto, omitto. 398, 15 *παρέρχομαι*: -o, transeo, transgredio. IV 379, 46 -euntibus: labentibus. *al.* *legitur inde a* PLAVTO, ENN., TER., CATONE *per totam latinitatem; abiit in sermonem gr. πραιτέριτος, πραιτεριτεύω, v. p. 1016, 44. 1022, 55. 1023, 13 sq.* [*variat in codd. maxime cum* praeterea, *e. g.* RHET. Her. 2, 28, 45 Ov. fast. 5, 682 (*restituitur e. g.* CIC. or. frg. A 7, 36 BELL. Hisp. 19, 4 LYDIA 49 QVINT. inst. 11, 1, 83, *falso trad.* CIC. Sest. 7) *et cum* praeire, *v. p. 595, 28 sq.; sensu obscuro:* CIL VI 10246, 8 si quis eruperit legem -ti mei *eqs.*]

fere i. q. παρέρχεσθαι, transire (*quocum saepe variat in contextu, v. e. g. p. 1012, 19. 1015, 2. 1019, 45; cf.* GLOSS. *l. 13; pauca syn. et opp. collegimus infra p. 1015, 27. 1019, 41. 1023, 15. 1024, 53; vox iteratur cum acumine quodam p. 1021, 45 et* AMBR. fug. saec. 8, 46 AVG. serm. 220, *cum abundantia sec. hebr. p. 1022, 5*). *saepius indicatur modus vel condicio -eundi, imprimis per praedicativa, sive forma* tacitus -o TER. Eun. 633. 641 CIC. Verr. II 1, 103 nat. deor. 3, 19. *al.* HOR. sat. 1, 10, 88. *al. (v. etiam p. 1019, 50. 1023, 48; vice versa* -ens feci *v. p. 1013, 26), sive forma* hoc tacitum -o VERG. Aen. 5, 157 SEN. Phaedr. 822 dial. 12, 13, 3 Ps. QVINT. decl. 12, 12. *al. (v. etiam p. 1019, 51), ceterum per abl., e. g.* neglegentia *p. 1020, 35,* silentio *p. 1019, 48. 1023, 19,* cursu VERG. Aen. 4, 157 Ov. fast. 4, 468. *al., in sententiis negatis etiam per praepos.* sine CIC. Cluent. 118 s. huius periculo. Phil. 2, 68 s. lacrimis. PLANC. Cic. fam. 10, 4, 1 LIV. 32, 40, 9. *al., vel coni.* quin PLAVT. Aul. 474 q. consistam. CAES. Cic. Att. 9, 6^{a} SALL. Catil. 53, 6 NEP. Dat. 7, 3; *ceteras structuras infra fere distinximus.*

materiam sic digerendam putavimus:

CAPVT PRIMVM: *cum respectu loci*:

I *vi praeverbii communi*:

A *cum obi. acc.*:

1 *significatur merus motus*: **a** *-untur loca: p. 1011, 5 (in describendo situ locorum p. 1011,40).* **b** *-untur qui (quae) eadem via progrediuntur (i. q. sequendo superare): p. 1011, 54.* **c** *-itur ipsum iter: p. 1011, 72.*

2 *praevalent notiones secundariae, sc. non laedendi p. 1012, 3, non curandi (non visitandi) p. 1012, 15, evadendi p. 1012, 34.*

B *sine obi.: p. 1012, 44 (part. praes. p. 1013, 7*; -ens feci *p. 1013, 26*; -ens *in titulis sepulcralibus p. 1013, 48*).

II *vi praeverbii deflexa respiciuntur*: **A** *loca sim., per quae itur: p. 1013, 58.* **B** *limites sim., trans quos itur: p. 1014, 6.*

CAPVT SECVNDVM: *cum respectu temporis*:

I *intransitive*:

A *formae variae: p. 1014, 15 (respectu pereundi p. 1014, 67).*

B *part. perf.* praeteritus *vi activa*:

1 *in quolibet sermone*: **a** *adi.: p. 1015, 32 (specialia quaedam, e. g. de tempore proxime transacto, p. 1016, 31).* **b** *subst.: p. 1016, 60 (locut. adv. p. 1017, 42).*

2 *in sermone gramm.: p. 1017, 70.*

II *transitive*: **A** *pro obi. est tempus: p. 1018, 41 (colore excedendi p. 1018, 60, transigendi p. 1018, 64).* **B** *pro obi. sunt homines, quos fugit tempus: p. 1018, 68.*

CAPVT TERTIVM: *cum quolibet respectu, sc. transfertur ad actiones*:

I *neglegendi*:

A *structura communi -unt fere qui aliquid neglegunt*:

1 *generatim: p. 1019, 7 (sc. variis coloribus, e. g. non commemorandi [saepe usu rhet.] p. 1019, 37, parcendi p. 1021, 37, non observandi, praevaricandi p. 1021, 57 et 1022, 39).*

2 *speciatim*: **a** *in honoribus publicis: p. 1022, 52.* **b** *in iure hereditario: p. 1023, 3.*

B *structura inversa -unt fere res quae aliquem fugiunt*: **1** *eo quod non subeuntur: p. 1023, 48.* **2** *eo quod ignorantur: p. 1023, 61 (pro subi. sunt struct. verbales p. 1023, 68).* **3** *eo quod tacentur: p. 1024, 43.*

II *cursim attingendi: p. 1024, 51.*

III *superandi, praecellendi: p. 1024, 73 (in arithmetica p. 1025, 29).*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPVT PRIMVM: *cum respectu* ***loci*** *(de motu corporeo praeter l. 40 et p. 1012, 29. 1013, 26; huc vergunt quaedam p. 1017, 12 allata)*: **I** *vi praeverbii communi de motu, qui fit ante quaedam finitima, vicina*: **A** *cum obi. acc. (reflexive l. 34)*: **1** *significatur merus motus*: **a** *-untur loca vel quaecumque loco quodam posita sunt, consistunt (obviam fiunt l. 11; coloribus saepe aegre discernendis significari possunt sive qui [quae] iuxta aliquid eunt, secundum tractum quendam diriguntur, e. g. l. 14. 22. 36 sq., sive qui [quae] motu continuato aliquid vel aliquem relinquunt, superant, e. g. l. 15. 17. 25. 30)*: **α** *de animantibus*: PLAVT. Aul. 474 Megadorus ... incedit a foro; iam hunc non ausim -ire, quin consistam et conloquar (*item -untur animantes, qui obviam fiunt*: Rud. 306 erum. VITR. 1, 5, 3 uti armati homines ... alius alium sine impeditione -ire possint *in muro*. 10, 2, 15 alius alium. *al.*). Capt. 808 *pistores* alunt furfuribus sues, quarum odore -ire nemo pistrinum potest. TER. Eun. 633 -ii imprudens villam; longe iam abieram quom sensi; redeo rursum (641 sciens. CIC. Att. 10, 4, 8. 13, 52, 2 SEN. epist. 55, 4. *al.*). Ad. 581 eas *aedes*. CATO orat. 17 postquam Massiliam -imus, ... classem ventus ... lenis fert. VARRO Men. 458 fontem. CE 119, 1 (*liberae rei p.*) viator ..., qu⟨i⟩ me -eis, cum diu ambulareis, tamen hoc veniundum est tibi (*item respicitur sepulcrum*: CIC. phil. frg. VIII 9 se velle, ut suum tumulum ... -euntes sic loquantur: '...'. VITR. 4, 1, 10 monumentum. CE 1196, 12 me. *al.; cf. p. 1012, 14. 21. 1013, 41. 48*). CIC. Phil. 2, 68 *Pompeii* domum ... poterat nemo sine lacrimis -ire. fin. 5, 3 *hortos*. OV. met. 14, 101 has *insulas* (*102* deseruit). 15, 51. fast. 4, 468 sq. *Ceres* Leontinos Amenanaque flumina cursu -it ..., -it et Cyanen...; liquerat Ortygien *eqs.* LIV. 1, 23, 4 Tullus ... -tis hostium castris ... in agrum Albanum pergit. *al.*

β *de rebus*: Ⓘ *vario usu*: LVCR. 5, 760 *sol* cum loca -iit flammis infesta per auras (*item -unt corpora caelestia*: SEN. nat. 7, 7, 2 qui *cometae* ... signa -unt [*cf. 7, 6, 1* stellas praetermeant; *ibid. opp.* immoti *cometae*]. epist. 36, 11 stellarum iste discursus, quidquid -iit [-it *var. l.*], repetit. HYG. astr. 4, 15 *Hesperus* ad -tum transiens signum. CIRIS 465 *classis* deserit ... Isthmon ...; -it ... Scironis ... arces *eqs.* (*-unt naves item*: PROP. 1, 20, 19 -tis ... Athamantidos undis Mysorum scopulis adplicuisse ratem. OV. trist. 1, 10, 38 VAL. FL. 5, 74. *reflexive*: SIL. 13, 243 *Liburna* ventis fugit ocior et ⌞se, quam longa est,⌟ uno remorum -it ictu [⌞⌟ *i. suam longitudinem*]). HOR. carm. 4, 7, 4 descrescentia ripas flumina -unt (*explicat* PORPH. *p. 990, 43 sqq.*). VITR. 10, 6, 2 *salignea regula* singula puncta -eundo ... conlocatur *in tigno*. 10, 9, 4 *tympani imi* denticulum ... tympani superioris denticulos impulsu cogat -ire. AVSON. 321 p. 260, 6 aures nostras audita velocius quam lecta -unt. Ⓘⓘ *per imaginem motus describitur situs locorum, limitum sim.*: *in caelo*: MANIL. 1, 628 *colurus* posteriora pedum Cynosurae -it astra. 2, 361 -ens (*Housman*; per tales *vel* praedales *codd.*) ... singula limes *hexagoni* sidera. GERM. 362 Belua ... ponti non multum -it Amnem (*gr. 358 βαιὸν ὑπὲρ Ποταμοῦ βεβλημένον, Cic. Arat. 144* tangentem corpore ripas). *in terra*: MANIL. 4, 614 *mare* vasto ... recessu Thessaliae fines et Achaica -it arva. CVRT. 5, 3, 2 quos *campos* clementiore alveo -it *Tigris* (*item -unt flumina* [*quaedam possis ad IIA trahere*]: 7, 4, 31 Bactrus amnis -it moenia. AMM. 23, 6, 40 has regiones. PRVD. perist. 3, 189. EVSTATH. Basil. hex. 3, 6, 4 *Rhodanus* multas ... -ens nationes pelago miscetur [*gr. p. 68⁴ παραμειψάμενοι*]. *cf. p. 1013, 6*). 7, 3, 20 *Taurus mons* a Cappadocia se attollens Ciliciam -it Armeniaeque montibus iungitur. SOL. 45, 1 (*item* MART. CAP. 6, 690) *Cappadocia* -it Lycaoniam *eqs.* (*cf. Plin. nat. 6, 24* transit).

b *-untur qui (quae) eadem via progrediuntur, eodem tendunt, ut significetur i. q. sequendo superare sim. (de navibus l. 56. 60, de sideribus l. 67. 68)*: CATVLL. 4, 4 phaselus ... ait fuisse navium celerrimus, neque ullius ... impetum trabis nequisse -ire (*inde de mulione* VERG. catal. 10, 4). VERG. Aen. 4, 157 *Ascanius* gaudet equo iamque hos cursu, iam -it illos *equos vel equites* (*inde* HOMER. 812 *de Patroclo Troianos fugante, sec. Π 685 μετεκίαθε*). 5, 156 victam *navem* -it ... Centaurus *navis* (*155* superare. *item in certamine*: 5, 171 *Cloanthus navem* priorem -it. HOR. sat. 1, 1, 116 instat equis auriga suos vincentibus, illum -tum temnens. OV. ars 3, 596 quos -at quosque sequatur *equus*. met. 10, 680 -ta est virgo *Atalanta* [*cf. e. g. 10, 672* transit. *sine obi. p. 1012, 61*]). OV. met. 2, 160 *equi solis* -unt ortos isdem de partibus Euros. LIV. 36, 19, 4 quos *elephantos in angusta valle* pedes aegre -ire, eques nullo poterat modo. VITR. 9, 1, 14 *stella errans terrae vicinior* saepius subiens -it superiorem. SEN. epist. 93, 9 scimus quemadmodum solem luna -at, quare tardior velociorem post se relinquat. PLIN. nat. 9, 24 *delphinus* quamvis plena -it vela. *al.* *transcenduntur vestigia priorum*: EPIST. Alex. p. 205, 1 quanto ... sacra -rem vestigia *Herculis Liberique Indiam peragrantium.*

c *-itur iter, quod quis -eundo facit (sc. obi. int.; aliter p. 1013, 68 sq. 1014, 12)*: TERT. nat. 1, 16, 14 *puer* ultra ianuam progressus ⌞iter⌟ -euntibus tractus domo excidit (⌞⌟ et a *Hartel*). VET. LAT. psalm. 79, 13 (Orig. in Matth. ser. 132) omnes, qui -unt viam ([*alias rec. v. p. 1027, 12; pergit* ORIG. *ibid.* p. 268, 17 non -vit v. neque declinavit a via]. AMBR. fug. saec. 8, 46 -euntes v.).

2 *praevalent notiones secundariae (exempla potiora)*: **a** *neglegendi sim.*: **α** *-euntes non laedunt, non tangunt, quae (quos) -unt (cf. infra l. 63)*: LVCR. 2, 1104 *fulmen* saepe nocentes -it exanimatque indignos. VARRO rust. 1, 49, 2 sicilienda prata *sunt* ..., quae faenisices -ierunt (*inde* PLIN. nat. 18, 259. *cf.* 18, 261 *falces quaedam* medias caedunt herbas brevioresque -unt). HOR. sat. 2, 7, 73 *non sum* fur, ubi vasa -o sapiens argentea. SEN. epist. 105, 2 in acie iacens -itur, cum stante pugnatur (*antea*: transit. *cf.* STAT. Theb. 8, 587 *vulneratum hostem* -it ... et spoliare superbit *Tydeus*. RVFIN. hist. 3, 6, 2 hos *tabescentes macie* cum venia -bant [*Ios. bell. Iud. 5, 426 οἱ τηκόμενοι ... παρωδεύοντο, cf. Heges. 5, 18, 1 p. 334, 5* occidere dedignabantur]. *sim. al.*). CE 194, 2 scriptor, *qui nomina candidatorum inscripturus es,* opus hoc -i (*sim.* 196 hoc monimentum -i).

β *-euntes non curant, non visitant, quae (quos) -unt (cf. e. g. iam p. 1011, 10)*: Ⓘ *de motu corporeo animantium*: OV. fast. 4, 574 -tus Cereri nullus in orbe locus. SEN. dial. 10, 14, 3 cum omnium limina ... perambulaverint nec ullas apertas fores -erint. epist. 68, 4 vile videtur quicquid patet, aperta effractarius -it (*antea*: transeunt). 84, 12 -i istos gradus divitum et ... vestibula. CIL VI 2335, 6 (*aet. imp. priorum*) vos, viatores, habeatis deos propitios, qui Victorem ... non -itis *hic iacentem* (*sim.* INSCR. Tarr. Alföldy 696 me. *cf.* MART. 11, 13, 2 viator, noli nobile -ire marmor *sepulcri Paridis*). CALP. decl. 51 qui potest expositum *infantem* -ire? (*cf.* CYPR. epist. 55, 19 semianimem fratrem iacentem [*sec.* Luc. 10, 31 sq. *l. 68 sq.; item*: AMBR. paenit. 11, 6, 51 *qui* non -at eum, sed curet et sanet. *al.*]). APVL. met. 8, 23, 3 me relictum solum ... cum fastidio plerique *emptores* -bant (*cf.* AVIAN. fab. 19, 10 *te* despectum -iere). PANEG. 12, 19, 2 felices, qui te *urbem intrantem* propius aspicerent ...; quos -ieras, loci quem occupaverant paenitebat. *al.* Ⓘⓘ *transfertur ad: progressum studiorum*: EVOD. Aug. epist. 158, 1 nec volebat *puer* -ire lectionem, nisi intellexisset (*postea*: nec dimittebat). *conversionem oculorum*: VAL. CEM. hom. 14, 4 p. 736ᴰ *superbus* alios oculis -it, alios sermone despicit.

b *evadendi, superandi (sc. -euntes non infestantur ab iis, quos [quae] -unt. cf. etiam infra l. 60)*: PANEG. in Mess. 69 *Vlixes* -iit ... cita Sirenum litora puppi (*cf.* AVSON. 456, 2 p. 398 Sirenas [*antea*: ut evitet]). OV. rem. 737 -ta cautus Niseide (*i. Scylla*) navita gaudet. trist. 2, 542 te, *sc. Augustum equites recensentem* (*v. vol. VII 2, 407, 27*). APVL. met. 6, 19, 4 *Cerberum* offrenatum unius offulae praeda facile -bis. HYG. astr. 2, 35, 1 cani *cuidam venatico* fuerat datum, ne ulla fera -ire eum posset (*nisi ad 1b*). PANEG. 8, 15, 1 ut inimica classis ... in ... insidiis conlocata ignorantibus omnino hostibus -retur. AMM. 22, 8, 15 cum eos *scopulos* Argo ... -isset innoxia.

B *sine obi.*: **1** *formae variae*: **a** *indicatur locus, via sim. per adv. vel praepos. (abl. loci l. 57; cf. p. 1013, 24. 1022, 38)*: PLAVT. Cist. 683 si nemo hac -iit ..., cistella hic iaceret ([praeter iit *Leo et vol. V 2, 638, 35 metri gratia, sed praeter necessitatem*]. TER. Ad. 574 QVEROL. p. 7, 5. 29, 13). Merc. 1006 arbitri ..., qui -ant per vias (*aliter sub IIA2*). CATVLL. 15, 8 qui in platea modo huc modo illuc ... -unt. FRONTO p. 157, 11 ea. VET. LAT. Matth. 4, 18 (cod. 1) cum -ret iuxta mare Galilaeae ([iusta *cod.; gr. περιπατῶν ... παρά, cod. 4* transiret ... secundum, *Vulg.* ambulans ... iuxta]. PASS. Caesar. 29 i. arborem). 9, 27 (*ibid.*) cum -ret inde Iesus ([*gr. παράγοντι ἐκεῖθεν, Vulg.* transeunte]. Ps. THOM. euang. 2, 3 VITA Caes. Arel. 2, 22. *cf. vol. VII 1, 1109, 29*). Marc. 1, 16 (cod. 4. *al.* = VVLG.) -ens secus mare Galilaeae (*gr. παράγων παρά, cod. 3* transiens). PANEG. 8, 4, 3 qua dies (*sc. sol*) oritur et -it[ur] et conditur. SVLP. SEV. dial. 2, 12, 2 praeter agellum. VERS. metr. gramm. VI 635, 4 litore -unt legati.

b *exempla cetera*: **α** *-unt animantes*: PLAVT. Stich. 686 quisquis -at, comissatum volo vocari. CIC. off. 1, 144 cum ... casu formosus puer -ret. NEP. Dat. 7, 3 locum delegit talem, ut ... *non* -ret adversarius, quin ... premeretur. OV. met. 10, 668 -it Hippomenes (*in cursus certamine; 672* transit). LIV. 2, 11, 7 ad portam ... stare, donec hostis -at. 34, 28, 9. SEN. contr. 10, 4, 4 expositos aluerunt etiam ferae, satis futurae mites, si -issent. CVRT. 7, 5, 16. COLVM. 9, 8, 14 qui forte -unt, secum auferunt *vasa*. CE 45 (*Pompeiis*) pedicatur qui leget, ... paticus est qui ⌞-it⌟ (*sc. neglegit, cf. l. 15 sqq. et* CIL X 6616 bene sit tibi, qui legis, et tibi, qui -is). PLIN. paneg. 24, 3. APVL. met. 6, 18, 4 *Psyche,* tacita -ito (9, 39, 3). VET. LAT. Luc. 10, 31 sq. (cod. 2) sacerdos ..., cum vidisset illum *hominem vulneratum,* -vit; similiter ... et levitis ... -vit (cod. 6 videns illum -vit, ... -vit eum, VVLG. -vit ..., pertransiit, *gr. bis ἀντιπαρῆλθεν. cf. supra l. 24*). *al.*

β *-unt res*: LVCR. 4, 388 (*in tmesi quam non agnoscunt vol. V 2, 646, 11, Bernard, Die Tmesis der Präpos., Diss. Zürich, 1960, 32*) qua vehimur navi, fertur, cum stare videtur; quae manet in statione, ea praeter creditur ire (VET. LAT. sap. 5, 10 tamquam navis, quae pertransit ... aquam, cuius, cum -ierit, non est vestigium invenire [*gr. διαβάσης*]). OV. ars 3, 63 nec,

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae -iit, iterum revocabitur unda. VITR. 9, 2, 3 *luna* sub rotam solis ... uno die, antequam -it (prodierit *var. l.*), latens obscuratur. SEN. benef. 4, 23, 2 si tantum -ret *sol neque calefaceret sim.* ([*syn.* transcurreret]. PANEG. 6, 9, 3 ut sol ipse, qui nobis videtur occidere, ibi, *sc. in Britannia,* appareat -ire [*sec. Tac. Agr. 12, 4* transire]). MELA 2, 65 *castellum* Truentinum; id et fluvio, qui -it, nomen est (*cf. p. 1011, 47*). *al.*

2 *part. praes.* -ens: **a** *generatim*: **α** *iuxta subst. vel pron.* (*saepe subaudiendum e verbo; de animantibus passim, de rebus l. 13 sq. 16 sqq. 22 sqq.*): Ⓘ *exempla varia*: TER. Andr. 253 *pater* -ens modo mihi apud forum '...' inquit. LVCIL. 898 hu[n]c, alio cum iter haberet, -ens venit. POMPON. Atell. 75 -ens vidit Dossenum ... scalpentem natis. CIC. S. Rosc. 133 qui -euntes ... audiebant *verba praeconis.* Att. 2, 11, 1 si quid ex -eunte viatore exceptum est (COLVM. 1, 5, 7). *al.* CATVLL. 11, 23 -eunte ... tactus aratro *flos.* ALF. dig. 9, 2, 52, 1 quidam -ens eam *lucernam* sustulerat (FEST. p. 344). HOR. carm. 2, 11, 20 restinguet ardentis Falerni pocula -eunte lympha (SCHOL. de currente fonte aqua petita). TIB. 1, 1, 28 rivos -euntis aquae (FRONTIN. aq. 36, 2 APVL. mund. 17 p. 326). 2, 5, 120 Messalla ... det spectacula turbae et plaudat, curru -eunte, pater. OV. am. 1, 12, 14 rotae ... -euntis onus. 3, 1, 54 a populo -eunte (NVX 2). trist. 2, 90 vitamque meam moresque probabas, *Caesar,* ... -euntis equo *publico.* LIV. 2, 58, 8 *Ap. Claudium* -euntem exsecrari. *al.* MANIL. 2, 861 natura loci ... *signa* -euntia cogit esse sui moris. VITR. 9, 2, 2 *lunam primam,* cum -ens vadat ad orientis caeli partes, relaxari ab impetu solis (9, 2, 3 *l. secunda* -ens ab sole visitationem facit tenuem ..., cum triduum recessit ab sole *eqs.* [*ad structuram v. Wistrand, Apophoreta Lundström, 1936, 29, et cf. infra p. 1022, 43*]). *al.* Ⓘⓘ *forma* -ens feci *significatur simul eam actionem cursim, exiguo labore sim. factam esse* (*saepius in imagine*): CVRIO avus or. frg. Cic. inv. 1, 80 nemo potest uno aspectu neque -ens in amorem incidere (*fere proverbialiter, cf. l. 36*). RHET. Her. 4, 54, 68 Lemnum -ens cepit *dux* (*cf.* CVRT. 4, 14, 1 Syriam Aegyptumque prae⟨ter⟩euntibus *militibus* raptas *esse.* CLAVD. 26, 398 fusus ... Philippus ... -eunte manu). CIC. Verr. II 4, 53 qui *Verres* -ens, lectica paulisper deposita, ... uno imperio ostiatim totum oppidum compilaverit. de orat. 1, 162 ut illam copiam ornamentorum suorum, quam ... quasi per transennam -euntes strictim aspeximus, in lucem proferat *Crassus.* Brut. 200 intellegens dicendi existumator non adsidens et adtente audiens, sed uno aspectu et -ens de oratore saepe iudicat. *ibid. bis.* OV. am. 1, 2, 44 *Amor, triumphum ages;* tunc quoque -ens vulnera multa dabis.

β *solum ponitur, sc. pro subst. (cum attributo l. 42): masc.* (*cf. p. 1011, 73. 1012, 2*): CIC. off. 1, 139 a -euntibus dicitur '...'. VARRO ling. 6, 49 *ut monumenta* -euntis admoneant. rust. 1, 14, 1 *saepimentum vivum* -euntis lascivi non metuet facem ardentem. HOR. carm. 4, 3, 22 monstror digito -euntium (*inde* HIER. epist. 22, 27, 3 -euntium turba). VITR. 4, 5, 2 uti -euntes possint respicere *templa.* RVT. LVP. 1, 13 FEST. p. 363. SEN. contr. exc. 5, 1 them. quidam ex -euntibus. *al.* *neutr.* (*de animalibus*): PLIN. nat. 10, 202 *pardi arboribus* insidunt ... occultatique ... in -euntia desiliunt.

b *speciatim in titulis sepulcralibus de iis, qui monumentum -unt* (*cf. p. 1011, 18 sqq.; ad rem v. Hartke, 'sit tibi terra levis' formulae quae fuerint fata, Diss. Bonn, 1901, 42 sq. 46 sqq.*): CIL VIII 9350 (*aet. Aug.*) -e(n)s, tuum est dicere 'ossa tibi bene adquiescant'. CE 125, 1 (*aet. Claud.*) tu qui -ens spectas monimentum meum (*item fere* 1539, 1. 1541, 1). 466, 1 respice -ens, oro, titulumque dolebis. CIL II 540 te rogo -ens dicas 's(it) t(ibi) t(erra) l(evis)' (*eadem saepius, etiam litteris singularibus* t r p d, *v. indicem CIL II p. 1178; ceterum cf. vol. VII 2, 1203, 10 sq. et e. g.* CE 1453 d(ic) r(ogo) p(raeteriens) *eqs.*). V 7464 T. Lollius ... positus propter viam ut dicant -ientes 'Lolli ave'. *et saepe.*

II *vi praeverbii deflexa*: **A** *respiciuntur loca, viae, hominum multitudo, per quae itur* (*exempla potiora; negleximus locos, quibus praevalet notio superandi, relinquendi, ut e. g. p. 1011, 33. 1012, 74; ceterum cf. p. 1011, 47 et praepos.* praeter *p. 991, 69*): **1** *cum obi. acc.*: APVL. met. 3, 29, 2 cum ... vicum quempiam frequentem ... -remus, inter ipsas turbelas ... nomen ... Caesaris invocare temptavi. AMM. 14, 2, 15 -to Calycadni fluminis ponte *copias instruunt.* OROS. hist. 7, 3, 5 -ens ab Aegypto fines Palaestinae apud Hierosolymam in templo dei ... adorare contempsit *Gaius* (*v. p. 1042, 18*). SEDVL. carm. pasch. 4, 222 (*sim.* op. pasch. 4, 18) -ens ... viae dominus loca Samaritanae (*sec. Ioh. 4, 4* transire). op. pasch. 3, 21 *Christum* Tyri ... -euntem regionis itinera (*carm. pasch. 3, 242* Tyrias partes ... petentem. *cf. Matth. 15, 21* secessit in partes). 4, 1 cum ... *Iordanem* transgrediens Iudaeae semitam -ret *Iesus* (*carm. pasch. 4, 2* Iudaeae sectatus iter. *cf. Matth. 19, 1* venit in). MAX. TAVR. 48, 2 camelum ... acus caverna -ire non patitur (*cf. p. 1014, 4*). VEN. FORT. vita Germ. 46 pagum Vindocinensem. **2** *cum praepos.* per: VET. LAT. Luc. 4, 30 (cod. 3) *Iesus* -ens per medio (*sc.* medios, medium*?*) illorum ibat (*gr. διελθὼν διὰ μέσων αὐτῶν ἐπορεύετο, Vulg.* transiens). 17, 11 (cod. 5) per medium Samariae (*gr. διήρχετο διά, Vulg.* transiebat). IVVENC. 2, 562 messis per culta (*cf. Vet. Lat. Matth. 12, 1* [*cod. 12*] transiebat). GAVDENT. serm. 21, 7 per vicos et castella. VVLG. Ier. 18, 16. 19, 8. MAX. TAVR. 32, 1 perversitas ... corporis per ... acus cavernam -ire non patitur camelum (*sec. Matth. 19, 24* transire; *cf. p. 1013, 71 sq.*).

B *respiciuntur limites sim., trans quos vel extra quos itur* (*cum obi. acc.; cf. p. 1011, 70, ceterum p. 992, 10. 1027, 30*): VET. LAT. psalm. 103, 9 (cod. 400) *aquis* terminum posuisti, quem non -bunt ([*gr. παρελεύσονται, Vulg. al.* transgredientur]. GREG. TVR. Franc. 5, 33 p. 237, 25 ut *flumina* terminus [*i.* -os], quos numquam excesserant, -rent). CLEM. ad Cor. 20, 6 mare ... non -it circumdata sibi claustra (*gr. παρεκβαίνει*). FILASTR. 133, 4 *ut sidera* cursum debitum -ire nullo modo possint.

CAPVT SECVNDVM: *cum respectu* ***temporis*****:** **I** *intransitive* (*subiecto non posito l. 40; indicatur unde p. 1015, 15*): **A** *formae variae*: **1** *-it tempus ipsum* (*in enunt. relat. de tempore proxime transacto* PLAVT. Merc. *infra.* VAL. MAX. 1, 8, 1. *al., cf. p. 1016, 31*): PLAVT. Merc. 227 nocte hac, quae -iit proxuma (FRONTO p. 3, 14 [*syn.* exactus est]. IVVENC. 4, 377). Persa 402 si *vicinus argentum* non dederit atque hic dies -ierit (*item in negotiis*: TER. Phorm. 525. S. C. de Asclep. [CIL I² 588 p. 913 sq.] 9 [*vers. gr. παρελήλυθεν*]. POMPON. dig. 38, 2, 2 pr. *al.; ceterum*: CATO agr. 112, 2 ubi d. XXX -ierint, transfundito *vinum* [*postea*: post d. XX]. VARRO rust. 2, 2, 16. NEP. Ages. 3, 1 indutiarum. TIB. 1, 4, 34 OV. fast. 2, 34. *al.*). TER. Eun. 283 biduom. 542 -iit tempus *cenae constitutum* (CIC. Verr. II 3, 44 ne, si t. sationis -isset, granum ... nullum haberemus [*nisi intellegas 'si Metellus t. -isset' et ad IIA1 referas*]. Att. 7, 9, 4 legis. *al.* CELS. 2, 12, 2ᴮ. 3, 5, 2 accessionis [*3, 5, 1* transiit]. SEN. epist. 99, 4 CVRT. 8, 1, 41 IAVOL. dig. 8, 6, 14 pr. *et saepius*). Phorm. 423 tua -ierat iam ducendi aetas (VEG. mil. 1, 4 pugnandi). CATO agr. 112, 3 triduum. CIC. Verr. II 1, 103 cum iste punctum temporis nullum vacuum peccato -ire passus sit. Att. 13, 12, 3 biennium. ALF. dig. 40, 7, 14, 1 septem anni (LABEO dig. 40, 7, 39, 3 SEN. dial. 6, 1, 7. 10, 7, 8. *et saepius*). VERG. georg. 2, 322 cum ... iam -it aestas. *al.*

2 *-it quodcumque procedente tempore transit*: **a** *usu communi de actionibus, eventibus*: **α** *generatim*: CIC. inv. 1, 39 in hoc (*i. tempore*) et quae -ierint considerantur ... et item quae instent ..., et quae consequantur (*sim. in enunt. relat. cum pron. neutr.*: fin. 1, 57. *al.* SEN. benef. 3, 4, 2 praesentia bona ..., futura ..., quod -iit. *al.* QVINT. inst. 11, 1, 10 [*opp.* quod superesset]. *al.*). Att. 11, 25, 3 in pensione secunda caeci fuimus; aliud mallem, sed -iit (*subi. non posito respicitur occasio agendi, quae fugit; sim. struct. plena cum pron. neutr.*: fam. 12, 3, 1 utinam ... fuissem *princeps pulcherrimi facti*; ... quod quoniam -iit, utinam *eqs.* 12, 22ᵃ, 2 si ... obtemperasses, ... laudem adeptus esses; sed illud ... -iit. *cf.* STAT. *infra*). LIV. 34, 27, 7 donec ea, quae instet, ⌞tempestas⌟ -at (⌞ ⌟ *sc. perturbatio rerum*). VAL. MAX. 5, 8, 5 donec belli civilis rabies -ret. SEN. nat. 4, 3, 2 Posidonius tibi auctoritatem promittit, tam in illo, quod ⌞-iit⌟, quam in hoc, quod secuturum est (⌞ ⌟ *nisi recte* -ii *coni. Gross, Senecas Nat. quaest., 1989, 191 sqq.; sed cf. p. 1016, 52*). epist. 1, 2 magna pars eius *mortis* iam -iit (-it *var. l.*); quicquid aetatis retro est, mors tenet. STAT. Theb. 11, 162 tunc tempus erat ... ire ultro ...; aspera quando -iit virtus *eqs.* (*i. fere occasio virtutis exercendae; cf. l. 40*). QVINT. decl. 271, 2 crimen. VET. LAT. Is. 26, 20 (Tert. resurr. 27, 4) ira *dei* (*gr. παρέλθῃ, Vulg.* pertranseat). VVLG. Nah. 1, 8 *dominus* in diluvio -eunte consummationem faciet loci eius (*cf.* HIER. *ad l.* quod pertranseat, non quod permaneat in aeternum). AVG. conf. 11, 27, 35 *syllabae* sonuerunt, avolaverunt, -ierunt, iam non sunt. nupt. et concup. 1, 26, 29 quomodo manent peccata, si -ta sunt, nisi quia -ierunt actu, manent reatu? *al.* *part. praes.* -ens *pro part. perf.* -tus (*cf. e. g.* moriens *vol. VIII 1495, 79 sqq., Bonnet, Le Latin de Grég. de Tours, 1890, 636 sq.*): PETR. CHRYS. serm. 97, 1 festinus antehac sermo ... ad totum parabolae ⌞-euntis⌟ non valuit pervenire secretum (⌞ ⌟ *quae altero die recitata est, v. 96, 7* hodie reliqua differamus. *clarius elucet imago motus localis*). **β** *speciatim -unt* operae, *quae antea praebendae erant* (*cf. p. 1016, 46; vergit ad p. 1023, 48*): PAPIN. dig. 38, 1, 40 quae *o.* post venditionem -ierint (*opp.* ante v. -tarum). VLP. dig. 38, 1, 13, 2 iudicium de operis tunc locum habet, cum o. -ierint; -ire autem non possunt, antequam incipiant cedere.

b *usu dilatato de quibuslibet rebus vel animantibus cum tempore effluentibus, i. pereuntibus* (*usu fere christ.; cf.* AVG. civ. 20, 24 p. 467, 31 '-it' 'transit' ... aliquanto mitius dicta sunt quam 'peribunt'): **α** *usu vario* (*gr. respondet παρέρχεσθαι, nisi alia adnotavimus*): VET. LAT. psalm. 89, 6 (cod. 300) mane sicut herba transeat, mane floreat et -at, vespere decidat *eqs.* (*Vulg.* transeat). Matth. 24, 34 (cod. 4. *al., cf.* VVLG.; *item fere* Luc. 21, 32 *ibid.*) non -bit haec generatio, donec omnia fiant ([transiet, transibit *codd. alii, ut omnes loco gemino Marc. 13, 30*]. IVVENC. 4, 159. VVLG. eccles. 1, 4 g. -it et g. advenit, terra vero in aeternum stat [*Vet. Lat.*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tycon. reg. 1 p. 4, 31 vadit]). 24, 35 (cod. 3; *item fere* Marc. 13, 31 Luc. 21, 33 *ibid.*) caelum et terra transibunt, verba autem mea non -bunt ([*variis modis variant ceteri inter* -ire *et* transire, *gr. respondet ubique παρέρχεσθαι*]. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 5 p. 1333[D]. *al.*). I Cor. 7, 31 (cod. 78. *al.* = VVLG.) -it ... figura huius mundi (*gr. παράγει, Hil. trin. 10, 42* transibit; *explicat e. g.* AMBROSIAST. *ad l.* ideo -it, quia quotidie senescit. *inde l. 12. al.*). TERT. adv. Marc. 4, 33 p. 532, 25 *Christus confirmavit* hoc ..., quod de Iohanne dixerat, non -isse. CLEM. ad Cor. 25, 5 nihil -iet, quae constituta sunt a deo. IREN. 2, 7, 1 ea quae -unt (*syn.* temporalia, corruptibilia). HIL. in psalm. 118 lamed 3 p. 457, 19 desinendorum et -turorum (-torum *var. l.*) officiorum ... rationem (*in sideribus sim.*). AMBR. fug. saec. 8, 46 non ... cum -eunte figura mundi opera nostra -ant, ne etiam ipsi -amus *eqs.* VVLG. eccles. 7, 1 velut umbra -it *homo.* PRVD. ham. 388 hoc pulchrum ..., quod velut ... ventus -it. PHILIPP. in Iob rec. long. 36 p. 735[A] ('transibunt per gladium') per hanc mortalitatem de hoc saeculo -bunt. BOETH. categ. 9b25 *si pallor vel nigredo* non facile -it et in vita permanet (*gr. ἀποκαθίστανται*). *al.* β *part. praes.* -ens *fere pro adi.* (*subst.* SACR.) *vergens in vim q. e. caducus, fragilis sim.* (*exempla potiora*): VET. LAT. Soph. 2, 2 (Conc.[S] I 3 vers. Tur. p. 197, 4) congregamini ..., antequam efficiamini sicut flos -ens (*gr. παραπορευόμενον, aliter Vulg.*). IREN. 2, 7, 6 ea quae sunt corruptibilia et terrena et composita et -euntia. PRISCILL. tract. 10, 131 honores -euntium dignitatum. AVG. doctr. christ. 3, 42 quisquis ... rebus -euntibus restrictius utitur. SACR. Leon. 173 da nobis ... non terrena sapere ... et inter -euntia constitutos iam nunc inhaerere mansuris. *al.*

B *part. perf.* ***praeteritus,** -a, -um *vi activa de eo, quod (qui) -iit* (*v. Leumann, Gramm. 1977, 613; exempla notionis passivae v. sub IIA1a; cf.* GLOSS. -us: *παρεληλυθώς.* -um: *παρωχηκός. pro syn. ponitur maxime* transactus CIC. Tusc. 4, 55 QVINT. decl. 263, 7. *al.; opponuntur e. g.* instans RHET. Her. 2, 5, 8 LIV. 2, 36, 6. *al.,* praesens CIC. Sest. 10 VARRO ling. 8, 20. *al.,* futurus CIC. de orat. 2, 206. *al.* NIGID. Gell. 17, 7, 8. *al.,* reliquus CIC. Verr. II 1, 15. 3, 219. *al.* CAES. civ. 3, 60, 1. *al.*): **1** *in quolibet sermone*: **a** *adi.*: α *generatim*: Ⅰ *usu attributivo vario*: Ⓐ *de tempore elapso*: RHET. Her. 2, 5, 8 *argumentum* dividitur in tempora tria, -um, instans, consequens; in -o tempore oportet considerare, ubi fuerit *eqs.* (CIC. Verr. II 1, 108. Flacc. 3 memoriam t. -orum, salutem praesentium, spem reliquorum. part. 69 in provisione posteri t. aut in -i disceptatione. *al.* LVCR. 2, 1167. BELL. Hisp. 42, 3 hoc bello et -o t. VARRO ling. 9, 27 in -o t. OV. fast. 5, 681 LIV. 23, 45, 4 SEN. benef. 5, 17, 5. *et saepe. cf.* GLOSS. -um t.: *παρωχηκὼς καιρός*). CIC. Cato 4 -a ... aetas quamvis longa cum effluxisset (LVCR. 1, 468. AMM. 31, 5, 11 superiores vel recens -ae ... aetates). nat. deor. 2, 64 annis ... -is ... expletur *aetas* (VERG. Aen. 8, 560 o mihi -os referat si Iuppiter annos. OV. Pont. 1, 2, 145 VITR. 2, 8, 8 SEN. contr. 2, 6, 4. *al.*). LVCR. 3, 855 temporis ... -um spatium. PROP. 3, 11, 7 ista ego -a iactavi verba iuventa (*cf.* HIER. epist. 38, 3, 2 -am iuventutem). OV. fast. 1, 460 aequa ... -ae, quae superabit, erit *hiems* (*sc. eius pars*). 5, 682 die (MART. 10, 23, 3). *al.* Ⓑ *de variis rebus, quae tempore priore evenerunt, factae sunt, contigerunt sim.* (*exempla selecta inde a* CIC.; *dubium, an huc p. 1016, 21*): RHET. Her. 4, 49, 62 exemplum est alicuius facti aut dicti -i ... propositio. CIC. Verr. II 1, 15 mea ... ratio, cum in -is rebus est cognita, tum in reliquis ... provisa est (rep. 3, 3. *al.* VELL. 2, 58, 4 VAL. MAX. 4, 1 ext. 4. *al.*). Marcell. 27 *mors* cum venit, omnis voluptas -a pro nihilo est (fin. 1, 41. Tusc. 5, 96 [*opp.* praesentem, venientem]. *al.* SEN. epist. 27, 2 [*opp.* venturae]). fin. 2, 95 -i doloris memoria ([*opp.* futuri, impendentis]. fam. 5, 12, 4. SEN. epist. 78, 14 [*bis*]. PERS. 5, 162. *al.*). 2, 105 memoria ... -orum malorum (LIV. 2, 36, 6 m. -is instantibusque. APVL. Plat. 2, 18 p. 246 -is transactisque. AVG. conf. 10, 3, 4. *et saepius*). Att. 3, 15, 2 sensu praesentis miseriae et recordatione -ae vitae *augetur dolor* (VAL. MAX. 3, 2, 7 CVRT. 6, 7, 34. *al.; pro gr. προγεγονώς*: IREN. 2, 33, 1). ad Brut. 23, 8 -i periculi ... oblitus (LIV. 5, 47, 6. 40, 9, 4 VLP. dig. 18, 6, 4 pr.). PROP. 1, 13, 27 -os ... fastus. OV. rem. 12 nec nova -um Musa retexit opus (*i. artem antea scriptam*). LIV. 27, 11, 14 -a stipendia *equitum* (*sim.* FRONTIN. strat. 4, 1, 22 -a aera). SEN. Med. 480 (*Medea ad Iasonem*) per victa monstra, per manus *meas* ..., perque -os metus ... miserere (*vix passive*). PLIN. nat. 29, 1 multitudo *remediorum* ⌞instantium ac -orum⌟ plura ... dicere *cogit* (⌞⌟ *quae nunc sunt quaeque fuerunt; vix trahas ad p. 1016, 52 sec. vol. VII 1, 2005, 7 ceterosque viros doctos*; i. ac praeceptorum *var. l.*). NERAT. dig. 47, 9, 8 si de -o ... damno mihi cavisses (VLP. dig. 7, 1, 13, 2. *al.*). GELL. 1, 10, 4 vive ... moribus -is, loquere verbis praesentibus. COD. Iust. 3, 44, 5 (*a. 224*) constitutionibus (NOVELL. Theod. 14, 1. *al.*). CYPR. epist. 27, 3 p. 543, 13 in baptismo -a peccata dimitti (HIER. epist. 22, 30, 2 AVG. serm. 58, 8. *al.*). HIER. vita Malchi 10 *dromedarios* -os cibos in ore volvere (*i. cibos antea ingestos*). *et saepe.* Ⓒ *de animantibus, qui antea vel vixerunt vel officio quodam functi sunt sim.* (*cf. bβ*): PROP. 2, 13, 52 amisso ... flebis amico; fas est -os semper amare viros (*cf. Shackleton Bailey, 1956;* praereptos *coni. Barber, Class. Rev. 7, 1957, 122*). VET. LAT. I Macc. 15, 5 (rec. X) reges -i (*gr. οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς, rec. L et V* ante me reges). IREN. 3, 21, 2 l. 48 -orum prophetarum ... sermones (*gr. προγεγονότων*). CIL IX 1576, 7 (*saec. IV*) *correctori* -orum iudicum exempla ... supergresso. HIL. coll. antiar. p. 81, 5 catholicorum. AMM. 25, 4, 15 potestates (*i. magistratus sim.*). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 22, 12 de praedicatoris -i memoria. *al.*

Ⅱ -um esse (*quaedam fere pro perf. act.* -isse *posita videntur, cf. formas iuxta positas p. 1014, 56 et e. g.* AVG. c. Faust. 26, 4; *copulam omittit* PLIN.): CIC. S. Rosc. 22 ea, quae -a sunt (*vix ad p. 1019, 20, opp.* ea, quae videntur instare. *item usu generali in enunt. relat.*: VET. LAT. Phil. 3, 13 [Priscill. tract. 1, 5] relinquentes ea, quae -a sunt [*gr. τὰ ... ὀπίσω, Vulg.* quae ... retro sunt]. DON. Ter. Andr. 281, 6 AVG. c. Faust. 26, 4. *al.*). PLIN. epist. 10, 45 diplomata ..., quorum dies ⌞-a, ⟨an⟩⌟ ... observari ... velis (*nisi legendum* -it [*vel* -iit] a⟨n⟩, *sed cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 46 diplomata, quorum -us est d. *ceterum*: VLP. dig. 29, 2, 71, 1 sin ... dies -us fuerit). AVG. civ. 12, 16 p. 537, 14 immortalitas angelorum non transit in tempore, nec -a est quasi iam non sit *eqs.* 13, 9 p. 565, 29 quae *mors* transacta atque -a est. conf. 11, 27, 34 silentium est et vox illa -a est et non est iam vox. *al.*

Ⅲ *abl. (? gen. l. 29) absol.*: LVCR. 3, 827 -is ... male admissis peccata remordent *animam* (*nisi abl. instr. ad p. 1015, 47 sqq.*). CIC. rep. 2, 52 *tot* annis ... -is pulsoque Tarquinio *eqs.* (CAEL. Cic. fam. 8, 5, 3 hoc ... -o a. VET. LAT. II Macc. 1, 20 [rec. L; *V* cum -issent, *B et M* cum transissent, *gr. διελθόντων*]). Tusc. 4, 55 cum iam rebus transactis et -is orationes scribimus. Cato 70 -a verni temporis suavitate. CAES. Gall. 7, 77, 1 -a die, qua auxilia ... exspectaverant (VARRO rust. 2, 4, 19. ORAT. imp. Claud. [Chart. lat. ant. X 418] 3, 6 pra⟨eteriti⟩s inquisition⟨is⟩ di⟨e⟩bus. IVLIAN. dig. 39, 1, 13, 1. *al.*). BELL. Hisp. 11, 3 hoc -o tempore (12, 5 noctis. *al.* [*de gen. absol. admodum dubio* 14, 1 eius -i temporis *v. Pascucci ad l.*]. CELS. dig. 50, 17, 186. *al.*). *al.*

β *speciatim pertinet ad*: Ⅰ *tempus proxime transactum* (*cf. p. 1014, 16; cum adv. p. 1015, 41*): CIC. Phil. 5, 1 querelam -orum dierum sustulit oratio consulum *hodierna* (OV. fast. 3, 792 hac ... -aque die. TRYPH. dig. 4, 4, 37, 1 in sexaginta d. -is. CHALC. transl. p. 20[C] -o die [*Platonis ut*: 25[E]]. *al.; cf.* GLOSS. -o die: *τῇ παρελθούσῃ ἡμέρᾳ*). PROP. 2, 14, 9 quanta ego -a collegi gaudia nocte (IVV. 10, 235. VET. LAT. IV Esdr. 5, 31 [*cf. var. l.* 6, 12 *pro* praecedente]). OV. fast. 4, 677 Idus. SEN. Phaedr. 776 hora ... semper -a deterior subit. FRONTO p. 164, 27 -i ... et praesentis anni ([*antea*: anno insequenti]. TERT. Scap. 3, 2. VET. LAT. II Cor. 9, 2 [Pelag. *al.* = VVLG.; *cod. 75. al.* priore, *gr. ἀπὸ πέρυσι*]. CE 1467, 1. *al.*). CONC. Carth. a. 390 p. 13 l. 27 cum -o concilio de continentia ... tractaretur. Ⅱ *obligationes, quae iam solvi debuerant* (*cf. p. 1014, 62. exempla etiam passive sec. p. 1019, 20 explicari possunt. abiit in sermonem gr.*: PAP. Panopol. Skeat 2, 199 [*a. 300*] *ὑπὲρ πραιτερίτου δωνατίου*): LIV. 21, 5, 5 stipendio ... -o cum fide exsolvendo. CELS. dig. 38, 1, 30, 1 in libertam ... -arum ante nuptias operarum actio datur (IVLIAN. dig. 38, 1, 24 *operae* peti ... non possunt nisi -ae. POMPON. dig. 38, 1, 8 pr. -a o., quae iam dari non possit. *al.*). EDICT. imp. Anton. Pii dig. 22, 1, 17, 1 parum iuste -as usuras petis, quas omisisse te *apparet* (SCAEV. dig. 44, 4, 17 pr.). POMPON. dig. 13, 7, 8, 3 omnibus pensionibus -is. VLP. dig. 7, 6, 5, 4 actionem -orum ... fructuum (MARCIAN. dig. 38, 5, 2). *al.*

Ⅲ *ea, quae in ordine dicendorum vel scribendorum antecedunt* (*cf. p. 1017, 12, vix huc p. 1015, 65; aliter, sc. de operibus antea scriptis, p. 1015, 61. 69. al.*): TER. MAVR. 1075 *vox, syllaba sim.* subdita -ae (*1076* subiecta priori). HIER. in Ezech. lib. 5 praef. l. 5 -o ... volumine, id est quarto. 42, 13 l. 305 quae -us sermo narravit ([*sc. Ezech. 42, 1–12*]. in Ier. 2, 95, 3 et -us et praesens. AVG. in euang. Ioh. 61, 1. 97, 2. *al.*). in Ier. 2, 82, 1 capitulo (4, 37, 3 et praesentis et -i). ARNOB. IVN. in psalm. 111 l. 5 finem -i psalmi praesentis principio collocavit. *al.*

b *pro subst.*: α *neutr.* (*c. pron. poss. p. 1017, 10 et e. g.* PANEG. 2, 31, 1): Ⅰ *vario usu*: Ⓐ *plur.*: ① *in universum de iis, quae antea facta sunt, evenerunt* (*sc. usu generali, sed cum neglegentia quadam ponitur de singulis quibusdam, quae melius definiri exspectes, p. 1017, 3. 5; exempla selecta inde a* LIV.): CIC. Verr. II 3, 219 neglegite -a ..., sed, ne reliquas spes turbetis *eqs.* Manil. 47 -a meminisse, reliqua sperare (rep. 4, 1. *al.* VET. LAT. Is. 43, 18 [Filastr. 148, 2; *gr. τὰ πρῶτα, Vulg.* priorum]. *al.*). Pis. 80 sed -a omitto (Phil. 2, 111 omittamus [5, 31. 6, 9 Att. 14, 14, 3]). Brut. 266 (*inde* AMM. 25, 4, 25) -orum recordatio ..., exspectatio reliquorum (QVINT. decl. 307, 9. *al.*). Cato 78 memoria -orum (Ps. APVL. Ascl. 32. VET. LAT. sap. 11, 13 [*gr. τῶν παρελθόντων*]. *al.*). Att. 3, 15, 5 sed pergo -a (*sc. commemorare sim.; ad ellipsin cf.* 15, 11, 2 negabam oportere -a). CAES. Gall. 1, 20, 6 -a ... condonare. BRVT. Cic. ad Brut. 24, 11. LIV. 36, 29, 9 -orum, quae magis reprehendi quam corrigi possint, oblitum se (39, 47, 9 multa et dissimulare et oblivisci et pati -a senatum posse. SEN. dial. 10, 16, 1 HIER. epist. 64, 7, 3. *al.*). SEN. dial. 3, 19, 7 ut Plato ait, ... revocari

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... -a non possunt (*cf. leg. 934ª τὸ γεγονός*). epist. 99, 5 quasi non quod futurum est ... cito in -a transiturum sit. CVRT. 5, 6, 2 multas urbes *opulentas* ... expugnaverat ..., sed urbis huius divitiae vicere -a. PETRON. 109, 4 -a aboleri osculis placet. PLIN. nat. 2, 27 nullum ... habere in -a ius. QVINT. inst. 3, 6, 65 supervacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire -is. SVET. Nero 47, 2 veniam -orum (APVL. apol. 94, 2 EDICT. imp. Diocl. coll. Mos. 6, 4, 7. *al.*). VET. LAT. sap. 8, 8 *sapientia* scit -a (*gr. τὰ ἀρχαῖα*). Sirach 21, 1 (Aug. civ. 21, 27) fili, peccasti; ... de -is deprecare, ut tibi dimittantur (*gr. τῶν προτέρων, Vulg.* de pristinis). AVG. in psalm. 147, 11 l. 35 retro -a sua recordantur (serm. 359, 8 flent cottidie -a sua). OROS. hist. 4 praef. 11 -orum cladibus (*vix ad β*). *et saepe.*

② *de eis, quae in dictis vel scriptis antecedunt* (*separare nolui, quae potius imagine loci explicanda erant, maxime* QVINT. *et* CANON.; *cf. l. 47 et p. 1016, 52*): PETRON. 110, 1 *poeta recitans* plura volebat proferre ... et ineptiora -is. QVINT. inst. 4 prooem. 6 sic procedit ipsum opus, ut maiora -is ... sint, quae ingredior. FEST. p. 363 *Verrius inutilia quaedam protulit* et -a iam et deinceps quae referentur. TERT. adv. Hermog. 37, 2 de ... ambiguitate ... in -is aliquid retractavimus (adv. Marc. 5, 7 p. 595, 7 HIER. hom. Orig. in Ezech. 10, 2 p. 418, 25. *an potius ad l. 52 ?*). CANON. Turner I p. 648 l. 204 lecta sunt ... et sequentia et -a quaestionum (*Theodoret. hist. eccl. 2, 8, 24 τὰ πρὸ αὐτῶν τῶν ζητημάτων, Hil. coll. antiar. p. 117, 9* quae anteposita erant, *Cassiod. hist. 4, 24, 28* praecedentes ... quaestiones). ORIG. in Matth. 12, 40 p. 159, 2 ut ad praesentem expŏsitionem -a revocemus (*aliter gr.*).

Ⓑ *sing.* (*significatur fere ipsum tempus elapsum, aliter imprimis* Ov.): CIC. part. 114 consequentia quaedam signa -i et ... facti vestigia. off. 1, 11 *belua* paulum admodum sentiens -um aut futurum (*cf.* SEN. epist. 124, 17 -i rara memoria est *animalibus* [*nisi subaudias* temporis]). Ov. ars 1, 448 si *amicae* dederis aliquid, poteris ratione relinqui; -um (*sc. donum tuum*) tulerit, perdideritque nihil *te deserens.* LIV. 3, 19, 12 suspicari de -o quam re ipsa experiri est melius (QVINT. inst. 3, 6, 40 tamquam de -o ... quaereretur. decl. 271, 1 agitur. TERT. apol. 2, 17 reum. VLP. dig. 39, 2, 15, 34 si ... de -o caveatur. *et saepius*). 27, 2, 3 luctus ... ex -o, ... timor in futurum (SEN. epist. 83, 2 consilium futuri ex -o venit. QVINT. inst. 7, 2, 5 pendet. TRAIAN. Plin. epist. 10, 115 ut ex -o nihil novaremus. SCAEV. dig. 21, 2, 69, 1 obtingere. *al.*). SEN. contr. 10, 5, 16 decretum in futurum factum est, non in -um (*item* in *c. acc.*: SEN. dial. 10, 10, 3 retorquet. PLIN. nat. 8, 68. QVINT. inst. 2, 4, 37 an in -um ferri debeat *lex.* 9, 2, 20 valet. *al.* LEX Irnit. 10 C 35 [*ex epist. imp. Dom.*] veniam [TAC. ann. 11, 30, 2 *al.*]. TAC. ann. 13, 14, 1. *et saepe*). SEN. epist. 66, 35 *sensus* nec futuri providus est nec -i memor (LVCAN. 2, 233. *al.*). *al.*

Ⓘ *locutiones adverbiales indicantes aliquid priore tempore factum esse* (*certiora selecta; aliter e. g. l. 31 sqq.*): TERT. adv. Iud. 13, 15 *spiritus sanctus* in -um in templo commorabatur (COD. Iust. 6, 42, 1 [*a. 212*] si qua in -um praestita non sunt. CYPR. epist. 11, 5 p. 499, 20 peccasse. *et saepius.* DECRET. centon. Sentin. [CIL XI 5749] 16 in -um ..., nunc etiam in futurum. SCHOL. Cic. Bob. p. 112, 1 [*opp.* tunc]. *al.; in libris* [*cf. supra l. 12*]: HIPPOCR. aer. 22 p. 43, 18 quem ad modum in -um dixi [*gr. πρότερον ut* 23 p. 45, 15]). EDICT. imp. Diocl. praef. 5 L. de -o rapinas gentium barbararum ... conpressimus. COD. Theod. 9, 19, 2 pr. cum in -o is mos ... servaretur *eqs.* (SCHOL. Iuv. 1, 94, 1 CLEDON. gramm. V 60, 30. CASSIAN. conl. 9, 15, 1 in -o ..., in praesenti ..., in futuro. *al.; plur.* in -is: CASSIAN. conl. 14, 4, 1 [*opp.* nostris ... temporibus]. 14, 4, 2 [*opp.* nuper]. *addas fortasse l. 18 sq. supra et var. l. pro* in -um CYPR. epist. 15, 1 p. 513, 15. 16, 3 p. 520, 3).

β *masc.* (*sc. de eis, qui antea vixerunt; cf. p. 1015, 73 sqq.; vix huc l. 11*): COLVM. 1, 3, 7 malo ... -orum quam praesentium meminisse, ne vicinum meum nominem (*nisi neutr.*). FRONTO p. 206, 10 *scio* faveri -is, invideri praesentibus (*antea*: viventium ... mortuorum). INSCR. Année Épigr. 1967 n. 549 (*saec. III*) discant futuri, audiant -i. PS. PACIAN. sim. carn. p. 134, 16 in -os ..., in venturos. SIDON. epist. 3, 8, 2 aut suspicere -os aut despicere praesentes.

γ *fem.* (*de rebus, quas quis accepit*): AVG. in psalm. 93, 13 modo ... accipimus; postea statuimur ante magistrum, ut reddamus omnes ⌊-as nostras⌋, id est, ut rationem reddamus de his omnibus, quae nobis modo erogantur (⌊ -a nostra *var. l., sed cf. ibid. 26, enarr. 2, 6* ['unam petii'] femininо genere appellavit quoddam beneficium, tamquam diceret 'unam petitionem'; ... solemus loquentes dicere ... 'duas habes', non dicimus 'duo'. *sim. Hier. in psalm. 26*).

2 *technice in sermone gramm.* (*cf. usum rhet. p. 1015, 34; praeter p. 1018, 15. 26. 28 iungitur cum* tempus *vel ponitur solum, sc. n. pro subst., nisi subaudias* tempus); *pertinet ad*: **a** *verba et participia*: **α** *doctrinae, definitiones, divisiones sim.* (*exempla selecta; ad rem v. Jeep, Zur Geschichte der Lehre von den Redetheilen, 1893, 239 sqq.*): NIGID. Gell. 17, 7, 8 si dividas ... duo verba haec (*sc.* subruptum erit) ..., tum videbitur lex in postfuturum loqui, si vero copulate ... dictum intellegas, ... hoc verbo non minus -um tempus ostenditur quam futurum (*sim.* POMPON. dig. 50, 16, 123). VARRO ling. 8, 20 quod ea *tempora* erant tria, -um, praesens, futurum, declinatio facienda fuit triplex (*sim. passim, v. infra*). 8, 58 *participium* tertium, quod debet fingi -i (*sc. act.*), ... reperiri non potest *eqs.* (*item de temporibus participii*: 8, 59 SACERD. gramm. VI 443, 22. *al.*). GELL. 6, 9, 13 in quadam specie -i temporis, quod *παραχείμενον* appellant *Graeci.* SACERD. gramm. VI 432, 10 tempora sunt tria: praesens, -um, quod in tria dividitur, in imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, et futurum (*sim.* VICTORIN. gramm. VI 199, 24 sq. DON. gramm. IV 384, 14 sq. ergo in modis verborum quinque tempora numerabimus: praesens, -um imperfectum, -um perfectum *eqs.* DOSITH. gramm. 36, 4 [*gr. παρωχημένος*]. *al.; cf. Dionys. Thrax gramm. gr. I 53, 1 παρελήλυθώς*). CHAR. gramm. p. 214, 9 sqq. tempora sunt tria ...; -um, cum transactum quid significat ...; -i tamen differentiae sunt quattuor, ... imperfectae, ut ... 'limabam', -ae, ut 'limavi' ..., oblitteratae, ut 'limaveram' ..., recordativae, ut 'limaverim'. SERV. gramm. IV 414, 25 in ... passivis verbis -a tempora, id est perfectum et plusquamperfectum, habere ulteriora -a (*sc. e. g. 'factus fui' vel 'fueram', v.* EXC. Bob. gramm. I 562, 38 sqq.). PRISC. gramm. II 446, 8 Graeci ... per *ξ* efferunt -um infinitum, ut *λέγω ἔλεξα* ...; nos quoque ... idem ... facimus in -is perfectis ..., ut rego rexi. *al.* **β** *cetera exempla* (*pauca selecta inde a* QVINT.): VARRO ling. 9, 104 quod ... 'luit' dicamus in -o et praesenti tempore. *ibid.* in -is u dicimus longum, 'plūit'. QVINT. inst. 1, 4, 29 *mutatur* 'fero' in -o. 1, 6, 26 'fero', cuius -um perfectum et ulterius non invenitur. *ibid.* quo modo ... 'quire' et 'urgere' ... in -a patiendi modo ... transibunt? GELL. 9, 6, 3 participia -i temporis (*al. et iuncturam* p. -um *v. vol. X 1, 502, 61 sqq.*). CHAR. gramm. p. 216, 17 infinita instantis temporis 'amare', -i 'amasse' (p. 217, 2. *al.; cf.* -um infinitum: PRISC. gramm. III 471, 28. -um infinitivum: DIOM. gramm. I 389, 29). p. 224, 14 tempora instantis et -i imperfecti (MACR. exc. gramm. V 618, 40 omnia -i t. *al.*). *vix recte trad. masc.* -us *pro subst.*: SERV. Aen. 8, 144 *v. vol. X 1, 18, 33* (praeterit⟨i us⟩us *Schoell; coni. alii alia; an intellegas* casus *coll. vol. III 583, 70 sqq.?*).

b *adverbia* (*locut. adv.*): CAPER gramm. VII 96, 15 'modo' -i est temporis. GELL. 10, 24, 10 ut 'die quarto' quidem de -o dicamus, 'die quarte' autem de futuro. PROB. inst. gramm. IV 154, 7 tempora adverbiis accidunt tria: ... -um 'heri'. VICTORIN. gramm. frg. p. 35, 12 cum 'iam dudum' ad tempus -um spectet. CHAR. gramm. p. 273, 17 (*e Romano*) 'protinus' trium temporum significationem capit, instantis ..., -i ..., futuri. CLAVD. DON. Aen. 1, 200 p. 47, 13 sq. *sim. al.*

II *transitive*: **A** *pro obi. est tempus* (*eius qualitas l. 62*): **1** *quod praetermittitur ab iis, qui eo non utuntur, fruuntur*: **a** *p. p. p.* -tus *vi passiva adhibitum: exempla certa*: RHET. Her. 2, 4, 7 an alia *occasio fuerit* melior, quae aut -ta sit aut non exspectata. Ov. epist. 19, 73 nocte ... hesterna lenior aura fuit; cur ea -ta est? (*sc.* nox; *an* aura, *ut ad p. 1021, 57 pertineat?*). *exempla ambigua* (*quae etiam ad IB trahi possunt*): CIC. ad Q. fr. 1, 3, 6 scio fuisse ... honestius moriendi tempus ...; sed non hoc solum, multa alia praetermisi, quae si queri velim -ta, nihil agam. PLANC. Cic. fam. 10, 4, 1 -ti temporis, *quo ad te non scribebam,* excusationem adfero, quod *eqs.* (COLVM. 1, 8, 14 cum emendatur *res neglecta, ... non* in tantum postmodum exuberat, ut ... quaestum ⌊t. -torum⌋ resarciat [⌊ ⌋ *om. loco gemino 11, 1, 28*]. PLIN. nat. 19, 103 *caepas quasdam sero satas* properare cum -ti t. pensitatione). **b** *formae ceterae* (*hucine p. 1014, 25 ?*): CELS. 3, 4, 18 *priusquam cibus detur,* utrum tot horae exspectandae sint, quot febrem habuerunt, an satis sit primam partem earum -iri (*et bis ibid.*). VET. LAT. II Macc. 15, 36 (rec. L, *sim.* M) ne ... diem istam infrequentatam -rent (*V* absque celebritate -ire, *X* transirent, *B* dimittere innotatum, *gr. ἐᾶσαι ἀπαρασήμαντον*). HIER. epist. 127, 1, 2 ut hucusque reticerem et biennium -rem silentio *nec de Marcella scriberem.*

2 *quod exceditur*: VARRO Men. 458 autumnitas in anni tetrachordo *μέσην* -ierat (*imagine artis musicae, v. vol. VIII 854, 48*). VET. LAT. IV Esdr. 5, 55 iam senescentis creaturae et fortitudinem iuventutis -ientis (*gen. absol., sed v. app. crit.*).

3 *quod transigitur*: CENS. 17, 15 quoniam CXX annos incolumis -isset populus Romanus, ad mille et ducentos perventurum *esse eum.* AMBR. in psalm. 118 serm. 17, 16 ut *anima* cursum vitae huius et transitum cum decore -at.

B *pro obi. sunt homines, quos fugit tempus fruendi, rei gerendae sim.* (*cf. p. 1023, 48 sqq.*): Ov. ars 1, 75 nec te -at Veneri ploratus Adonis (*i. dies festus, quo celebratur A.*) cultaque Iudaeo septima sacra Syro, *quin puellas cognoscere coneris.* VET. LAT. sap. 2, 7 vino ... nos impleamus et non -at nos flos temporis (*gr. παροδευσάτω*). Sirach 11, 20 (*var. l. Vulg.*) *dives* nescit quod tempus -at ⌊illum⌋ (*om. codd. plerique; gr. παρελεύσεται* [*αὐτόν add. recc. Orig. et Luc.*]). MAX. TAVR. 50, 1 l. 43 non -at nos dies absque ieiunio (*syn.* transeat). REGVLA mag. 31, 8 ne ... eos *fratres* ... hora *psallendi*

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-at (BENED. reg. 50, 4. VITA Caes. Arel. 1, 46 sine ... meditatione [*syn.* transibat]).

CAPVT TERTIVM: *cum* ***quolibet*** *respectu, sc. transfertur ad actiones*: **I** *neglegendi, fugiendi, omittendi sim.* (*cf. vigente vi locali p. 1012, 3 sqq.*): **A** *structura communi -unt qui (aliquid) neglegunt* (*fere animantes, sed res saepius sub 1d, ceterum e. g. l. 24 p. 1020, 51*): **1** *generatim*: **a** *non faciendo, non peragendo; pro obi. est*: **α** *structura verbalis (inducens fere verba dicendi vel scribendi): inf.* (*iterandus est e contextu l. 12 sq.*): PLAVT. Merc. 403 verum, quod -ii dicere, neque illa ... sequi poterit *eqs.* (HIST. AVG. trig. tyr. 14, 3). PETRON. 49, 7 aliquis oblivisceretur porcum exinterare? non ... illi ignoscerem, si piscem -isset (*sc.* exinterare). APVL. met. 3, 23, 5 quod sciscitari paene -vi. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 66, 1 commemorare (*Migne gr. 35, 476^{C} σιωπῶ λέγειν*). hist. 3, 5, 7 explicare (*gr. παρελθών*). CASS. FEL. 48 p. 125, 2 si hanc passionem curare (curari *var. l.*) -ierunt. *al.* quin: CAES. Cic. Att. 9, 6^{a} -ire ... non potui, quin ... scriberem ad te *eqs.* SALL. Catil. 53, 6 quos (*i. Caesarem et Catonem*) quoniam res obtulerat, silentio -ire non fuit consilium, q. utriusque naturam ... aperirem (*per confusionem structurarum pertinet simul ad b*). **β** *acc.* (*huc vergunt p. 1016, 42 sqq.*): TER. Hec. 878 an temere quicquam Parmeno -at, quod facto usus sit? (*sim.* RHET. Her. 4, 41, 53 [*opp.* factum *est*]). CIC. Quinct. 68 quod officium ... commemorari procuratoris potest, quod ab Alfeno -tum esse videatur? (PLANC. Cic. fam. 10, 4, 1. *cf.* CIC. fin. 4, 56 quod alia peccata ... pauciores quasi numeros officii -rent). Verr. II 2, 120 quod ... genus pecuniae cogendae -iit? (*ibid. iterum.* Planc. 36 cum ... nullum g. acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum -eundum putarit. Phil. 3, 4 crudelitatis). fam. 10, 28, 3 nihil ... sceleris, nihil crudelitatis. OV. fast. 2, 555 -ti tumulis redduntur honores. PAVL. FEST. p. 73 delinquere est praetermittere, quod non oportet -iri. VELL. 1, 17, 7 -to ... eo, in quo eminere non possumus. CELS. 2, 12, 2^{A} alvus ... ducenda est; quod ... video plerumque ... -iri. 3, 18, 7 auxilium. COLVM. 11, 2, 90 quae -ta erunt *diebus* superioribus, opera consequi oportebit (*sim.* 11, 2, 93 [*opp.* peragi]). PETRON. 130, 7 balneo ... -to ... unctione usus *sum* (*vix ad p. 1016, 20, tamquam balneum velut tempus aut eventus quidam transire possit*). VLP. dig. 28, 8, 7, 3 quae *in funere* sine piaculo non possunt -iri. TERT. paenit. 12, 7 *peccator* -bit illam *exomologesin*? *al.*

b *non commemorando, tacendo sim.* (*aliter sub II; ceterum cf. p. 1022, 70. 1023, 4*; non -o dicere [quin dicam] *sim. v. l. 8 sqq.*). *de notione*: SYNON. Cic. p. 436, 15 omitto. -o. reticeo. sileo. *eqs.* GLOSS. ^{L} I Ansil. PR 1093 taceo. 1096 non dico. *al.; cf.* PORPH. Hor. epod. 5, 49 ('tacuit') silentio -ire potuit. *variat in contextu maxime cum* relinquere RHET. Her. 4, 27, 37 CIC. Verr. II 3, 106 Sest. 13. *al.,* praetermittere Cic. Verr. II 1, 32 Brut. 251 part. 74. *al.,* silere CIC. Verr. II 1, 33 PLIN. epist. 1, 14, 9. *al.,* omittere CIC. prov. 6 Balb. 43 nat. deor. 1, 119 TAC. ann. 3, 18, 3. *al.,* tacere CIC. Phil. 13, 28 SEN. dial. 11, 16, 3. *al.,* transire PLIN. epist. 8, 21, 4 PANEG. 10, 6, 2 *et sim. al., fere opponuntur e. g.* dicere RHET. Her. 2, 28, 45. 3, 6, 12 CIC. inv. 1, 30 Att. 1, 5, 5. *al.,* attingere CIC. inv. 1, 30 S. Rosc. 123 QVINT. inst. 3, 6, 28. *al.* *iuncturae abundantes potiores*: silentio -o CIC. Sull. 62 leg. 1, 63 ad Brut. 23, 1. *al.* SALL. Catil. 53, 6. VAL. MAX. 4, 1, 14 (*loco corrupto*). PHAEDR. 3, 13, 16. *et saepe,* tacitus -o CIC. inv. 1, 12 Marcell. 1 PANEG. 10, 6, 2. *al.,* hoc tacitum -o QVINT. inst. 10, 1, 92 CLAVD. carm. min. 26, 8. *al.; notandum*: PALLAD. hist. mon. I 49 p. 332^{D} veluti -eundo transire ... *et* -ire (*gr. p. 155, 3 ὑπεριδόντας ... καταρρῖψαι*).

α *cum obi. acc. solo* (*pron. praepar. v. sub γ*): Ⓘ *indicatur omissio ipsius loquentis vel scribentis* (*saepe in figura rhet. praeteritionis, quam testantur*: RHET. Her. 4, 27, 37 [*definitur* occultatio, *v. vol. IX 2, 374, 64*]. CIC. orat. 135 [*inter* orationis lumina] cum aliquid -euntes, cur id faciamus, ostendimus. *al.; v. etiam p. 1020, 52. 1021, 29*): Ⓐ -ii: ENN. frg. var. 40 quid scarum -ii, cerebrum Iovis paene supremi? (*v. vol. X 1, 47, 50*). CIC. Verr. II 2, 87 etiam, quod paene -ii, capella quaedam est *eqs.* (Cluent. 138. de orat. 3, 52 quas *partes* modo percucurri vel potius p. -ii. Att. 6, 3, 5. *al.* AVSON. Symm. epist. 1, 32, 5. *cf. p. 1021, 5. 6, sed vix* ENN. *supra*). 3, 80 illud, quod -ii, non omnino relinquendum videtur. Att. 12, 7, 2 et, ⌞quod -ii⌟, Dolabella *veniet* (⌞⌟ *item per parenthesin*: ad Q. fr. 3, 1, 13 [paene *add. Wesenberg praeter necessitatem*]. APVL. apol. 53, 1). Att. 1, 5, 5 quae dicenda fuerunt de te, non -ii. VARRO ling. 9, 7. *al.* Ⓑ -o: CIC. S. Rosc. 94 permulta sunt, quae dici possunt ...; quae ... -o *eqs.* Cluent. 41 multa -o consulto (Manil. 26 prov. 22 Att. 5, 1, 4. *al.* MIN. FEL. 10, 1 SYMM. or. 2, 26. *al.*). Verr. II 3, 106 audistis haec ..., quae ... omnia -o et relinquo; nihil de luxuria ... loquor *eqs.* Mur. 33 mitto proelia, -o oppugnationes. Flacc. 63 neque ... te, Massilia, -o (*item negatum in apostrophe*: Ov. am. 3, 6, 45 fast. 5, 729. *cf. p. 1020, 7*). Phil. 13, 10 *cum Antonios* compello, -o animo ex grege latrocinii neminem. fin. 5, 14 multos, in his ... Hieronymum. *al.* VERG. georg. 4, 148 haec ipse ... -o atque aliis post me memoranda relinquo (LYDIA 49. *al.*). HOR. sat. 1, 10, 88 te dicere possum, Pollio, *aliosque* ..., quos ... prudens -o. *sim. saepe.* Ⓒ -am: CIC. Verr. I 11 cuius ut adulescentiae maculas ... -am, quaestura ... quid aliud habet in se, nisi *eqs.?* (Tusc. 4, 76. *al.* VAL. MAX. 9, 15, 1. SEN. dial. 11, 16, 3 omnia alia exempla. nat. 6, 16, 2 epist. 74, 14. COLVM. 3, 18, 3 incommoda ista. PLIN. nat. 2, 220 nihil. *et saepe*). CAES. civ. 2, 32, 11 *nostram* fortunam cur -am? Ov. fast. 6, 319 -am referamne ... dedecus? MANIL. 1, 769 nec te, Mavortia virgo, -am. *al.* Ⓓ -bo: CIC. Verr. II 1, 32 omnia -bo, quae mihi turpia dictu videbuntur. 4, 131 illa, quae leviora videbuntur, ... -bo. Phil. 14, 31 duo ... non -bo, quae maxime occurrunt (*item negatur*: LIV. 45, 23, 11 id quod gravissimum est. SEN. benef. 3, 26, 1 exempla. epist. 8, 10 PLIN. nat. 10, 126. *al.*). SEN. dial. 3, 4, 2 cetera. 7, 3, 2 aliorum ... opiniones. *al.* Ⓔ *gerund.* (*saepe negatum*): CIC. Verr. II 1, 155 non ... -eundum est ne id quidem (Flacc. 7. nat. deor. 2, 131 multa -eunda sunt. NEP. Paus. 4, 3 Lys. 4, 1 PLIN. nat. 9, 89. *et saepe*). 4, 97 mihi non modo breviter de uno quoque dicendum, sed etiam -eunda videntur esse permulta (Cluent. 134 non ... mihi exemplum ... P. Africani -eundum videtur. Sull. 62 CAES. Gall. 7, 77, 2. *al.*). Flacc. 34 litterae, quas ... -eundas puto (CYPR. epist. 73, 4. *al.*). Brut. 273 nec ... Caelium -eundum arbitror (REG. eccl. Carth. l. 548. *al.*). CAES. Gall. 7, 25, 1 quod ... -eundum non existimavimus. Ov. fast. 6, 418 (*sine copula ut* VELL. 2, 9, 1. *al.*). *al.* Ⓕ -ire non possum *sim.* (*cf. l. 30*): CIC. Cluent. 139 istam rem ... -ire non potui (SEN. contr. 2, 1, 36 HIST. AVG. Prob. 24, 2). Marcell. 1 tantam ... mansuetudinem ... tacitus -ire nullo modo possum (leg. 1, 63 SEN. contr. 9, 4, 19 suas. 4, 4. VAL. MAX. 3, 2, 22 ne Acilium quidem -ire possumus. SEN. dial. 10, 20, 3. *al.*). Phil. 13, 27 Decidium -ire qui possum? ad Brut. 23, 1 excellentiam non queo silentio -ire. Ⓖ *exempla cetera*: RHET. Her. 3, 6, 12 *nos* vereri, ne ... plura -amus. 4, 56, 69 in his libris nihil -tum est rhetoricae praeceptionis. CIC. inv. 2, 9 sin ... temere aliquid ... -isse ... videbimur. S. Rosc. 123 quae -iri nullo modo poterant, ea leviter ... attigi. Verr. II 1, 33 damna, dedecora ... -antur. Cluent. 6 si quid erit -tum, ... requiratis. Sest. 13 haec ita -amus, ut tamen ... respectantes relinquamus. Brut. 242 ne quem ... -isse videamur. ac. 2, 45 ut nihil in -tis relinquamus. *al.*

Ⓘ *indicatur omissio alterius atque eius, qui loquitur vel scribit* (*exempla attulimus post* Ov. *selecta*): TER. Ad. 14 qui *locus Diphili* -tus neglegentia est *a Plauto* (*cf. 10* locum reliquit integrum). RHET. Her. 1, 9, 14 *in narratione* id, quod neque obest neque adiuvat, satius est -ire (*sim.* CIC. inv. 1, 28 -bitur). *al.* CIC. inv. 2, 34 hoc loco -to et, cur -atur, demonstrato. leg. agr. 2, 38 *legis lator* timuit, ne quid -ret; ascripsit 'aliudve quid'. de orat. 2, 110 ut referundis -tis verbis id scriptum ... suppleatur (*antea*: verba quae desunt suggesta sunt). part. 74 quo *genere viri* breviter ... laudato, aut, si erit infame, praetermisso, si humile, vel -to vel ad augendam ... gloriam tacto. off. 2, 86 quas res a summo philosopho -tas arbitror, quod essent faciles. *et saepe.* VARRO ling. 7, 2 *in interpretatione carm. Sal.* videbis ... -ta[m] obscura[m] multa. rust. 2, 9, 16. Ov. met. 12, 538 Tlepolemus ... dolorem -ti Alcidae *in narratione Nestoris* tacito non pertulit ore. SEN. contr. 7, 7, 10 *declamator quidam,* quidquid poterat tuto relinquere, -iebat (-ierat *var. l.*). SEN. dial. 10, 12, 8 *mimi vitia* plura ... -unt quam fingunt. SVET. Aug. 88 *orthographiam neglegens* non litteras modo sed syllabas aut permutat aut -it (CONSENT. gramm. p. 27, 10 ecthlipsis est, cum concursus vocum ... -it syllabas *eqs.*). FRONTO p. 91, 10 (*affertur Cato orat. 169*) haec forma *παραλείψεως* nova *est* ...; iubet enim *Cato* legi tabulas et, quod lectum sit, iubet -iri. CYPR. unit. eccl. 12 p. 220, 6 interpretes falsi extrema ponunt et superiora -unt, partis memores et partem subdole comprimentes (*cf. in eadem re e. g.* FILASTR. 45, 6 *Marcion capitula quaedam sacrae scripturae* -it ..., *alia* accipit). AMM. 29, 1, 15 qui gesta -it sciens (*postea*: qui numquam facta fingit). HIER. adv. Pelag. 1, 37 l. 1 in deuteronomio, qui liber -torum enumeratio est. MART. CAP. 5, 509 'alucinari' ... similiaque *verba obsoleta* -ientes (-euntes *al. var. ll.*) utemur his, quae consuetudo recipiet. *et saepe.* *gen. plur. p. p. p.* -torum *pro subst. neutr. vel masc. in appellandis libris paralipomenon* (*cf. vol. X 1, 305, 18 sqq.; aliter l. 58*): HIL. in psalm. 118 nun 11 p. 481, 14 in secundo -torum libro (HIER. epist. 18A, 1, 2 LIB. geneal. chron. I p. 193, 568). 131, 11 p. 670, 14 historia Regnorum et -torum.

β *singulariter cum acc. dupl. sec.* celare *sim.*: AMBR. epist. 10, 77, 1 quia nihil sanctitatem tuam soleo (solet *var. l.*) eorum -ire, quae hic te gerantur absente, scias *eqs.*

γ *pro obi. accedunt structurae variae*: Ⓘ quod *vel* quia: RHET. Her. 4, 27, 37 illud -o, quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt (*item*: CIC. Phil. 13, 13 Att. 1, 19, 3. QVINT. decl. 261,5 [praeterea *trad.*]. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 15. *et saepius. cf.* CIC. Catil. 1, 3 illa nimis antiqua -o, q. GREG. M. moral. 2, 27 hoc ..., q.; *sine pron. praepar.*: CIC. Cluent. 188 -o, q. *eqs.* BELL. Hisp. 10, 2 suo loco -tum est q. [praeterritus *trad.*]. SYMM. or. 2, 19 AMM. 16, 10, 12. *al.; cf. p. 1021, 8*). AMBR. hex. 3, 5, 20 non -imus, quia *eqs.* (AVG. c. adv. leg. 1, 23, 49 illud ..., q.

[Blundell]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*item, sed fort. interpol.*: VITA Hil. Arel. 32 l. 11). Ⓘⓘ *acc. c. inf.*: CIC. S. Rosc. 75 -o illud, quod mihi maximo argumento ... poterat esse, in rusticis moribus ... maleficia gigni non solere (*item cum pron. praepar.*: Verr. II 5, 21 Flacc. 7 PLIN. nat. 21, 182. *intellegitur ex enunt. relat.*: PLIN. epist. 1, 7, 6 paene -ii, quod minime -eundum fuit, accepisse me careotas. HIST. AVG. Aurelian. 35, 1). Att. 5, 4, 4 paene -ii chartam tibi deesse. NEP. Att. 13, 6 nec -bo ..., cum ... lautus esset eques ..., [scimus] non *prodigum eum fuisse* (*Guillemin* ⟨quod⟩ quom ... scimus *legens ad p. 1020, 72 refert*). Ov. fast. 3, 697 (*Idibus Martiis*) -turus eram gladios in principe fixos (*si subaudias* esse). PLIN. nat. 37, 204. Ⓘⓘⓘ *enunt. interrog.*: CIC. Verr. II 5, 38 mitto ... et -o, quid tum sit actum. Manil. 34 haec qua celeritate gesta sint ..., a me in dicendo -eunda non sunt (*ad structuram prolepticam v. Hofmann-Szantyr p. 472*). *al.* Ov. ars 3, 612. QVINT. inst. 4, 2, 125 ne illud quidem -bo, quantam *eqs.* AVG. in euang. Ioh. 64, 4. *al.* Ⓘⓥ *oratio recta*: CIC. leg. 2, 60 haec praeterea sunt in legibus: ...; 'ne sumptuosa respersio ..., ne acerrae' -antur (a. praeferantur' *Manutius*). Ⓥ *praepos.* de: CIC. Verr. II 5, 16 de Apollonio ... -iri potest? SALL. Iug. 4, 2 cuius de virtute quia multi dixere -eundum puto (*nisi ad δ*). TERT. adv. Marc. 5, 11 p. 614, 11 -o hic et de alia epistula, quam *eqs.* HEGES. 5, 16, 1 p. 326, 11 HIER. in Gal. 1, 17 p. 328[C].

δ *obi. e contextu supplendo vel absolute* (*cf. l. 18*): CIC. inv. 1, 12 *Hermagoris* peccatum reprehendendum videtur ..., ne ..., si taciti -ierimus, sine causa non secuti putemur. Phil. 13, 30 quid ... viros commemorem? ... magis vereor, ne longum me in enumerando, quam ne ingratum in -eundo putetis. fam. 5, 12, 8 -ant, si quid reprehendendum est. *al.* SEN. contr. 7, 5, 8 ne modum excedam, -bo. PLIN. nat. 29, 61. TAC. ann. 3, 18, 3 Messalinum ... Asprenas ... percunctatus est, an prudens -isset (*antea*: omiserat ... Claudii mentionem). FRONTO p. 89, 5 sq. ita orationem tuam figurasti, quam figuram Graeci *παράλειψιν* vocant, ut -eundo tamen diceres et dicendo tamen -res. *al.*

ε *evadendo, evitando* (*cf. p. 1012, 34*): TER. Hec. 419 o fortunate, nescis quid mali -ieris, qui numquam es ingressus mare. PVBLIL. sent. P 29 poenam ⟨m⟩orat⟨ur⟩ improbus, non -it. CASS. FEL. 35 p. 75, 21 sic ... innoxie chirurgia adhibetur et metus praefocationis -tus est (-itur *var. l.*). ISID. Goth. 42 chron. II p. 284, 28 ut ne unus quidem superesset, qui ... excidium -ret.

ζ *parcendo, non laedendo sim.* (*saepius de rebus infestantibus, quas vix ad B trahas; cf. p. 1012, 4*): NOVIVS Atell. 54 si percontassem, malum hoc me -isset. SEN. Phaedr. 822 raris forma viris ... impunita fuit; te melior deus tutum -at. dial. 11, 11, 3 neminem -bunt *fata* (*cf.* nat. 6, 1, 13 [*respiciuntur terrae motus*] circumit fatum, et, si quid diu -it, repetit; quaedam rarius sollicitat *eqs.*). 12, 13, 3 quem non violaverit *libido* ..., omnis alia cupiditas intactum -bit. QVINT. decl. 381, 1 *filiam* non immerito -tam *esse accusatione*. PLIN. paneg. 94, 3 *tempore Domitiani* inconcussus stetit *Traianus*: -tus est a pessimo principe, qui ⌞-iri⌟ ab optimo non potuit (perterr- *var. l. utrobique*; ⌞⌟ *spectat ad 2a*). TERT. anim. 58, 5 Dionysii tormenta -unt *animam philosophi*. VET. LAT. sap. 1, 8 *iniquus* non potest latere nec -iet illum corripiens iudicium (*gr. παροδεύσῃ*). CYPR. epist. 60, 3 (*opp.* lacessere). AMM. 27, 12, 4 ne quid intemeratum perfidia -ret. *al.* *-untur scelera sim., quae non puniuntur* (*cf. p. 1024, 32*): PVBLIL. sent. I 9 invitat culpam, qui peccatum -it (VET. LAT. Sirach 23, 2 [Rufin. Orig. in psalm. 38 hom. 2, 7] ut ignorationibus meis ... non parcatur et peccata mea non -antur [*gr. πάσῃ, Vulg.* pareant]). PS. QVINT. decl. 12, 12 populus ... inpunitum nefas sine lapidibus *non* -bit. VET. LAT. Mich. 7, 18 (Tert. adv. Marc. 4, 10) *deus* -ens iniustitias (*gr. ὑπερβαίνων, Cypr. testim. 3, 20* transgrediens, *Vulg.* transis). *al.*

ε *variis modis non curandi, non utendi, non observandi sim.*:
α *cum obi. acc. rerum* (*suppl. e contextu l. 67. 71 [e struct. partit. p. 1022, 16], explicatur per enunt. secund.* ORIG. in Matth. 14, 4 p. 281, 21 nec illud -as, quoniam non dixit *eqs.*): Ⓘ *-untur varia*: CIC. inv. 2, 18 aliquod commodum maioris adipiscendi commodi *causa* ... -itur. S. Rosc. 131 aliquid imprudentia -iri (*postea*: Sullam ... aliqua animadvertere non potuisse). Brut. 88 ut nulla fere pars orationis silentio -retur (*i. sine plausu*). *al.* CINC. Gell. 16, 4, 4 auspicium ..., quod sine piaculo -ire non liceat. HOR. ars 342 (*per imaginem suffragii ferendi*) celsi -unt austera poemata Ramnes (*non legendo ut*: MART. 1, 25, 4 opus, quod ... *non* sileant nostri -antque senes. 13, 3, 8 -as, si quid *eqs.*). Ov. am. 3, 1, 22 tua -to facta pudore refers (trist. 2, 410). epist. 21, 179 tuas ... aras (*sc. Dianae, syn.* spreta est; *cf. p. 1022, 24*). MANIL. 2, 369. PETRON. 60, 9 imaginem ... Trimalchionis, cum iam omnes basiarent, erubuimus -ire. PLIN. nat. 18, 251 (*loq. natura*) *cicindelas tibi* ostendo ac, ne possis -ire, miraculo sollicito. *al.* Ⓘⓘ *-untur iussa, mandata, leges sim., quae non observantur* (*cf. p. 1022, 39, ceterum iam* CIC. *p. 1019, 22*): VET. LAT. exod. 32, 7 (Barnab. 4, 8. *al.*) ⌞-iit legem⌟ populus tuus ([⌞⌟ *gr. ἠνόμησεν, Vulg.* peccavit]. IREN. 4, 8, 3 [*opp.* l. adimplentes]. HIER. in Os. 6, 6 l. 153. *al.; part. praes. pro subst.*: VET. LAT. psalm. 70, 4 [Aug. *ad l.*] de manu legem -euntis *erue me* [*gr. παρανομοῦντος, cod. 300 = Vulg.* contra lege⟨m⟩ agentis]. 85, 14 [cod. 300. *al.*] -euntes l. insurrexerunt super me [*gr. παράνομοι, Vulg.* iniqui]. lev. 6, 2 (Rufin. Orig. in lev. 4, 2) anima quaecumque peccaverit et -ens -ierit praecepta domini ([*gr. παριδὼν παρίδῃ, cod. 100* dispiciens dispexerit; *aliter Vulg.*]. Tob. 4, 6 [Cypr. eleem. 20. *al.; gr. παραβῆναι, Vulg.* praetermittas]. CYPR. epist. 74, 3 solvit et -it. *al.*). num. 22, 18 (cod. 100) non potero -ire verbum ... dei ([*gr. παραβῆναι, Aug. quaest. hept. 4, 48* praevaricare, *Vulg.* immutare]. I reg. 15, 24 [Lucif. reg. apost. 2] peccavi, quoniam -ivi v. domini [*gr. παρέβην, Vulg.* praevaricatus sum]. *al.*). II par. 24, 20 (Orig. in Matth. 17, 9. *sim. al.*) quare -itis mandata domini? ([*gr. παραπορεύεσθε, Cypr. epist. 59, 17* dereliquistis, *Vulg.* transgredimini]. Luc. 15, 29 [cod. 3. *al.* = VVLG.; *gr. παρῆλθον, cod. 2* egressus sum]. LVCIF. Athan. 1, 13 l. 72 AMBR. fug. saec. 8, 46. *et saepius*). TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 514, 25 *doctores legis* potiora legis -euntes incusabat *Christus*. PS. PHILO antiq. 6, 12 si quis -ierit ex his omnibus verbis (*sc. quoddam verbum ex his o.*). AVG. in Gal. 42, 17 *Christum* carnales observationes ... -ire atque contemnere. COD. Theod. 6, 28, 4 quae definitio si fuerit -ta (*cf. Cod. Iust. 12, 21, 1* fuerit ... contempta). 16, 10, 13 pr. quae olim constituta sunt, ... non audeant -ire (*opp.* custodire). MAX. TAVR. 66, 1 qui constitutum numerum *dierum, quibus ieiunare oportet,* una die manducando -it, ... totius quadragesimae transgressor arguitur. *al.*

β *cum obi. acc. animantium*: Ov. met. 8, 278 solas sine ture relictas -tae cessasse ferunt Latoidos aras (-tas *var. l., cf. p. 1021, 68. item -untur dei, quorum cultus neglegitur*: fast. 5, 312 me *Floram* ... Romani -iere patres [praeripuere *var. l.*]. HYG. fab. 172 Dianam. TERT. bapt. 2, 3 eum *deum. al.*). 11, 646 -it hos *filios et* ... unum Morphea, qui peragat ... edita, Somnus eligit. fast. 1, 43 Numa nec Ianum nec avitas -it umbras *in mensibus appellandis*. SEN. benef. 2, 26, 2. 4, 10, 5 indignum -bo, ... viro bono dabo. 5, 21, 3 ingratos (*cf. 5, 21, 2* transibo). STAT. Theb. 11, 719 imperii potiare bonis altusque iacentes -as (SCHOL. despicias). MART. 7, 86, 5 sum -tus (*opp.* vocabar). SVET. Aug. 41, 2 pueros (*in congiariis dandis*). VET. LAT. num. 5, 12 (cod. 100) maritum si -ierit mulier et despexerit ... et dormierit aliquis cum ea (*gr. παραβῇ, Aug. loc. hept. 4, 8* praevaricata fuerit, *Vulg.* erraverit). CYPR. epist. 69, 6 p. 756, 2 (*ad Matth. 10, 5 sq.*) *Christus discipulos* ad Iudaeos prius mittens gentiles adhuc -iri iubet (-ire *var. l.; cf. postea*: omitti). *al.*

b *membrum oppositum exstat alia structura atque id quod excipitur* (*opp. passim voces q. s.* omnis, nullus, nihil *sim.; fere vi excludendi, sed admittendi e. g. l. 65. p. 1040, 12*): **α** -m *spectat ad attributa* (*inducens gen., abl., locut. praepos.; adi. v. sub 3*): CIC. Cluent. 105 num quo crimine is esset accusatus -m veneni eius, quod *eqs.* fam. 3, 7, 1 nullas eis -m ad te et ad Brutum dedi litteras. CAES. Gall. 7, 77, 6 nullam -m vitae nostrae iacturam. VARRO rust. 2, 4, 3 *bona forma suum* est cum amplitudine membrorum, -m ⌞pedibus capite⌟ (in p. c. *var. l.*). LIV. 24, 16, 5 praeda omnis -m hominum captorum (*postea*: et pecus exceptum est, quod *eqs.*). 39, 16, 8 omnem disciplinam sacrificandi -m more Romano. 42, 23, 7. VELL. 2, 40, 3 maiorem omni ante se inlata pecunia in aerarium, -m a Paulo, ... intulit. PLIN. nat. 2, 27 nullum ... ius -m oblivionis. *al.* **β** -m *spectat ad obi. vel subi.*: *per praepos.* de: CIC. div. 2, 69 *a Moneta* -m de sue plena quid umquam moniti sumus? BELL. Alex. 8, 3 qui nihil -m de vita cogitarent (LIV. 2, 56, 7 cum ... n. -m de lege loqueretur. 8, 21, 9). VARRO rust. 3, 12, 2 omnium custodia ... et pastio aperta *est* -m de apibus (*nisi ad p. 1039, 63*). *per (acc. c.) inf.* (*cf. p. 1039, 38*): LIV. 7, 42, 7 adeo nihil -m seditionem fuisse ... constat (42, 14, 1. 45, 39, 16 ille n. -m loqui, et ⟨id⟩ ipsum ... maligne, di⟨di⟩cit. RVT. LVP. 2, 16 -m laudare eos ... n. valeo). PLIN. nat. 14, 53 neque ... fabulosa ... consectamur, -m Aristaeum primum ... mel miscuisse vino. 19, 32 nec quicquam diligentius, -m eriophoron id appellari, ... tradit. 33, 124 omnia ... temeraria arbitror, -m fortassis ... sanguinem sisti (-it *var. l.*). 37, 6. **γ** *vario respectu*: VARRO rust. 3, 9, 10 *gallinas* includere oportet, ut diem et noctem incubent -m [a] mane et vespere, dum cibus ... detur. LIV. 4, 48, 13 nec se ullam opem cernere aliam usquam -m in tribunicio auxilio. 21, 8, 10 hastili abiegno et cetera tereti -m ad extremum. 30, 6, 4 quibus caesis ... -m hostili odio etiam, ne quis nuntius refugeret. PAVL. FEST. p. 113 raro et non fere -m vere. p. 127 (p. 155, 10 L.) participes ... fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum ... civibus -m de suffragio ferendo *eqs.* CELS. 4, 14, 3 ab omnibus abstinendum est -m aqua egelida. 8, 1, 9 (*contextu lacunoso*). PLIN. nat. 7, 65 *bitumen* ad omnem contactum adhaerens -m filo *cuidam.* 17, 26 non utique laetum solum est ... -m illis arboribus. *al.*

c *sine membro opposito*; -m *inducit*: **α** *quaslibet partes sententiae*: VARRO rust. 1, 2, 20 *capram* Athenis in arcem non inigi -m semel ad ... sacrificium. 2, 4, 19 non producunt ex haris matrem -m potum. LIV. 4, 52, 8 -m ab morbo annonaque nihil ... incommodi fuit. 9, 43, 24 magistratibus -m sacrorum curatione interdictum *est.* LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 7; *dub. trad., coni. alii alia*). *ibid.* (129, 11) aquam sumere ... -m ... machina. CELS. 3, 25, 3 vinum -m primis diebus recte datur. COLVM. 9, 7, 2 alvaria -m tergo et frontibus circumstructa. PLIN. nat. 6, 162 barba abraditur -m in superiore labro. 12, 26 oliva Indiae sterilis *est* -m oleastri fructus. 17, 28 *terra quaedam non* diu -m salici utilis sentitur. 20, 109 *asparagi* urinam cient utilissime -m ⌞vesica exulcerata⌟ (*acc. fere trad.*). *al.* *audacius*: LIV. 40, 20, 5 Demetrius omnium -m fraterno scelere, quod nuper eruperat, ignarus (*sunt qui ad 1 trahant pron. relat. postpositum intellegentes [cf. p. 1037, 35], ut sit '-m eius, quod scelere eruperat'*). **β** *obi. vel subi.* (*unde subaudiatur subi. vel obi. quoddam generale*): VARRO rust. 3, 3, 8 in ... leporario pater tuus ... -m lepusculum e venatione vidit numquam. LIV. 4, 48, 3 nec ... quicquam agri ... non armis partum erat nec, quod venisset adsignatumve publice esset, -m plebs habebat (*locum corruptum putat e. g. Ogilvie, 1965, ad l.*). HIL. trin. 7, 6 l. 15 opera, quae gesta sunt *a Christo,* -m dei natura non efficit (*nisi ad a vel γ*). AVG. in psalm. 131, 13 l. 4 -m domum suam non exaudit deus ad vitam aeternam (*vix ad C, sed fort. intellegas pron. relat. et praepos.* praeter *notione q. e. extra, cf. p. 991, 28*). **γ** *attributa* (*adi. vel part. v. sub 3*): LIV. 9, 5, 4 *sponsorum* nomina ... exstant, ubi, si ex foedere acta res esset, -m duorum fetialium non exstarent (*item per gen.*: 42, 56, 10 praedam ... -m hominum. PLIN. nat. 11, 210). PLIN. nat. 8, 7 rara amplitudo iam dentium, -m ex India, reperitur (*per praepos. ut*: 26, 74 tormina discutit ... Vettonica -m a cruditate. MOD. dig. 38, 2, 33 lex ... adimit ... bonorum possessionem -m secundum tabulas).

B *coniunctio, qua excipiuntur fere enunt. secundaria, ut significetur i. q. excepto quod,* -m quod (*cf. e. g. etiam p. 1037, 71. 1038, 44; accedit indicativus praeter l. 63 et orat. obliquam l. 54*): **1** *praevalente respectu excludendi* (*coll. p. 1003, 74 intellegere possis vim adversativam q. e. 'sed' sim., si pro enunt. primario accipias e. g. l. 61. 65*): VARRO ling. 7, 105 *nexum esse scribit Q. Scaev.,* quae per aes et libram fiant, ut obligentur, ⌞-m mancipio detur⌟ (*trad., sc. ut* manc. d. *impersonaliter dictum putes, nisi subaudias obi. sing. generale*; -r quom [*vel* -r quae] ... de(n)tur *edd. plerique*). rust. 2, 7, 3 *equos anno septimo maiores* intellegi negant posse, -m, cum dentes sint facti brocchi ..., ex observatu dicunt eum equ[or]um habere annos sedecim (*nisi ad p. 1039, 1, sc. si verbis* ex observatu *incipit enunt. novum*). VET. LAT. deut. 2, 37 (cod. 100) non fuit civitas, quae nos effugeret – omnes enim tradidit dominus ... in manus nostras –, -m in terram filiorum Ammon non accessimus (*gr. πλήν ... οὐ προσήλθομεν, Vulg.* absque terra *eqs.*). CANON. Turner I 2, 1 p. 32², 10 si quis clericus in caupona fuerit inventus comedens, separetur, -m ... propter necessitatem devertat (*gr. παρὲξ τοῦ ... καταλύειν*). ORIBAS. syn. 4, 1, 4 La p. 3 alia ... abstinere temptanda sunt, ⌞-m post longum tempus⌟ ... lenticla gustanda est (⌞ ⌟ *contra gr. cum antecedentibus coniungit Molinier, ut ad l. 19 pertineat; gr. πλὴν εἰ, Aa* nam). *per breviloquentiam*: LIV. 3, 26, 12 illa ... nocte ⌞nihil⌟ -m vigilatum est in urbe (⌞ ⌟ *sc. actum est sim.*). **2** *praevalente respectu admittendi, addendi* (*abit in notionem q. e. praeterea, si enunt. primaria intell. l. 73. p. 1041, 1. 5*): GELL. 1, 16, 10 Lucilius ..., -m supra posui, alio quoque in loco id manifestius demonstrat (*vix ad I*). TERT. apol. 27, 6 *daemones* laedere gestiunt quos alias verentur; odium enim etiam timor spirat, -m et desperata condicio eorum ... solatium reputat *eqs.* FRG. de iure fisci 8 -m (-m quod *edd.*) emptio nullius momenti est, poenam ... fisco repraesentare compellitur *emptor.* PELAG. in Rom. 9, 22 p. 78, 9 *deus Pharao-*

[Breimeier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem diu sustinuit ... suum populum adfligentem, -m (praeterea[m] quam, propterea q. *sim. var. ll.*) innoxiam aetatem parvulorum ... iusserat enecari. CAELEST. Aug. perf. iust. 4, 10 deus bonum hominem fecit et, -m illum bonum fecit, bonum ei insuper ut faceret imperavit. CLAVD. MAM. anim. 1, 9 p. 49, 18 cernis, quam facile ... figmentum ... evanuit, -m innumera super hoc argumentari promptissimum est. ENNOD. opusc. 3, 52 p. 344, 5 -m origo irarum proprios suggerebat stimulos, lis ipsa circumstantium consilio nutribatur. *per breviloquentiam*: Ps. AVG. vit. christ. 9 p. 1039 quibus -m male conversari non licet, sed nec male conversantes agnoscere (*sc. licet*).

*?***C** *praepos. i. q. praeter. desunt exempla certa; sunt qui usum hunc agnoscant* BELL. Hisp. 41, 4 (*v. p. 1039, 8*); *ceterum dubites de* VET. LAT. deut. 3, 5 (cod. 100) possidemus omnes civitates eius *regis* ..., et non fuit civitas quam non sumeremus ab eis, LX civitates omnes ...; omnes civitates munitae muris ...; -m civitates Ferezeorum multas valde (*subaudiasne* possidemus *sim.? gr. πλὴν τῶν, Vulg.* absque). *vix huc trahas* LIV. 4, 61, 6 (-m *sim. codd. falso pro* praeterque). SVET. Aug. 45, 3 (*falso trad. acc. pro abl., v. p. 1039, 29*). AVG. in psalm. 131, 13 l. 4 (*v. p. 1040, 39*).

praeterque *v. p. 1003, 27.* **praeter quod** *v. p. 1001, 72.*

[praetersallio *v. p. 1025, 56.]* *Breimeier.*

praetersclupo, -āvī, -āre. *a* praeter *et* sclopus (stloppus). *i. q. stloppo praeterire, iactu non ferire*: LEX Sal. Merov. 17, 2 si quis alterum de sagitta toxigata percutere voluerit ⌞et -verit⌟ (*cod. Á1*; et colpus preterfallierit *C5, sim. 6; om. cett.*).

praeterscribo, -ere. *a* praeter *et* scribere *fictum sec. gr. παραχαράττειν. i. q. (praescribendo) corrumpere*: CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 64, 9 *Nestorium* divinas -entem scripturas (*v. supra p. 829, 39. alia versio I 2 p. 44, 26* mutilantem).

praeter si *v. p. 1001, 65.*

praetersōrium, -ī *n.* *a* prae *et* tergere, *cf.* tersorium. *i. q. textum quoddam aptum ad tergendum vel amiciendum* (*cf. Gloss.* tersorium: *ἐκμαγεῖον. v. etiam Du Cange s. v.* tersorium): GLOSS. V 381, 7 (*item* GLOSS.^{L} Corp. P 670. 832) -um: paad (*anglosax., cf. got.* paida, *gr. βαίτη* [*v. Frisk, Gr. etym. Wb., s. v.*]. *scribitur in codd. etiam* -torsorum, -tersorim). *non est quod conferas* praetersoria *Adamn. vita Columb. 1, 38.*

praetersum, -esse. *a* praeter *et* esse. [*falsa var. l. p. 1042, 65.*] *i. q. foris esse, non interesse* (*cf.* esse praeter aliquid *p. 991, 33*): TERT. apol. 38, 4 spectaculis vestris in tantum renuntiamus, in quantum originibus ..., cum et ipsis rebus, de quibus transiguntur, -sumus.

praetervādo, -ere. *a* praeter *et* vadere. *i. q. praeterire*: GLOSS. IV 155, 20 (*et formis corruptis* 155, 43 = GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 57) praeterlabere: -e (*respicitur falsa var. l. pro* praeterlabare *Verg. Aen. 3, 478*). *Ramminger.*

praetervectio, -ōnis *f.* *a* praetervehi. *i. q. actio praetervehendi, sc. metonymice de loco, qui praeternavigatur*: CIC. Verr. II 5, 170 monumentum sceleris (*sc. crucem*) ... voluit esse in conspectu Italiae, vestibulo Siciliae, -e omnium qui ultro citroque navigarent.

ˣpraetervehor, -vectus sum, -vehī *et* praeterveho, -vehere. *a* praeter *et* vehi (vehere). *adhibetur plerumque mediopassive, v. infra sub I, ubi etiam part. praes.* (*inde a* LIV. 22, 49, 6) *inseruimus; activum v. sub II. in tmesi* OV. met. 13, 713 praeter erant vecti; *vix addas p. 990, 62.* GLOSS. *παραπλέω. παροδεύω.* transnavigor (*vel* -go). *al. legitur in versibus apud* ACC., VERG., OV., STAT., AVSON., *in oratione soluta inde a* CIC., CAES., *saepe apud* LIV.

I *mediopassive, i. q. praeterire* (*sine obi. acc. l. 63. p. 1042, 1 sq. 6. al.; subi. sunt homines praeter p. 1042, 3 sqq. 24. 38. 42*): **A** *de mero motu* (*respicitur aut locus, qui vehendo superatur, relinquitur, aut locus ante quem, secundum quem motus est; motus fit per locum p. 1042, 18*): **1** *pertinet ad navigandum*: **a** *-untur homines* (*cf. p. 1042, 21*): ACC. trag. 688 mystica ad dextram vada -ti (*explicat Varro, v. vol. VIII 1759, 12*). CIC. Verr. II 5, 98 *pirata* insulam totam -tus est (*antea*: non modo a latere, sed etiam a tergo *Ortygiam reliquit*). fin. 5, 49 *Sirenes* revocare eos solitae, qui -bantur (*cf. p. 1042, 28 et* SEN. epist. 123, 12 voces *Sirenum* ..., quas Vlixes nisi alligatus -i noluit). CAES. civ. 3, 26, 1 Apolloniam Dyrrachium ⟨que⟩ (3, 26, 3. *v. etiam sub b*). BELL. Afr. 2, 6 Clupeam classe. BELL. Alex. 44, 4 maritumas ... civitates ... -batur *Vatinius* (LIV. 37, 16, 2). VERG. Aen. 3, 688 -or ostia ... Pantagiae Megarosque sinus *eqs.* (LIV. 34, 8, 6 Ligustinos montes sinumque Gallicum. 37, 23, 3. SVET. Aug. 98, 2 Puteolanum s.). OV. met. 13, 713 Dulichios portus Ithacamque ... praeter erant vecti (LIV. 36, 45, 7 p. Erythraeae terrae). LIV. 21, 41, 3 navibus Galliae oram (26, 39, 2 o. Italiae. *al.* CVRT. 4, 5, 10 Phoenices o. classe. 10, 1, 18. *cf.* STAT. Theb. 5, 473 litora rectis -tus aquis [*v. et p. 1042, 8*]. SERV. Aen. 3 praef. maritima Graeciae). 25, 27, 12 Siciliam -tus. *al.* SEN. dial. 12, 9, 6 Mytilenas. MELA 1, 91 *oppidum.* 2, 22 *promunturium.* SVET. Nero 34, 1 summissis, qui ... in secessu *litoris Campani* quiescentem *Agrippinam* per convicia ... terra marique -entes inquietarent. EPIST. Alex. p. 198, 8 vidimus homines per medium amnem ... -i naviculis. SERV. Aen. 3 praef. Cycladas. **b** *-untur naves, classes*: CIC. Verr. II 5, 86 tam diu ... classem ... vidit *Verres,* quam diu convivium eius ... -ta est (LIV. 37, 13, 1). CAES. civ. 3, 30, 1 -tas Apolloniam Dyrrachiumque naves (LIV. 37, 24, 2 libero inter ordines *hostium* discursu -ta *navis Rhodia* [*cf. Polyb. 16, 4, 14 κατὰ ... τοὺς διέκπλους et ἐκπεριπλέοντες*]. PANEG. 3, 14, 5 naves ... litus ... -tas).

2 *pertinet ad iter terrestre*: LIV. 22, 49, 6 tribunus ... -ens equo. STAT. Theb. 2, 382 *Tydeus* -tus Nisum (*i. Megaram*) et te, ... Eleusin. TAC. hist. 3, 71, 1 cito agmine forum et ... templa -ti *milites.* SVET. Iul. 37, 2 *triumpho* Velabrum -ens paene curru excussus est. 78, 2 triumphanti et subsellia tribunicia -enti. Nero 34, 1 (*v. sub 1a*). ADNOT. Fronto p. 145, 23 ('Crassus ... lucem fugitabat') multa ... loca clausa lecticula -batur. SOL. 30, 17 *venatores* praestolati ... *angues* exeuntes -tique percitis cursibus obiciunt gramina. SYMM. epist. 7, 69, 1 -tus decretum locum, *sc. equo* (*syn.* praeterisset). SIDON. epist. 5, 20, 4 vineam, messem ..., vel dum -aris, inspicere. *? vi praeverbii deflexa fere i. q. percurrere, transvehi* (*cf. l. 32 et IIB*): SVET. Aug. 93 quod Iudaeam -ens apud Hierosolyma non supplicasset *Gaius Caesar* (*huc trahere possis sec. Oros. p. 1013, 64; notione communi sec. 1 explicat e. g. Gardthausen, RE X 426, 51*).

B *vi aucta (in imagine praeter l. 30) vel translate significantur potius*: **1** *qui (quae) superant*: **a** *evadendo, evitando* (*sc. pericula, difficultates*): CIC. Cael. 51 scopulos -ta videtur esse oratio mea (*cf. de ipso oratore*: Phil. 7, 8 periculosissimum locum silentio *vestro* sum -tus [AVG. in psalm. 72, 3 l. 32 periculosum l.]). SEN. dial. 6, 16, 5 infesta variis casibus vita est ...; mirum est tantam turbam *filiorum* non potuisse sine invidia damnove -i? epist. 31, 2 (*sapiens Vlixi Sirenes -enti comparatur*) -ere itaque non unum locum ... voluptate suspectum, sed omnes urbes. PS. QVINT. decl. 12, 22 Syrtis aut ... Charybdim (AVSON. 456, 2 p. 398 Scyllam ... et C. [*ibid.* praetereat]). AVG. in psalm. 61, 18 l. 26 *psalmista* velut aquila volans -tus omnem nebulam *ad aliquid liquidum pervenit.* **b** *excedendo modum quendam*: FRONTO p. 58, 21 qui ... equitum censum -are. **c** *praecellendo*: FRONTO p. 88, 22 *velis passis* omnis eloquentiae studiosos ut lembos et celocas facile -i.

2 *qui (quae) neglegunt, sc. leviter tantum tangunt* (*distinguitur* transilire *apud* PLIN.), *non vere agunt vel prorsus omittunt*: **a** *res quaslibet*: CIC. Balb. 4 orationi, quae non -ta sit aures vestras, sed in animis ... insederit. SEN. epist. 93, 7 hoc a me exige, ne ... aevum ignobile emetiar, ut agam vitam, non ut -ar (*sc.* vitam; *an* vitā, *ut vi pass. ad IIA spectet?*). **b** *argumenta tractanda* (*aliter l. 24 sqq.*): PLIN. paneg. 56, 2 *quid est* in principatu tuo, quod cuiusquam praedicatio vel transilire vel -i debeat? ARNOB. nat. 5, 20 erat nobis consilium praeterire, -i ... mysteria *Phrygica* (-veni *cod.*). AMBR. incarn. 8, 79 ne -ti videremur, quod solvere nequiremus. BOETH. in herm. comm. sec. 1, 1 p. 26, 15 Alexander ... strictim proxima intellegentia -tus tetigit quidem causam, non tamen ... rationem ... exsolvit.

II *verbum activum* (*v. Traina, Quad. Ist. Fil. Lat. 4, 1976, 117 sqq.; addasne pass. l. 40? vix recte* SERV. *huc traxit* VERG. *p. 990, 61*): **A** *cum obi. personae ferendae i. q. praetereundo vehere* (*sc. vehere praeter oculos alicuius observantis sim.*): SEN. epist. 58, 23 (*affertur Heracliti dictum*: in idem flumen bis descendimus et non descendimus) manet ... idem fluminis nomen, aqua transmissa est; ... nos quoque non minus velox cursus *vitae sim.* -it (*hucine l. 40?*). **B** *cum obi. spatii emetiendi i. q. percurrere sim.* (*ad vim praeverbii v. supra l. 18; ceterum cf. part. praes.* -ens *sub I*): CASSIOD. var. 11, 36, 2 Mercurius ... tredecim mensibus proposita sibi intervalla -it (*syn.* praetervolat, peragit *al.*).

deriv.: praetervectio. *Sinclair.*

praeterverto, -tī, -ere. *a* praeter *et* vertere. **1** -ere solem *fere i. q. praetereundo vertere solem* (*sc. de eo qui solem praeterit contra eius cursum vadens*): PLIN. nat. 2, 182 *quidam, cui* eunti cum sole iter erat, eundem remeans obvium contrario -bat (praev- *var. l.*) occursu et ideo die breviore utebatur. **2** -ere ordinem *fere i. q. invertere, praeposterare* (*sc. vi praeverbii minus perspicua*): AVG. quaest. hept. 7, 42 l. 722 *scriptura* ad ordinem rediens, quem -erat (-tererat, t(er)ierat *var. ll.*) prius dicendo, ... quod novissime factum est (*antea*: per prolepsin).

*?***praetervolito,** -are. *a* praeter *et* volitare. *i. q. volitando praeterire* (*si recte restituitur*): PHAEDR. app. 31, 1 papilio vespam -ans viderat (*Orelli*; -volantem *trad.; coni. alii alia, e. g.* prope volantem, praevolantem, propter volitans). *Bk.*

praetervolo, -āvī, -āre. *a* praeter *et* volare. *adhiberi vid. in tmesi* GILD. *p. 1043, 45, vix iam* HOR. epod. 16, 40 *p. 990, 62. legitur raro in versibus, sc. apud* CIC. (*semel ut* CLAVD.), SIL. (*ter*), MART. CAP. (*bis*), *in oratione soluta inde a* CIC., LIV.

i. q. volando praeterire (*vim deflexam v. p. 1043, 9. 30; cf.* GLOSS. -o: *[Mensink]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

velociter praetereo. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1113 -are: citius pertransire):
1 *proprie*: **a** *transitive*: **α** *usu communi, sc. pro obi. ponuntur quae praetereuntur, superantur*: CIC. Arat. 412 quem *Equum* ... -at Ales (*gr. v. p. 701, 10. item de sideribus*: CASSIOD. var. 11, 36, 2 sol ... zodiaci circuli signa -at. *cf.* MART. CAP. *infra*). SIL. 16, 418 *auriga* hunc *praecedentem* ... rapido -at incitus axe (*in certamine ut*: 16, 511 Theron ... *cursu* -at Hesperon). LACT. opif. 8, 7 *nisi essent auriculae,* simplicium cavernarum angustias -are vox posset. AMM. 16, 12, 29 hostium tela -ans *Iulianus.* MART. CAP. 2, 126 (vers.) *Mercurius* astra mundi -ans. **β** *usu deflexo, sc. pro obi. ponuntur ea per quae motus fit, ut vergat in vim q. e. pervolare*: -are *dicitur ipse miles hasta a se coniecta* (*sc. audacius fere pro 'hasta volante transmittere' sim.*): SIL. 10, 113 et medias hastā velox -at auras (*2, 89* hastā ... intrantem moenia *contulit Delz in plagulis*). *de navigantibus*: CLAVD. 26, 321 *Stilicho* parva puppe lacum -at. SIDON. epist. 2, 12, 1 *remiges* -ant amnis ... terga.

b *intransitive*: **α** *de avibus* (*de pinna* AMM.): FEST. p. 205 *v. supra p. 764, 8 sq.* (*item respiciuntur auguria*: CVRT. 4, 6, 11 -ans corvus. SVET. Claud. 7, 1 aquila [Galba 1, 1]. AMM. 21, 1, 9 ut rostrum sonans aut -ans pinna turbido meatu vel leni futura praemonstret. MACR. somn. 1, 19, 27 -ando ... futura pennis ... significant *aves*). HIL. in psalm. 56, 3 avibus naturae est ... *pullos* a -antium vi ... defendere (*usu pro subst.?*). PAVLA Hier. epist. 46, 1, 2 umbram -antium avium. **β** *de quibuslibet praetereuntibus*: SEN. dial. 12, 8, 6 stellas quasdam longo tractu cum luce multa -antes (*cf.* nat. 7, 5, 2 *lumina quaedam caelestia* non transcurrunt nec -ant ..., sed commorantur. 7, 23, 2 *stellae quaedam* -ant et secant aera [*vix ad aβ*]). FLOR. epit. 1, 11, 4 *Castor et Pollux* more siderum -verunt *equis.* ITIN. Alex. 27 *Alexander* ubi Arbelum venit, ... Darium ... nullum videt, ita volucer -arat. HIER. vita Hilar. 11, 11 *in certamine* sub horum curru rotae fervent, illi -antium terga vix cernunt (*masc. pro subst.*). *?vi praeverbii spectante ad motum continuatum* (*nisi compos. pro simplici*): MACR. Sat. 7, 5, 30 gubernatores vento suo, etiamsi nimius sit, contrahendo in minorem modum vela -ant (*nisi rectius 'intuentem scilicet' Ianus ad l.*).

2 *translate*: **a** *transitive*: **α** *-ant res, sc. quae aliquem fugiunt*: CIC. de orat. 3, 223 sententiae ... acutae non acutorum hominum sensus -ant (per- *var. l.*). orat. 197 fugit eos *audientes* et -at numerus. **β** *-ant animantes, sc. qui loquendo, scribendo quaedam omittunt vel leviter tangunt*: CIC. ac. 2, 42 *Academici* haec duo proposita non -ant, sed ita dilatant, ut *eqs.* LACT. inst. 2, 8, 46 quam callide periculum -vit *Cicero conclusione quadam.* IVL. VICT. rhet. p. 74, 8 ut contraria -emus. SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 17 hanc omnem confusissimam permixtionem cursim -at (*opp.* cum mora protrahi). LEPOR. 1 l. 35. MACR. Sat. 5, 13, 21 hoc (*opp.* ab initio describit). MART. CAP. 6, 703 ignobilia quaeque -ans immorari non potui. ENNOD. dict. 1, 15 p. 427, 17 aliquanta (*opp.* immorari). *?per tmesin audaciorem* (*nisi agnoscas usum praepos.*): GILD. Brit. 75 chron. III p. 69, 3 unum adhuc praeter magnam verbis volans sanctorum silvam ... ponam, Basilium scilicet.

b *intransitive: -ant dicta*: CIC. fin. 5, 77 illud ... nimium festinanter dictum videtur ..., nescio quo modo -vit oratio (PANEG. 4, 19, 1 ⌞omnia⌟ -ans tetigit o. [⌞ ⌟ *nisi ἀπὸ κοινοῦ*]). SEN. epist. 40, 3. MART. CAP. 4, 423 (vers.). *-ant tempora et variae res fugaces*: LIV. 25, 38, 18 -at opportunitas. SEN. epist. 108, 25 *in vita* meliora -ant, deteriora succedunt. HIER. in Ezech. 7, 12 l. 773 (*ad I Cor. 7, 31* praeterit ... figura huius mundi) figura -at et mutatur. in Is. 11, 40, 6 l. 28 ipsum ... quod loquimur, dictamus et scribitur, de vitae nostrae parte -at (*loco gemino epist. 60, 19, 1* de vita mea trahitur). AVG. in psalm. 38, 9 l. 16 -antia tempora. serm. 346C, 2 coll. Morin p. 273, 25 dies -antes. *Mensink.*

praetestor, -ātus sum, -ārī. *a* prae *et* testari. [*vix recte trad. pro* protestari SACR. Leon. 1241 (*cf. falsam var. l.* DON. Ter. Eun. 740, 2).] *i. q. antea testari*: CARM. adv. Marc. 3, 176 larga ... per Christum patris est promissa voluntas -ta viam vitae atque probata per ipsum est. *Bk.*

***praetexo,** -uī, -tum, -ere. *a* prae *et* texere. *de notione*: GLOSS. -o: *παραχαλύπτω.* -it: celat, coperit. vestit. -tus: purpuratus. GLOSS.[L] I Ansil. PR 1122 -ta: anteposita. *legitur in prosa inde a* CIC., *in poesi inde a* VERG., *sed f.* praetexta *prius, v. p. 1047, 26.* [*confunditur in codd. imprimis cum aliis compositis, sc.* con-, per-, pro-, retexere, *e. g.* CIC. de orat. 2, 317 LYGD. 1, 11 SOL. 30, 1 (*falsa var. l.* ACC. trag. 518. *al.*), *ceterum cum* praetegere, *e. g.* CIRIS 320 (*falsa var. l.* TERT. spect. 10 p. 12, 18).]

i. q. ante texere (*sc. vi praeverbii locali; de vi temporali fortasse cogites p. 1046, 48. 1047, 4. 17; de formis ambiguis v. quae sub* praetego *monuimus*): **I** *pro obi. est quod texto quodam praecingitur, qualibet re instruitur* (*structura plena aliquid aliqua re v. l. 75. p. 1045, 4 et saepius sub B2. res cingens sim. ponitur pro subi. p. 1044, 73. 1045, 30. 67 sq. al.*): **A** *respicitur vestis margine purpureo ornata* (*cf. abl. p. 1044, 44. 47. 52.*

54. 75 et purpura *pro subi. positum l. 73*): **1** *p. p. p.* praetextus, -a, -um *pro adi.* (*usum pro subst. v. infra*): **a** *proprie, sc. de ipsis vestibus*: **α** toga -a (*perperam trad.* toga et -a CIC. Cluent. 154 Pis. 23; *ordine inverso* -a t. CIC. Sest. 144 Vatin. 16 Balb. 57 Lael. 33 LIV. 34, 7, 2. *al.*): Ⓘ *virorum* (*qui ea pro insigni dignitatis utuntur; cf.* NON. p. 541, 21 t. -a: insigne Romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt. GLOSS. t. -a: quae in senatu induitur. *sim. al.*): Ⓐ *magistratuum Romanorum, senatorum* (*imperatoris l. 25, peregrinorum honoratorum l. 17 sq., regum Etruscorum l. 20 sqq.; ad rem v. Mommsen, Staatsrecht I³ 418 sqq. 437*): CIC. Verr. II 5, 36 *aedili esse* fructos illos datos: ... t. -am, sellam curulem *eqs.* (Cluent. 154 LIV. 10, 7, 9. *cf. l. 18. 20. 37*). p. red. in sen. 12 *consul* cum t. -a, quam omnes praetores aedilesque tum abiecerant, inrisit ... luctum ... civitatis. Vatin. 16 aediliciam -am t. Balb. 57 qui legum praemiis praetoriam sententiam et -am t. consequuntur. Pis. 23. fam. 2, 16, 7 t. -am texi Oppio *equiti* puto te audisse (*v. Münzer, RE XVIII 732, 28 sqq.; sunt qui vestem sacerdotis intellegant*). ad Q. fr. 2, 11, 2 quam erat adeptus Caesare consule *Antiochus rex* (*de eiusdem t. ibid.* 3. *ceterum dono datur regibus externis*: LIV. 27, 4, 9. 31, 11, 11 cum curuli sella). BRVT. or. frg. Diom. gramm. I 367, 27 qui te t. -a amicuit (*si recte huc traximus*). LIV. 1, 8, 3 unde sella curulis, unde t. -a sumpta est (*sc. ab Etruscis ut*: FEST. p. 322 *ludis quibusdam* producitur ... senex cum t. -a bullaque aurea; quo cultu reges soliti sunt esse E⟨trus⟩corum. *cf. etiam* PLIN. nat. 9, 136 [*1, 9, 63* quando ... usus ... praetextae] *et* SIL. *sub 2*). 8, 9, 5. 34, 7, 2 *v. l. 31.* FEST. p. 352 (*in explicatione fabularum togatarum*). SEN. contr. 1, 8, 4 praetorio licet -a t. uti festis ... diebus. PANEG. 10, 6, 4 tu, imperator, t. -am sumpto thorace mutasti. AVSON. 332, 5 p. 24 t. purpurei rutilans -a senati. HIST. AVG. Aurelian. 13, 3. *al.* *in proverbio*: QVINT. inst. 5, 10, 71 non possum t. -am sperare, cum exordium pullum videam (*v. Cousin, 1976, ad l.*). Ⓑ *eorum, qui coloniis municipiisve praesunt*: LEX Vrson. (CIL I² 594) 62, 21 iisque IIvir(is) aedilibusque ... t. -as ... habere ius ... esto (LIV. 34, 7, 2 magistratibus in coloniis municipiisque, hic Romae ... magistris vicorum). Ⓒ *sacerdotum* (*cf. l. 16*): CIC. Sest. 144 cui *P. Lentulo* ... annus idem et virilem patris et -am populi iudicio t. dederit (*explicat* SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 1 *t.* auguratus -am). LEX Vrson. (CIL I² 594) 66, 7 pontificib(us) auguribusque ... t. -as habendi ius ... esto (LIV. 33, 42, 1 triumviris *epulonibus* item ut pontificibus). LIV. 27, 8, 8 datum id *ius* cum t. -a et sella curuli ei flamonio, *sc. Diali.*

Ⓘ *liberorum ingenuorum*: CIC. Verr. II 1, 113 eripies ... pupillae t. -am, detrahes ornamenta non solum fortunae, sed etiam ingenuitatis? II 1, 152 cum t. -a, ... *sed* sine bulla (*item iuxta memorantur*: SVET. rhet. 25, 9 [*in themate controversiae*]. PORPH. Hor. epod. 5, 12 insignia pueri intellege t. -am ac bullam. MACR. Sat. 1, 6, 17. *cf. l. 21*). Lael. 33 quod ... puerorum amores saepe una cum -a t. ponerentur. LIV. 34, 7, 2 liberi nostri -is purpura t. utentur. SEN. epist. 4, 2 cum -a posita sumpsisti virilem t. GELL. 18, 4, 1 -am et puerilem t. *al.*

?Ⓘ *mulierum* (*si recte restituitur*): FEST. p. 274 *recinium esse* toga⟨m, qua⟩ mulieres utebantur, -am (-um *trad.*) clavo purpureo.

β *iuncturae ceterae respicientes*: Ⓘ *togam -am*: PROP. 3, 15, 3 ⌞-i⌟ pudor ... amictus (*sc. pudor puerorum proprius*; ⌞ ⌟ -a, -ae *var. ll.; item de vestimento puerili*: SIL. 10, 647 -o ... velamine). FIRM. math. 3, 5, 18 *Venus cum Sole coniuncta* coronarum largitur insignia et -a[rum] veste decorabit. Ⓘ *alia vestimenta*: LIV. 22, 46, 6 Hispani linteis -is purpura tunicis ... constiterant. FEST. p. 174 noegeum quidam *dicunt* amiculi genus -um purpura, quidam candidum. p. 348 suffibulum est vestimentum al⟨bum, -um, qua⟩drangulum *eqs.* (*suppletur sec.* PAVL.).

b *per genus quoddam enallages significatur*: **α** *is, qui toga -a indutus est, sc. praetextatus* (*vix addas* CIC. *p. 1050, 16*): PROP. 4, 1, 11 curia, -o quae nunc nitet alta senatu. AVSON. 208, 7 p. 65 -a ... pubes *audiens grammaticum.* *huc trahendum videtur*: POLLIO or. frg. Char. gramm. p. 98, 4 clipeus ⌞-ae imaginis⌟ positus (⌞ ⌟ *'imago hominis praetexta induti' H. Meyer, Orat. Rom. frg. ²1842, 497; cf. p. 1050, 27*). **β** *res quae quodammodo ad togam praetextam vel praetextatos spectant: de fabula argumenti Romani* (*v. p. 1048, 48. 1051, 37*): VARRO ling. 6, 18 cur hoc (*sc. ritus quidam*) *fieret,* togata -a ... docuit populum (*sunt qui coniciant* toga -a, *v. Flobert, 1985, ad l.*). SCHOL. Hor. ars 288 qui -as fabulas fecerunt vel togatas. *de verbis impudicis* (*v. p. 1051, 27*): FEST. p. 245 -um (-atum *editio Augustini et var. l.* PAVL.) sermonem quidam putant dici, quod praetextatis nefas sit obsceno verbo uti; alii, quod nubentibus depositis praetextis a multitudine puerorum obscena clamentur. MACR. Sat. 2, 1, 9 impudica et -a verba *mimorum sim.* (*trad.*; praetextata *edd. sec. p. 1051, 27*). *de pueritia*: MACR. Sat. 1, 6, 25 in -a aetate (*sec. Gell. 1, 23, 13, v. p. 1048, 65*).

2 *aliae formae*: OV. Pont. 3, 8, 7 purpura ... tuos ... -it amictus. SIL. 8, 487 *Vetulonia fasces adhibuit sellamque curulem* et princeps Tyrio vestem -uit ostro.

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *exempla cetera*: **1** *notione communi, sc. mero fere respectu praecingendi, ornandi, instruendi (pro obi. sunt res praeter l. 12. 26. 38); quae res (multitudo hominum l. 27. 37) ornamento, operimento sim. est, ponitur*: **a** *ablativo (struct. act. vel pass.; mediopass. l. 24)*: **α** *vario usu*: CIC. div. 2, 112 (*respicitur ἀκροστιχίς*) in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiae primis litteris illius sententiae carmen omne -itur (*dubitatur de textu constituendo, v. Schäublin, Mus. Helv. 44, 1987, 188 sqq.*). TIB. 1, 4, 43 -ens picta ferrugine caelum ... imbrifer arcus. OV. fast. 4, 953 -ta ... quercu stet domus *Augusti*. 5, 567 Augusto -tum nomine templum. VAL. MAX. 2, 4, 6 *scaenam* totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Q. Catulus -uit. SEN. dial. 7, 2, 2 non ... colorem vestium, quibus -ta sunt corpora, aspicio, *sed animum* (*item vestiuntur homines*: SVLP. SEV. epist. 2, 3 Martinum ... -tum toga candida). STAT. silv. 5, 3, 50 magno tumulum *patris* -ere luco. IVVENC. 3, 636 (*Matth. 21, 8* straverunt vestimenta sua in via) stratas -unt vestibus. HEGES. 5, 18, 3 p. 337, 23 *Iudaei* murum quadam patibulorum segete -uerant. CLAVD. rapt. Pros. 2, 320 -ere ramis limina *regiae* (PAVL. NOL. carm. 14, 110 sertis). *al.* *incorporaliter*: CIC. de orat. 2, 317 omnia, quae fiunt ... acerrime, leniore principiis natura ipsa -uit (pro-, con-, re- *var. ll.*). CIRIS 100 *Musae,* aeterno -ite honore volumen. **β** *speciatim in descriptione locorum naturalium, orbis terrae, situs populorum*: VERG. ecl. 7, 12 (*item* georg. 3, 15) tenera -it harundine ripas Mincius *fluvius* ([SERV. auct.: praetegit]. RVFIN. hist. mon. 11, 9, 6 herbis. *mediopass. cum acc.* [*obi. vel respectus*]: AVSON. Mos. 45 tu, *Mosella,* neque limigenis ripam -eris ulvis nec ... perfundis litora caeno). STAT. silv. 4, 4, 7 vadum -itur hortis. TAC. Germ. 34, 1 utraeque nationes *Frisiae* usque ad Oceanum Rheno -untur. SOL. 30, 1 *Niger fluvius* calamo -itur. AVSON. 419, 42 p. 364, 277 quot *milibus barbarorum* Danuvii ora -itur. HEGES. 3, 20, 2 p. 223, 1 situm litoris, quo -itur Ioppe, ... exponere. *al.*

b *pro subi.* (*sc. struct. act.; cf. etiam l. 65. 67 sq. al.*): VERG. Aen. 6, 5 litora curvae -unt puppes ([SERV. auct.: praetegunt]. LVCAN. 10, 537 densae -unt l. classes [ADNOT. celant]). CIRIS 320 qua lege ... -at ⌊purpura⌋ canos (⌊ ⌋ *cirrus purpureus Nisi*). LYGD. 1, 11 *libri* summa ... -at (pro- *var. l.*) tenuis fastigia charta (*sc. titulus*; chartae *codd. fere omnes*). SEN. epist. 89, 21 quo usque ... nullum *erit* flumen, cuius non ripas aedificia vestra -ant? (PANEG. 3, 7, 2 *cum* fluminis ripam ... armatorum atque inermium perpetuus ordo -ret). 91, 16 *monumenta* viam disparia -unt. PLIN. nat. 6, 112 qui *montes* ... eas gentes -unt. SYMM. or. 2, 1 licet ... trabeam ... serta -ant. HEGES. 3, 6, 3 p. 196, 16 ut campos ... distinctae in fronte -ant arbores, in medio venustent. *al.*

2 *praevalentibus notionibus secundariis*: **a** *celandi, obscurandi*: **α** *incorporaliter, sc. -untur quaecumque excusanda, dissimulanda sunt*: Ⓘ *verbis*: VERG. Aen. 4, 172 *furtivum amorem Dido* coniugium vocat, hoc -it nomine culpam (SERV. auct.: praetegit. *perperam ad perf. verbi q. e.* praetegere *refertur* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1121 -it culpam: velavit peccatum [*sim.* 1119. 1120]). LACT. epit. 11, 1 *poeticum est sic fingere,* ut ea quae gesta sunt, figura et quasi velamine ... -as. PROSP. resp. ad Gall. 2 praef. nos, quod de supra scriptis capitulis intellegimus, nulla circumloquendi arte -ere. Ⓘⓘ *quolibet modo*: VERG. Aen. 4, 500 novis -ere funera sacris (SERV. praevelare, abscondere; ⌊et est antistrophe: funeribus nova sacra -ere⌋ [*addit* SERV. auct.]). AMBR. Abr. 1, 4, 24 publici muneris gratiā privatam culpam -uit. in psalm. 118 serm. 2, 1, 2 quemadmodum viam suam corrigat offensionemque adulescentioris aetatis seria iuventutis fronte -at. HEGES. 5, 50, 1 p. 406, 7 consuetudinem ... fraude. PRVD. c. Symm. 2, 226 stupra vestra deae Veneris -itis umbra. CLAVD. 3, 99 simulare fidem sensusque minaces protegere et blando fraudem -ere risu.

β *corporaliter -untur*: Ⓘ *res lucentes* (*e coni. vix recta* AVIEN. *p. 982, 62*): STAT. Theb. 3, 496 (*Amphiaraus precatur Iovem*) dextris ... profundum alitibus -e diem (pro- *var. l.*). 8, 47 (*loquitur Pluto*) pandam ... regna ... et Stygio -am Hyperiona caelo. GAVDENT. serm. 1, 25 (*in imag.*) *nos Christiani* sumus in luce; sed ipsi dies nostri quibusdam nebulis -untur. HIER. in Nah. 1, 3 l. 80 *quod nubes* stellarum ... lumen sua caligine nitantur -ere. Ps. HIL. euang. 53 *quattuor animalia alis suis* (*Is. 6, 2 apoc. 4, 8*) ora dei velant ... faciemque coruscam -unt, ... noceat ne fulminis ardor. Ⓘⓘ *varia*: AVSON. 322, 30 p. 262 fallax scuticam -it aluta. AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 22, 1 *si oculi* acies ... umoris suffusione -itur. VVLG. Iob 36, 28 *nubes* -unt cuncta desuper. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 749 obtectum praetendunt nubila caelum, umida nigrantem -unt vellera ⌊cratem⌋ (*i. compagem navis [sec. 5, 763], sc. quam nubes obscurant; 'de caelo nubibus contecto' Petschenig in indice* [*intellexisse videtur potius ipsa templa caeli obscurata quam rete quoddam obscuritatis obtentum, ut locus pertineat ad p. 1047, 13*]).

b *variis, sc.: protegendi, defendendi* (*cf. var. l. p. 1046, 34 sq.*): AMBR. Noe 7, 18 *pili* orbem oculorum -unt (-tegunt *B*). *praestringendi, attingendi* (*sc. praetereundo; hyperbolice*): AMBR. c. Aux. 15 regiam palatii -bam (pro- *var. l.*) eundo *ad martyres* atque redeundo. *praecludendi, obsaepiendi*: SALV. gub. 7, 72 *in civitate impudica* omnes vias aut quasi foveae libidinum interciderant aut quasi retia -bant *inevitabilia.*

II *pro obi. est quod (texendo) sive praeponitur, applicatur sive efficitur* (*sc. notione propria texendi plerumque evanescente; accedit dat. passim praeter A1a et C [cf.* in *c. abl. l. 49. 52. 65], abl. instr. p. 1047, 2. 9* [*cf.* in *c. abl. p. 1047, 4*]): **A** *praevalet respectus praetendendi, sc. ad protegendum vel celandum*: **1** *-untur verba vel argumenta* (*sc. quae aliquid probant, excusant, dissimulant; pro obi. est acc. c. inf. l. 24 [cf.* VELL. *sub C1], fortasse etiam l. 18 sq. 21, si subaudias* esse; *obi. explicatur per enunt. secund. l. 14. 23*): **a** *usu vario*: CIC. Pis. 56 *nemo* potest exercitum ... aperte ... petere, ut non -at cupiditatem triumphi (*antea*: triumphi nomine tegere atque celare cupiditatem suam). VAL. MAX. 2, 9, 6 *censor XXXIV tribus inter aerarios rettulit* -uitque causam, quia necesse esset eas *eqs.* (SEN. epist. 94, 64 ad continuandam potentiam. IVST. 16, 1, 4 ad sceleris patrocinia. *aliter* LIV. *sub C1*). EPIST. imp. Tit. (Année Épigr. 1962 n. 288) 9 sestertia *tot* ... nummorum tenuitati publicae, quam -itis, remisi. TAC. hist. 1, 72, 2 *Tigellinus* Titi Vini potentia defensus *est* -entis servatam ab eo filiam. 3, 8, 3 eadem Mucianus ... monebat, incruentam ... victoriam et alia ... -endo. 4, 73, 3 libertas et speciosa nomina -untur. ann. 4, 4, 2 multitudinem veteranorum -bat ... et dilectibus supplendos exercitus. TERT. apol. 40, 1 -entes ... ad odii defensionem illam quoque vanitatem, quod existiment *eqs.* HIER. epist. 28, 1 epistulae brevitatem causati sumus et rem libri non posse explicari litteris -uimus. *al.* *accedit praedicativum*: AMBR. Tob. 9, 35 creditor (*sc. diabolus*) -itur quasi fidelis, et quasi incredulus *is* (*sc. deus*), ad quem fidelis oppignorat (*antea*: in hoc ... *creditoris* nomine fraudem facit). **b** *cum dat. rei celandae, excusandae*: PLIN. nat. 13, 125 *medici* ista *argumenta* -unt noxio instrumento tantumque impudentiae est, ut venenum artis esse persuadeant. QVINT. inst. 1, 12, 16 difficultatis patrocinia -imus segnitiae. S. C. de sumpt. lud. glad. (CIL II 6278) 5 qui *fiscus* lanienae aliorum -retur. SYMM. epist. 5, 54, 5 privatam petitionem ..., cui sacrae reverentiae umbra -itur.

2 *-untur varia*: **a** *corporaliter* (*cum dat. rei protegendae; cf. etiam l. 61*): FRONTIN. strat. 1, 4, 1 *Aemilius Paullus* captivos lateri (captivis latera *var. l.*) euntium -uit; quorum respectu hostes inhibuere tela. RVT. NAM. 1, 537 procera suo -itur alga profundo *portum tegens.* 2, 33 *consilium dei* excubiis Latiis -uit Appenninum claustraque ... vix adeunda. **b** *incorporaliter* (*accedit dat. rei firmandae vel celandae*): AMM. 26, 10, 5 *quidam artis magicae peritus* doctrinarum diritatem ⌊causis inanibus⌋ -bat (⌊ ⌋ *nisi abl., ut spectet ad IB2*). SERV. auct. Aen. 4, 500 *v. p. 1045, 51.*

B *praevalet respectus ante apponendi, sc. ad ornandum vel quolibet modo instruendum*: **1** *in descriptione orbis terrarum*: OV. ars 1, 255 quid referam Baias -taque litora Bais (velis *var. l., ut pertineat ad I* [*cf. p. 1045, 31*]). AMBR. hex. 3, 5, 23 quas *insulas mare* velut monilia plerumque -it (*gr. p. 93^{B} περιαφίγγει, Eustath.* constringit). HEGES. 3, 6, 3 p. 197, 1 *Peraea* ab ortu solis arvis (urbis *sim. codd.*) Arabiae -itur. **2** *in ordine scriptorum* (*ut cogitare possis de vi praeverbii temporali, maxime l. 54 sq.*): PLIN. nat. praef. 21 in his voluminibus auctorum nomina -ui (FEST. p. 209 *cum Verrius versus* rettulerit ... nullius ⌊auctoris⌋ -to nomine [⌊ ⌋ praetoris *trad.; del. Lindsay Gloss.^{L} IV p. 315^{b}*]). 18, 23 auctores ... -uimus hoc in volumine (18, 212 volumini huic). APVL. flor. 18, 39 cui *hymno* dialogum -ui. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 292, 11 regulam prius adversarii -am. *respicitur simul series actionum describenda*: AMBR. fid. 2 prol. 11 alibi (*exod. 39, 2 sq.*) ... aurum -it et postea hyacinthum ... cum cocco subiungit ...; alibi (*exod. 39, 22 sq.*) ... prius flosculos format aurumque subnectit. **3** *vario usu*: SEN. epist. 86, 6 illis *marmorum crustis* undique operosa et in picturae modum variata circumlitio -itur. COLVM. 10, 296 sicubi odoratas -it amaracus umbras *eqs.* (*vix intellegas perf. verbi q. e.* praetegere). VAL. FL. 3, 436 (*in lustratione*) comis -ere frondes. PLIN. paneg. 52, 2 tibi maximus honor excubare pro templis postibusque -i (*cf. 3* tuam statuam in vestibulo Iovis ... cernimus; *accedit color protegendi*). AVIEN. Arat. 1411 *aer umidus* -itur agro. AMBR. hex. 6, 9, 58 *supercilia* oculis munimenta praetendunt, -unt gratiam. in Luc. 9, 29 *populo christiano* crucis in fronte -atur indicium. MACR. Sat. 1, 6, 11 toga, cui purpura -itur (ISID. orig. 19, 24, 16). Ps. MAX. TAVR. serm. 40 p. 617^{A} *ovis* hominem vestit; ... *agnus dei* credentibus aeternae salutis indumenta -it. *in imagine repetita a vestibus, quibus partes quaedam coloratae applicantur*: TERT. pudic. 8 p. 234, 9 *parabolae quidam interpretes* a vero lumine exorbitant eius comparationis, quam parabolae materia -it (*sc. imponit, praebet sim.; ibid. p. 234, 2 comparatur error, qui* in vestibus purpura oculandis *evenit. v. Le Saint, transl. 1959, ad l.; sunt qui intellegant perf. verbi q. e.* praetego).

C *praevalet respectus prae se ferendi, ostentandi sim.*: **1** *verbis: commendando, iactando*: LIV. 34, 59, 1 (*34, 58, 9* utrum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... videtur honestius liberas velle ... urbes an servas ... facere?) honestiorem causam libertatis quam servitutis -i titulo (*abl., vix dat.*). VELL. 2, 62, 3 *Brutus et Cassius,* ubicumque ipsi essent, -entes esse rem publicam (*ad structuram cf. p. 1046, 9*). *praefigurando*: AMBR. vid. 2, 13 in quo (*sc. locis quibusdam sacrae scripturae*) ecclesiae ... figura -itur. **2** *specie externa: produntur affectus sim.*: AMBR. Hel. 10, 35 *ne vultus ieiunantis* tristitiam -at. HEGES. 3, 1, 1 simulare audaciam ... et quasi speciem magnanimitatis -ere (*gr. 3, 2 δοκεῖν δεινοῦ παντὸς ἐπάνω τὴν ψυχὴν ἔχειν*). 5, 13, 2 dolo -ens animi magnitudinem in contemptu mortis, cum dolo turpi vitae effugia captaret *Castor* (*gr. 5, 330 δόξαν ἀνδρείας ... παρέσχον*). *spectanda praebentur astra*: CYPR. GALL. deut. 153 deum ... laudet caelum quodque (*an* quotque *?*) supra -it astra.

D *vario respectu, sc.: obiciendi* (*ad impediendum; ad obscurandum fortasse p. 1045, 68; vigente vi propria texendi* PLIN.): PLIN. nat. 16, 4 *Chauci* iunco funes nectunt ad -enda piscibus retia. CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 156, 4 *ut oculus mentis infirmae* imaginum corporearum velamen, quod sibi -itur, solum videat. *efficiendi, confingendi* (*sc. providenter?*): MACR. Sat. 5, 1, 18 *varietate stili sui Vergilius* hanc -uit velut in musica concordiam dissonorum (*antea*: videtur Vergilius non sine quodam praesagio, quo se omnium profectibus praeparabat, de industria permiscuisse *stilos varios* idque ... praevidisse).

p. p. p. praetextus, -a, -um *pro adi. v. p. 1044, 1.*

p. p. p. fem. pro subst. **praetexta,** -ae. *scribitur* prai- ACT. Arv. a. 155 (CIL VI 2086; *v. Gordon, Album II, 1964, n. 218*) 35. NOT. Tir. 97, 3. GLOSS. -a: *περιπόρφυρος. παρυφή. sim. al.; v. etiam p. 491, 81 et 1049, 67. legitur inde a* LVCIL., LEGE Bant., CIC., POLLIONE, NEP., HOR. [*confunditur in codd. cum* praetextata GELL. 1, 23, 13 DON. de com. 6, 1.]

1 *proprie de veste praetexta* (*fere toga, v. p. 1044, 3. 1049, 67*): **a** *exempla generalia et varia*: LVCIL. 12 -ae ac tunicae ⌞Lydorum⌟ opus sordidu⟨lu⟩m omne (⌞⌟ *sc. non mulierum Romanarum, si recte explicavit Marx*). PAVL. FEST. p. 236 -a pulla nulli alii licebat uti quam ei, qui funus faciebat. VELL. 2, 40, 4 *lex lata, ut Cn. Pompeius* ludis circensibus ... omni cultu triumphantium uteretur, scaenicis autem -a coronaque ⟨l⟩aurea (*similiter honorantur municipes quidam*: INSCR. Année Épigr. 1927 n. 158 [*Cumis; aet. Tib.*] ⟨prae⟩textas habeant. *cf. etiam* SEN. benef. 2, 34, 5 *res beneficio datae* ut pecunia, ut domus, ut -a. HIST. AVG. trig. tyr. 25, 4 Aurelianus ... utrique -am tribuens et senatoriam dignitatem). PLIN. nat. 8, 195 -ae apud Etruscos originem invenere (*item de origine*: FLOR. epit. 1, 5, 6. *al.; rem fusius tractat respiciens imprimis vestem liberorum* MACR. Sat. 1, 6, 7 sqq.; *cf. etiam p. 1044, 20*). 34, 98 Cyprio *aeri* si addatur plumbum, colos purpurae fit in statuarum -is (*item repraesentatur -a in statuis*: HIST. AVG. Prob. 24, 2. quatt. tyr. 3, 4. *aliter sub cβ*). QVINT. decl. 340, 13 ipsum illud sacrum -arum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiae sacram facimus. SVET. Claud. 17, 3 *currum triumphatoris sequebantur legati sim.* triumphalia ornamenta ... adepti ... in -a, M. Crassus Frugi ... in veste palmata. *perperam tribuitur matronis*: SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 29 ('quarum subsuta talos tegat instita veste') instita ... est ... fasciola, quae -ae adicitur (*recte Porph. ad l.* stola utuntur *eqs.*).

b *de honoris insigni magistratuum* (*Caesaris vel imperatorum l. 63. 75* [*cf. p. 1048, 26*]): **α** *in re publica Romanorum* (*vix addas* CIC. *p. 1044, 3; cf.* GLOSS. -a: *ἔνδυμα συγκλητικόν.* vestis consulum. *sim. al.*): LEX Bant. (CIL I² 582) 4 neive is *magistratus vel senator, qui contra legem fecerit,* in poplico ... -am neive soleas h⟨abet⟩o. NEP. frg. 27 Marsh. hac *purpura pretiosa* P. Lentulus Spinther aedilis curulis primus in -a usus improbabatur. OV. trist. 5, 6, 31 *e via* ceditur ... *iis,* quos -a verendos virgaque ... facit. Pont. 4, 9, 42 -am, fasces *Graecini consulis* (LIV. 2, 54, 4 consulares ... f., -am curulemque sellam [*nisi recte* -am togam *coni. Ogilvie*]. SEN. benef. 1, 5, 6 dial. 2, 12, 2 STAT. silv. 1, 2, 234. *al.*). LIV. 21, 63, 10 *consulem designatum clam in provinciam profectum esse* magis ... in deversorio hospitali quam apud penates suos -am sumpturum (perioch. 74 *luctu deposito* -ae et alia magistratuum insignia sumpta sunt. SEN. dial. 10, 20, 1. IVV. 10, 99 *Seiani* -am sumere mavis? TAC. hist. 2, 89, 1 *Vitellius* sumpta -a *urbem iniit* [*opp.* paludatus]. HIST. AVG. Heliog. 15, 6. *cf. e. g. p. 1048, 13. 15 et* PLIN. paneg. 59, 2 induere -am). VELL. 2, 65, 3 Ventidium ... consularem -am iungentem praetoria ([praetoriae *Gelenius*]. AMBR. in psalm. 1, 46, 2). VAL. MAX. 3, 6, 7 Cato praetor ... iudicia nulla indutus tunica, sed tantum modo -a amictus egit. 9, 12, 7 Ciceronem *praetorem* ... -am ponentem, *ut damnaret reum repetundarum* (FRONTO p. 75, 14 [*thema declamationis*]. *cf. p. 1048, 12. 46. al. et* PLIN. paneg. 61, 8 -as exuerant: resumant *denuo consules facti.* SVET. Iul. 16, 1 dimissis lictoribus abiectaque -a domum clam refugit. SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 3 deposuisse [*ad Cic. Vatin. p. 1044, 13*]). SEN. dial. 9, 11, 9 -am et augurale et lora patricia. epist. 31, 10. STAT. silv. 4, 1, 22 *Domitiani consulis.* QVINT. inst. 5, 13, 39 -am demissam ad talos (*sec. Cic. Cluent. 111* purpuram). 6, 1, 31 -a C. Caesaris praelata in funere cruenta. TAC. hist. 3, 31, 4 Caecina -a lictoribusque insignis (*adde p. 1047, 71*). PLIN. paneg. 56, 4 paludamento mutare -am (*cf. p. 1047, 64*). *al. per comparationem de veste sanctorum christ.*: Ps. AMBR. act. Seb. 6, 22 congaudeamus martyrii -a indutis et caeli factos consules gloriemur. VEN. FORT. Mart. 2, 452 lacteus iste toga ... micat ..., hunc -a nitens *ornat eqs.* **β** *in coloniis municipiisve* (*cf. l. 14. p. 1047, 35*): HOR. sat. 1, 5, 36 Fundos ... linquimus, insani ridentes praemia scribae, -am et latum clavum (*cf.* PORPH. *ad l.*). CARM. Année Épigr. 1975 n. 461, 3 nunc ubi -a, quo nunc abiere secures *magistratus cuiusdam Sulcitanorum*?

c *de veste in re sacra adhibita*: **α** *-am sumunt qui sacra faciunt* (*cf. p. 1047, 44*): CE 1525B, 4 (*saec. I¹*) -ae *puerilis* positae ⟨causa pariterque re⟩sumptae *est* ⌞septemvir⌟ puer (⌞⌟ *sc. epulonum, cuius honoris insigne recepit*). PETRON. 78, 1 -am *Trimalchionis seviri Augustalis.* ACT. Arv. a. 87 (CIL VI 2065) II 24 *fratres Arvales* sumptis ... -is et coronis ... deae Diae agnam opimam immolarunt (*in iisdem sacris*: a. 218 [CIL VI 2104] a 8 cathedris conseder(unt) praetextati et ibi -as deposuerunt. a 21 -as acceper(unt). *sim. al.; vix cogites de neutr. plur. in titulo neglegenter scripto*: a. 240 [Dessau 9522] II 7 -a(m) deposuit. *ibid.* 9 utrique -a(s) po⟨s(uerunt)⟩ [praetext(as) acc(eperunt) *legit Wissowa, Hermes 52, 1917, 335*]). TAC. ann. 2, 14, 1 sanguine sacro respersa -a *sacrificantis.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 4, 4 Pighi -is sumptis *in Capitolium venerunt imperator aliique*; ... rem divinam fece⟨ru⟩nt (*in isdem ludis*: 5ª, 48 ture vinoque fecit; dein posita -a *eqs.; sim. al.*). TERT. idol. 18, 1 -ae vel trabeae vel palmatae ... sacerdotum provincialium *insignia sunt.* HIST. AVG. Alex. 40, 9 accepit -am ..., cum sacra faceret, sed loco pontificis maximi, non imperatoris. SERV. auct. Aen. 8, 552 *flamines Martialis et Quirinalis aliter ac Dialis* neque semper -am neque apicem nisi tempore sacrificii gestare soliti erant. *al.* **β** *-a amiciuntur statuae deorum*: PLIN. nat. 8, 197 Servi Tulli -a⟨e⟩, quibus signum Fortunae ab eo dicatae coopertum erat, duravere ad Seiani exitum. PLIN. epist. 8, 8, 5 Clitumnus ... amictus ornatusque -a. TERT. idol. 18, 3 cum ... ipsis etiam idolis induantur -ae et trabeae et laticlavi. *huc pertinere videtur, si recte intelleximus*: INSCR. Tun. Merlin 868a ipsum *Aesculapium* (*aliter vol. VII 1, 841, 52*) inauravit et -a(m) votum dedit (*vix neutr. plur., ut ad p. 1049, 64 spectet*).

d *de veste liberorum ingenuorum* (*cf. p. 1047, 40; parum accurate definitur* ISID. orig. 19, 24, 16 -a puerile est pallium, quo usque ad sedecim annos pueri nobiles ... utebantur [*sim.* GLOSS.]): CIC. Catil. 2, 4 *Tongilium* amare in -a coeperat (*vergit ad 2b ut*: HIST. AVG. Comm. 2, 1 adhuc in -a puerili congiarium dedit). PROP. 4, 11, 33 facibus cessit -a maritis (*item de veste puellae*: QVINT. decl. 349, 6 *per stuprum* virginis -am scidisti). FEST. p. 245 depositis -is (*v. p. 1044, 68*). SEN. contr. 9, 5, 1 *puer* vagabatur lugubri sordidaque -a. VAL. MAX. 3, 1, 1 statua bullata et incincta -ā *pueri.* CE 1525B, 4 *v. l. 12.* STAT. silv. 2, 1, 136 deerat -a *filio liberti.* CARM. Quint. inst. 8, 3, 19 -am in cista mures rosere camilli (*si recte huc traximus*). QVINT. decl. 340, 11. 13. TAC. ann. 1, 3, 2 posita puerili -a (*addas l. 40*). *al.*

2 *metonymice*: **a** *de fabula complectente res Romanas (sc. per actores toga praetexta indutos; cf. p. 1044, 62. 1051, 37): exempla*: POLLIO Cic. fam. 10, 32, 3 *Balbus* ludis -am de suo itinere ... posuit et ..., cum ageretur, flevit (*de eadem ibid.* 5 -am, si voles legere, Gallum ... poscito). HOR. ars 288 *poetae ausi* celebrare domestica facta, vel qui -as vel qui docuere togatas. *doctrinae gramm.*: PAVL. FEST. p. 223 -ae appellantur, quae res gestas Romanorum continent scriptae (*sim.* DON. de com. 6, 1 ⟨tragoedia⟩, si Latina argumentatio sit, -a [-tata *var. l.*] dicitur. SCHOL. Hor. ars 288. *cf.* SCHOL. Hor. epist. 2, 1, 193 -ae argumenta habent de eversione Corinthi). DON. Ter. Ad. 7 *fabulae* species sunt tragoedia, comoedia, togata, tabernaria, -a, crepidata, Atellana, *μῖμος,* Rinthonica. SCHOL. Hor. ars 288 -am quidam dicunt tragoediam, togatam autem comoediam; alii autem dicunt -am et togatam com⟨o⟩edias esse. *ibid.* -as et togatas scripserunt Aelius Lamia *eqs.* **b** *de ipsa pueritia* (*huc quoque vergit iam* CIC. *l. 39*): MANIL. 5, 456 *paedagogus,* qui ... dominum dominus -ae (-a *var. l.*) lege sequatur. PLIN. nat. 33, 10 cum *filius Tarquinii Prisci* in -ae annis occidisset hostem. GELL. 1, 23, 13 *Papirio puero* cognomentum ... inditum Praetextatus ob tacendi loquendique in aetate -ae prudentiam. AVG. civ. 4, 11 p. 161, 15 dea Iuventas, quae post -am excipiat iuvenalis aetatis exordia. **c** *de ipso magistratu*: SYMM. or. 4, 8 mos fuit fastidita diu onera -ae privatorum umeris paulisper imponere (*sc. consulum suffectorum*).

p. p. p. neutr. pro subst. **praetextum,** -ī. *occurrit imprimis abl. sing.* -o *idque inde a* LIV., MANIL., *nisi fallimur (codicibus passim inter* -o *et* praetextu *discrepantibus meliorem traditionem rationemque sequi temptavimus); ceterum exstat nom.* -um *apud* SEN. *philos.,* SVET. *al., acc.* -um *apud* VAL. MAX. *p. 1049, 52 sq.,* SVET. *p. 1049, 40, quos locos vix ad subst.* praetextus *referas, ita ut excepto* GREG. M. *p. 1052, 39 etiam alia exempla acc. ambi-*

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gui -um *huc traxerimus, sc. l. 42. 68; acc. plur.* -a *vix agnoscendus videtur p. 1048, 19. 34; abiit in sermonem gr. l. 71.*

1 *significatur quod texendo praeponitur:* **a** *ad (dis)simulandum, celandum vel protegendum, excusandum (sive de velamento, specie externa sim., ut l. 13. 21. 23, sive de causa in medium prolata, ut l. 14. 30 sqq. 38). accedit passim gen. eorum quae tegunt, excusant, sed eorum quae excusantur l. 39; pron. pro gen. l. 32; syn.* obtentus *l. 19,* species *l. 26, opp.* causa *l. 39; cf.* GLOSS. -um: *παραχάλυμμα.* figuraliter seu scema (*sub voce* prot- *traduntur eadem*; -u[m] f., seu ⟨-um⟩ sc⟨h⟩ema *temptatur* GLOSS.^{L} V Aa P 1147). GLOSS. II 418, 17 *προχάλυμμα*: protectio, -um, prestigium, velamentum. GLOSS.^{L} II Philox. PR 168 -o (-u *Laistner*): *προφάσει.*

α sub -o (ex -o *v. p. 1052, 54*): LIV. 36, 6, 5 *a Boeotis* decretum ... sub leni verborum ⌞-o⌟ pro rege adversus Romanos factum est (⌞ ⌟ *cod. Bamb. al.,* -u *cett. et plerique edd.*). perioch. 118 *Brutus* sub -o (*vel* -tato *codd. potiores,* -u *recc.*) rei publicae et suscepti contra M. Antonium belli exercitum ... in potestatem suam redegit. TERT. adv. Val. 9, 3 sub -o (*codd.*; -u *ed. Rhenani; cf. l. 41. p. 1052, 32*) dilectionis ... aemulatio superabat (Ps. CYPR. singul. cler. 8 p. 181, 23 [-u *var. l.*]). CYPR. unit. eccl. 3 *ministri diaboli asserunt* desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub -o fidei ([-u *recc. duo*]. LVCIF. moriend. 4 l. 44 [-o *V,* -u *G*]. *cf. p. 1052, 26*). Ps. CYPR. pudic. 13, 2 *caro* sub -o (-tecto, -textu *var. ll.*) ... naturae ... blandimento voluptatis fallens ... iactat in crimen. LACT. inst. 5, 1, 14 prima dulcedo *poculi melle illiti* acerbitatem *medicamenti* ... sub -o suavitatis occultat. HIL. coll. antiar. p. 52, 9 sub -o ecclesiasticae regulae (-u *edd. vet.*). in psalm. 138, 45 dolosa ... doctrina est haereticorum, sub nomine dei blasphema, sub -o (-u *var. l.*) religionis impia, sub veritatis specie fallax (REGVLA mag. 78, 13 [-o *cod. P saec. VI ex.,* -u *A saec. IX*]). CANON. Turner I 2, 1 p. 32^{x} sub -o aeclesiae (*I 1, 1 p. 27* sub obtentu, *gr. προφάσει*). **β** *abl.* -o *sine praepos. (cf. l. 11):* TAC. hist. 1, 77, 2 Vopiscus *ab Othone consul suffectus* -o veteris amicitiae; plerique ... interpretabantur *aliter.* 2, 100, 3 *Caecina* Ravennam devertit -o classem adloquendi. 3, 80, 1 -o rei publicae (*cf. l. 15*). SVET. Tib. 28 hoc -o (*sc. laesae maiestatis; item cum solo pron.*: IVST. 29, 3, 6 hoc -o). *in sermone iuris trad. codd. optimis vel unicis, sed perperam fortasse coll. usu p. 1052, 44 illustrato:* HERMOG. dig. 24, 1, 60 pr. -o matrimonii (*cod. F hoc uno loco,* -u *undevicies*). COD. Theod. 8, 4, 9 sportulae sollemnis -o (*cod. R*). 12, 1 177, 1 -o legis (*cod. V, qui* sub -u *exhibet sexies*). **γ** *nom. vel acc.* -um (*cf.* GLOSS. *ad a allatas*): SVET. Iul. 30, 2 -um quidem illi *Caesari* civilium armorum hoc fuit; causas autem alias fuisse opinantur (*item cum gen. rei excusandae:* Aug. 12 ad -um mutatae voluntatis [*coll. l. 32. 38 vix ad subst. q. e.* praetextus]). TERT. paenit. 5, 2 iam quidem nullum ignorantiae -um tibi patrocinatur. PANEG. 2, 43, 6 se ... favoris tui obtendisse -um *ad alliciendos milites. de* GREG. M. *v. p. 1052, 39.*

b *ad ornandum, distinguendum, sc. de apparatu, decore, ornamento sim. (de honoris insignibus l. 54, de ipsis animantibus l. 56 sq.; addasne* TAC. *p. 1052, 71?):* MANIL. 3, 131 nobilitas tenet octavam *sortem,* qua constat honoris condicio ... et specioso gratia -o (-u *var. l.*). SEN. contr. 9, 2, 14 quod sub -o publicae maiestatis ⟨agitur⟩ (*sc. supplicium sumendum*). VAL. MAX. 2, 10 pr. maiestas clarorum virorum ... iucundo introitu animis hominum adlabitur admirationis -o (-u *L man. alt.*) velata. 4, 4, 1 *Publicola* maximorum operum -o titulum imaginum suarum amplificavit. 5, 5, 1 *Scipio* triumphi ... -um (-am *trad.*) huius *Africani* cepit, illius *Asiatici* tradidit *fratri* (7, 1, 1 consulatus decus, ... t. -um). 7, 3, 8 magistratum ... abiecto honoris -o ... incedere *vestibus mutatis.* 7, 5, 6 Cato plus moribus suis praeturae decoris adiecturus quam -o eius splendoris ipse laturus. SEN. epist. 71, 9 illud pulcherrimum rei publicae -um, optimates. TAC. hist. 1, 76, 2 *Othonianis* erat grande momentum in nomine urbis ac -o senatus.

c *ad impediendum, sc. de obstaculo (oculis opposito):* CHALC. comm. 62 *nautae ascenderunt arborem navis,* ut -o oppositae molis emenso libero iam ex altiore despectu subiecta undique considerentur (*antea*: obsistente ... marina incurvitate).

d *ad praefiniendum, sc. de condicione praemissa:* PAP. Tjäder 34, 7 (*a. 551; contextu manco*) sub eo -o mutuast⟨i⟩ (*vix ad a*).

2 *significatur quod texto praecinctum est, sc. vestimentum (vix huc trahas titulos p. 1048, 19. 34):* CHAR. gramm. p. 120, 7 (*sim.* DVB. NOM. gramm. V 587,5) -um quidam dici volunt, quia intellegitur vestimentum; sed consuetudo vicit, quae praetextam dicit, referens scilicet ad togam. Pass. Theclae C d 26 p. 73, 22 conscidit -um eius *Alexandri cuiusdam nobilis* et detraxit coronam de capite illius (fibulatorium *vel* clamidem *recc. aliae, gr. τὴν χλαμύδα*). *in sermone gr. aet. rec.* CONSTANT. PORPH. caer. aul. Byz. 2, 28 p. 1168^{A} *πραϊτεχστον* (*-σεκ- trad.*).

deriv.: praetextatus (*a* praetexta), 2. praetextus (-ūs).

***praetextātus,** -a, -um. *a* praetexta (*item* PRISC. gramm. II 441, 25 ISID. orig. 19, 24, 16. *cf. p. 1051, 45*). *scribitur cum apice* -áti ACT. Arv. a. 120 (CIL VI 2080) 30. 32. *abbreviatur* praetext ACT. Arv. a. 218 (CIL VI 2104) a 13. NOT. Tir. 97, 4. *compar. et superl. nimirum desunt, sed cf. infra l. 50.* PRISC. gramm. II 562, 16 paludatus, togatus, -us, trabeatus (*inter verba,* quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur). *de notione:* GLOSS. -us: infans qui ⌞de -o⌟ patre nascitur (⌞ ⌟ deperdito *editur* GLOSS.^{L} V Abba PRAE 79). genus officii vel genus vestiment⟨or⟩um. nobilis. -am: *ἔντιμον.* GLOSS. I p. 42 -us: purpuratus (*cf.* SCHOL. Iuv. 11, 155 *quos* purpura vestit: qui -i sunt). *al. legitur in prosa oratione inde a* CIC., VARRONE, BELLO Alex., *in sermone gr. p. 1051, 16. 47; raro in poesi, sc. apud* CATVLLVM (*semel*), MART. (*semel*), IVV. (*ter*), AVSON. (*ter*). *al.* [*confunditur in codd. cum* praetextus *l. 17. p. 1051, 50, cf. p. 1044, 66. 70. 1051, 45.*]

1 *usu originario i. q. praetexta indutus (opp.* sagulatus *p. 1051, 14,* palliolatus *l. 60, alia adiectiva distinguuntur vol. X 1, 170, 5; de feminis tantummodo p. 1051, 16 sq., fortasse etiam l. 6. 64):* **a** *de iis qui munere publico funguntur (functi sunt):* **α** *de Romanorum magistratibus, senatoribus, imperatoribus (de peregrino honorando l. 22):* CIC. dom. 98 -os inimicos (*sc. consules*; praetextos *codd. plerique vix recte*). Vatin. 16 de quibus *tribunis a te illusis* duos -os sedentis vides (*sc. praetores factos*). Pis. 25 te -um, *sc. Pisonem consulem.* Phil. 2, 110 cur non sumus -i *occasione ludorum? (aliter sub b).* Att. 6, 1, 22 *ultimo die consulatus mei* Magnus (*sc. Pompeius*) ... -us ... fui (*sc. non paludatus*). ad Q. fr. 2, 11, 3 *peregrinum quendam* -um (*sc. honoris causa; cf. etiam p. 1044, 18*). LIV. 7, 1, 5 patricios magistratus curulibus sellis -os tamquam consules sedentes. 34, 7, 2 purpura viri utemur -i in magistratibus, in sacerdotiis. VAL. MAX. 9, 7, 4 (*de praetore quodam*). SEN. dial. 7, 25, 2 (*si recte huc traximus contextu corrupto*). SVET. Tib. 17, 2 triumphum ipse distulit ...; nihilo minus urbem -us et laurea coronatus intravit. Nero 57, 1 imagines -as *Neronis.* FLOR. epit. 1, 13, 14 -os senes. PANEG. 3, 29, 5 consulibus -is. MACR. Sat. 1, 6, 2 *v. vol. X 1, 170, 5.* CE 426, 2 prae⟨tor⟩ *et* ... -us agri iudex. **β** *de magistratu municipali:* CE 1603, 4 (*e colonia Mauretaniae Caes.*) -um patre(m) (*antea*: patre duoviro). **γ** *usu poetico Christianorum: de Christo purpura regis induto (Marc. 15, 17. al.):* CARM. adv. Marc. 5, 166 -us palmarum sustinet ictus. *de martyribus:* VEN. FORT. carm. 8, 3, 179 incedit ... -a potestas ... patricio ... potitura loco *in caelo.*

b *de iis qui rem sacram faciunt vel ludis praesunt (cf. l. 24; pueros -os in re sacra ministrantes sim. v. l. 58. p. 1051, 1):* CIC. Pis. 8 Sextum Cloelium, qui numquam antea -us fuisset, ludos *Compitalicios* facere et -um volitare passus es (*de eadem re* ASCON. Pis. p. 15, 9 *et* 12. *cf., si recte suppletur,* FEST. p. 322 *qui ludi* fiunt a vicanis [vicinis *cod.*] ⟨praetextatis⟩). LIV. 27, 37, 13 decemviri *sacris faciundis* coronati laurea -ique. PETRON. 71, 9 *sevirum Augustalem* in tribunali sedentem -um. PLIN. nat. 22, 11 *centurionem quendam* -um immolasse. LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038; *saec. I*^{2}) 15 *flamini ius esto* spectaculo publico ... ⟨interesse prae⟩textato. ACT. Arv. a. 118 (CIL VI 32374) 49 fratr⟨es Arvales⟩ praetext⟨a⟩ti sacr⟨ific⟩ium deae Diae ture v⟨ino fecerunt⟩ (*sim.* a. 120 [CIL VI 2080] 30. *et al. ibid.*). ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2, 25 Pighi XVviri -i. 5^{a}, 47 *Severus et Antoninus Augusti* -i coronatique ... venerunt. *al.*

c *de liberis ingenuis* (*opp.* adulescens SVET. gramm. 16, 2. *adhibetur saepius ad indicandam aetatem alicuius nondum adultam:* adhuc -us *l. 63. 73,* tum [tunc] -us *l. 66. p. 1051, 3, specie quadam gradationis* admodum -us *l. 55, ceterum e. g. l. 54. 68*): **α** *attributive:* CIC. Verr. II 1, 151 Hortensius pupillum Iunium -um venisse *in iudicium* ... questus est (*nisi ad β*). 2, 80 -us Sopatri filius (Mur. 11 *solent* sedere in equis triumphantium -i ... f. Sest. 144 -um eius *rei* f. *al.* VELL. 2, 59, 2 obiit -o relicto f. PLIN. epist. 4, 13, 3. FLOR. epit. 2, 6, 10 *servavit* patrem -us admodum f. [*sc. Scipio; item de eodem* OROS. hist. 4, 14, 6; *cf. Liv. 21, 46, 7* pubescentis f.]. *al.*). 3, 159 puer -us (PAVL. FEST. p. 36 VAL. MAX. 7, 6, 1 p. 354, 5. 8, 1 absol. 8 p. -um et ingenuam virginem. *al.; intersunt caerimoniis quibusdam:* FEST. p. 245 nubentem deducunt. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5^{a}, 59 Pighi ⟨puer⟩i praetex⟨tati ... et puel⟩lae palliolatae *carmen cecinerunt.* ACT. Arv. a. 218 [CIL VI 2104] a 13. *al.*). Q. CIC. pet. 10 liberos. QVINT. decl. 340 tit. novicius. IVV. 1, 78 adulter (SCHOL. puer, qui adhuc vir non est). SVET. Cal. 14, 1 nepotem ... -um adhuc. PORPH. Hor. carm. saec. 1 (*inde* SCHOL.) a virginibus puerisque ⌞-is⌟ ... cantatum est *carmen* (⌞ ⌟ *ἀπὸ κοινοῦ positum videtur, sed cf. l. 60*). **β** *praedicative (addasne l. 52? exempla selecta inde a* SEN. *philos.*): CIC. Arch. 5 cum -us etiam tum Archias esset (LIV. 40, 42, 7 tum. 42, 34, 4 filii quattuor togas viriles habent, duo -i sunt. *al.*). Phil. 2, 44 -um te decoxisse. LIV. 45, 40, 8 quos *filios triumphatoris* -os curru vehi ... oportuerat (*cf. l. 53*). SEN. contr. 1, 3, 10 declamaverat ... Varus Quinti⟨li⟩us, tunc Germanici gener, ut -us. VELL. 1, 10, 3 *filios* duos minores natu -os, quo tempore victoriam adeptus est, habuit *Paullus.* VAL. MAX. 3, 1, 2 p. 109, 23. SEN. dial. 10, 6, 1 *Livius Drusus* ausus est ... et pupillus adhuc et -us iudicibus reos commendare (QVINT. inst. 1, 8, 2 optime C. Caesarem -um adhuc ... dixisse: '...'. SVET. Aug. 56, 2 Cal. 24, 1). ACT. Arv. a. 118 (CIL VI 32374) 52 pueri patrimi ⟨et matrimi⟩ senato-

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum fili -i cum publicis ad ⟨aram⟩ rettulerunt (*nisi attributive; sim. saepius ibid., e. g.* a. 120 [CIL VI 2080] 32). SVET. Cal. 10, 1 *proaviam* defunctam -us etiam tunc pro rostris laudavit. CIL IX 4208 *quidam* ex indulgentia -us adiu⟨tore patre⟩ ... primus om⟨nium⟩ *gladiatorum paria dedit* (XIV 4649). *al.* γ *per se nec ad alia determinanda positum* (*sc. pro subst. masc., sed fem. l. 16. 18*): CATVLL. 61, 182 mitte bracchiolum ..., -e, puellulae. BELL. Alex. 58, 4 conventus ... matrum familias ac -orum. LIV. 22, 57, 9 iuniores ab annis septendecim et quosdam -os *ad arma vocant.* FEST. p. 245 *v. p. 1044, 67.* PLIN. nat. 9, 77 *tergore anguillae* verberari solitos tradit Verrius -os. QVINT. decl. 340, 9 specie -i. Ps. QVINT. decl. 3, 12 cum -i militabant. IVV. 10, 308 ephebum deformem ..., -um ... loripedem. SVET. Aug. 44, 2 *in spectaculis* assignavit -is cuneum suum et proximum paedagogis (*cf.* CIL VI 32098 c [*saec. I vel II ex amphitheatro Flavio*] ⟨pra⟩etext⟨atis⟩). *al.* FLOR. Verg. 3, 7 utrum praeclarius sit sagulatis an -is imperare (*sc. militibus an pueris*). GAIVS inst. 3, 220 *si* quis matrem familias, aut ⌞-um⌟ adsectatus fuerit *contra bonos mores* (⌞ ⌟ -um -amve INST. Iust. 4, 4, 1 [*τῷ -ῳ ἢ τῇ -ῇ ..., τουτέστι τῷ νέῳ ἢ τῇ νέᾳ* THEOPHIL.]. *item in definitione iniuriae*: PAVL. coll. Mos. 2, 5, 4 cum matronae vel -ae [-tote *var. l.*; -o -ae *suspicatur Huschke*] comites abducuntur). *al.* *iocose de adultis discentibus*: SEN. contr. 1 praef. 11 in quo *atriolo* duos grandes -os ait *Cicero* secum declamare (*sc. Hirtium et Pansam consules, v.* SVET. rhet. 25, 3).

2 *per enallagen de rebus ad homines praetexta indutos pertinentibus*: **a** *respicitur praetexta liberorum ingenuorum*: α *exempla varia*: MART. 10, 13 (20), 4 tu mihi simplicibus ... dilectus ab annis et -a cultus amicitia. IVV. 2, 170 -os ... mores *puerorum mollium* (SCHOL. mores, quos filii senatorum ... habent). AVSON. Mos. 403 -i ... facundia ludi. β verba -a, *sc. impudica* (*sunt qui hanc notionem referant ad actionem praetexendi, ut intellegenda sint verba tecta et ambigua [contra exempla infra allata] vel verba, quae excusatione praemissa egeant [cf. p. 650, 22 sqq.]; sed formatio adi., ut temptavit iam Fest. p. 1044, 66, videtur referenda esse ad toga praetexta indutos [sc. libera protervitate loquentes?]; impudicitia respicitur etiam l. 25*): SVET. Vesp. 22 erat ... dicacitatis ... sordidae, ut ne -is quidem verbis abstineret. GELL. 9, 10, 4 *concubitum narravit Vergilius* (*Aen. 8, 504 sq.*) tam evidentibus ac tamen non -is, sed puris honestisque verbis. *de* MACR. Sat. 2, 1, 9 *v. p. 1044, 70.*

b *respicitur praetexta magistratuum sim. Romanorum in scaenam inductorum, sc. ut f. pro subst.* -a (*potius adi. l. 51. 55*) *significet fabulam res Romanas complectentem* (*pertinentem ad genus tragicum praeter l. 56; de variis partitionibus generis dramatici v. Lesky, Ges. Schriften, 1966, 583 sqq.; cf. supra p. 1044, 62. 1048, 48*): EVANTH. de com. 4, 1 Latinos multa fabularum genera protulisse, ut togatas ..., -as a dignitate personarum tragicarum ex Latina historia, Atellanas *eqs.* (*sim. definiuntur*: DIOM. gramm. I 489, 24 prima species est togatarum quae -ae dicuntur, in quibus ... reges Romani vel duces inducuntur, ... sublimitate tragoediis similes. 489, 26 -ae [-texta(e) *trad.*] ... dicuntur, quia fere regum vel magistratuum, qui praetexta utuntur, ... acta comprehenduntur. 490, 13 *v. infra.* LYD. mag. 1, 40 [*πραιτεξτᾶτα(ν) edd., πρετεξα(ν)τα cod.; opp. κρηπιδᾶτα*]). DIOM. gramm. I 482, 28 -a, tabernaria (*genera* poematos dramatici *Romanorum, quibus apud Graecos respondent* tragica, comica). 489, 15 togatae ... in -as (-textas *var. l.*) et tabernarias dividebantur (*species est togatae ut l. 43 et* 490, 11 togata -a a tragoedia differt, quod in tragoedia heroes inducuntur ..., [490, 13] in -a autem ⟨duces Romani, ut in ea⟩ quae inscribitur Brutus [*suppl. Leo apud Kaibel, Com. Gr. Frg. I 1, 1899, 60*]). GRAMM. VI 274, 8 -a (*iuxta alia genera poeseos; sim.* Ps. BASS. gramm. VI 312, 9). SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 15 haec ... *Accii* tragoedia -a Brutus inscribitur. SCHOL. Hor. ars 288 comoediarum genera sunt sex: stataria, motoria, -a, tabernaria, togata, palliata (*inde* SCHOL. Ter. p. 76, 12. *cf. p. 1048, 60*).

*?***3** *abusive in iunctura* toga -a *pro* t. praetexta (*si recte trad.; usum vix defendas coll. altera structura verbi q. e.* praetexere *p. 1046, 66 nec est quod cogites de p. p. p. verbi intensivi* praetextare *ceterum ignoti*): VARRO frg. Non. p. 189, 17 proinde ut non reges nostri undulatas et -as t. soliti sint habere (*errore scribae cuiusdam sec.* undulatas*?*). PAVL. FEST. p. 155 Mutini Titini sacellum Romae fuit, cui mulieres velatae t. -is solebant sacrificare (t. praetextis *Festo restituunt viri docti; ad rem v. Herter, RE XIX 1719, 53 sqq.*).

pro subst. masc. v. 1cγ, fem. v. 2b, ceterum l. 16. 18 et fortasse etiam p. 1050, 6.

cf. Onom.

[praetexto *v. l. 60.*]

praetextum *et* **1. praetextus** *v.* praetexo.

2.ˣpraetextus, *abl.* -ū *m.* *a* praetexere. *exceptis nom.* -s COD. Iust. *sub 1bγ,* GLOSS. *et acc. ambiguo* -um (*de quo v. p. 1048, 73. 1052, 39*) *non legitur nisi abl.* -u, *sc. inde a* PETRON., *nisi sec. var. l. huc trahere malis iam* LIV., MANIL. *al. sub voce* praetextum *allatos, ubi v.; frequentatur in sermone iuris.*

i. q. actus vel effectus praetexendi (*cf.* GLOSS. II 423, 43 *πρόσχημα, τὸ προκάλυμμα*: -s [pro- *trad.*], obtentus. V 575, 55 -s: habitus. GLOSS.ᴸ II Philox. sv 57 sub ⟨p⟩r⟨a⟩etextu: *ἐπὶ προσχήματι. quod quis praetexens opponit, indicatur per gen. obi. passim, per struct. verbalem autem l. 47. 64, solo pron. l. 59; cum gen. subi. vel poss.* GREG. M. *l. 28 et sub 2; sine tali indicatione* TAC. *sub 2*): **1** *(dis)simulando, celando vel protegendo, excusando* (*sive de velamento, specie oblata ut l. 22. 34, sive de causa in medium prolata, ut l. 12. 32 et passim sub b; pro syn. est* causa *l. 37,* color *l. 63,* nomen *l. 22,* species *l. 28. 60,* velamen *l. 15, opponitur* veritas *l. 29. 38. 42*): **a** *in sermone communi*: α *abl.* -u: Ⓘ *iuncturae praepos.*: sub -u: PETRON. 97, 9 scio te ... ad occidendum me venisse; ... funde sanguinem, quem sub -u quaestionis petisti. VICTORIN. POETOV. in apoc. 1, 8 qui sub -u misericordiae inlicita peccata *docent* (2, 3). HIL. coll. antiar. app. p. 183, 15 simplices ... sub -u nom̶inis christiani ... inretitos ([*antea*: exquisitorum verborum velamine]. VIGIL. THAPS. c. Arian. 3, 12. *cf.* ZENO 1, 2, 7 alieni n.). GAVDENT. serm. 13, 12 *Iudas* sub -u ... pietatis ... fallaciae verba deprompserat (CONC.ˢ II 5 p. 146, 9 [*gr. Isid. Pelus. epist. 1, 370 ἐν προσχήματι, quod item vertit* FACVND. defens. 2, 4, 13 sq.; *cf. Rustic. Conc.ˢ I 4 p. 10, 27* sub p. figmento]. *sim.* CASSIAN. inst. 10, 5 sub -u coloris pii). SCHOL. Iuv. 2, 65, 1 'Stoicidae': qui sub -u philosophiae infamiam exercent. AMBROSIAST. in Eph. 4, 14 veritatis (*antea*: sub veri nomine). HIER. epist. 52, 9, 2 sub -u elemosynae quaerunt divitias (*cod. G saec. VI/VII et cett., ut in eadem iunctura* 58, 2, 2 *praeferenda videatur var. l.* -u *pro* -o). EVSTATH. Basil. hex. 9, 1, 10 sua ... dicta sub -u interpretationis adstruere (*gr. ἐν προσποιήσει ἐξηγήσεως*). DIONYS. EXIG. praef. 6, 1 sub -u fidei perfidiam insinuare (GREG. M. moral. 18, 12). *al.* *iuncturae variae*: GREG. M. past. 3, 16 p. 76ᶜ sine iustitiae -u (*antea*: sub aemulationis specie). in I reg. 2, 54 *Heli* nulla religionis veritate resplenduit; nam ... ornatus ille *sacerdotis* ... ex -u fallaciae erat. 2, 91 *sacerdotes mali* nobilitatem dignitatis proferunt in -u religionis (*item* in *c. abl. infra l. 73*). Ⓘⓘ *exempla cetera*: TERT. cult. fem. 2, 9 l. 21 ne ... licentiam usurpetis -u necessitatis (-u *cod. A,* -tato *cett.,* -o *ed. Rhenani; cf. p. 1049, 17*). DICT. 5, 6 -u pacis bellum ... instruere (-o, praecepto *var. ll.*). HIST. AVG. Heliog. 34, 3 *improba reticui vel* -u verborum adhibito ... texi (*cf. p. 1049, 14*). RVFIN. hist. 4, 74 -u mysticae doctrinae (*gr. προσχήματι*). TRACT. Pelag. 3, 12, 6 nolo avaritiam tuam vel misericordiae vel pauperum causa -uve defendas. SIDON. epist. 7, 15, 1. GREG. M. in I reg. 6, 48 -u boni (*opp.* boni veritatem). *al.*

β *acc.* -um (*huc traximus locos solius* GREG. M., *qui saepe exhibeat abl.* -u *nec ullam formam certam subst. neutri* praetextum; *de ceteris v. p. 1048, 73*): GREG. M. in I reg. 2, 51 nonnulli praedicatores sanctitatis -um praeferunt, quam non habent. 2, 54 (*opp.* veritatem *ut* 6, 49). 4, 111. 6, 20 -um virtutis offerre (*cf. 6, 21* praetensas excusationes). 6, 47 -um boni.

b *in sermone iuris*: α *abl.* -u *sine praepos.*: CELS. dig. 31, 21 *cum testator,* quamquam sciret dotem redditam, hoc tamen -u usus esset, quasi dotis reddendae nomine eam summam legaret (VLP. dig. 49, 12, 1 hoc -u, q.; *item illustratur per enunt. secund.*: COD. Iust. 6, 35, 5 [*a. 223*] non oportet ... successiones auferri -u, quod in sepultura supremis defunctorum obtemperatum non fuisset. *v. etiam l. 64*). EPIST. imp. Aur. dig. 50, 4, 6 pr. hoc -u legis uti. PAPIN. dig. 40, 5, 23 pr. fideicommissaria libertas -u compilatae hereditatis aut rationis gestae non differtur. VLP. dig. 36, 1, 1, 3 seu metu litium seu -u metus. *al.* COD. Iust. 4, 1, 1 (*a. 213*) causa ... periurii -u retractari *non* potest, nisi *eqs.* 4, 34, 1 (*a. 234*) si -u (ex -o *codd. Coll. Mos. 10, 8*) latrocinii commissi ... non restituuntur *res depositae. al.* (*v. etiam p. 1049, 33*). β sub -u: SCAEV. dig. 2, 15, 3, 2 *pecuniam* sub -u hereditatis acceptam. VLP. dig. 1, 18, 6, 5 *ne provinciales* sub -u adventus officiorum vel militum ... iniuriis vexentur. 47, 3, 1 pr. *ne* aedificia sub ⌞hoc⌟ -u diruantur (⌞ ⌟ *sc. tigni furtivi recuperandi. item cum solo pron.*: COD. Iust. 7, 63, 3 [*a. 518*] neque per oblationem precum ... neque sub -u quodam altero). 47, 11, 2 sub -u religionis vel sub specie solvendi voti. *al.* PAVL. dig. 37, 5, 15, 3 dotis. COD. Iust. 5, 37, 6 (*a. 223*) *ne tutores* sub -u nominis eorum *pupillorum* ... lites suas *exerceant.* 11, 12, 1, 1 (*imp. Leone*) *nulli licet ornatum imperatorium* sub hoc colore et -u praeparare, quod velit *id imperatori donare* (*ad structuram cf. l. 47 supra*). *al.*

γ *nom.* -s: COD. Iust. 5, 27, 7, 3 (*a. 519*) iniusta ... libidinum desideria (*sc. filios naturales*) nulla ... venia defendet, ... non adrogationum vel adoptionum -s.

2 *ornando, distinguendo, sc. de decore, ornamento sim.* (*non nisi abl.; cf. p. 1049, 44*): TAC. hist. 1, 19, 2 agitatum ..., num *praeter legatos* et Piso proficisceretur *ad exercitum,* maiore -u, illi *legati* auctoritatem senatus, hic dignationem Caesaris laturus (*nisi rectius* -o *coni. Woelfflin, Ausgew. Schr., 1933, 96; v. enim p. 1049, 57*). GREG. M. in I reg. 2, 99 *quidam ecclesiae praepositi* in -u mundanae laetitiae mortem ebibunt. 5, 203 *pediles* (*I reg. 15, 4*), *i. viri perfecti,* non solum -u corporalis munditiae splendidi sunt, sed etiam luce cordis.

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *variis rationibus* (*non nisi abl.*): PHILIPP. in Iob rec. long. 36 p. 738[B] (*ad Iob p. 1045, 67*) *'nubes', i. apostoli arcana caelestia tractantes,* quasi quodam -u et obscuritate aquarum obstaculum carnalibus faciunt (*cf. p. 1049, 58*). VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 12 p. 205[D] *Arius dogmata sua* sub alterius -u imaginis iterum ac saepius repetens (*comparatur cum scaenico, qui* aptatae imaginis specie *varias partes agit; ad notionem cf.* praetexo *IIC*). Ps. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 1 l. 70 (*ad apoc. 22, 6* dominus, deus et spiritus prophetarum misit angelum) quare ... 'misit' dixit et non 'miserunt' sub -u (textu *et* praetaxato *var. ll.*) trium personarum ... introduxit? (*cf.* praetexo *IIB2 vel C1*). *Suter.*

praetimeo, -ēre. *a* prae *et* timere. [*var. l.* praetimuisse LYGD. 4, 14 *pro* per- *praeferunt edd. vet. et Luck 1988.*]

1 *vi praeverbii temporali i. q. antea timere* (*fere praesagiendo, sc. antequam periculum prope accedit*): PLAVT. Amph. 29 mirari non est aequom, sibi si -et *is qui Iovis partes agit.* SEN. epist. 98, 7 nihil est ... stultius quam -ere; quae ista dementia est malum suum antecedere? LACT. inst. 6, 17, 17 pusillitas animi ... aut -entis, ne sibi desit *pecunia,* aut desperantis posse se illam reparare. **2** *vi praeverbii comparativa cum dat. rei postpositae i. q. timendo praeponere*: TERT. resurr. 35, 6 aeternitatem occisionis ... humanae *occisioni* ut temporali -endam. **3** *vi praeverbii evanescente fere i. q. timere* (*nisi more adi. compositorum agnoscas vim intensivam, ut sit fere i. q. valde timere, vel cogites de confusione cum* pertimere): Ps. LACT. PLAC. fab. Ov. 5, 1 Perseus -ēns multitudinem adversariorum ... caput ... Gorgonis extulit (pertimens *var. l.*). 15, 1 *vocatus in iudicium* Myscelus ... -ens periculum capitis Herculem invocavit (pertimescens *edd. vet.*).

[praetimēsco *vix recte trad.* CIC. Phil. 5, 51 *pro* per-, *quod verbum saepissime occurrit apud eundem.*]

praetimidus, -a, -um. *a* prae *et* timidus. *i. q. valde timidus, sc. qui pie veretur*: CARM. de Iona 67 *Ionas se* famulum ... fatetur -um fidumque dei (*cf. Ion. 1, 9* deum caeli ego timeo).

praetinet *addunt codd. nonnulli in serie compositorum verbi q. e.* tenere NOT. Tir. 6, 56[a]; *i. q. ante tenet.* [*vix recte trad.* -e *pro* retine GLOSS.[L] V Aa P 1148, *v. André, Rev. Phil. 33, 1959, 243.*]

praeting(u)o, -ctum, -ere. *a* prae *et* ting(u)ere. *exstat solum p. p. p.* -tus *praeter* AVG., *ubi codd. exhibent stirpem* -tingu-. *i. q. antea tingere* (*c. abl. instr., sed* ex *l. 42,* in c. *abl. l. 39. 41; sine obi. acc.* AVG.): OV. met. 7, 123 semina ... -ta veneno (*sc. dentes draconis*; -cincta *var. l.*). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 119 aqua, in qua fuerit candens ferrum -tum. 2, 4, 75 singula *linteola* oleo calido -ta. 2, 4, 78 ex humore ... adhibemus oris collutionem, ... in quo sit -ta ignita galla. 2, 7, 97 appositis lanis limpidis ... oleo ... calido -tis (4, 3, 50. 5, 1, 8. *inde restituitur etiam* 1, 3, 57 ex o. [praecincto *ed. princ.*] *et* 4, 3, 22 [praetactus *ed. princ.*]). 2, 7, 107 intybi thyrsum aceto -tum. *baptizando*: AVG. bapt. 5, 9, 11 Iohannes ... tali baptismo -bat, quo accepto esset baptisma etiam dominicum necessarium (per- *var. l.*). *Wirth.*

praetitulātio, -ōnis *f.* *a* praetitulare. *i. quod praetitulando enuntiatur potius quam actio praetitulandi*: RVFIN. hist. 7, 25, 1 nonnulli ... dixerunt -em libri (*sc. apocalypsis*) non esse veram, sed alienae scripturae Iohannis tantum nomen impositum (*gr. ἐπιγραφήν. cf. 2 haereticum quendam* libello a se conscripto Iohannis titulum praetulisse). Orig. in Rom. 2, 14 p. 920[C] quae *historia* in -e psalmi (*sc. 50, 1*) scripta est (p. 920[D] p. septimi decimi -o est: '...'. p. 921[A] continentia ... p. longe aliud quam -o continet). p. 920[D] -is historiam (p. 921[A]). p. 921[A] in -e. GREG. ILIB. in cant. 1, 2 ut scias hoc carmen in Christo et ecclesia esse praedictum, -o ipsa (*sc. canticum canticorum*) manifestat. Ps. ORIG. tract. 16, 3 -o ista (*Is. 1, 1*) cum subsequenti sermone non *congruens* (*de eadem*: 16, 6 -o obscura).

praetitulo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* titulus *vel* titulare. [*hic illic affertur e scriptoribus a Thes. alienis, e. g. Ps. Hier. in psalm. praef. Migne 26, 824[A] Ps. Primas. in Hebr. praef. Migne 68, 685[C].*]

1 *pro obi. est* nomen *scriptoris, quod praemittitur, ut significetur fere i. q. scribere in fronte libri sim.* (*cuiusvis loci allati fort.* PRISCILL.; *vix recte restit. corrector cod. Augiensis* PRAEF. bibl. in epist. Paul. p. 4, 11 S. nominis *Pauli* in fronte -ti *pro* nominis fronte praelati [*sec. l. 6* nomine titulatur?]): PRISCILL. tract. 3, 73 *quaedam* ab haereticis ... falsata sunt, dum -to nomine prophetarum in verbis sanctorum divinum opus quaerunt. RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 546[B] accidere solet ..., ut nomine in codice non -to aliquid ipsius *Origenis laudetur.*

2 *pro obi. est liber sim., ut significetur fere i. q. a fronte inscribere, sc.*: **a** *titulo operis* (*qui oratione recta ponitur* [*iuxta abl. l. 72. 74*]): RVFIN. hist. 6, 13, 1 stromatum libri octo, ⌞quos *auctor* hoc modo -vit⌟: Titi Flavii Clementis ... *στρωματεῖς* (⌞ ⌟ *gr. οὓς καὶ τοιαύτης ἠξίωσεν προγραφῆς*). GENNAD. vir. ill. 13 libellos *Prudentii,* quos graeca appellatione -vit *ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια.* 14 *Audentius* scripsit ... librum, quem -vit 'de fide adversum haereticos'. 66 sub ... Syagrii nomine septem 'de fide et regulis fidei' libros -tos inveni. 99 alium *dictatum Pomerii* 'de vitiis et virtutibus' -tum. **b** nomine *scriptoris* (*cf. et p. 1053, 62*): GENNAD. vir. ill. 85 'chronica' n. illius *Prosperi* -ta (chronicum; nominis; -tam *var. ll.; opp.* suppresso nomine). **c** *monitione praevia quadam* (*c. acc. praedic.*): GENNAD. vir. ill. 73 hunc ipsum libellum *haereticum* ... in latinum transtuli et cavendum -vi.

deriv.: praetitulatio.

praetium *v.* pretium. *Huyck.*

praetondeo, -totondī, -tōnsum, -ēre. *a* prae *et* tondere. [*e coni. dub. pro* praetensus LVCIL. 193 *p. 979, 45.*] *i. q. ante tondere* (*vi praeverbii locali* APVL., *fortasse temporali* CASS. FEL.; *pro obi. est id, unde quid desecatur*): APVL. met. 5, 30, 6 (*verba Veneris iratae*) cum eius *Amoris* comas ... deraserit, pinnas ... -totonderit *Sobrietas* (*ad perf. cf. vol. V 1, 818, 55 sq.*). CASS. FEL. 2 p. 10, 16 (*ad tineas capitis*) -so pressius capite ... fricabis (62 p. 154, 15 post haec -so p. c. lanis ... operies [pretunso *vel* preraso *codd.*]).

[praetono, *compos. a* prae *et* tonare, *non trad. nisi falsa var. l. p. 508, 44.*] *Bk.*

†praetor, -ōris *m.* [-es *appellati esse videntur duces (reges, magistratus), 'qui praeibant' exercitui* (*v. supra p. 596, 11 sqq. et infra caput prius*): -r < *praị-i-tōr; *de suffixo cf.* circ-i-tor *'is qui circumit', de contractione* praemium < *praị-imiịom *al. (v. Leumann, Gramm. 1977, 119); notionem priscam ex parte servavit vox derivata q. e.* praetorius, *v. infra p. 1070, 31. 1071, 54 et cf. Mommsen, Staatsrecht II[3], 1887, 74 sqq. alii cogitant de eo, 'qui praeit verba' (vel verbis sim., v. p. 595, 41 sqq.), sed cf. van Leijenhorst, Mus. Helv. 43, 1986, 177. Fo.*] *vox derivata esse putatur a* praeire, *v. p. 596, 11 sqq. et e. g.* NOVELL. Iust. 24 praef., *ceterum a* praepositor *vel* praeceptor, *v. p. 780, 54 sqq., a* praeesse THEOPHIL. inst. Iust. 1, 2, 7 (*partim forma corrupta προαιρεσσαι, unde* GLOSS. iurispr. *ἄδετ Π* 6), *a* praes GLOSS.[L] I Ansil. PR 1083. *scribitur* prait- CIL I[2] 41. 610 (*a. 200 a. Chr.*). 803 (*a. 205 vel 191 a. Chr.?*). 1513. XII 5371 (*saec. I[1]*). *al.,* praet- CIL I[2] 638, 9 (*a. 143 vel 132 a. Chr.?*). LEX repetund. (CIL I[2] 583) 65. *et passim,* pret- (*quam pronuntiationem rusticam irridet* LVCIL. 1130. *cf.* VARRO ling. 7, 96 DIOM. gramm. I 452, 17, *qui id servaverunt fragmentum*) *in titulis Faliscis* CIL I[2] 365 (*v. p. 1056, 23*) *et* XI 3156a, *ceterum* INSCR. Année Épigr. 1960 p. 17 n. 35 (*Antioch. Pisid.; saec. II in.*). CIL XI 2637 (*saec. V med.*). *al.,* prator CIL I 3292a (*saec. II[1] a. Chr.?*). *cum apice* práet- CIL XII 3163 (*aet. Alex. Sev.*). XIV 349, praetó⟨ri⟩ CIL XII 3165[a]. *more sollemni notatur* pr (*quod testatur* PROB. litt. sing. 3, 24. 4, 8. *al.*): S. C. de Bacch. (CIL I[2] 581) 4 *et passim in inscr.; in codd. antiquissimis e. g.* LIV. 27, 21, 6 (*cod. P*). GAIVS inst. 1, 20 (*cod. V*); *puncto interposito* (*quod vetat* MAR. VICTORIN. gramm. 4, 93 ne fiat 'populus Romanus') CIC. Tull. 33 (*cod. T*). GAIVS inst. 4, 29 (*cod. V*). *al.; ceterum occurrunt notae* praet (prait, pret) CIL XII 5371 (*saec. I[1]?*). XIV 172 (*a. 184*). 2931 (*saec. II/III*). XI 4209 (*a. 240*). *al.,* prae CIL XI 6164 (*saec. II/III*), pra INSCR. *p. 1056, 51,* p CIL I[2] 2515. VI 1418 (*saec. III ex.*). 315 (*a. 321*). NOT. Tir. 36, 68. *dat.* -e *exhibet* INSCR. Année Épigr. 1979 n. 216 (*Fori Clodii; a. 299*). *prosodiae et flexionis communis exemplum est* -r VARRO ling. 8, 72. 10, 28. 70. *de notione v. l. 27 sqq. p. 1055, 53. 55; ceterum* NOVELL. Iust. 24 praef. quos *iudices* etiam -es vocabant *Romani antiqui.* 24, 1 ut ipse et militiarum ... praesit et praeponatur legibus (*sim.* 25 praef. Romani ... olim suos duces -es nominabant *eqs.* 26, 1, 1 dux simul et legislator). ISID. orig. 9, 3, 27 -es, idem qui et praefecti, quasi praepositores. 9, 4, 16 -es ... quasi praeceptores civitatis et principes. GLOSS. -r: *στρατηγός.* qui civi⟨li⟩bus praeest negotii⟨s⟩. *al.* *legitur inde a* LEGE XII tab. (*v. p. 1055, 30*), NAEV., PLAVTO. *per totam latinitatem, maxime apud* CIC., LIV. *iurisque consultos et in titulis* (*novies in* CE); *ceterum occurrit raro in versibus, deest e. g.* TER., LVCR., VERG. *aliisque carminibus heroicis* (*exceptis* MANIL. 4, 212 LVCAN. 3, 107 DRAC. laud. dei 3, 429 Romul. 8, 31). [*confunditur imprimis, sc. compendiis perperam solutis, cum* praefectus (*v. p. 623, 52*), populus Romanus, *e. g.* CIC. Verr. II 2, 139. Phil. 5, 45 (*v. Schoell, ed. 1918, ad loc. et supra l. 43*), pro, *e. g.* CIC. Verr. II 5, 81 Arch. 11 LIV. 23, 22, 4; *ceterum e. g. cum* praetorius (*v. p. 1068, 46*), praeco (*v. p. 495, 39 sqq.*), praeter (*v. p. 989, 46*).]

significatur is qui praeit, sc. iure imperandi coercendique in civitate praeest. materiam sic digerendam esse putavimus:

CAPVT PRIVS: *de variis magistratibus, ducibus sim.*:

I *Romae: p. 1055, 26* (*de duce militari p. 1055, 43*).

II *in civitatibus Italicis*: **A** *apud scriptores: p. 1055, 60.* **B** *in titulis: p. 1056, 16* (*-es praesunt rei sacrae p. 1056, 48, iuventuti p. 1056, 65*).

III *apud externas nationes: p. 1056, 68* (*de duce militari p. 1057, 13*).

IV *per similitudinem in regno caelesti: p. 1057, 74.*

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CAPVT ALTERVM: *de magistratu Romanorum sollemni*:
I *exempla rem illustrantia*:
A *proprie*: **1** *respicitur -um creatio, cursus honorum sim.: p. 1058, 19.* **2** *spectat ad provincias sortiendas sim.: p. 1058, 65.* **3** *illustrantur officia praecipua: p. 1059, 22 (spectat ad iurisdictionem p. 1059, 22, rem militarem p. 1060, 25, rem sacram p. 1060, 50, curam ludorum p. 1060, 71, varia officia p. 1061, 36).* **4** *comparatur potestas magistratuum aliorum: p. 1062, 10.* **5** *vario usu: p. 1062, 51 (minus technice* -r *pro* pro -e *p. 1063, 16).*
B *in comparatione vel translatione: p. 1063, 33.*
II *syntactica et stilistica*:
A *determinationes generis praeturae: p. 1063, 43 (in administranda provincia p. 1064, 10).*
B *iuncturae cum praepos.*: **1** pro -e: *p. 1064, 30* (legatus pro -e *p. 1064, 60*; quaestor pro -e *p. 1064, 64; audacius locutio praepos. ponitur per se p. 1065, 24).* **2** ex -e: *p. 1065, 30.*
C *iuncturae verbales: p. 1065, 40.*
D *gen.* -is *pendet e subst.: p. 1066, 10.*
E *varia notabilia:* **1** *abl. absol. 'aliquo* -e': *p. 1066, 26.* **2** *accedit ad nomen proprium: p. 1066, 32.* **3** *adhibetur pro adi. q. e.* praetorius: *p. 1066, 40.* **4** *in lusu verborum: p. 1066, 43.*

CAPVT PRIVS: *de variis magistratibus, ducibus sim. (indicatur, cui [rei] vel ubi -r praesit, per gen. vel adi. passim inde a* NAEV. *l. 45,* CATONE *l. 61, per dat. gerund. p. 1056, 34. 42. 61, a quo institutus sit p. 1057, 55)*:
I *Romae (aetate prisca significatur summus magistratus, qui postea* consul *appellatus est, v. testimonia vol. IV 562, 83 sqq.* [*addas* NOVELL. Iust. 24 pr.] *et cf.* CIC. *et* LIV. *sub A; inde neglegentius adhibetur de quolibet duce, praeposito sim.)*: **A** *vario usu*: LEX XII tab. (Fest. p. 376) si vindiciam falsam tulit, ... ⟨prae⟩tor arbitros tris det *(si recte suppletur. ceterum scriptores de lege XII tab. loquentes mentionem faciunt* -is: PLIN. nat. 18, 12 *sontem* -is arbitratu verberari [*item* GELL. 11, 18, 8]. GELL. 20, 1, 11 *reus* ad -em in comitium ... effertur. 20, 1, 44. 47). CIC. leg. 3, 8 regio imperio duo sunto iique ⟨a⟩ praeeundo iudicando consulendo -es iudices consules appellamino. -r maximus (*v. Kunkel-Wittmann, Staatsordnung und Staatspraxis der röm. Republik II, 1993, 696 sq.*): LIV. 7, 3, 5 lex vetusta ..., ut qui -r m. sit idibus Septembribus clavum *annalem* pangat (*vix recte explicari videtur ibid. 8* a consulibus postea ad dictatores, quia maius imperium erat, sollemne clavi fingendi translatum est). FEST. p. 161 m. -em dici putant alii eum qui maximi imperii sit, alii qui aetatis maximae; pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio -es maiores et minores appellantur, non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere (*postea*: -em ... maiorem, urbanum; minores ceteros). **B** *in re militari (exempla potiora nec ab omni dubio aliena; ceterum cf. p. 1058, 10)*: NAEV. carm. frg. 36 ⌞virum -r⌟ adveneit, auspicat auspicium prosperum (⌞ ⌟ *i. virorum -r, sc. 'qui praeit exercitui', v. S. Mariotti, Bellum Poenicum, 1955, 70 sqq.*; visum -r, *i. ad prodigium sim. inspiciendum, Skutsch, Liverpool Class. Monthly 13, 1988, 79, de -e sollemni cogitans*). VELL. 2, 27, 6 Ofella Lucretius, qui cum ante Marianarum fuisset partium ⌞-r⌟, ad Sullam transfugerat (⌞ ⌟ *codd., def. Hellegouarc'h, Rev. Ét. Lat. 54, 1976, 245 sqq., coni. alii alia*). VAL. MAX. 5, 6, 3 Genucio Cipo -i paludato portam egredienti (*de Cipo cf. Ov. met. 15, 565 sqq.*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 34 (*v. p. 1060, 41*) -em Lucullum significat, ⟨ita⟩ enim olim duces imperatoresque dicti. Ps. ASCON. Verr. p. 234, 6 veteres ... omnem magistratum, cui pareret exercitus, -em appellaverunt. SCHOL. Cic. Gron. D p. 320, 20 -r Hispanos irrupit *Pompeius (nullo munere sollemni functus)*.

II *in civitatibus Italicis aliisve iure Romano vel Latino utentibus vel id imitantibus (ad rem v. post alios Klebs p. 1056, 20 et Ruoff-Väänänen, Arctos 11, 1977, 103 sqq.; forma 'aliquo* -e' *fere ad tempus indicandum p. 1056, 4. 8. 41* [*cf. p. 1066, 26*])**:** **A** *apud scriptores*: **1** *in liberis civitatibus vel earum foedere*: CATO orig. 22 C⟨l⟩oelius pr(aetor) Albanus oratores misit Romam (*cf. Liv. 1, 23, 4* Cluilius Albanus rex). LIV. 8, 11, 4 -em eorum *Laviniensium.* 8, 26, 1 Samnitium (*eorundem* 8, 39, 13). 9, 16, 17 Praenestinus -r *a Papirio Cursore castigatus* (*de eodem*: VIR. ill. 31, 4 AMM. 30, 8, 5; *cf.* PLIN. nat. 17, 81 Praenestinorum. *de alio*: LIV. 23, 19, 17 Praeneste cum -e suo ... redierunt). 23, 7, 8 Marium Blossium -em Campanum (*fortasse de summo magistratu Capuae, q. e. medix tuticus*). 24, 47, 7 Arpinus. 25, 16, 5 *Flavus* in magistratu erat, ab iisdem *Lucanis* ... creatus -r (*cf.* 25, 16, 10 omnium populorum *Lucanorum* -bus). SEN. benef. 3, 23, 5 Vettius, -r Marsorum, ducebatur ad Romanum imperatorem (*bello sociali*). *in foedere Latino*: LIV. 8, 3, 9 -es tum duos Latium habebat ..., ambo ex coloniis Romanis (*de iisdem* 8, 3, 10). FEST. p. 241 (*e Cincio*) *solitos esse* populos Latinos ... imperium communi consilio administrare; ... militem illum, qui a communi Latio missus esset, illum, quem aves *Romae* addixerant, -em salutare solitum, qui eam provinciam (*sc. ducendi exercitus*) optineret -is nomine (*huc traximus sec. Alföldi, Early Rome and the Latins, 1965, 119 sqq.*). **2** *in municipiis et coloniis (de summis magistratibus, sc. minus technice* [*excepto* CIC.]): CIC. leg. agr. 2, 92 sq. cum venissem Capuam colonia iam deducta L. Considio et Sex. Saltio, quem ad modum ipsi loquebantur, -bus ...; (93) nam ..., cum ceteris in coloniis duumviri appellentur, hi se -es appellari volebant (*item Capuae*: 2, 93 [*comparantur magistratus urbis*]. 2, 94 quid -r edixisset). HOR. sat. 1, 5, 34 Fundos Aufidio Lusco -e ... linquimus (SCHOL.: -em pro magistratu dixit, hoc est duumviro [*Fundis aediles praeerant, cf. Mommsen, CIL X p. 617*]). 2, 3, 181 (*Canusinus quidam ad filios*) uter aedilis fueritve vestrum -r (*sc. Canusii potius quam Romae*). PETRON. 65, 4 triclinii valvas lictor percussit; ... conterritus -em putabam venisse. SORT. Sangall. 70, 5 eris -r et circa omnes humanus (*cf.* 70, 10 -r urbanus, *al. ibid.; huc traxit Meister ad l.*). CE 1466, 3 -es (*Formiis, ubi aediles praeerant, v. enim Mommsen, CIL X p. 603*).

B *in titulis (sed* CE *v. sub A2) significantur, qui praesunt (munere iterum administrato e. g. l. 29)*: **1** *civitati regendae*: **a** *in municipiis, coloniis, civitatibus (sc. Italiae vel Galliae Narbonensis praeter l. 33. 35; de civitatibus nominis Latini* LEX repetund.; *dedimus exempla pauca selecta, cum inscriptiones sec. locos digestas exhibeat Klebs, Philologus Suppl. 6, 1891–93, 684 sqq.)*: CIL I² 41 -r dedit (*sc. Aricinus, nisi est Romanus*). 396 (*Beneventi; notatur* pr; *in parte sinistra tituli* [*vetustiore?*]: consol). 365 (*cum add. p. 877; Faleriis*) Cotena ... preto⌞d⌟ de zenatuo sententiad vootum dedet (⌞ ⌟ *littera Etrusca pro* r?). 3292a (*Hadriae; saec. II in.*). LEX repetund. (CIL I² 583) 78 ⟨quei eorum in sua quisque civitate dicta⟩tor -r aedilisve non fuerint. CIL I² 1461 (*Praeneste*) C. Magulnius ..., C. Saufeius ... pr(aetores) sacraverunt. 1513 (*Corae*) -es ... emeru(n)t (*cf. 1514 ibid.* IIIvir). 1574 (*Calibus?*) *duo* IIIIvir(i) pr(aetores) ... c(uraverunt) (*eadem nota, qua quidam* praefectos *intellegunt*: 3382 [*Hispelli*] pr(aetor) bis IIIIvir [*nisi sunt duo honores*]. X 4657 [*Calibus*]. XII 3215 [*Nemausi*]). 1690 (*Grumenti*) *duo* pr(aetores) duovir(i) (*al. v. vol. V 1, 2255, 70 sqq.; addere possis* INSCR. Année Épigr. 1974 n. 228 [*Priverni, a. 137*]). TAB. hosp. (CIL II 3695; *a. 6*) egerunt ... -es *Bocchoritanorum.* CIL X 797 (*a. 47/54*) praif(ectus) pro pr(aetore) i(ure) d(icundo) in urbe Lavinio. XIII 596 (*Burdigalae; aet. Claudii?*) C. Iul(ius) Secun⟨d⟩us -r (*civitatis Biturigum Viviscorum, v. Hirschfeld ibid. p. 76b*). INSCR. Année Épigr. 1985 n. 369 (*saec. I in.*) praet(ori) quinquennali Camerini (*nota* pr, *qua quidam* praefectum *intellegunt* [*cf. p. 626, 10. 26*]: CIL IX 5793 [*Pausulae*]. 5843 [*Auximi*]. XIV 2960 [*Capituli Hernicorum*]. *distinguuntur honores e. g.* CIL X 5919 [*Anagniae*] p(atrono) m(unicipii), q(uin)quennali, praet(ori), q(uaestori) bis). CIL XI 3873 (*a. 193*) imp(eratori) ... Pertinaci Aug(usto) ... Capenates foeder(ati) pr(aetore) C. Licinio Sperando. IX 1637 pr(aetori) Cer(iali) iur(e) d(icundo) (*al. v. Onom. II 343, 80 sq.*). X 5832 (*Aletrii*) -i, aed(ili), IIIIviro i(ure) d(icundo) (*ad 2 traxit Mommsen ibid. p. 566*). EPIST. quindecimvir. sacr. fac. (CIL X 3698) 16 pr(aetoribus) et magistratibus Cuman(is). *al.* **b** *in foedere sociorum Italicorum (imitante res Romanas)*: INSCR. gland. plumb. (CIL I² 848) Itali. – T. Lof(renius) pr(aetor).

2 *rebus sacris (-r nomine retinet umbram veteris potestatis, qua olim civitati praeerat; hucine l. 43? ad rem v. Koch, RE XXII 1605 sqq.)*: INSCR. Année Épigr. 1983 n. 174 (*prope Ostiam; saec. I a. Chr.*) P. Sili(i), M. Critoni(i) pra(etorum) (*si recte huc traxerunt edd. conferentes l. 60 sqq.*). CIL XIV 2070 (*aet. M. Aurelii*) curantibus ... *quibusdam* praet(oribus) (iterum) q(uin)q(uennalibus) Laurentium Lavinatium (XI 7555 [*a. 173*] -i et pontifici L. L. [*item* XIV 171]. XIV 172, 8 [*cum add. p. 481; a. 184*] -i Etrur(iae) xv populorum bis, ... praet(ori) L. L. [*de eodem* -e: 5345]).XI 1432 Aproniano ... ⟨pr⟩aet(ori), ... co(n)s(uli) (iterum) (*a. 168*) ... -i Etruriae (quinquies) (INSCR. Notiz. Scavi 1916 p. 20. *forma plena* -r E. xv populorum: *l. 55 et e. g.* IX 3667, 7. *cf.* -r xv populorum: XI 2114. 2115). XIV 376, 4 (*aet. M. Aurelii*) P. Lucilio ... Gamala⟨e⟩ aed(ili) sacr(is) Volcáni eiusdem pr(aetori) tert(io) (*forma plena de eodem sacerdotio Ostiensi* -r sacris Volkani faciundis: 390, 9 [*aet. M. Aurelii*]. 373, 11 [*saec. III in.*]. *al.; nota*: 306, 4 pr(aetoris) pr(imi) s. V. f.; vix(it) an(nos) IIII. 341, 4 -i (secundo) sacra V. ⟨fac.⟩. *cf. l. 51*). XI 4209, 5 (*Interamnae, a. 240*) praet(ori) sacror(um), patrono municipi Interamnat(ium) (4189 [*ibid.*]).

3 *iuventuti*: CIL XI 3215, 9 mag(istro) iuben(um), seviro ⟨eq⟩uitum, -i iuventutis (*nota* pr [*nisi intellegas* praefectum *coll. p. 629, 61*]: 3256).

III *apud externas nationes, sc. per interpretationem Romanam (apud auctores praeter p. 1057, 9)*: **A** *de quibuslibet magistratibus*: PLAVT. Capt. 450 a -e sumam syngraphum, *ut captivo domum ire liceat (si latent res graecae, ad magistratum Aetolorum, fortasse ἀσυνόμον, spectare videtur; item* 505. *similiter dubites de magistratu Atheniensi* Merc. 664 ad -em ... ibo, orabo, ut conquaestores det *ad servam investigandam)*. CIC. Flacc. 44 in qua *Temnitarum civitate* nummus commoveri nullus potest sine quinque -bus, tribus quaestoribus, quattuor mensariis (*respiciuntur ἄρχοντες,*

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ταμίαι, τραπεζῖται. *ibid. iterum*). Att. 5, 11, 6 *ὑπομνηματισμὸν* ..., quem Polycharmo -e fecerant *Areopagitae* (*respici videtur στρατηγὸς ἐπώνυμος, de quo v. e. g. Busolt, Gr. Staatskunde II, 1926, 938*). Liv. 33, 46, 3 -r factus Hannibal, vocari ad se quaestorem iussit (*i. q. sufes; cf. infra l. 46*). Rvt. Lvp. 2, 8 (= *Lys. frg. 213 S.*) mihi Polyaenus reliquit, -r dedit possessionem (*sc. ἄρχων, cf. e. g. Thalheim, RE VI 58*). Vet. Lat. act. 4, 1 (cod. 55) adstiterunt sacerdotes et praeto⟨r templi⟩ et Sadducaei (*gr. στρατηγός, cod. 50* praepositus, *Vulg.* magistratus. *cf.* 5, 27 [*ibid.*] ⟨incipit⟩ ad eos *apostolos* -r dicere [*gr. ἀρχιερεύς, Vulg.* princeps sacerdotum]). *in titulo*: Ivdicivm Contreb. (CIL I² 2951ª) 16 quom ea res iud⟨ic⟩ata⟨st mag⟩is⟨tr⟩atus Contrebienses heisce fuerunt: Lubbus ... -r, Lesso ... ⟨ma⟩gistratus *eqs.*

II *transfertur ad*: **A** *domos privatas* (*sc. fere amplas, magnificas; de aedificio eccles.* LIB. pontif. *sub 3; de munere fortasse p. 1074, 21*): **1** *de villis Caesarum* (*v. etiam p. 1072, 54*): CIL XIV 199 (*saec. I²?*) diis manibus T. Flavi Olympici, de -o vilico. VI 37763a (*sim.* b; *aet. Trai.*) proc(uratoris) -i Fidenatium et Rubrensium et Gallinar(um) Albarum. X 6667 (*aet. Trai.*) T. Flavio Aug(usti) lib(erto) Euangelo tab(u)lario -i Antiatini. SVET. Aug. 72, 3 *v. sub 2.* Tib. 39 *cenante Tiberio* iuxta Tarracinam in -o, cui Speluncae nomen est. Tit. 8, 4 *post urbis incendium* cuncta -orum suorum ornamenta operibus ac templis destinavit. CE 101, 4 discessi ab urbe in -o Hadriani Aug(usti) Caesar(is). *al.* **2** *de aliis villis* (*iuxta occurrunt passim aliae aedium appellationes ita, ut* -um *potius aedificium habitationi domini destinatum esse videatur, v. e. g. p. 1074, 6*): STAT. silv. 1, 3, 25 (*tit.* villa Tiburtina) alternas servant -a ripas (*sim.* AVSON. Mos. 286 [*284* villae]). 2, 2, 49 (*45* domus). 2, 2, 82 Surrentina tuus spectat -a ⌞Limon⌟ (*villa alia Pollionis. item cum adi. locorum*: SYMM. epist. 1, 10 Capuani -i instauratio. 6, 9 Baianorum. 6, 66, 3). MART. 10, 79, 1 (*opp.* breve rus). IVV. 1, 75 hortos, -a. NERAT. dig. 8, 3, 2 pr. officere -o vicini vel cloacam habere ... per vicini domum vel -um. SVET. Aug. 72, 3 ampla et operosa -a gravabatur et ... Iuliae profuse ... exstructa etiam diruit ..., sua vero quamvis modica non tam statuarum ... ornatu quam xystis et nemoribus excoluit. Cal. 37, 2 in exstructionibus -orum atque villarum ... *mirifica* efficere concupiscebat. PAPIN. dig. 32, 91, 1 praedia ... cum -o. VLP. dig. 7, 8, 12 pr. plenum ... usum *fundi* debet habere, si et villae et -i ei relictus est. 47, 10, 13, 7 ante aedes meas vel ante -um meum (*item ibid. iterum*). 50, 16, 198 -a voluptati tantum deservientia (*v. p. 578, 45*). TERT. idol. 8, 4 domus ... et -a ... et insulae. PALLAD. 1, 8, 2 (*tit.* de aedificio) ipsius ... -i situs sit loco ... erectiore et sicciore quam cetera. 1, 24, 1 turricula in -o constituta. AMBR. Tob. 6, 24 *creditoribus* obligari ... avitum -um, paternum sepulcrum. Ps. AVG. serm. 3, 1 cui non est magis dulce proprium tugurium quam palatia peregrina et voluntaria casa quam digesta -a? INSCR. Année Épigr. 1988 n. 31 limes -i Cariniani. *al.* *pertinet ad tutelam sepulcri* (*cf. p. 1068, 5 et fortasse l. 11 sq.; ceterum v. Marquardt-Mau, Das Privatleben der Römer, ²1886, 369 sq.*): INSCR. Année Épigr. 1977 n. 31 (*Romae; saec. II²?*) *iussit se* in atrio -i ... ⟨p⟩oni (*quia monumentum nondum perfectum erat*). CIL XI 1222 d(is) m(anibus); ... fili patri bene merenti; hic (*sc. alter eorum*) hoc -um cum balineo a solo erexit. **3** *de aedificiis parum definitis*: ANON. proph. p. 1739 Heliseus in Galgalis habitabat; cum quo erant filii prophetarum centum in domo sua ⌞in -um⌟ (*nisi de munere tutandi sim. coll. IB; ad rem cf. IV reg. 6, 1* locus, in quo habitamus coram te). LIB. pontif. p. 110, 24 *Hilarus Romae* fecit monasterio ad sanctum Laurentium et balneum ... et -um sancto Stephano (*sc. destinatum officialibus quibusdam ecclesiae, si conferas IA2, vel hospitibus recipiendis ut p. 1072, 61? an de praedio ecclesiastico, ut spectet ad 2?*).

B *quaslibet sedes*: **1** *de intima parte examinis apium bellum gerentis*: VERG. georg. 4, 75 circa regem atque ipsa ad -a densae miscentur *apes.* **2** *de dolio Diogenis*: HIER. adv. Iovin. 2, 14 p. 305ᴬ utcumque sol se inclinaverat, Diogenis simul -um vertebatur. **3** *de sede incorporea*: Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 180, 9 (*179, 22* unicuique *deo* diversas partes vestri corporis deputatis) Iovem quasi aëreum spiritum in naribus habere -um. AVG. conf. 10, 8, 12 transibo *sensus meos* ... et venio in campos et lata -a memoriae, ubi sunt thesauri innumerabilium imaginum (*cf. 10, 8, 14* in aula ... memoriae). PAVL. epigr. 28 *praeferimus praedia domosque nostras curare,* quam latos campos animae et ⌞-a⌟ cordis excolere ([praecordia *trad.*]. VICT. VIT. 3, 46).

deriv.: praetorianus, praetoriolum.

cf. Onom. *Stewart.*

praetorqueo, -tortum, -ēre. *a* prae *et* torquere. *i. q. ante torquere* (*praeverbium vi locali intellegitur vulgo, sed possis etiam vi temporali explicare*): PLAVT. Rud. 626 -ete iniuriae prius collum quam ad vos perven[i]at. COLVM. 3, 18, 1 Atticus -to capite et recurvato ... semen demersit (*cf. 2* contortis capitibus *nec non* stirps, antequam deponatur, vexata).

praetorreo, -ēre. *a* prae *et* torrere. *i. q. antea torrere*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 112 *harena est* igne -enda atque ita corpori admovenda.

praetorridus, -a, -um. *a* prae *et* torridus. *i. q. valde torridus*: CALP. ecl. 2, 80 -a ... aestas.

[praetortīre: abstollere GLOSS. IV 552, 36 (*corruptum*; praeterere *Goetz dubitanter; cogitesne de voce ceterum ignota* praesortiri, *sc. sortiri antequam alius sortiatur, praecipere sim.?*).]

praetractātum *v.* praetracto.

praetractātus, *abl.* -ū *m.* *a* praetractare. *i. q. actio praetractandi*: TERT. fug. 4, 1 si constat a quo persecutio eveniat (*sc. a deo*), possumus iam ... determinare ex hoc ipso -u fugiendum in persecutione non esse.

praetracto, -ātum, -āre. *a* prae *et* tractare. *i. q. antea tractare* (*sc. verbis*): TAC. Germ. 11, 1 ut ea ..., quorum penes plebem arbitrium est, apud principes -entur (per- *var. l.*). TERT. adv. Marc. 5, 21 p. 649, 24 memento ..., quod ea, quae -ta sunt retro, de apostolo quoque probaverimus. CHALC. comm. 286 haec ad praesens ... -ari (per- *var. l.*) curavimus. THEOD. PRISC. gyn. 28 omnibus ... passionibus ⌞-tis⌟, ad *alia* ... descendemus (⌞ ⌟ pertractatis, praet(r)actis *var. ll.*). *p. p. p. neutr. plur. pro subst.*: TERT. adv. Prax. 27 p. 280, 8 haec iniectio *contradicentium* ... ex -tis iam retusa est.

deriv.: praetractatus.

praetrahit. -xit. -ctum NOT. Tir. 35, 26ᵃ. 34ᵃ. 42ᵃ (*additamenta codd. duorum ad notas* protrahit. protraxit. protractum). *a* prae *et* trahere, *i. q. ante trahere.* [*e coni. vix recta* PLIN. nat. 9, 143 (pertrahens *fere trad.,* re- *Detlefsen*).]

***?*praetremo,** -ere. *a* prae *et* tremere, *si recte restituitur. in explicanda locutione Carm. Sal. supra p. 373, 31 allata significari videtur, qui tremit aliquem in conspectu constitutum*: FEST. p. 205 pre tet tremonti: praet⟨r⟩emunt ⌞te⌟ (pe *trad., corr. Müller, ut de tmesi cogitavisse videatur Ver-*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rius; prae te ⟨tre⟩munt [pe] *Radke, Gedenkschrift für G. Rohde, 1961, 216*).

praetrepido, -āre. *a* prae *et* trepidare. *vi praeverbii temporali i. q. antea trepidare* (*sc. gaudio laetitiae futurae*): CATVLL. 46, 7 ad claras Asiae volemus urbes! iam mens -ans avet vagari, iam laeti studio pedes vigescunt. *vi praeverbii intensiva, sc. sec.* praetrepidus *novata, fere i. q. vehementer trepidare*: CYPR. GALL. num. 373 dum -ant *furore,* dum sese ad crimina firmant *eqs.* (*cf. num. 14, 10* cum ... lapidibus eos *Mosen et Aaron* vellet opprimere *multitudo*). PAVL. PETRIC. Mart. 6, 496 ignis -ans refugit *virtute Martini domitus* (*cf. l. 15*).

praetrepidus, -a, -um. *a* prae *et* trepidus. *i. q. admodum trepidus*: **1** *festinatione praecipiti* (*accedente inf. apud* PERS.): PERS. 2, 54 si tibi ... *aurea* dona feram, sudes et ... excutiat guttas *sudoris* laetari -um cor (*cf.* SCHOL. quod ad laetitiam festines. *inf. pro abl. causae poni posse putant alii vix recte explicantes 'laetando -um'*). PAVL. PETRIC. Mart. 6, 486 *quidam in incendio domus suae* -ā velox rapit ad penetralia dextrā *ceram sancti Martini, qua flammae exstinguuntur* (*fortasse simul ad 2 spectat*). **2** *timore sim.*: SVET. Tib. 63, 1 quam ... non modo invisus ..., sed -us quoque ... vixerit, multa indicia sunt: haruspices secreto ... consuli vetuit *eqs.* Nero 41, 2 urgentibus ... nuntiis *de seditione Vindicis* Romam -us rediit. HIST. AVG. Max. Balb. 1, 1 cum Maximinus ad urbem furens veniret, ... senatus -us (per- *var. l.*) in aedem Concordiae ... concurrit. CYPR. GALL. exod. 161 (*contextu corrupto*).

deriv.: cf. praetrepido *l. 5.*

praetricat NOT. Tir. 92, 65[a] (*inserit codex unus inter* extricat *et* retricat). *sec.* ex-, intricare *a* prae *et* tricare (tricari).

[praetritus *v. p. 1036, 25.*]

praetrunco, -āvī, -āre. [*exstat apud* PLAVT. *iuxta* obtruncare *simili ratione ac* praecīdere *iuxta* occīdere. *Fo.*] *i. q. ante truncare, praecidere*: PLAVT. Capt. 902 mihi rem summam credidit cibariam; ... iam ut ego collos -bo tegoribus (*cf.* 915 ⌞-vit⌟ tribus tegoribus glandia [⌞ ⌟ praeru- *vel* pratru- *cod. A, sed vix est, quod cogites de compos. a* prae *et* runcare *formatum, ut dubitanter voluit Lindsay*]). Mil. 318 non tu tibi istam ⌞-ari⌟ linguam largiloquam iubes? (⌞ ⌟ praetunc(d)ari *trad.*).

praetubo, -āre. *a* prae *et* tubare. *i. q. tubis praecinere*: OP. imperf. in Matth. 52 p. 931 'media nocte clamor factus est' (*Matth. 25, 6*) quasi clamor praecurrentium et -antium angelorum (*sc. dominum adnuntiantium*). *Bk.*

praetumeo, -ēre. *a* prae *et* tumere, *cf.* praetumidus. *i. q. valde tumere, nimis elatum esse* (*fere part. praes. pro adi. praeter l. 42*): CASSIOD. compl. in apoc. 14, 13 botros (bonos *perperam ed.*) ... quasi homines malitia -entes incunctanter abscidit *angelus.* hist. 1, 10, 7 *episcopus quidam* mediocritatem docens ⌞eum, qui eloquii supercilio -bat⌟ (*Sozom. 1, 11, 9 τὸν τοῖς λόγοις ὠφρυωμένον*). in psalm. 75, 13 superbiae spiritu vacuatos 'reges' ..., non potestate -entes (*ibid.* superbia tumidi).

praetumidus, -a, -um. *a* prae *et* tumidus. *compar. et superl. desunt.* [*falsa var. l. pro* pro- AVG. virg. 34, 34.]

i. q. valde tumidus (*non nisi vi incorporali cum respectu hominum arrogantium, nimis elatorum sim.; accedit abl. causae l. 65. 69, limit. l. 67*): **1** *de hominum mente vel qualitatibus*: IVVENC. 1, 580 (*ad Matth. 6, 5* cum oratis, non eritis sicut hypocritae) sunt quos -ae tollit iactantia mentis. CLAVD. 3, 225 si semel ... poscenti *Rufino* quisque negasset, effera -o quatiebat corda furore. CYPR. GALL. exod. 42 (*cf. exod. 14, 8* induravit ... dominus cor Pharaonis) -os acuens sensus mentemque ferocem. num. 516 *Moses* placido regem *Edom* sermone poposcit -a virtute ferum pugnamque parantem. CASSIOD. in psalm. 118, 78 superbiam -a se iniquitate iactantem. 148, 10 'montes' significant homines -a potestate sublimes; 'colles' mediocres aequalitate tractantes (*cf. l. 64. 68*). IORD. Get. 231 (*229 usurpator* affinitate Theoderidi praesumens) animo -o ait *quaedam* (*opp.* moderatus). **2** *de ipsis hominibus* (*de regione l. 66*): AMM. 22, 3, 9 Arbitionem semper ambiguum et -um (*de eodem 15, 3, 2 vir* inconsideratae iactantiae). 23, 6, 5 reges *Arsacidae* ... -i appellari se patiuntur Solis fratres et Lunae. 26, 10, 10 *ubi causae agantur* ad voluntatem -ae potestatis (-es *V*) ..., ibi capitalis vertitur pernicies (CASSIOD. compl. in apoc. 17, 7 non montibus [*cf. apoc. 17, 9*], sed -is potestatibus *Babyloniae*). 27, 9, 7 tali successu (*i. clade hostium*) latrones -os. CLAVD. 24, 81 *Roma Stilichone duce* regna recepit: iam non -i supplex Orientis ademptam legatis poscit Libyam. CASSIOD. in psalm. 122, 1 qui sunt corde -i et mundana se potestate iactantes. 143, 5 'montes' hic superbos homines debemus accipere et diabolica iniquitate -os (146, 10). *pro subst. masc.*: CASSIOD. in psalm. 117, 17 *ad vitam aeternam* -i pervenire non possunt. *Huyck.*

[praetundo, *compos. a* prae *et* tundere *e cod. gramm. medii aevi affertur vol. VI 1, 1305, 6.*] *Bk.*

***praetūra,** -ae *f.* *a* praetor. *scribitur* pre- *in codd. rescr. saec. V* SCHOL. Cic. Bob. p. 122, 3 (*v. ed. Hildebrandt; sed* prae- *ibid. e. g.* p. 151, 22). NOT. Tir. 36, 70. *de notione*: SYNON. Cic. p. 447, 3 tribunal. ...dictatura. consulatus. proconsulatus. -a. censura. GLOSS. -a: *στρατηγία. στρατηγία Ῥώμης. legitur in poesi apud* PLAVT. (*bis*) *et* ANTH. 804, 3, *in oratione soluta inde a* CIC., Q. CIC., CAES., BELL. Hisp., SALL.; *plur. occurrit raro, sc.* CIC. Font. 41 TAC. dial. 36, 5 ann. 2, 32, 1 PLIN. paneg. 88, 1. *al.; abiit in sermonem gr. p. 1077, 14.* [*de confusione cum* praefectura *v. p. 605, 26 sq.*]

i. q. munus vel dignitas praetoris (*saepius ita, ut respiciatur tempus muneris gerendi, cf. iuncturas p. 1077, 38 sqq. 43 sq. et e. g. abl. absol.* insequente -a BELL. Hisp. 42, 2; *pro agente inducitur* -a *p. 1077, 2. 8 et e. g.* TAC. dial. 36, 5): **1** *apud Romanos* (*apud Athenienses per comparationem iocosam* PLAVT.): **a** *temporibus liberae rei publicae*: **α** *vario usu* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Epid. 25 (*loq. servi*) ius dicis ...; iam tu autem nobis -am geris? :: quem dices digniorem ... Athenis ...? :: (27) at unum a -a tua ... abest ..., lictores duo. CIC. Verr. II 1, 103 ita me de -ae criminibus auditote, ut ex utroque genere et iuris dicundi et sartorum tectorum exigendorum *gravissima tantum dicantur.* 3, 187 (*in formula donationis imperatoria iocose depravata*) et in legatione et in -a et hic in Sicilia. Font. 41 *Fonteiorum* continuae -ae, quae ... existimatione innocentiae ... floruerunt. Mur. 41 in ipsa -a nihilne existimas inter tuam et huius sortem interfuisse? huius sors ... fuit ... iuris dicundi; ... quid tua sors? ... quaestio peculatus. leg. 1, 53 cum *Gellius* pro consule ex -a in Graeciam venisset (*item qui -a functi sunt administrant provinciam*: Att. 15, 11, 1 *ne* ex -a in provinciam ires. CAES. civ. 1, 31, 2 ex -a eam provinciam obtinuerat [*item fere* ASCON. Scaur. p. 22, 11 tog. cand. p. 66, 6. *al.*]. 1, 85, 9. *al.*). SALL. Iug. 4, 8 quasi -a et consulatus ... per se ipsa ... magnifica sint. FAST. cos. Capitol. a. 215 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 47) *L. Postumius Albinus consul designatus* in -a in Gall(ia) occis(us) est. LIV. 7, 1, 1 annus (*sc. 366 a. Chr.*) ... insignis novis duobus magistratibus, -a et curuli aedilitate. 32, 7, 10 *tribuni plebis* T. Quinctium Flamininum consulatum ex quaestura petere non patiebantur: iam aedilitatem -amque fastidiri nec per honorum gradus ... nobiles homines tendere ad consulatum *eqs.* (*cf.* ASCON. Scaur. p. 26, 26 id agebat Caesar, ut omissa -a consul fieret). 40, 16, 7 P. Manlius *praetor* in ulteriorem Hispaniam, quam et priore -a provinciam obtinuerat, ... pervenit. SEN. contr. 9, 2, 6 *L. Quinctium Flamininum* cum sua -a reum evolvam (*usu laxiore respici videtur iurisdictio Flaminini consulis Galliam tum obtinentis, v. e. g. Cic. Cato 42*). VELL. 2, 68, 2 M. Caelius ... in -a novarum tabularum auctor exstitit. VAL. MAX. 7, 5, 6 non Catoni tunc -a, sed -ae Cato negatus est (*item de repulsa Catonis*: SEN. benef. 5, 17, 2 epist. 71, 8. *al.*). ASCON. Pis. p. 21, 19 Opimium in -a Fregellas cepisse.

al. **β** *respicitur munus eorum, qui inde a Sulla provinciis praesunt* (*sc. pro praetore vel pro consule; adde l. 51; munera distinguuntur l. 17; ante Sullam v. e. g. l. 33. 35; ceterum cf. p. 1063, 16*): CIC. div. in Caec. 28 illius *Verris* -a. Verr. II 1, 34 anni consumpti in ... -a urbana et -a Siciliensi. 1, 98 *rationem* -ae, quam ex senatus consulto statim referre debuit *Verres.* 3, 29 ex triennio -ae tuae. *al. ibid.* Mur. 15 *Murenae* pater cum ... ex -a triumphasset. 53 *Murenae* -a probata in iure, grata in munere (*sc. ludis*), ornata in provincia. Balb. 63 *Caesar* in -a ... *Balbum* praefectum fabrum detulit. VELL. 2, 43, 4 -a quaesturaque mirabili virtute ... obita *a Caesare* in Hispania. Ps. ASCON. Verr. p. 219, 4 Q. Calidius ... ex -a Hispaniensi accusatus *repetundarum.* **γ** *in titulo librorum duorum Cic. Verr.*: NON. p. 303, 8 Cicero in Verrem, de -a Siciliensi (*i. Verr. II 2; item affertur*: PRISC. gramm. III 250, 5. *al.*). SERV. auct. Aen. 3, 84 Cicero in -a Verrinarum (*item sine adi. de Verr. II 1*: CLEDON. gramm. V 66, 4, *sed multo saepius forma* de -a urbana, *e. g.* ARVS. gramm. 143. 152 AGROEC. gramm. VII 119, 20 PRISC. gramm. III 179, 18).

b *tempore imperatorum*: **α** *ante Constantinum*: VELL. 2, 100, 4 *Antonium triumviri filium* -a, consulatu, provinciis honoratum *ab Augusto.* SEN. benef. 2, 27, 4 nemo agit de tribunatu gratias, sed queritur, quod non est ad -am usque perductus (*sim. in exemplo ambitiosi cuiusdam* dial. 5, 31, 2). dial. 1, 4, 2. PLIN. nat. 14, 144 ad proconsulatum usque -ae (e -a *var. l.*) honoribus gestis. TAC. hist. 1, 48, 3 *Titus Vinius* cursu honorum inoffenso legioni post -am praepositus. 4, 3, 4 *Vespasiano* consulatus cum Tito filio, -a Domitiano et consulare imperium *a senatu* decernuntur (*cf.* SVET. Dom. 1, 3 honorem -ae urbanae consulari potestate suscepit titulo tenus, nam iurisdictionem ad collegam proximum transtulit). 4, 39, 1 Tettio Iuliano -a ... ablata, ut in Plotium Grypum transferretur. ann. 1, 14, 4 candidatos -ae duodecim nominavit *Tiberius,* numerum ab Augusto traditum. 2, 32, 1 -ae extra ordinem datae iis *accusatoribus Libonis,* qui senatorii ordinis erant. 11, 4, 3 sestertium quindecies et insignia -ae Crispino decreta. *al.* PLIN. epist. 1, 14, 7 *Acilianus* quaesturam, tribunatum, -am honestissime percucurrit. paneg. 88, 1 per hos *libertos* -ae ... et consulatus, immo ab his petebantur. *al.* CIL VI 1444, 7 (*aet. Traiani*) candidato Caesaris in -a. *al.* **β** *inde a Constantino*: PANEG. 2, 7, 2 non solum in amplissimis magistratibus adipiscendis, sed in -is quoque aut aedilitatibus capessendis. SYMM. epist. 4, 59, 2 designatum tibi ad urbanam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-am filium meum nuntio. 9, 22 domum nostram in apparatu esse ludorum, quos ... filii mei -a deposcit. COD. Theod. 6, 2, 19 *senatores quidam* glebalem tantum sustineant functionem, ad -ae vero functionem atque onera non vocentur (*cf.* 6, 26, 13 a -a immunitatem tribuimus. NOVELL. Theod. 15, 1, 3 -ae munus remitti decernimus. *sim. al.*). 6, 4, 5 primae -ae, quae Flaviali nuncupatione signatur, ... *tantae pecuniae* erogationem ... praescripsimus; in secunda vero Constantiniana ... *tot* libras argenti largiendas esse censemus; tertia triumphalis ... *tantum* expendat. 6, 4, 13, 2 praetores designati editionem -asque ipsas senatus arbitrio sortiantur. BOETH. cons. 3, 4, 15 atqui -a magna olim potestas nunc inane nomen et senatorii census gravis sarcina. GREG. M. epist. 1, 2 l. 6 ad administrandam -am Siciliae (*cf. p. 1064, 28*). *al.* *de munere praetoris populi Constantinopolitani* (*cf. p. 1062, 6*): NOVELL. Iust. 13, 4 pr. qui ... in -am populi transeunt *ad furta sim. compescenda* (*gr.* πραιτούραν).

2 *apud Graecos* (*στρατηγία respicitur; aliter* PLAVT. *sub 1a*): CIC. off. 1, 144 Pericles, cum haberet collegam in -a Sophoclem (*item fere* VAL. MAX. 4, 3 ext. 1).

*?***3** *apud Carthaginienses* (*respicitur munus sufetis, si recte trad.*): NEP. Hann. 7, 6 deinde anno post ⌞-am⌟ *Hannibalis* (⌞ ⌟ *delent edd. inverten-tes etiam ordinem verborum traditum 7, 4, v. p. 1057, 46; quodsi utroque loco codicibus fidem habere malis, verba* ut enim Romae consules *eqs. [7, 4] tribuas explicationi interpolatoris cuiusdam, v. Picard, Rev. Ét. Lat. 41, 1963, 274 sqq.*).

appendix locutionum et determinationum potiorum: **1** *iuncturae verbales*: PLAVT. Epid. 25 -am geris (*al. v. vol. VI 2, 1939, 7 sqq.*). CIC. Verr. I 23 cum ... -am petisset (Sull. 42 fam. 11, 16, 2. *al.* LIV. 39, 39, 6 ASCON. Mil. p. 30, 14. *al.*). Catil. 3, 14 cum se -a abdicasset (*al. v. vol. I 54, 57. 55, 9*). LIV. 7, 1, 2 patres -am ... Camillo ... ceperunt ([coep-, ded- *var. ll.*]. TAC. hist. 4, 39, 2 Domitianus -am cepit. *cf.* accipere: TAC. dial. 7, 1 HIST. AVG. Pert. 6, 10. *al.*; suscipere: COD. Theod. 6, 4, 12 [*cf.* SVET. Dom. 1, 3 honorem -ae]). 22, 26, 3 *Varro* -a perfunctus (*item part. perf.*: PLIN. nat. 7, 181 TAC. ann. 13, 29, 2. *cf.* functus: VELL. 2, 15, 3 PLIN. nat. 7, 173. 182. *al.* TAC. hist. 2, 63, 1. 3, 57, 1. *et saepe. alia forma*: SVET. gramm. 7, 4 fungeretur). VELL. 2, 100, 4 *Antonium* -a ... honoratum (HIST. AVG. Hadr. 23, 13). VAL. MAX. 3, 5, 1 adeptam -am (*vi activa*: 9, 3, 3 SEN. dial. 1, 4, 2). SEN. dial. 5, 31, 2 dedit (TAC. ann. 2, 32, 1. *cf. l. 29 et* reddere: TAC. hist. 4, 40, 2). *al.* **2** *pendet e praepos.*: in *c. abl.* (*sc. de tempore, quo quis -a fungitur; aliter* Q. CIC. pet. 8): CIC. div. in Caec. 38 Mur. 41 Brut. 224 fam. 1, 9, 11. *al.* Ps. SALL. rep. 2, 2, 4. FAST. cos. Capitol. a. 215 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 47). *et saepe.* ante: CIC. Verr. II 4, 36 VELL. 2, 43, 3 TAC. ann. 2, 36, 1. *al.* post: CIC. off. 3, 79 LIV. 26, 28, 6 VELL. 2, 17, 3 TAC. hist. 1, 48, 3. *al.* ex: *p. 1076, 21 sqq. 45. al.*

3 *gen.* -ae *pendet e subst.*: CIC. Verr. I 40 triennium illud -ae (II 3, 29. *cf.* annus: CIC. Verr. II 3, 120. tempus: PLIN. nat. 36, 121. spatium: FRONTIN. aq. 7, 4). Mur. 35 in -ae petitione (37 Mil. 68 SEN. dial. 12, 13, 5. *al.*; *cf.* petitor: VAL. MAX. 3, 5, 1 SCHOL. Cic. Bob. p. 172, 33). Flacc. 6 iurisdictio (*cf.* SVET. Dom. 1, 3 *p. 1076, 64*). VAL. MAX. 5, 2, 7 Calidio -ae candidato (*al. v. vol. III 238, 18 sq.; cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 14 -ae candidam, *sc. togam*). 7, 3, 9 insignia (TAC. ann. 11, 4, 3 COD. Theod. 6, 4, 12. *cf.* fasces: SYMM. epist. 7, 1. 8, 71). 7, 5, 5 repulsa (AMM. 28, 4, 21). PLIN. nat. 14, 144 -ae honoribus (SVET. Aug. 4, 1 Claud. 1, 2. *al.*; *cf.* gradus: SVET. Otho 1, 1. magistratus: SYMM. epist. 8, 72. dignitas: COD. Theod. 6, 4, 12 GREG. M. epist. 11, 4, l. 4. munus: COD. Theod. 6, 4, 28 NOVELL. Theod. 15, 1, 1. *al.*). **4** *determinatur genus -ae*: CIC. Verr. I 12 urbana (II 1, 34. 3, 78 SVET. Dom. 1, 3 SYMM. epist. 4, 59, 2. *al.*; *v. etiam p. 1076, 54*). I 40 Siciliensis (II 1, 34. 2, 17. 3, 78. *adde p. 1076, 51; cf.* GREG. M. epist. 1, 2 l. 6 -am Siciliae). Ps. ASCON. Verr. p. 219, 4 ex -a Hispaniensi. COD. Theod. 6, 4, 25 pr. Constantiniani et Constantiani nominis ... -a; ... Romani nominis -a; ... (1) Constantiniana et Constantiana -a ..., Theodosiana vero et ⟨Arcadiana⟩ ..., triumphalis vero et Augustalis ..., Romana vero et laureata (*v. etiam l. 5 sqq. et per ellipsin Cod. Theod. 6, 4, 13 pr.*). *Pade.*

praeturbidus, -a, -um. *a* prae *et* turbidus. *i. q. valde turbidus*: HIST. AVG. quatt. tyr. 7, 3 -am civitatem (*sc. Aegyptum; cf. 7, 4 Aegyptii sunt* ventosi, furibundi ..., novarum rerum ... cupientes *eqs.*).

[praetūrīnus, *adi. a* praetura *derivandum, vix agnoscas, v. p. 1066, 68. 1067, 75.*]

praetūtus, -a, -um. *a* prae *et* tutus. *i. q. valde tutus*: CELS. 4, 27, 1[D] add. l. 5 *medicamenta quaedam, quae evocant sanguinem,* etiam cum illo *cibo* assumpta proficiunt et -a porrum, ruta, omne acre holus (*v. Capitani ad l. p. 198*).

praevādit: prevenit. antecedit. anticipat. antecellit. preoccupavit. precurrit GLOSS.[L] **I** Ansil. PR 1155–60 (cod. Paris.). *a* prae *et* vadere. [*falsa var. l.* praevadere *pro* per- SEN. dial. 10, 17, 6.]

praevalēns *v.* praevaleo. *Bk.*

praevalentia, -ae *f.* *a* praevalere. *i. q. status praevalens*: PAVL. dig. 6, 1, 23, 4 mea res, *cuius pars est res aliena,* per -am alienam rem trahit meamque efficit (*sunt qui interpolatori tribuant, v. Kaser, Privatrecht I[2] 429, 42*). HIPPOCR. num. sept. 42, 25 ex eo quod est animae caloris -a (*contextu parum dilucido*).

[praevaleo, -uī, -itūrus, -ēre. *a* prae *et* valere. *scribitur* preb- *bis in amuleto p. 1081, 63. 1082, 73, ceterum e. g.* VVLG. gen. 7, 19 (*cod. Ottob., saec. VII/VIII*) *et hic illic in codd. rec., cf.* prev- COLLECT. Arian. serm. 9, 2 (*cod. saec. V/VI*) *et saepius; vix pertinet ad coniugationem confusam scriptura* i *pro* e *quorundam codd. ut* -is VET. LAT. Ios. 17, 18 (cod. 100). GREG. TVR. Franc. 2, 32 p. 80, 7. *al.*, -iant ORIBAS. syn. 9, 40 add. Ab p. 346 (Aa -eant), -int GREG. M. in Ezech. 1, 5, 13 (*cod. A saec. VII*). *sim. al.* *formae perfecti* (*inde a* COLVM.) *sunt communes cum* praevalescere, *quas praeter p. 1085, 18 huc traximus. dubites imprimis de p. 1079, 61. 1082, 16. 31.* GLOSS. -o: *ἰσχύω. ἐνδυναμοῦμαι.* -et: *πλέον ἰσχύει.* -ui: *ἴσχυσα.* *legitur primo (vix iam apud* VARRONEM, *v. p. 1082, 48) singulis tantum locis, nisi alia indicantur, apud* LIV. (*ter in prima pentade, sc. non nisi part.* -ens, *ut* VELL., VAL. MAX. [*bis*], CELS., CVRT. *al., cf.* praevalidus), SEN. *rhet.*, PHAEDR. (*ceterum in poesi* STAT. [*bis*], AVSON. [*bis*], PRVD. *al.*), SEN. *philos.* (*ter*), COLVM. (*quinquies*); *frequentatur a* PLIN. nat. (*23[ies]*), FRONTINO (*11[ies]*), TAC. (*15[ies], nusquam* -ens, *sed* praevalidus *novies*) *magisque aetate posteriore, imprimis in sacris scripturis,* AVG., CASSIOD. [*cf. Faré, Postille 6727b. St.*] [*confunditur in codd. maxime cum* valere, *e. g.* RVFIN. Orig. in iud. 8, 5 p. 515, 15; *restituitur pro* revalere APVL. met. 4, 14, 5, *falso trad. pro* praevelare *p. 1098, 56.*]

I *vi praeverbii magis minusve vigente fere i. q. prae aliis valere, praepollere* (*sc. vi comparativa, sed haud raro potius vi intensiva fere i. q. multum valere, maxime nimirum sub A [ceterum addas e. g. p. 1079, 28. 61 sqq. 1083, 5]; nonnumquam de notione sub II illustrata cogitare possis, idque etiam comparato alio valido, potente, e. g. p. 1080, 62*). *indicatur modus mensuraque -endi per adv. vel acc. obi. int. (saepe cum abundantia quadam, nisi locos ad II pertinere putes), e. g.* (ali)quid *p. 1080, 62. 1081, 42. 45,* magis *p. 1082, 43. 45* (maxime *p. 1080, 59*), multum *p. 1079, 20. 1083, 13* (plus, plurimum *p. 1079, 75 sq. 1080, 24*), nimis *p. 1081, 21. 1083, 7,* valde *p. 1079, 53; per oxymoron* imbecilliter *p. 1082, 67.* *syn. vel iuxta posita* (*pauca potiora*): dominari VET. LAT. III Esdr. 4, 2 (Lib. geneal. chron. I p. 183, 449). LACT. inst. 7, 14, 10, fortem (esse) VVLG. gen. 32, 28 AVG. in psalm. 58, serm. 2, 4. *al.*, invalescere VET. LAT. exod. 17, 11 (Cypr. Fort. 8. *al.*). LACT. epit. 66, 1, potentem (esse) STAT. Ach. 1, 797 VET. LAT. gen. 32, 28 (Quodv. prom. 1, 24, 33). *al.*, praepollere *v. supra p. 766, 71,* praevalescere VET. LAT. *p. 1085, 29,* valere VLP. dig. 24, 1, 22 MARCIAN. dig. 40, 5, 50 CYPR. Demetr. 3 p. 352, 24. *al.*, vincere Ps. QVINT. decl. 5, 12 p. 96, 19 CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 146, 5; *sim. saepius.* *opponuntur vel distinguuntur*: degenerare PLIN. nat. 13, 4 (*v. p. 1082, 34*), infirmum (esse) LIV. 5, 15, 7 FRONTIN. strat. 2, 3, 4 IREN. 1, 10, 2, invalidum (esse) FRONTIN. strat. 4, 7, 20 AVG. in psalm. 43, 10 l. 16, parum valere AVG. pecc. orig. 26, 30, vinci AVG. civ. 3, 3 p. 100, 5; *sim. al.*

A *part. praes.* praevalēns, -entis (*vergit saepe in vim adi. q. e. praevalidus, sed desunt compar., superl., adv. nec exstat abl.* -i [-e *p. 1079, 4. 5. al.*]; *masc. pro subst. l. 65; vi verbali manifesta e. g. p. 1079, 3. 17; spectat passim ad potestatem, vim maiorem sim., ad quamlibet praestantiam l. 69. p. 1079, 13. 21, ad nimium vigorem p. 1079, 2; saepe c. abl., e. g. l. 58 sq. 73,* in *c. abl. p. 1079, 20; qui [quod] superatur indicatur per dat. l. 67. p. 1079, 17 [etiamne p. 1079, 5 ?], gen. l. 62, praepos.* contra *p. 1079, 19*): **1** *de animantibus (de equo l. 75) vel hominum societatibus*: LIV. 1 praef. 4 iam pridem -is populi vires se ipsae conficiunt. PLIN. nat. 3, 120 *Spina urbs* -s, ut Delphicis creditum est thesauris. 33, 164 aliquis -s manceps. FRONTIN. strat. 1, 8, 12 adversus hostem equitatu -em (4, 7, 21. AMM. 18, 8, 4 e. et numero. *v. et p. 1080, 16; cf.* FRONTIN. strat. 2, 5, 33 numero et genere equitum. 4, 7, 20 exercitu [*opp.* invalidus]). SVET. Tib. 16, 2 vicinus et -s hostis. TERT. adv. Hermog. 9, 4 *creator mundi materia* aut precario usus est, qua egens eius, aut ... iniuria, qua -s eius (*c. gen. fortasse etiam* PATRIC. conf. 20 cecidit *satanas* super me veluti saxum ingens et nihil membrorum meorum -s [*sc. eram,* -ui *var. l.; ad II traxit Bieler ad l., gen. part. pendentem ex acc. int.* nihil *intellegens*]). FIRM. math. 1, 2, 2 Luna *facit* ... elegantes et ... gratia -es. Ps. AVR. VICT. orig. 7, 2 latronem ... magnitudine corporis et virtute ceteris -em (CASSIOD. chron. II p. 120, 2 *gigantes* c. m. parique animi saevitia -es). AVG. in psalm. 58, serm. 2, 4 viri sibi sunt aliquid, velut fortes, velut potentes, velut -es. 90, serm. 2, 1 l. 19 multos ... et memoria -es et lectionis divinae studiosos. *al.* *significantur qui corpore validi sunt*: LIV. 2, 55, 6 Volero et -s ipse et adiuvantibus advocatis repulso lictore ... se ... recipit. 5, 15, 7 -s iuvenis ... senem infirmum *rapuit.* VELL. 2, 108, 2 Maroboduus ... corpore -s, animo ferox (*cf. l. 66 sq.*). VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 -em virum ... catenis vinctum. CELS. 7, 26, 2[C] homo -s (*postea*: duo valentes). CVRT. 7, 7, 35 equus. *al.*

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de rebus*: **a** *per se efficacibus, sc. naturalibus* (*de sympathia l. 8*): COLVM. 5, 6, 25 vitis -s in luxuriam evagatur. PLIN. nat. 5, 84 nec resistit *Taurus Euphrati,* quamquam ... latitudine -s. 7, 173 *cuidam* subveniri non potuerat -e flamma (*cf.* HIPPOCR. aer. 7 p. 13, 21 hec ... de vim fiunt -e igne [*gr. ὑπὸ βίης ... τοῦ θερμοῦ*]). 18, 118 *faba* -s pulmentari cibo (*cf. Cels. 2, 18, 2* valentissimum voco, in quo plurimum alimenti est). 18, 275 interlunio plenave luna, hoc est -e[s]; utroque enim habitu plena est. 28, 84 -e sympathia (*contra vim morbi*). 34, 151 etiam -e morbo *sanantur* (*addas l. 11*). VET. LAT. Is. 25, 8 (Conc.^{S} I 2 p. 50, 22. *al.*) absorbuit mors -s (*gr. ἰσχύσας, Vulg. aliter; inde* AMBR. epist. 7, 48, 6. BENED. reg. 2, 10 poena sit eis -s ipsa m. [*sim.* REGVLA mag. 2, 10 ipse mortis morbus]). *al.*

b *ad homines pertinentibus* (*saepius vi verbali servata*): VAL. MAX. 7, 2 ext. 4 Platonis verbis adstricta, sed sensu -s sententia. APVL. Plat. 1, 18 p. 217 ut firmitas mentis -bus corporis viribus non sit inferior. LACT. inst. 7, 14, 10 malitia -e atque dominante (*cf.* AVG. civ. 21, 16 p. 520, 22 -bus vitiis. Ps. AVG. hypomn. 4, 5 l. 249 contrariam legem, concupiscentiam scilicet, ... resistentem et -em legi mentis meae. FVLG. RVSP. praedest. 1, 4 peccato). PRISCILL. tract. 2, 43 nemo ... nostrum ... reprehensus tua potissimum epistula contra improbos -e. AVG. epist. 101, 1 curis ... multis et multum -bus occupatus. PHYSIOGN. 25 animum ... in acumine ingenii -em, sed minus audacem. COD. Theod. 6, 22, 3 utilitate publica. *al.*

B *ceterae formae* (*pro subi. sunt subst. vel pron. passim, struct. verbales p. 1082, 36. 1083, 36* [*cf. p. 1084, 7*]): **1** *indicatur ubi, quousque, quo respectu quis (quid) -at* (*iuxta indicationem minus valentis v. sub 2*): **a** *per praepos.* (*cf. p. 1081, 21. 1085, 9*): **α** ad (*aliter sub 2bδ. cf. IIA3*): SEN. contr. 3 praef. 9 illi nemo luctando par est, ille ad tollendam ... sarcinam -et (*item c. gerund.*: PLIN. nat. 28, 75 *lac* ad vitia ... sananda -et. LVCIF. moriend. 2 l. 5 ad perimendos nos. AVG. in psalm. 68, serm. 1, 7. SACR. Leon. 594 ne ad perdendum peccata nostra -ant [*postea*: praevincat]. *et saepius*). QVINT. inst. 6, 2, 9 hos *affectus* ad perturbationem, illos ad benevolentiam -ere. SCHOL. Cic. Bob. p. 85, 33 -uit ... ad ... victoriam maior eorum *iudicum* numerus, qui absolverunt. *al.* usque ad: AVG. in psalm. 68, serm. 1, 7 populi -uerunt u. ad mortem *Christi.* GREG. M. moral. 2, 70 u. ad defectum cordis. SACR. Greg. 205 u. ad animae temptationem. *al.*

β in *c. abl.* (*gerund. l. 52. 54. 64*): Ⓘ *respicitur potius ubi* (*cf. etiam 2bγ*): Ⓐ *de partibus in compositione sim. praeponderantibus*: SEN. dial. 3, 8, 3 in qua *confusione* peiorum mixtura -uit (PLIN. nat. 34, 8 in quo *aeris genere* illa *argenti* m. -uit [*distinguitur*: aequalis omnium temperies]). 4, 19, 2 cuius in illo *animali* elementi portio -bit, inde mores erunt. VLP. dig. 1, 5, 10 qui *sexus* in eo -et (*sc. in hermaphrodito ut*: 28, 2, 6, 2 si in eo virilia -bunt). Ⓑ *de quibuslibet*: PLIN. nat. 17, 185 in Africa ... et multis locis Europae hic mos -et (*indicatur regio sim. ut*: 30, 2 ut *ars magica* ... in magna parte gentium -at et in oriente regum regibus imperet. CYPR. epist. 69, 15 si ... serpentes, qui in sicco -ent, in aquam praecipitati -ere possunt. VVLG. gen. 12, 10 -uerat ... fames in terra [*cf. vol. VII 2, 116, 63. item de fame*: 41, 54. IV reg. 25, 3]. *al.*). QVINT. inst. 7, 4, 19 *defensio quaedam* in causis dubiis saepe -uit. TAC. ann. 15, 36, 3 in privatis necessitudinibus proxima pignora (*syn.* vim plurimam habere). VLP. dig. 37, 4, 8, 7 iura naturalia in eo *filio* -ere (*in iure ut*: MARCIAN. dig. 40, 5, 50 in obscuro libertatem -ere [*antea*: novissimam scripturam valere. *cf. p. 1083, 29*]. COD. Theod. 2, 19, 3 *fratres* -ant in omnibus occupandis facultatibus defuncti). IREN. 1, 10, 2 qui valde -et in sermone (*gr. ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ. opp.* infirmus in dicendo). CONSENT. gramm. p. 29, 9 in scandendo non solum nostra aetate, sed etiam a scriptoribus synaliphae nomen -uisse video (*item in gramm.*: V 360, 7 *genetivus sing. aliis casibus formandis* viam ... praebet in numero singulari; neque in eo solum -et, *sed et in plur.* PRISC. gramm. II 18, 2 -uit in hac littera, *sc. v,* potestas simplicis consonantis apud ... doctissimos). *et saepius.*

Ⓘⓘ *respicitur potius qua re*: VET. LAT. psalm. 51, 9 (cod. 300. *al.* = VVLG.) *dives* -uit in vanitate sua (*nisi coll. p. 1085, 44 ad* praevalescere *trahas; gr. ἐδυναμώθη*). I Macc. 2, 64 (recc. L, M) confortamini et -ete in lege (*gr. ἰσχύσατε ἐν, recc. B, V* viriliter agite). HIL. coll. antiar. p. 54, 27 qui ... acrius in nequitia -bat. PELAG. in Rom. 5, 15 plus -uit iustitia in vivificando quam peccatum in occidendo (*item c. gerund. p. 1080, 37*). GREG. TVR. Franc. 3, 14 p. 111, 8 quod -at hic perfidus in contumacia sua. PASS. Petr. Paul. brev. 11 si Simon *magus* ... in sua -uerit potestate. *al.*

γ in *c. acc.*: PLIN. epist. 5, 9, 7 *contrarii sermones* alterutram in partem ex eventu -bunt. PAVL. NOL. epist. 24, 8 p. 207, 16 populus in eius *Christi* passionem Pilato extorquendam -uit (*abl. var. l.*).

δ apud: *-ent animantes* (*sc. gratia, auctoritate sim.*): TAC. dial. 5, 1 alteram a. eos *iudices* partem gratia -ere (Ps. QVINT. decl. 5, 13 p. 97, 20 a. adfectus patris). ann. 12, 64, 3 amita potius an mater a. Neronem -ret. SVET. Nero 33, 2 *ne Britannicus* a. hominum gratiam paterna memoria -ret. HEGES. 2, 5, 4 p. 140, 13 plurimum ... a. Caesarem. ENNOD. epist. 9, 2, 3 p. 229, 24 scio vos plura a. homines, sed maiora a. deum -ere. *al.* *-ent res* (*sc. efficacia, vi, numero sim.*): TAC. ann. 2, 76, 3 a. quos *milites* ... imperatoris sui memoria et ... amor -ret. Ps. QVINT. decl. 5, 15 p. 100, 20 necesse est a. impatientiam *mala* sua[m] vel minora -ant (*antea*: gravissimum putet). CYPR. epist. 59, 20 p. 690, 12 tantum ... a. illos -ere ... praecepta divina, quantus *eqs.* AVG. civ. 16, 12 p. 145, 30 a. Chaldaeos ... superstitiones impiae -bant, quem ad modum per ceteras gentes. SACR. Leon. 351 *v. p. 1114, 74. al.*

ε per: CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 146, 25 per istos sanctos lapides -bit Christus (*gr. I 1, 2 p. 99, 33 περιέσται*). *al.* (*cf. imprimis l. 7. 59. p. 1081, 41*).

b *per abl.* (*fere resp. vel instr., sed causae l. 26; gerund. l. 35*): **α** *vi, armis sim.*: COLVM. 1 praef. 17 Romuli proles ... agrestibus operibus exercitata firmissimis -uit corporibus. STAT. Ach. 1, 797 quisquis equo iaculoque potens, qui -et arcu. FRONTIN. strat. 2, 1, 8 Gallos et Samnites primo impetu -ere (*sec. Liv. 10, 28, 3* primo i. feroces esse). 2, 2, 9 equitatu (2, 3, 14 numero et e. *cf.* 2, 3, 4 cornibus, quibus ipse -bat, infirmissimas hostium partes ... fudit. *v. et p. 1078, 58*). TAC. hist. 3, 8, 1 qua *pugna equestri* -bant. VET. LAT. I Macc. 6, 6 (rec. L, *sim.* B) -uerunt armis et viribus et spoliis multis ([*gr. ἐπίσχυσαν, var. l. ἐν-, rec. V* invaluerunt]. LACT. ira 16, 8 AVG. civ. 19, 3 p. 355, 3. *al.*). CYPR. Demetr. 3 *saeculum non* vigore et robore ipso valere, quo antea -bat. *al.* **β** *varia ratione* (*addas e. g. p. 1079, 72. 74 et fortasse iam* PHAEDR. *infra l. 52; fere de animantibus, sed de rebus l. 28 sq., de flore l. 24*): PLIN. nat. 21, 19 *rosa* plurimum solo -et; Cyrenis odoratissima est *eqs.* 35, 95 ambitu -ere aemulos *sentiens Apelles.* TAC. ann. 11, 28, 2 si atrocitate criminis -uissent *accusatores,* posse opprimi *Messalinam.* PLIN. epist. 8, 14, 24 *ne* ea *sententia,* quae *reos* absolvendos esse censebat, numero -ret (LACT. inst. 7, 21, 6 quorum peccata vel pondere vel n. -uerint. *addas l. 17*). SVET. Nero 28, 2 hoc genere gratiae. Galba 19, 1 auctoritate et praesentia -ere (LACT. inst. 5, 6, 3 tantum ... a., quantum viribus aut opibus aut malitia). COD. Iust. 8, 17, 2 (*a. 212*) -et iure, qui praevenit tempore (*antea*: potiores estis). ARNOB. nat. 2, 64 sapientia -es. ANTH. 487^{a}, 3 (*epitaphium mimi*) his *iocis* ego -ui toto notissimus orbi. SCHOL. Iuv. 4, 53, 1 eloquentia et artis poeticae gloria. SACR. Leon. 324 -endo deficiunt persequentes et deficiendo -ent interempti. EVGRAPH. Ter. Haut. 12 p. 155, 14 ('actor tantum poterit *eqs.*') tantum in facundia excellit et -et ingenio *poeta,* quantum et ego ... in agendo -o. *et saepissime.*

c *alio modo*: PLIN. nat. 11, 65 aranei *apibus* ... hostiles: cum -uere, ut intexant, enecant alvos (AVG. civ. 16, 8 p. 136, 29 ut appellarentur *Hermaphroditi a sexu masculino,* loquendi consuetudo -uit. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 30 ut fratrem occiderent [*gr. ἐκράτησαν, ὥστε ἀνελεῖν*]. *addas l. 45 sq. et cf. IIA3; mera vi consecutiva e. g. p. 1081, 75*). FRONTIN. aq. 31, 3 sive ... ratio sive auctoritas sequenda est, utroque commentariorum moduli -ent (*vix ad b*). TAC. ann. 13, 33, 3 eo usque ambitus -uit, ut ... multarentur *accusatores* (AVG. in psalm. 68, serm. 1, 3 l. 10 potuerunt illae turbae ... huc usque -ere, ut occiderent Christum [*cf. p. 1079, 33*]). CLAVD. DON. Aen. 9, 345 p. 234, 27 ⌞impactis inter se duro et molli⌟ -uit ferrum (⌞ ⌟ *i. cum ... impegerunt*).

2 *indicatur quis (quid) minus valeat, infirmetur, opprimatur sim. (v. etiam p. 1078, 53):* ?**a** *per abl. compar.* (*v. quae ad c monuimus*): PHAEDR. 1, 13, 14 (*epimythium spurium?*) virtute semper -et sapientia (*nisi potius abl. instr., ut ad 1b pertineat*).

b *per praepos.*: **α** contra: PLIN. nat. 20, 118 buselinum ... -ere c. serpentes potu (*item de medicamentis* [*cf. p. 1079, 28*]: 21, 152 c. serpentium ... ictus). CYPR. epist. 59, 9 p. 677, 13 quasi c. innocentiam festinatione -ant *scelera.* 66, 2 p. 727, 22 -uit ... apud te c. divinam sententiam ... malignorum commentum. MAR. VICTORIN. homous. 1 haec ... ratio ... c. haereticos maxime -bit. ANON. in Hebr. 7 *diabolus* per ipsam *Evam* etiam c. Adam -uit. PAVL. NOL. epist. 21, 1 p. 149, 19 c. David ... hostium manus. AVG. c. Parm. 1, 2, 3 p. 22, 9 si c. caelestia fulgura mendacii ... fumus aliquid -et (*nisi potius ad IIB*). LEO M. epist. 10, 1 *ne* portae c. illam *ecclesiam* inferi -rent (*sec.* Matth. *p. 1081, 53*). CONC.^{S} II 3, 3 p. 36, 25 *Ibas* c. nos -uerat (*gr. II 1, 3 p. 29, 36 περιγενόμενος ἡμῶν*). *et saepius.* **β** in *c. acc.* (*addidimus pronomina ambigua; aliter 1aγ*): Ps. QVINT. decl. 8, 4 p. 155, 6 in alterum *filium* desperatio illa, *qua occidendus erat,* -uit. HIER. tract. in psalm. I p. 195, 5 *Iudaei* non ... -uerunt in me, *filium dei.* PELAG. in I Cor. 7, 5 p. 161, 3 in virum mulierem *non* posse -ere (*antea*: dominari). PAVL. NOL. epist. 24, 8 p. 207, 23 (*per imag. sec.* gen. 32, 28, *v. sub ε*) in virtutes divinas ... -ere conamur (*ibid.* p. 207, 25 in regnum caelorum). AVG. in psalm. 37, 21 -uit in te falsum testimonium, sed apud homines; numquid apud deum valebit? CONC.^{S} II 3, 3 p. 54, 15 in eos (*gr. II 1, 3 p. 45, 30 περιγενέσθαι c. gen.*). *al.* **γ** in *c. abl.* (*vel indeclin.*): VET. LAT. II par. 12, 13 (cod. 109) -uit rex Roboam in Iherusalem et regnabit (*nisi ad 1aβ; gr. κατίσχυσεν, Vulg.* confortatus est). IORD.

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Get. 130 cuius mortis occasio dedit Hunnis -ere in Gothis. ORIG. in Matth. 12, 21 p. 117, 20 -uerat in eo satanas, ut desineret ire post *Christum* (*gr. ἴσχυσεν αὐτόν*). *al.* **δ** ad (*huc addas l. 54; aliter p. 1079, 25*): VET. LAT. gen. 32, 26 (Conc.^{S} I 5 p. 207, 38) *v. supra p. 151, 49.* Dan. 7, 21 (Aug. civ. 20, 23 p. 464, 14) cornu illud faciebat bellum cum sanctis et -bat ad ipsos (*gr. ἴσχυσε πρὸς αὐτούς, cod. 176. al.* valebat adversus eos, VVLG. -bat eis). IORD. Get. 285 ad tantam multitudinem. **ε** cum: VET. LAT. gen. 32, 28 (Aug. serm. 5, 6. *sim. al.*) *Iacob,* quoniam -uisti cum deo, -bis et cum hominibus (*gr. ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός, cod. 100* quia invaluisti cum deo et inter homines potens factus es, VVLG. fortis fuisti, ... contra homines -bis). **ζ** adversus (-sum): VET. LAT. Soph. 2, 11 (Aug. in psalm. 144, 17) -bit dominus a. eos (*gr. ἐπιφανήσεται ἐπί, cod. 176* apparebit, *Vulg.* horribilis ... super). I Macc. 10, 49 (rec. B) *v. vol. VII 2, 117, 44.* CLAVD. DON. Aen. 8, 260 p. 152, 6. AMBROSIAST. in Rom. 8, 39, 1 *diabolus* a. nos. HIER. in Is. 1, 2, 15 l. 6 turris ... a. vim ... exercitus. *al.* **η** super: VET. LAT. iud. 6, 2 (cod. 100) -uit manus Madie valde s. Istrahel ([*gr. κατίσχυσεν ἐπί, Vulg. aliter*]. II par. 17, 1 [cod. 109; *Vulg.* invaluit contra]). psalm. 64, 4 (cod. 303. *al.* = VVLG.) verba iniquorum -uerunt s. nos (*gr. ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς,* HIER. psalt. sec. Hebr. adversum me). VVLG. gen. 7, 19 aquae -uerunt nimis s. terram (*nisi ad 1a*). AVG. in psalm. 103, serm. 2, 7 l. 41 *'aquae' persequentium* -bant s. martyres. *al.* **ϑ** supra: MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 18 p. 1269^{B} caritas s. scientiam -et et supereminet plusque ad salutem proficit. ANON. de mach. bell. 18, 1 huiusmodi ballistae genus, murali defensioni ⌞necessarium, s. ceteras⌟ impetu et viribus -ere (⌞ ⌟ *vix iungendum*). CASSIOD. var. 3, 1, 4 s. vos iniquitas.

c *per dat.* (*v. etiam p. 1078, 53; formas ambiguas vix ad a trahas*): **α** *-ent animantes, anima sim.* (*regnum l. 30*): APVL. met. 4, 14, 5 quae *ursa* ceteris sarcina corporis -bat (re- *trad.*). VET. LAT. Dan. 7, 23 (Aug. civ. 20, 23 p. 464, 20) quod *regnum* -bit omnibus regnis (*gr. ὑπερέξει, cod. 176* eminebit, *Vulg.* maius erit). FVLG. myth. 2, 11 p. 52, 15 inspicite, quantum valeat cum sapientia iuncta castitas, cui flammarum non -uit deus. AMBR. epist. 7, 48, 6 unusquisque -at carni et vitiis eius. HEGES. 5, 16 p. 325, 2 *Iacob* -uit deo, qui imparem se hominibus arbitrabatur (*respicitur* VET. LAT. *l. 8 ut e. g.* AVG. civ. 16, 39 p. 188, 15 quod ei -uit Iacob, ... significat passionem Christi. IVLIAN. in Os. 12, 3 l. 93). PAVL. NOL. epist. 23, 11 p. 168, 27 *Samson* gratia spiritali vicerat, cum -uisset forti *leoni.* AVG. c. adv. leg. 2, 6, 21 *anima* omnibus, quibus constamus ..., -et (*antea*: principatur). CONSVLT. Zacch. 1, 18 p. 22, 3 cum sibi -turos *Hebraeos* Aegyptii formidarent. LEO M. serm. 39, 2 *nos non* -ere ... adversariis nostris, nisi -uerimus et nobis. CONC.^{S} I 5 p. 370, 35 voluerit per praeceptum rectae fidei -ere (*gr. I 1, 7 p. 73, 8 κρατεῖν*). VEREC. in cant. 2, 32 l. 6 quid ... infirmus tantis ... -at inimicis? (*item c. obi. acc. int. e. g.* GREG. TVR. Franc. 3, 35 diutissime pugnantes nihil ei poterant -ere. PASS. Fel. Fortunat. [BHL 2860] 3 numquid Christo servientibus aliquid possunt -ere *imperatores*?). *al.* *de eo qui voto potitur, fere i. q. satisfacere sim.*: CASSIOD. Ios. antiq. 7, 163 p. 196 cum ... suo *non* posset desiderio -ere (*gr. τυχεῖν τῆς ἐπιθυμίας*). **β** *-ent res* (*saepius -ent mala*): TERT. bapt. 13, 1 sequentia antecedentibus -ent (*cf.* castit. 6 l. 25 decreta posteriora pristinis). VET. LAT. III Esdr. 3, 18 (Lib. geneal. chron. I p. 183, 448) quam cito -et vinum omnibus hominibus (*gr. ὑπερισχύει. alia distinctione* rec. Vulg. quam -et vinum! *cf. p. 1082, 6*). Matth. 16, 18 (cod. 4. *al.*) portae inferi non -bunt ei *ecclesiae* (*gr. κατισχύσουσιν αὐτῆς,* cod. 8 eius, Laurent. Chan. p. 117^{C} ad eam, *cod. 2. al.* vincent eam, VVLG. adversum eam. *cf. p. 1080, 63 et* AVELL. 56, 9 cui *normae* portas inferi numquam -turas esse promisit *deus*). LACT. epit. 63, 2 quae *mala* plerumque etiam -ent bonis. HIER. in Is. 1, 2, 15 l. 29 ne ... dogma perversum -at veritati. PAVL. NOL. epist. 7, 3 p. 44, 21 votis carnalibus spiritalia ... vota. AVG. vera relig. 257 ea *coniunctio* maxima est, quae omnibus -et. ALC. AVIT. carm. 4, 358 Ninivae ... populis terrore salubri -uit pro pace metus. NOVELL. Iust. 97, 3 dotem ... aliis quidem -ere creditoribus ..., his autem cedere (*gr. κρατεῖν. syn.* praeponi). INSCR. Rev. Ét. Anc. 42, 1940, 488 n. 4 (*in amuleto*) sata mali(g)na non tibi prebalea(n)t. *al.*

d *per gen. v. l. 53, vix etiam p. 1083, 10; iuxta part. praes.* -ens *supra p. 1078, 62.*

e *per acc.* (*cf. p. 1082, 73. 1083, 15*): Ps. THOM. euang. 6, 10 turpitudinem meam non possum -ere (*cf. gr. rec. A 7, 3 ἐνθυμοῦμαι ... τὴν αἰσχύνην*).

3 *sine talibus determinationibus* (*laxiore conexu accedunt enunt. secund. e. g. l. 75. p. 1082, 6. 26. 43*): **a** *in universum*: **α** *de rebus* (*fere incorp.; de vino p. 1082, 6, de arboribus p. 1082, 24 sqq.*): Ⓘ *usu communi*: SEN. dial. 9, 4, 2 si -bit fortuna et praecidet agendi facultatem. PLIN. nat. 25, 10 eam ... unam feminarum scientiam -ere (*sc. magicas artes ut*: VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 50 m. a. ob verae fidei observantiam -ere non posse). TAC. hist. 2, 65, 2 auctoritas Cluvii -uit, ut puniri ... *eius accusatorem* Vitellius iuberet. ann. 11, 32, 3 nulla ... misericordia, quia flagitiorum deformitas -bat. 13, 12, 2 fato quodam an quia -ent illicita, abhorrebat *ab uxore.* PLIN. epist. 6, 20, 19 noctem spe ac metu exegimus; metus -bat. Ps. QVINT. decl. 5, 12 p. 96, 19 invicem vincunt, -ent, cedunt *affectus patris in filios.* VET. LAT. III Esdr. 3, 24 (Lib. geneal. chron. I p. 183, 448) non -et vinum, quod sic cogit facere? ([*rec. Vulg.* praecellit]. *p. 1081, 52*). 4, 41 magna *est* veritas et -et ([*gr. ὑπερισχύει. cf. 4, 35* fortior prae omnibus]. CYPR. epist. 74, 9 quo minus v. -at et vincat. *cf. l. 44*). CYPR. domin. orat. 16 ut terrena caelestibus cedant, spiritalia et divina -ant. LACT. epit. 66, 1 vis et audacia -bit (*antea*: malitia invalescet, *vitia* ... crebrescent). HEGES. 1, 28, 6 praesentia Herodis -uit et gratia, *sc. apud Antonium contra obtrectatores.* PELAG. in Gal. 3, 10 ita -uit consuetudo peccandi, ut *eqs.* (AVG. pecc. orig. 26, 30 [*verba Pelagianorum*] nimia ... peccandi c. [*opp.* parum valeret]. *cf.* AVG. conf. 9, 8, 17 mos potandi -bit. *v. etiam* PLIN. *p. 1079, 43. al.*). AVG. nat. et grat. 38, 45 p. 266, 22 vitium si convaluerit et -uerit (*nisi potius ad* praevalescere). OROS. hist. 1 prol. 14 *vera religione* inlucescente illam (*sc. mortem*) constupuisse; illam concludi, cum ista iam -et; illam penitus nullam futuram, cum haec sola regnabit. MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 4 p. 257 non exstincta, non diminuta est salus, ... sed permanet et -et in aeternum (*gr. p. 33 κρατεῖ καὶ περιγίνεται*). *et saepissime.* *in imagine luctae*: COLVM. 1, 3, 9 imbecilliorem agrum quam agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus -at, allidi dominum.

Ⓘⓘ *cum coloribus peculiaribus -ent*: Ⓐ *arbores sim. magis vigentes quam aliae* (*cf. p. 1079, 1. 1080, 24*): COLVM. 4, 24, 10 si ... ita -uit *medius palmes,* ut alterutrum bracchium afflixerit. PLIN. nat. 15, 121 *myrtus altera* multis annis -uit exuberans ac laeta (*syn.* floruit, evaluit; *opp.* emarcuit). 17, 233 in omnibus *arboribus* signum est revivescendi, si folia amisere; alioqui quas putes -uisse moriuntur. *in imagine de haeresi*: OROS. comm. 1 l. 32 quid ante male plantatum convaluit et quid postea peius insertum -uit, ostendam (*nisi potius ad* praevalescere). Ⓑ *res maioris pretii, aestimationis sim.* (*cf. p. 1083, 3*): PLIN. nat. 13, 4 *mutata auctoritate* saepius transisse gloriam *unguentorum*; ... iidem suci varie alibi atque alibi -uere aut degeneravere. Ⓒ *sententiae, argumenta sim. contrariis fortiora* (*cf. l. 56. p. 1080, 27*): TAC. ann. 1, 58, 4 consultare, utrum -at quod *filia mea* ex Arminio concepit, an quod ex me genita est (*item pro subi. est enunt. secund.*: SVET. Aug. 7, 2 *cum* -uisset, ut Augustus potius vocaretur). 12, 3, 1. 12, 17, 2 postquam -uit ... utilitas (*antea*: diu pensato *eqs.*). PLIN. epist. 2, 11, 6 quae sententia non -uit modo, sed omnino post tantas dissensiones fuit sola frequens (4, 9, 18. 8, 14, 21 ut ... -at illa *s.,* quae absolvit. GAIVS inst. 3, 149 INST. Iust. 3, 23, 2. 3, 25, 2). SCAEV. dig. 21, 2, 69, 3 auctoritas Servii -uit existimantis *eqs.* CALL. dig. 49, 14, 3, 1 agitabatur, quid magis -ret: utrum ..., an. TERT. adv. Prax. 26 p. 277, 20 *adversarii* volent ... argumentari, sed veritas -bit. VVLG. I par. 21, 4 sermo regis magis -uit (*loco gemino II reg. 24, 4* obtinuit). *al.* *in arte logica*: Ps. APVL. herm. 8 p. 274 tantum vel una *propositio abdicativa* mixta ceteris *dedicativis* -et, *ut conclusio abdicativa fiat.* Ⓓ *partes praeponderantes* (*cf. p. 1079, 37 sqq.*): LACT. opif. 12, 8 sq. (*e Varrone, sed vix ad verbum*) cum semina inter se permixta coalescunt, si virile superaverit, patri similem provenire *fetum* ..., si muliebre -uerit, *matri*; ... (9) id autem -et e duobus, quod fuerit uberius (*cf.* AVG. in euang. Ioh. 11, 11 l. 18 *filiis Iacob non* obfuerunt natales ancillarum, sed -uit semen paternum).

β *de animantibus (eorum vocibus l. 63), qui superiores sunt, praestant vel vincunt*: Ⓘ *quolibet modo*: PLIN. nat. 10, 19 vulturum -ent nigri. STAT. Theb. 11, 111 neu mitis Adrastus -at *sententia sua.* TAC. ann. 11, 10, 4 *in rege faciendo* multi ad Gotarzen inclinabant, quidam ad Meherdaten ..., dein -uit Gotarzes. PLIN. epist. 3, 20, 6 *in comitiis* saepius digni quam gratiosi -bant. VET. LAT. Is. 54, 4 (Aug. c. Cresc. 3, 64, 72. *al.*) non est quod metuas, -bis enim (*gr. κατῃσχύνθης* [*cf. Aug. civ. 18, 29* confusa es, *Vulg.* non confunderis], *sed subesse videtur confusio quaedam cum κατισχύειν, ut apud Cypr. testim. 1, 20* revinces). Luc. 23, 23 (cod. 6) clamabant ... 'crucifige illum', et -bant voces illorum (*gr. κατίσχυον, cod. 3. al. et Vulg.* invalescebant). HIL. coll. antiar. p. 53, 26 suos suamque posse -ere factionem. HEGES. 3, 2 p. 184, 24 *si* -uisset Petrus *in certamine cum Simone mago.* AVG. civ. 7, 24 p. 305, 29 quantum maligni daemones -uerint, qui ... tam crudelia exigere potuerunt. epist. 120, 6 fallaciter sapere et imbecilliter -ere (*opp.* efficaciter fortes). in euang. Ioh. 47, 7 l. 15 non glorientur Iudaei, quasi -uerint. PATRIC. conf. 27 *peccata sim.,* quae in pueritia ... gesseram ..., quia necdum -bam. Ps. THOM. euang. 13, 1 si -es, accipe eum ad disciplinandum (*nisi potius ad p. 1084, 21; gr. A 15, 1 εἰ θαρρεῖς*). *al.* *in amuleto*: INSCR. Rev. Ét. Anc. 42, 1940, 488 n. 4 (*contra invidum*) ligabit te brachium dei; ⌞id⌟ non prebaleas, infau⟨s⟩t(e) (⌞ ⌟ *obi. acc. int. sec. p. 1078, 31 et IIB? si intellegas 'bracchium', cogites potius de obi. inf. supplendi, sc. 'infestare, superare' sim. [sec. p. 1084, 27], quam de obi. acc. pro*

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dat., qui ex eodem amuleto laudatur supra p. 1081, 62; pro subi. accepit editor coniciens -at). Ⓘⓘ *imperio, opibus sim.*: Plin. nat. 6, 29 -ent oppida Albaniae Cabalaca, Hiberiae Harmastus (*nisi aestimatione ut p. 1082, 32; cf. p. 1078, 56*). Vet. Lat. gen. 49, 24 (cod. 102. *al.*) per manum potentis Iacob, inde qui -uit Israhel (*gr. ὁ κατισχύσας, Vulg. aliter, aliae vers.* convalescens, confortavit). exod. 1, 7 (Tycon. reg. 5 p. 55, 15) filii ... Israhel creverunt et multiplicati sunt ... et -uerunt nimis (*gr. κατίσχυον, cod. 100* convalescebant. *Vulg.* roborati). III Esdr. 4, 2 (Lib. geneal. chron. I p. 183, 449) non -ent homines? terra(m) et mare tenent ...; rex autem -et et dominatur ⌞eorum⌟ (*vix ἀπὸ κοινοῦ. loco utroque gr. ὑπερισχύειν, rec. Vulg.* praecellere). Avg. civ. 18, 2 p. 256, 30 pars partem, quae -et, opprimit; vitrici enim victa succumbit. Salv. gub. 2, 1 mali -ent, affliguntur boni. Cassiod. Ios. antiq. 17, 271 p. 505 praepositi latronum, qui multum quondam -⟨u⟩erat (*gr. ἐπὶ μέγα δυνηθέντος*). Greg. M. epist. 3, 33 ut *gloriosi terrae* in eo, quod temporaliter -ent, mercedem sibi non temporalem parent (*nisi potius ad 2e*). *al.* *fere i. q. dominari, regnare*: Cassiod. Ios. antiq. 16, 8 p. 455 si -rent *filii Mariamnes,* ultionem exigerent (*gr. δυναστευόντων αὐτῶν*). Iord. Get. 284 *Gothi* Gallias ... tenentes suo iure defendunt, ut nullus ibi (sibi *var. l.*) alius -ret. Ⓘⓘⓘ *vi militari, pugna*: Frontin. strat. 3, 10, 3 tamquam -ret hostis. Vet. Lat. exod. 17, 11 (Cypr. Fort. 8. *al.*) cum levabat manus Moyses, -bat Israel; ubi autem submiserat manus, invalescebat Amalech (*gr. bis κατίσχυεν, Vulg.* vincebat, ... superabat). Lact. mort. pers. 44, 3 dimicatum, et Maxentiani milites -bant. Clavd. Don. Aen. 9, 725 p. 278, 22 aut occidi ... aut -ere. Prvd. c. Symm. 2, 534 exercitus ... -uit. Oros. hist. 7, 37, 11. *al.*

b *in iure -ent quaecumque iuris potioris sunt* (*doctrinam meliorem v. p. 1082, 34 sqq.; cf. p. 1079, 50. 1080, 31. 1081, 61*): Scaev. dig. 28, 6, 48, 1 quoniam eodem testamento et legatus sit Stichus et libertatem accepit, -ere libertatem et, si -et libertas, non deberi legatum (*cf. p. 1079, 51 et* Vlp. dig. 40, 7, 2, 2 -ere libertatis dationem. Pavl. dig. 31, 14 pr. favor libertatis -et [*postea*: legatum ... -bit]). Vlp. dig. 24, 1, 22 si, posteaquam heredem instituit *servum,* donavit, donatio -bit (*antea*: valere institutionem). Pavl. dig. 46, 3, 98, 6 -et causa dandi. Hermog. dig. 39, 5, 33 pr. causam ... constitutae pecuniae, non iudicii potestatem -ere. Cod. Theod. 9, 42, 9, 3 sit duodecim tabulis locus ac ius civile -at, ut *eqs.* *al.* *pro subi. est acc. c. inf.*: Pavl. dig. 47, 10, 18, 3 -et, quod principale est, iniuriam eum mihi facere velle ... et ideo iniuriarum *actionem* habeo. Inst. Iust. 1, 6, 3 *si debitor propter manumissionem solvendo non est,* -uisse ... videtur ... non impediri libertatem (*an de doctrina meliore, ut p. 1082, 39? simili ambiguitate*: 3, 25, 9 -uit ... culpae nomine teneri eum).

c *in gramm. -ent quae usu, consuetudine praestant* (*alia de causa l. 45; -et ipsa consuetudo* Avg.; *cf. p. 1079, 56 sqq.*): Don. Ter. Ad. 894, 1 cum hic dominas habeat, 'dominus' dixit, quia et -et masculinum (Eun. 1065, 1 si 'aliam' diceret, neque commode neque *εὐφώνως* loqueretur; -et enim m. genus. *cf. p. 1080, 41*). Avson. 348, 21 p. 167 -uit post quam (*sc. litteram K*) ... C *littera.* Prisc. gramm. II 208, 12 *in voce q. e. 'cupido'* feminini -uit declinatio.

II *vi praeverbii evanida i. q. valere, posse sim.* (*quae pro syn. occurrunt e. g. l. 62 sqq. p. 1084, 1. 13; usu qui dicitur impersonali p. 1084, 7; attulimus exempla pauca certiora, cf. quae p. 1078, 29 monuimus*): **A** *cum struct. verbalibus* (*subaudiendis sub 1c; cum subst. verbali p. 1084, 42; saepius in sent. negatis*): **1** *inf.* (*de acc. c. inf. v. l. 72*): **a** *ponitur inf. act. vel mediopass.*: Vet. Lat. Eph. 3, 18 (Aug. epist. 140, 2. *al.*) ut in caritate ... fundati -atis comprehendere ..., quae sit latitudo *eqs.* (*gr. ἐξισχύσητε, Pelag.* valeatis [ev- *var. l.*], *Vulg.* possitis). Iren. 2, 20, 3 Aeon ... requirens patrem et non -ens invenire. Cypr. laps. 4 siccos oculos tenere. Zeno 2, 1, 7 *fortitudo,* quod facere -uerit, aestimat rectum. Filastr. 104, 4 vix discere -bant (Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 54, 22 [*gr. I 1, 7 p. 68, 8 μόλις ἐξίσχυσα, cf. I 5 p. 361, 30* vix ... potui]. Cassiod. hist. 8, 1, 6 vix eum *versum* implere -ui [*Socrat. 4, 23 p. 513^{B} μόλις ... ἐξέμαθον*]. *al.*). Ps. Ambr. act. Seb. 5, 15 p. 1028^{B} fenus debitor feneratori reddere -et; et terra agricolae ... restituere ... semina potest (*item per variationem*: Hier. in Is. 9, 28, 16 l. 83 capere non p. et ... cooperire non -et. Cassiod. Ios. antiq. 3, 98 [*gr. ἠδύναντο tantum*]. *al., cf.* Vita Hil. Arel. 1 l. 13 nec incipere ... queat nec ... supplere -at. Cassiod. hist. 9, 14, 11 neque praeparare ... valentes ... neque ... sumere -entes. *sim. al.*). Rvfin. Adamant. 4, 11 p. 70, 15 aliud esse non -ens *homo.* Hippocr. vict. 2 l. 124 alium cibum ... minus -ent suscipere ([*gr. 41, 10 οὐκ ἐπιδέχονται*]. Ferrand. epist. 1, 1. *cf. p. 1084, 35. 61 et* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 62, 11 persuadere ... illos minime -entes [*gr. I 1, 3 p. 38, 24 μὴ δυνηθέντες*]). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 232, 9 -uisti per orationes ... quae studebantur pro ecclesiis optinere (*cod.*, optineri *Schwartz, ut intellegatur acc. c. inf.; aliam vers. v. p. 1084, 47*). Ven. Fort. carm. 5, 5, 4 sine quo *Christo* nullum -et esse bonum. *et saepissime.* **b** *ponitur inf. pass.*: *accedit ad subi.*: Rvfin. Orig. princ. 2, 3, 3 p. 117, 17 quae *corpora* ... a morte vinci ... *non* -ant. Cassian. inst. 1, 9, 1 sollicitudine carnis ... exuti esse non possumus nec ab ea penitus -emus absolvi. Cassiod. compl. in act. 5, 34 *praedicatio* nequaquam ab aliqua potestate -et dissipari (*ita trad., v. Stangl, Cassiodoriana, 1898, 8*; poterit *Maffei sec. act. 5, 39* non poteritis). inst. 1, 23, 1 quod ... -et inveniri (*antea*: potuit recondi). in psalm. 146, 5. Greg. M. in Ezech. 1, 6, 19 l. 497 aeterna ... gaudia nulla ... -ent cogitatione penetrari. in I reg. 1, 18 l. 450. *al.* *?ponitur pro subi.* (*nisi locos aliter explices; sed cf. p. 1079, 22*): Cassiod. in psalm. 2, 8 l. 218 quid sit dei substantia, nullatenus -et comprehendi. Iord. Rom. 377 dum ⌞resisti⌟ contra Parthos non -et, ... pacem effecit *dux* (⌞ ⌟ *deponens intellexit Mommsen in indice p. 185 fortasse rectius*). **c** *subaudiendus est inf.* (*saepius in formulis quibusdam*): Filastr. 31, 3 virtutem eius videre cupiebant; non -entes autem *eqs.* Evseb. Verc. epist. 3, 1, 2 quibus potes tractatibus, quanto labore -es, transgressores obiurga. Hier. epist. 44, 1 faciat unusquisque, quod -et (*nisi ad B; item* Cassian. inst. 8, 12 si id, q. -et, ... compleverit. Max. Tavr. 17, 3 pro eo, q. -ent, operantur. *al.*). Rvfin. epist. Clement. 9, 2 in quantum unusquisque -et, ... panes ... cum suis fratribus sumat ([*gr. ὡς δύνασθε*]. Orig. in iud. 8, 5 p. 515, 15 in q. -o, lavare cupio [valeo *var. l.*]. Pallad. hist. mon. II 20, 17. Greg. M. epist. 10, 15 l. 14 in q. vero ut -et [*abundantiam defendit Norberg, Stud. crit. II, 1939, 212*]. *al.*). Ps. Avg. serm. 142, 2 si aliquis ieiunare non potest, ...; si vero -et (Ennod. epist. 1, 2, 4 p. 4, 14 silentii tui, si -es, talione multetur. Ps. Fvlg. Rvsp. serm. 15 p. 878^{B} iugula fluctus, si -es [*antea*: si potes]. *al.*). Cassian. inst. 3, 1 (*item fere* 12, 24) quantum tenuitas ingenii nostri -uit, arbitror expeditum (*nisi ad B; sim. dubites*: Ennod. epist. 9, 14, 2 p. 239, 14 q. -es, orare non cesses. Caes. Arel. serm. 34, 2 p. 141, 18. *al.*). Cassiod. inst. 1, 6, 4 Bellatoris presbyteri, ut -et, labore collecta est *expositio* (Bened. reg. 2, 26. *cf. l. 19*). *al.* *supplendus est inf. verbi notionis generalis* (*fort. addas l. 71. p. 1082, 73*): Svlp. Vict. rhet. 27 p. 327, 18 unde hunc *caedis reum* ⌞-uisse⌟ dicamus (⌞ ⌟ *def. Stangl, Philologus 54, 1895, 347*; perficere potuisse *edd.*). Avg. serm. 379 Rev. Bénéd. 59, 1949 p. 64, 1 dixi breviter; si intelligentiores -uerunt (*sc. comprehendere sim., nisi quid excidit*), sed tardiores relinquendi non sunt: hoc ipsum, quod dixi, ... planius explicetur.

2 ad *c. gerund.* (*subst. verbali l. 41; cf. p. 1079, 27*): Cypr. epist. 27, 3 p. 542, 17 qui ad resistendum minus virtute animi et robore fidei -bant. 59, 17 p. 687, 15 ut ... plus existimemus ad impugnandum posse humana conamina quam quod ad protegendum -et divina tutela. Anon. de mach. bell. 5, 6 ad colendos agros adhuc -entes agricolas. Soran. p. 33, 11 *infans* non -et ad perferenda quae difficillimae digestionis sunt. Mvtian. Chrysost. hom. 2, 1 p. 243 neque ad loquendum ... lingua sufficit neque ad percipiendum -et intellectus (*gr. p. 19 δύνανται*). *al.* *cum subst.*: Ambr. Iob 4, 4, 18 non -bat vetus testamentum ad istius mundi redemptionem.

3 ut (in hoc ..., ut Ps. Mar. Victorin.; *vix huc iam* Plin. *p. 1080, 40*): Ps. Mar. Victorin. phys. 14 *omnipotentiam* etiam in hoc ipso -ere necesse est, ut ... revocet ex morte (*quod antecedit v. l. 58*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 118, 19 quod ... -ueris orationibus ..., ut in ecclesiis statueretur quod in studio fuit (*aliam vers. v. p. 1083, 70*). Vitae patr. 5, 5, 39 (*loq. daemon*) vix nocte ista -ui, ut facerem eum fornicari (*gr. Nau 1908 p. 276 n. 191 κατέβαλον αὐτὸν εἰς πορνείαν*). *al.* *iunctura abundanti*: Vvlg. II par. 2, 6 quis ... poterit -ere, ut aedificet ei *deo* dignam domum? ([*cf. postea*: ut possim ... aedificare; *Vet. Lat. cod. 109* invalescit]. Verec. in cant. 4, 29 l. 4 cum -ere non potuerint *haeretici,* ut servos sibi subiciant dei [*nisi ad I*]).

B *cum obi. acc. int.* (*cf. etiam supra l. 14. 24 et v. quae p. 1078, 31 monuimus*): Vet. Lat. Phil. 4, 13 (Theod. Mops.) omnia -o in eo, qui me confortat ([*gr. ἰσχύω, Vulg.* possum]. Ps. Mar. Victorin. phys. 14 omnipotentia ... o. -et [*ibid. iterum; antea*: si ... est aliquid, quod non potuit]). Potam. tract. 1 l. 82 age ..., si aliquid -es, ... pauca narrato (Cassiod. in psalm. 126, 1 l. 52 Greg. Tvr. Franc. 3, 14 p. 111, 6. *cf. p. 1080, 62. 1081, 45*). Hippocr. vict. 2 l. 556 *venter* minus -et quam cibi, quos suscipit. Rvstic. Conc. ^{S} I 4 p. 125, 3 scit ... affectus saepius maiora necessitate -ere. Sidon. epist. (carm. 22) 2 compertum habere ..., quid sidera -ant (Pomer. 3, 6, 3 turpia ... verba ... q. -ent? Verec. in cant. 4, 9 l. 48. *al.; cf. etiam p. 1081, 43*). Ps. Chrysost. hom. I 912^{C} multa medicamenta expensa sunt et nihil -uit medicina ([*Migne gr. 55, 567 ἠπόρησε*]. Caes. Arel. serm. 40, 2 p. 170, 14 medicamentum spiritale. Iord. Get. 220 cum diu ... obsidens n. paenitus -ret [*in re militari ut*: 308 Greg. Tvr. Franc. 5, 38 p. 245, 7. *al.*]. Anthim. praef. p. 2, 8 stomachus ... infrigidatus n. -et. *al.*). Greg. M. in cant. 10 invitamur ..., ut simus sponsa; si hoc necdum -emus, simus sodales; si neque hoc adepti sumus *eqs.* (*nisi trahas ad l. 27 sq.*).

C *exempla cetera* (*perpauca significantiora*): **1** *vario usu*: Cypr. epist. 70, 3 p. 769, 15 *in baptismo haereticorum non* potest pars ... inanis esse et pars -ere; si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*item opp.*: AVG. bapt. 5, 21, 29 p. 286, 19). 74, 5 p. 803, 3 cur non eadem ... maiestas nominis *Christi* -et in manus impositione quam valuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Ps. AVG. quaest. test. 115, 38 circa eos ..., qui responsis illorum *mathematicorum* non commodant fidem, non -et effectus eorum. NOVELL. Iust. 147, 1 maiorem -ere ... *ἀπραγμοσύνην* nostris subiectis (*gr. περιγενέσθαι*). *al.* **2** *cum respectu iuris* (*sc. -et quod lege ratum habetur*): COD. Theod. 16, 5, 7, 1 nec in posterum tantum huius ... legis forma -at, sed in praeteritum etiam. CONC. Taur. a. 398 p. 57 l. 62 haec sententia -bit ... circa omnes, qui *eqs.* EDICT. Hunir. Vict. Vit. 3, 8 *ut*, etiam si qua specialia meruissent *rei*, minime -rent (*cf. 3, 13* nihil valituris). COD. Iust. 6, 51, 1, 7 *si legati sim.* condicio defecerit, hoc, quod ideo non -uit, manere disponimus ... apud eos *eqs.* NOVELL. Iust. 52, 1 nullam omnino pignorationem in nostra republica -ere (*gr. κρατεῖν*).

deriv.: praevalentia, praevalesco.

cf. Onom. (Praevalens).

praevalēsco, -uī, -ere. [*a* praevalere; *cf.* convalescere. *Fo.*] *excepta l. 18 formas stirpis perf. sub* praevaleo *afferre maluimus, v. p. 1078, 13.* NOT. Tir. 64, 13[a.b] -uit. -it (*cod. A, om. cett.; antea*: convaluit. convalescit). *legitur stirps praes. semel apud* COLVM. *et raro inde a* VET. LAT., *de perf. v. supra.* [*var. l. dubia* HIER. epist. 77, 2 *v. p. 1110, 15; perperam edebatur olim* -ente *pro* praevalente PRIMAS. in apoc. 8, 2.]

i. q. praevalidum fieri, prae aliis valescere (*sc. vi praeverbii comparativa, hic illic fortasse intensiva, e. g. l. 29. 31; accedit locut. adv.* ex toto *l. 26; evanescere videtur nonnumquam vis incohativa, ut significetur potius status praevalens, e. g. l. 39; syn.* praevalere *l. 29*): **1** *absolute*: COLVM. 5, 6, 17 vitem ..., antequam ex toto arbor -at, conserere convenit (*postea*: subpares esse aetate et viribus arbores vitesque convenit). VET. LAT. Agg. 2, 5 (Aug. adv. Don. 20, 30; *cf.* 20, 31 *et* 32) nunc praevale, Zorobabel, ... et praevale, Iesus ..., et -e, omnis populе terrae, dicit dominus (*gr. κατίσχυε* [*bis*], ... *κατισχυέτω, cod. 176* invalescere [*bis*], ... invaliscat, *Vulg.* confortare [*ter*]). TRACT. Pelag. 3, 19, 3 p. 62 anima peccatorum ... -ere difficile poterit, si non *eqs.* (*comparatur cum aegroto, qui* pristinam difficile recipiet sospitatem). *forma* '-ente *aliqua re*' (*aliquo l. 39; cf. l. 43*): PAVL. NOL. epist. 49, 1 p. 391, 1 *navem* anchoris fundare conati sunt; sed hiemis ... violentia -ente *eqs.* AVG. civ. 2, 21 p. 82, 24 diffamata et -ente religione christiana. 22, 8 p. 575, 8 *quidam* morbo ... -ente *fere* mortuus ... iacebat. epist. 137, 15 p. 118, 8 -ente peccato sacrilegis ausibus deum ... offendens *populus Iudaeorum* (*cf.* REGVLA mag. 11, 98 -entibus vitiis. *cf. etiam p. 1082, 16*). serm. 313, 5 ut tamquam -entibus hostibus prenderetur *martyr.* **2** *accedunt determinationes indicantes: quis (quid) minus valeat, opprimatur*: PAVL. NOL. epist. 24, 10 p. 211, 6 ut *Christus* -at inimicis nostris et tenebris superabundet. POSSID. vita Aug. 18, 5 innotescente et -ente adversus ... errorem ... veritate. *quo respectu quis valeat* (*ni fallimur*): Ps. PAVL. NOL. epist. app. 1, 5 *peccatores* -unt in ⌞vanitates suas⌟ veritatis immemores (⌞ ⌟ *abl. var. l.; coll. psalm. 51, 9 p. 1079, 61 acc. pro abl. positus esse videtur, ut indicetur potius respectus quam finis*).

[praevalētūdine *non agnoscendum est* CHRON. Gall. chron. I p. 652, 61 hac tempestate -e Romanorum vires funditus attenuatae (praevalente hostium multitudine *sim. temptavit Mommsen,* prae valetudine, *sc. mala, Wieland in plagulis*).**]**

ˣpraevalidus, -a, -um. *a* prae *et* validus. *compar. deest, superl.* -issimus SALV. gub. 6, 78; *cf.* quam -us VAL. MAX. 2, 9, 6 p. 101, 11, quamvis -us PLIN. nat. 32, 7, nimis -us VVLG. Is. 31, 1 (*cf.* nimium *p. 1086, 57, nisi ad verbum spectat*), omnino -us CASSIOD. in psalm. 105, 21. *legitur fere singulis vel binis locis inde a* VERG., OV., MANIL., VELL. (*de* LVCIL. *v. l. 68*), *paulo saepius apud* LIV. (*sexies*), VAL. MAX. (*septies*), TAC. (*novies*); *cf.* praevalens *p. 1078, 48 sqq.* [*restituitur pro* pervalidus LIV. 40, 47, 2 *p. 1086, 18; e coni. dub.*: LVCIL. 389 tonsillas ⌞quoque ⟨prae⟩validis⌟ in funibus aptas (⌞ ⌟ *vetus liber Dousae,* quoque ⟨quae⟩ validis *Marx,* quoquo v. *Bücheler*).]

i. q. admodum validus (*cf.* PRISC. gramm. III 50, 10 -us: valde validus. *in malam partem i. q. nimis validus v. imprimis p. 1086, 12. 54, cf. l. 53; pro syn. ponuntur e. g.* nimium fertilis VERG. georg. 2, 252, fortis AVG. loc. hept. 7, 23, potens VAL. MAX. 4, 7 pr., robustus FRONTIN. strat. 1, 10, 1 SALV. gub. 6, 78; *opp. e. g.* exilis COLVM. 2, 9, 14 FRONTIN. strat. 1, 10, 1 SVET. Vesp. 5, 2, imbecillus SALV. gub. 6, 78; *structuras collegimus infra sub 3b*): **1** *pertinet ad vim vitalem, robur corporis animantium bene valentium, fortium* (*serpentium veneno valentium* AVG.): VERG. georg. 2, 190 -as ... multoque fluentes ... Baccho vitis (*cf.* SVET. Vesp. 5, 2 *ramum quercus* primum exilem et cito arefactum ..., secundum -um ac prolixum). OV. epist. 9, 80 *Herculis* -ae fusos comminuere manus (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 p. 242, 11 CORIPP. Ioh. 6, 578. *cf.* PLIN. nat. 32, 7 quamvis -os lacertos torpescere). met. 3, 219 (*in canum catalogo*) -us ... Lacon et cursu fortis Aëllo (*cf. 211* valens). LIV. 3, 43, 4 *miles quidam* -us, pari viribus animo (*de ipsis hominibus ut*: 7, 5, 6 -um iuvenem et ... stolide ferocem viribus suis. VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 servos. TAC. ann. 16, 9, 2 *Silanum* quamvis inermem, -um tamen). 30, 44, 8 -a corpora ab externis causis tuta videntur. MANIL. 5, 75 equorum -as vires (Ps. CATO dist. 4, 12 PRVD. psych. 524). FRONTIN. strat. 1, 10, 1 *Sertorius* adductis ... duobus equis, -o alteri, alteri admodum exili, duos admovit iuvenes ..., robustum et gracilem (*fere item* 4, 7, 6). AVG. c. Parm. 2, 22, 42 (*in imag.*) in parte Donati ... multum veneni *est* ex illis ... -is ... serpentibus, *sc. episcopis a concilio damnatis.* IVLIAN. in Am. 2, 9 l. 121 silvam ... longa iam aetate -am (*in imag. de gentibus*). VITA Caes. Arel. 2, 39 *quidam ita aeger,* ut etiam -a iuventute careret, ... ita sanatus est, ut ... robur pristinum ... rediret. *al. transfertur ad terram valde nutrientem, fertilem*: VERG. georg. 2, 253 nimium ne sit mihi fertilis illa *terra* nec se -am primis ostendat aristis. COLVM. 2, 9, 14 *hordeum* seritur ... terra ... vel -a vel exili (*postea*: pinguissimo agro, ... nimiis viribus).

2 *pertinet ad potentiam, quae nititur opibus, auctoritate publica sim. vel vi militari*: **a** *de civitatibus sim.*: LIV. 26, 16, 7 delendam *esse* ... urbem -am, *Capuam* (27, 39, 9 duas [*Romam et Carthaginem*]. 40, 47, 2 *Celtiberorum* [perv- *cod. Mogunt.*]. VAL. MAX. 3, 7, 2. PLIN. nat. 5, 4 *Lixum,* -am hanc u. maioremque Magna Carthagine). VAL. MAX. 3, 2, 6 *cum* Intercatia, -um oppidum, circumsederetur (RVFIN. hist. 4, 6, 3 [*gr. ὀχυρωτάτη*]). AVG. civ. 3, 18 p. 126, 13 *cum* populi ... duo -i (*Romani et Poeni, cf. l. 17*) impetus in alterutrum fortissimos et opulentissimos agerent.
b *de copiis*: VELL. 2, 69, 2 acceptis ... -is in Syria legionibus. FRONTIN. strat. 2, 4, 12 -o hostium equitatui. TAC. hist. 2, 28, 1 cohortes turbidas ac, si una forent, -as. HEGES. 4, 29, 2 p. 287, 21 cognoscit -am manum e diverso adfore ..., se contra nec viribus aequis nec numero pares posse decernere adversum validiores (PRVD. cath. 5, 46. AVG. loc. hept. 7, 23 *v. vol. VII 1, 1272, 37 sqq.* OROS. hist. 7, 32, 12). VVLG. Is. 31, 1 habentes fiduciam super quadrigis, quia multae sunt, et super equitibus, quia -i nimis. OROS. hist. 6, 8, 19 magno equitatu pedestribusque copiis -is (*cf. Caes. Gall. 3, 20, 3* quo plurimum valebant). **c** *exempla cetera*: TAC. hist. 2, 38, 1 modo turbulenti *erant* tribuni *plebis,* modo consules -i. 2, 52, 1 *victoria Bedriacensi* -is iam Vitellii partibus. ann. 3, 35, 2 avunculum esse Seiani Blaesum atque eo -um. 12, 60, 4 equitum Romanorum -a nomina referre. 15, 20, 1 -i provincialium et opibus nimiis ... elati. HIST. AVG. Avid. 1, 2 summum virum ... et apud ipsum Marcum -um. HEGES. 1, 14, 1 *Antipater* non tenuis pecuniae et ideo -ae potentiae (*cf. gr. 1, 123 ἰσχύος πρωτεύων*).

3 *vario respectu*: **a** *de rebus*: **α** *corporeis* (*sc. firmis, quae non franguntur, vel etiam efficacibus, vehementibus sim. [maxime l. 47 sq.]; de mole gravi non nisi dubia lectione* STAT. *p. 664, 27; in imag.* VAL. MAX.): VAL. MAX. 2, 2, 5 -um imperii nostri mucronem (*in imag. de more maiorum; cf. proprie de securi* ROMVL. fab. 64, 1 rec. vet., *de cuspide hastae*: CORIPP. Ioh. 2, 133 -o ... hastilia ferro). 4, 7 pr. amicitiae vinculum potens et -um neque ... sanguinis viribus inferius (*proprie de funibus fortasse iam* LVCIL. *p. 1085, 58*). CYPR. epist. 55, 28 carinam -is et electis roboribus intexe (*cf.* OROS. hist. 6, 8, 12 naves solido robore intextae cavernisque -is obduratae). SER. med. 509 qui -um fricto sale miscet acetum (*v. app. crit.*). CHIRON 725 id medicamentum -um est, optimum erit. ENNOD. carm. 2, 134, 4 aquis (2, 136, 4). CASSIOD. var. 1, 17, 1 *castelli* munitio ... efficitur -a, si *eqs.* **β** *incorporeis*: VAL. MAX. 2, 9, 6 p. 101, 11 quam ... constantis et -i illum ingenii fuisse, qui *eqs.* (*cf.* IVVENC. 4, 100 -o consistite robore cordis, ne mens ... iaceat). TAC. ann. 3, 25, 1 nec ideo (*sc. lata lege Papia Poppaea*) coniugia ... frequentabantur, -a orbitate. 3, 53, 2 -a et adulta vitia (*postea*: quibus flagitiis impares essemus). SVLP. VICT. rhet. 5 p. 315, 25 si ex altera parte -a sit causa, ex altera prorsus infirma. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 197 *gentilium* error ... -a nimium viventes morte premebat *parentes Martini.* *determinatur structuris* (*cf. b*): FIRM. math. 3, 3, 23 maiora ... erunt haec mala et fortiori calamitate -a, si *eqs.* (*item c. abl.*: EVSEB. GALLIC. hom. 72, 12 Christi vineam, *sc. ecclesiam Arelatensem,* ... sacerdotum instructione -am). AVG. c. Faust. 16, 14 p. 454, 20 non valere ... hoc ad convincendum gentilem ... fateor; sed adversus vos ... satis esse idoneum ac -um. CASSIOD. in psalm. 105, 21 hoc (*sc. figura q. d. auxesis*) sive in laudibus sive in vituperationibus omnino -um est.

b *de animantibus* (*non nisi cum structuris indicantibus, qua [in] re quis valeat* [*apud quem v. supra l. 36; ceterum cf. l. 58*]): FIRM. math. 4, 22, 5 *quidam* erunt ... virtute animi, qualitate corporis et auctoritatis potestate -i (*cum abl. ut*: HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 12 fortissimos quosque et recenti adhuc conversatione -os in ieiuniis ... impar viribus pari lege comitatus est [*opp. l. 13* infirmos]. CASSIOD. var. 6, 3, 5 *praefecti praetorio* officium ... efficax, instructum et tota animi firmitate -um. *cf. l. 8. 34. 59*). SALV. gub. 6, 78 *quidam* ad vinum -issimi, ... robusti ad bibendum (*opp.* imbecilli, ... infirmi). CASSIOD. var. 10, 6, 4 in hac te cognovimus arte -um, ut *eqs.*

masc. plur. pro subst. v. l. 35. 69.

[Thome]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adv. **praevalidē.** *i. q. modo praevalido*: PLIN. nat. 17, 109 *ne surculus inserendus nimis comprimatur, est* cavendum in -e accipientis *arboris* trunco. CORIPP. Ioh. 2, 151 -e ... pugnat eques. *Thome.*

praevallo, -āre. *a* prae *et* vallare. [*falsa var. l. pro* praevelare CLAVD. 22, 189. 28, 647 (*e coni. dub. p. 1098, 53*).] *i. q. ante vallare, vallo praemunire*: BELL. Alex. 19, 4 imperat pontem adversus hostem -ari et ... lapidibus ... obstrui.

[praevalus, *corruptum, v. p. 381, 23.*]

praevapōro, -ātum, -āre. *a* prae *et* vaporare. *i. q. ante vaporare, προπυριᾶν*: THEOD. PRISC. eup. faen. 8 (*praecedit*: quae *loca* ante ... vaporabis) *pulverem* -tis locis asperges ([vaporatis *var. l.*]. CASS. FEL. 71 p. 169, 18 locum -bis spongiis [-ti(u)s *codd.*]). CASS. FEL. 17 p. 25, 11 *cataplasma* inductum -tis partibus ex spongia sic appones (21 p. 35, 5 spongiis [28 p. 45, 10]. 34 p. 73, 24).

praevāricāns *v.* praevarico(r). *Bk.*

praevāricātio, -ōnis *f.* *a* praevaricari (*quod non ante Cic. legitur*). *gen. sing.* -us LEX agr. (CIL I^2 585) 38. *legitur non nisi in oratione soluta (sed v. l. 24), sc. in titulis inde a* LEGIBVS repetund. *et* agr., *apud auctores inde a* CIC. (*sexies*), CAEL. (*semel ut* SEN. *rhet.*, TAC.), QVINT. (*quater*), PLIN. epist. (*septies*), *maxime apud script. eccles., inter quos frequentant* AMBR. *et* AVG.; *abiit in sermonem iuris gr. forma προιβαριχατίων.* [*in codd. confunditur cum* praevaricator CIC. part. 124. IORD. Get. 233 (*falso trad.* PAVL. dig. 47, 15, 6 TRACT. Pelag. 4, 13, 2 p. 91). *e coni. dub.* PS. CYPR. ad Novat. 14, 3 (*v. p. 1097, 8*). COMM. instr. 1, 36, 13.]

i. actio praevaricandi (GLOSS. II 335, 45 *καθύφεσις*: -o. 417, 14 *προδοσία*: proditio, -o. GLOSS.^{L} II Philox. PR 182 -o: *ἡ ἀπόστασ[ε]ις, παράβασ[ε]ις*). *praevalet abl. instr.* -e, *cf.* -is causa *l. 37 et e. g.* QVODV. prom. 1, 14, 21, per -em VET. LAT. Rom. 2, 23 (cod. 75. *al.* = VVLG.). IREN. 4, 12, 1 l. 9 AMBR. in Luc. 7, 141 AVELL. 2, 30. *al., sim. al.; locutiones verbales pro* praevaricari *positae*: -em facere (fieri) VET. LAT. psalm. 100, 3 (Lucif. non conv. 7. *al.* = VVLG.). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 21 p. 208, 29 HEGES. 2, 9, 1 p. 155, 24 AVG. grat. Christ. 8, 9. *al.*, committere AMBR. parad. 2, 11 AVG. civ. 20, 26 p. 474, 9, exercere *fort. p. 1088, 28; cf. fig. etym. sim. p. 1096, 68 sqq.*.

I *usu forensi respicitur proditio causae suae, sc. fere per collusionem cum parte adversa* (*ad rem v. p. 1093, 43 et definitiones l. 47 sqq.*):

A *strictius de collusione accusatoris cum reo*: **1** *forma* -is causa: LEX repetund. (CIL I^2 583) 5 quoius nomen -is c. delatum erit (75 [*suppl. ut* 82]). 55 ⟨qu⟩od -is c. factum non erit (56. agr. [CIL I^2 585] 38. Vrson. [CIL I^2 594] 123, 2 [*prave incisum*]. *iungitur cum* calumnia: LEX Iul. munic. [CIL I^2 593] 120 k(alumniae) -is c. accusasse fecisseve. EDICT. praet. dig. 3, 2, 1. VLP. dig. 48, 2, 4 -is calumniaeve c.). CAEL. Cic. fam. 8, 8, 2 -is ... causa[m] ... depositum *esse* HS *tot.* **2** *cetera exempla*: LEX repetund. (CIL I^2 583) 75 rubr. de -e (*suppl.* 82 rubr.). CIC. Cael. 24 Asicius iudicio est liberatus ...; 'at -e est ... liberatus' – perfacile est isti loco respondere (*cf. l. 54 nec non* QVINT. decl. 333, 3 *reum* -e dimissum). part. 124 si ... -em (-torem *var. l.*) accusator esse definiat omnem iudicii corruptelam ab reo, defensor autem ... tantummodo accusatoris corruptelam ab reo (*postea*: etiam si propius accedat ad consuetudinem mentemque sermonis defensoris definitio, tamen accusator sententia legis nitetur). *al.* SEN. contr. 9, 6, 19 (*accusator ad ream*) si hoc ante dixisses, potuisti -em pacisci. QVINT. inst. 7, 1, 31 sq. propositis ... ceteris remotis *unum superest* ..., ut ⟨in⟩ -um criminibus: (32) 'ut absolvatur reus, aut innocentia ipsius fit ... aut difficultate probationis aut -e; nocentem fuisse confiteris, ... nulla probandi difficultas fuit: quid superest nisi ut -o fuerit?' (PLIN. epist. 3, 9, 34 quod accusator eius *reae* -is crimine corruisset). PLIN. epist. 3, 9, 34 accusatore -is damnato (VLP. dig. 43, 29, 3, 13. *cf.* VENVL. dig. 47, 15, 5 accusator in -e convictus). *al.*

B *laxius de collusione inter quasvis partes in lite*: TAC. ann. 11, 5, 2 nec quicquam ... tam venale fuit quam advocatorum perfidia, adeo ut Samius ... quadringentis nummorum milibus Suillio datis et cognita -e ferro in domo eius incubuerit (*sunt qui ad A trahant, sed potius referas ad perfidiam patrocinii coll. 11, 5, 3* patres legem ... Cinciam flagitant, qua cavetur ..., ne quis ob causam orandam pecuniam ... accipiat). PLIN. epist. 1, 20, 2 quam *brevitatem* ego custodiendam esse confiteor, si causa permittat; alioqui -o est transire dicenda, -o etiam ... breviter attingere, quae sint inculcanda (*sim. de modis praevaricandi*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 21 p. 208, 29 [*de narratione*] -o duobus modis fit, si utilia nostrae causae cum obscuritate dicamus aut utilia adversariorum ... aperte proferamus). COD. Theod. 10, 15, 3 fidem cum veritate tueantur *advocati fisci,* ne ... conlusionis fraude vulgata ex eorum facultatibus recuperet, quidquid calliditate -is perdiderit *fiscus.* *al.*

II *usu vario* (*sc. fere christiano; gr. respondet παράβασις, nisi alia adnotavimus, cf.* GLOSS. *supra l. 27; vox* peccatum, *quae* VVLG. lev. 16, 16. *al. pro syn. est, saepius distinguitur, v. e. g. p. 1088, 72 sqq.*). *accedit adi.* perfida CYPR. unit. eccl. 5 (*cf.* mala GAVDENT. serm. 15, 13 AVG. c. adv. leg. 2, 7, 24, nefaria COD. Theod. 16, 5, 15, impia AVELL. 2, 32 [*al. ibid.*]. *al.*), propria FIRM. err. 25, 2 (*cf.* voluntaria AMBR. paenit. 1, 10, 45 TRACT. Pelag. 5, 3, 2 p. 117. *al.*, spontanea AVG. in Gal. 24, 6), mortifera LEO M. serm. 62, 3 (*cf.* letalis SALV. gub. 6, 31). *al.* *gen.* -is *pendet e subst. notionis similis*: iniquitas FILASTR. 120, 6 AVG. in psalm. 118, serm. 26, 7, culpa AMBR. Hel. 11, 40 TRACT. Pelag. 4, 13, 1 p. 91. *al.*, peccatum AVG. gen. ad litt. 11, 30 p. 363, 9 c. Pelag. 3, 4, 7 CASSIAN. conl. 17, 25, 15. *al., sim. al.* (*cf. vice versa p. 1089, 1. 19*).

A *nude vel cum variis struct.* (*sc. fere gen. subi., gen. inhaer. p. 1089, 1. 19*): **1** *strictius respicitur proditio causae suae, defectio sim.* (*sc. sublucente usu sub I illustrato; pars adversa, quacum colluditur, indicari vid. per praepos.* cum *l. 32* [*cf. l. 26*]): **a** *exempla varia*: **α** *praevaricantur homines*: CIC. div. 2, 91 id ipsum, quod ... Diogenes Chaldaeis quasi quadam -e concedit, nego posse intellegi. PS. QVINT. decl. 14, 1 ne meretrici, *quae mihi odii potionem dedit,* prosit, ... quod -e (-em *var. l.*) videor explicatus *amore.* TERT. nat. 2, 14, 12 *cupiditate lucri Aesculapius* vivos ad mortem, non mortu⟨os rursus ad vitam⟩, -e venalis medicinae agebat. adv. Marc. 4, 8 p. 439, 23 *Christus Marcionis* cecidit et in aliam -is notam, cum se a daemoniis quasi filium creatoris sustineret timeri (*cf. Luc. 4, 41*). uxor. 2, 2 l. 4 consiliariorum (consiliorum *var. l.*) *nuptias cum gentili permittentium* -em. AMBR. hex. 6, 4, 17 *exerce* vocem tuam ... pro Christo ..., ne quasi mutus canis ... fidei custodiam quodam -is silentio deseruisse videaris. AVG. ord. 1, 2, 4 ne tuam causam deseras falsis voluptatibus inlectus, qua -e nihil turpius ... inveniri potest. *al.* *e coni. probabili*: EPIST. ad imp. Comm. (CIL VIII 10570) 2, 1 ⟨-em⟩, quam ... cum Allio Maximo adv⟨er⟩sario nostro ... in perniciem rationum tuarum ... exercuit *procurator* (*suppl. Mommsen*). **β** *praevaricantur res* (*sc. fere pro personis positae*): TERT. anim. 17, 9 *auruginosis* amara sunt omnia; num ergo gustui -em exprobrabis, an valetudini? (*ibid.* mendacium). idol. 20, 5 (*ad fidelem*) quid erit deieratio, si per eos *deos paganos fit,* quos eierasti, quam -o fidei cum idololatria? (*cf. Waszink–v. Winden ad l.; an ad p. 1089, 31?*). FILASTR. 109, 7 nomen idoli species doli et formae -o ... est nuncupatum. MACR. Sat. 5, 13, 30 victoriae -o significabatur *omine quodam.* *praevaricantur sidera sim., ut quodammodo accedere vid. respectus declinationis corporeae*: CLEM. ad Cor. 20, 3 sol et luna ... sine omni -e explicant iussos fines sibi (*gr. παρεκβάσεως* [*παραβ- var. l.*]). AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 9, 2 numquid ulla in ipso est sole -o? nonne cotidianos cursus suos servat?

b *de apostasia (cf.* GLOSS. *p. 1087, 26) vel de haeresi*: VET. LAT. psalm. 100, 3 (Lucif. non conv. 7. *al.* = VVLG.) facientes -es odivi (*Hier. psalt. sec. Hebr.* declinationes). EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 3 schismatici huius et haeretici (*sc. Novatiani*) dolum et -em (-e *var. l.*). AMBR. paenit. 1, 2, 5 communionem *negare his,* qui -e lapsi sint. HIER. in Ier. 5, 2, 12 post confessionem fidei -e (-em *var. l.*) mutatae *ficus* (*Ier. 24, 1 sqq., i. fideles*). tract. p. 557 l. 40 omni tempore sunt martyria, sunt et -es (*cf. p. 556 l. 22* negationes). COD. Theod. 16, 7, 3, 1 (*antea*: si quis defunctum ... desertae christianae religionis accusat) cuius *defuncti* -o crimininanda est. AVELL. 2, 31 multos *episcopos* ... nullificari merito haereseos vel -is. 2, 44 communicavit *quidam* praevaricatoribus fidei non ignorans eorum -em. 2, 114 *falsi sacerdotes* non solum ob causam -is ... devitandi sunt, sed etiam quod ... proprias ... haereses vindicant. *al.*

c *de lapsu diaboli et angelorum rebellium*: RVFIN. Orig. in exod. 8, 2 p. 220, 21 exsecrabiles illos *angelos* fecit -o, non natura. AVG. in Gal. 24, 6 *angeli* nullo suadente spontanea -e ... lapsi sunt. in psalm. 103, serm. 3, 22 l. 59 bestias silvae (*103, 20*) significare daemonia et angelos -is (*sc. pro 'a. praevaricatores'; an ad b? sim. dubites de* VEREC. in cant. 2, 9 unicuique earum *doctrinarum haereticarum* -is [-um *Pitra*] angelum deputatum *esse* [*cf. 1, 5 l. 12* praevaricatores angelos]). PS. AVG. quaest. test. 2, 2 diaboli apostasiam multos angelos ... secum in -e (-em *var. l.*) traxisse. 110, 2 in supernis ... coepta -o descendit ad terras (*sim.* 113, 7). CASSIAN. conl. 8, 9 causam ... ruinae seu -is diabolicae. *al.*

2 *laxius respiciuntur quaevis peccata, delicta* (*sc. quae fiunt fere transgrediendo mandatum sim.*): **a** *exempla varia*: VET. LAT. Rom. 4, 15 (cod. 75. *al.* = VVLG.) ubi ... non est lex, nec -o (*Tycon. reg. 3 p. 24, 12* transgressio). Hebr. 2, 2 (cod. 75, *sim. al. et* VVLG.) omnis -o et contumacia accepit iustam remunerationem. IREN. 3, 21, 8 (*ad exod. 7, 10*) Aegyptiorum -em, quae insurgebat adversus dei dispositionem. LVCIF. Athan. 2, 18 l. 20 cum ... tu sis reus -is, qui minime ..., prout tibi dedit mandata dei unicus filius, egeris (VVLG. Ios. 6, 18 AVG. grat. Christ. 8, 9. *al.*). AMBR. parad. 6, 30 qui non oboedivit erravit, quia -o peccatum est. AVG. civ. 13, 5 p. 562, 20 (*ad Rom. 7, 12 sq.*) -o additur *peccato,* cum ... etiam lex ipsa contemnitur (*cf.* c. Iulian. op. imperf. 2, 217, 1 [*ad Rom. 5, 20*] generibus peccatorum, quae ante legem fuerunt, etiam illud accessit, quod -o nuncupatur. SALV. gub. 4, 79 paganos ..., qui legem nesciant, sine -e peccare.

[Huyck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sim. al.). CASSIAN. conl. 17, 30, 1 cum -e peccati (VEREC. in cant. 3, 2. *cf. l. 19*). *et saepe.* **b** *de peccato protoplastorum vel originali*: VET. LAT. Rom. 5, 14 (cod. 75. *al., sim. al. et* VVLG.) peccaverunt in similitudine -is Adae ([*Iren. 3, 18, 7* transgressionis]. AMBR. bon. mort. 10, 47. *al.*). I Tim. 2, 14 (*ibid., sim. al. et* VVLG.) Adam non est seductus, sed mulier seducta in -e fuit (*Hil. myst. 1, 3, 5. al.* transgressione). IREN. 3, 20, 1 l. 17 auctor -is (*de diabolo ut*: SACR. Leon. 1110 ille a. -is. Ps. BOETH. fid. cath. 132 -is primus a.). FILASTR. 117, 1 quod dominus pellicias tunicas post -em nostros parentes vestiri⟨t⟩ (120, 6 [*120, 3* p. transgressionem mandati]. AVG. in psalm. 101, serm. 1, 12 CASSIAN. conl. 5, 24, 2. *al.; cf.* ante -em: RVFIN. Adamant. 1, 17 AVG. pecc. orig. 4, 4. *al.*). AMBR. in Luc. 7, 141 per -em primi hominis (AMBROSIAST. in Rom. 6, 8, 1. AVG. civ. 13, 13 tit. primorum hominum. *al.*). Nab. 17, 73 primae -is laqueos (AVG. civ. 13, 13 p. 572, 20. *al.; cf.* LEO M. serm. 28, 3 aliquis ... originalis -is alienus atque innocens. 55, 3 antiquae -is [64, 2]. *sim. al.*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 214, 1 *serpens* omnem posteritatis eius *Evae* subolem contagio -is infecerat (LEO M. serm. 64, 2 sine c. [contagione *var. l.*] antiquae -is. *cf.* AVG. gen. ad litt. 10, 18 p. 320, 18 contagioni -is). BOETH. c. Eut. 5, 50 qui deciderat -e peccati (ISID. diff. 2, 34 p. sui -em. *item cum gen. inhaer.*: BOETH. c. Eut. 8, 36 delicti. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 9 transgressionis). *et saepius.*

B *accedit gen. obi. indicans potius*: **1** *quid quis contemnat, spernat sim.*: **a** *quaevis observanda*: VET. LAT. H Macc. 15, 10 (rec. L, *sim.* X, V, P) *Iudas* ostendens gentium fallaciam et iuramentorum -em (*rec. B et M* transgressionem/-es). CYPR. zel. 12 Christi nomen induere et non per Christi viam pergere quid aliud quam -o est divini nominis, quam desertio itineris salutaris? AMBR. Hel. 4, 7 prima, *sc. Adae et Evae,* poena de ieiunii -e dicente mandato dei: '...' (*gen. 2, 17*). Ps. AVG. quaest. test. 1, 3 nihil est malum nisi -o boni, dum inconcessa praesumuntur *eqs.* CHROMAT. in Matth. 22, 2, 2 ne ... diabolus ... reos nos apud deum constituat de fidei -e *in persecutione* (AVELL. 2, 41 sacrae f. *addas fort. p. 1088, 32*). CASSIAN. conl. 17, 8, 4 *non est* constantiae -o, sed temeritatis emendatio ..., quotiens sponsio vitiosa corrigitur. SALV. gub. 6, 35 *paganis spectacula celebrantibus* -o (-e *var. l.*) ... non erat sacramenti. VEREC. in cant. 7, 13 l. 14 foederis dei -em. *al.* **b** *leges, mandata sim.*: VET. LAT. Rom. 2, 23 (cod. 75. *al.* = VVLG.) qui in lege gloriaris, per -em legis deum inhonoras (AMBR. Hel. 4, 7. parad. 8, 39 divinae. *al.*). IREN. 5, 21, 2 l. 91 ea, quae fuerat in Adam, praecepti dei -o (ARNOB. IVN. ad Greg. 23 p. 438, 8. *cf.* CASSIAN. conl. 16, 6, 7 p. dominici). Ps. MAR. VICTORIN. phys. 13 *Adae fit* mali ... cognitio ex -e mandati ([*ibid.* praetereundo mandatum]. LVCIF. non parc. 3 l. 71. GAVDENT. serm. 15, 13 [*ibid.* mandatum non custodivit]. AMBR. parad. 12, 56 p. 315, 5 si quid ... vel addas vel detrahas *in mandato referendo,* -o quaedam videtur esse m. Ps. SVLP. SEV. epist. 2, 4 p. 229, 18 [*opp.* observatio]. *al.*). *al.*

2 *quid quis adulteret, pervertat, corrumpat* (*exempla potiora; cetera v. sub 1a*): TERT. adv. Marc. 1, 20 p. 316, 1 tu illam solius conversationis ... reprehensionem (*cf. Gal. 2, 11 sqq.*) suspectam vis haberi etiam de praedicationis erga deum -e (*cf. p. 315, 17* interversionem). CYPR. epist. 43, 3 ut gracilia fratrum corda ad letales laqueos -e veritatis averterent (hab. virg. 15 *mundus muliebris* inpugnatio est ... divini operis, -o est v. SACR. Leon. 289 [*sim.* 300] ut praedicationis apostolicae claritatem nulla ... subdola doctrina subvertat, nulla -o v. offuscet).

C *accedit praepos.*: adversum: VVLG. Ier. 29, 32 visitabo super Semeiam Neelamiten ..., ait dominus, quia -em locutus est a. dominum. ab: SALV. gub. 6, 31 in spectaculis ... apostatatio quaedam fidei est et a ... caelestibus sacramentis letalis -o. *Huyck.*

***praevāricātor,** -ōris *m.* *a* praevaricari. *de origine v. l. 74 sqq.* *scribitur* pre- AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 305^{v}, 4. 307^{r}, 19 (*in cod. saec. V*^{1}). *syllaba* -va- *corripitur in versu neglegenter facto* CYPR. GALL. exod. 1160. *legitur paucis locis apud* CIC., CAEL., LABEONEM *p. 1093, 44,* PAVL. FEST., QVINT., PLIN. *min., saepius inde a* TERT. *apud script. eccles., inter quos frequentant* AMBR. *et* AVG.; *deest in poesi praeter* CYPR. GALL. *supra; abiit in sermonem iuris gr. forma* προαιβαριχάτωρ. [*in codd. confunditur cum* praedicator CYPR. epist. 67, 8 HIER. epist. 61, 1, 3. *al.*, praevaricatio CIC. part. 124 AMBR. exc. Sat. 2, 87. *al.* (*restituitur* PAVL. dig. 47, 15, 6), praevaricari (*sc. forma* -atur) LACT. inst. 6, 7, 5 (*falso trad.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 316, 15).]

i. qui praevaricatur (*in appositione vergit in vim adi., e. g. p. 1090, 20. 48*): **I** *usu forensi* (*accedit gen. eius, cui -r favet p. 1090, 18, quod corrumpit p. 1090, 26*): **A** *testimonia potiora notionis, veriloquii* (*cf. p. 1093, 44.* GLOSS. καθυφέτης. πλαστο[σ]κατήγορος): CIC. part. 126 *-em definiens quidam* verbi ... vim ex contrario repetit quasi ⌞converso⌟ (ex vero *var. l.*) accusatore, cui contrarium est nomen -is, ... et ex nomine ipso, quod significat eum, qui in contrariis causis quasi varie (vare *Gesner*) positus esse videatur (*item in veriloquio*: VLP. dig. 3, 2, 4, 4 [*item* 47, 15, 1 pr.] -r ... est quasi varicator [variator *Stephanus sec. Schol. Basilic. 21, 2, 4*], qui diversam partem adiuvat prodita causa sua [*seq.* LABEO *p. 1093, 44 allatus*]. 50, 16, 212 a varicando [*an* variando *?*]. *cf. etiam l. 11*). PAVL. FEST. p. 226 -es a praetergrediendo sunt vocati. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 6 -em eum esse ..., qui colludit cum reo et translaticie munere accusandi defungitur, eo quod *eqs.* VLP. dig. 47, 15, 1, 1 is ... -r proprie dicitur, qui publico iudicio accusaverit; ceterum advocatus non proprie -r dicitur. 50, 16, 212 -es appellamus, qui causam adversariis suis donant et ex parte actoris in partem rei concedunt. ISID. orig. 10, 223 -r: malae fidei advocatus et qui vel in accusando nocitura vel in defendendo profutura praetereat *eqs.* (*affert Cic. frg. inc. K 34* quid enim tam praevarum?).

B *cetera exempla*: **1** *de accusatore*: CIC. div. in Caec. 58 utrum te perfidiosum an -em existimari mavis? (*sc. accusatione Verrem tibi familiarem aut prodis aut adiuvas; cf.* Ps. ASCON. div. in Caec. p. 185, 19 [*referuntur verba Caecilii*] quod ... illi *Verri* sit inimicus, quare -r esse non possit). Vatin. 3 quem -em esse ... iudicasses, ei te ... ad accusandum libros *Sestii* ... dedisse. Pis. 23 *templum obsessum* a coniuratorum reliquiis atque a Catilinae -e quondam, tum ultore (*sc. Clodio; ad rem cf. p. 1093, 55*). PLIN. epist. 3, 9, 30 est lege cautum, ut reus ante peragatur, tunc de -e quaeratur. 3, 9, 35. COD. Iust. 9, 9, 10 (*a. 225*) delictum accusatoris -is, *qui de crimine adulterii paciscitur. al.* **2** *de quavis parte in lite*: QVINT. inst. 12, 1, 24 (*de advocato*) proditorem, transfugam, -em donabimus oratoris illo sacro nomine? SERV. Aen. 6, 609 ('fraus innexa clienti') *intelleguntur* -es, qui patroni sunt clientium. SCHOL. Iuv. 10, 222 ('quot Basilus socios ... circumscripserit') advocatum ⟨dicit⟩ illo tempore -em. PHILIPP. in Iob rec. long. 24 p. 683^{B} -es negotiorum secretum quoddam ... requirunt, quando munera pro causis praevaricatis accipiunt (*de iudicibus, si conferas p. 683*^{A}).

II *usu vario* (*sc. fere christiano.* GLOSS. -r: παραβάτης. qui non obaudit monitum. GLOSS. II 417, 15 προδότης: proditor, -r. *haud raro convicii loco adhibetur, sc. maxime sub A1c*): **A** *nude ponitur*: **1** *strictius respicitur qui a parte sua deficit, proditor sim.* (*fere sublucet usus sub I illustratus*): **a** *de quibusvis -bus*: CIC. Phil. 2, 25 (*Antonius asserit* Caesarem meo consilio interfectum) vereor ..., ne ... -em mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret alienis. TERT. adv. Marc. 4, 7 p. 436, 5 *Christus est* -r iudicandus, si secundum eum (*sc. creatorem*), adversus quem venerat, docuit. CYPR. eleem. 19 -r ... et proditor pater es, nisi filiis tuis fideliter consulas. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 134, 11 *ut* non adversarius, verum -r subor[di]natus esse videaris, qui velut adsentante conludio feceris nos tuis admodum testibus vincere.

b *de diabolo et angelis rebellibus*: LACT. inst. 6, 7, 5 *viae perditionis* dux -r (-tur *cod. unus*) ac subdolus. HIER. in Ezech. 20, 8a l. 1022 draco in Iob volumine (*LXX 26, 13*) ἀποστάτης, -r et recedens appellatur (*sim.* 29, 3b l. 659). in Is. 8, 27, 1 l. 12 Belial, id est apostata, -r et absque iugo (*sim. explicatur vox* satan(as): nom. hebr. p. 81, 18 adversarius sive -r [*cf. e. g. ibid. p. 66, 5* a. sive transgressor]. ISID. orig. 8, 11, 19 transgressor, quia -r effectus *eqs.*). AVG. agon. 1, 1 quoniam sub illo *verbo dei* sunt omnes sancti angeli, multo magis sub illo sunt -es angeli, quorum diabolus princeps est (in Iob p. 516, 19 PROSP. resp. ad Vinc. 6 FVLG. RVSP. fid. 3, 33. *al.; sing. de diabolo solo*: AVG. in psalm. 23, 10). **c** *de apostatis vel haereticis* (*cf. l. 75 sqq.*): VET. LAT. Is. 30, 1 (Hier. *ad l.*) vae filii -es (*gr. ἀποστάται, cod. 177. al.* apostatae, *Cypr. epist. 59, 5. al. et Vulg.* desertores). HERM. Pal. vis. 1, 4, 2 gentibus et ⌞qui -es sunt⌟ (⌞ ⌟ *gr. ἀποστάταις, vulg.* refugis; *opp.* iustis). CYPR. epist. 67, 8 -um (praedic- *var. l.*) numerus vel proditorum, qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere ... coeperunt (*item iuxta pon. e. g. l. 38. p. 1091, 69*). HIL. coll. antiar. p. 168, 1 *Liberius epistulam* scribens -bus Arrianis haereticis, qui in ... orthodoxum episcopum iniuste tulere sententiam. LVCIF. Athan. 1, 39 l. 3 (*iuxta*: deum derelinquentibus). non conv. 7 l. 1 cum superbis et -bus, *sc. Arianis,* ... quomodo esse possumus? FAVSTIN. trin. 7, 4 sine labe communionis haereticorum atque -um (*item iuxta ponuntur vel distinguuntur*: HIER. epist. 61, 1, 3 aut invitus subscripsisti et -r [praedic- *var. l.*] es, aut volens et h. AVELL. 2, 24 scripta contra h. et -es edidit *Hilarius. al.*). AMBR. epist. 10, 74, 7 (= epist. extra coll. 1a, 7) necesse erit ..., ut *comes episcopum coercens* aut -em aut martyrem faciat (*item opp.*: AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 307^{r}, 19 ut quos desidera⟨bat⟩ *Satanas* -es f⟨ace⟩re et desertores, ... fierent m. et confessores. AVG. civ. 13, 5 p. 562, 25 c. Iulian. op. imperf. 6, 27. *cf. p. 1091, 32*). parad. 3, 17 *ad fluvium Tigrim* -r Istrahel captivus est ductus. Ps. AVG. spec. 33 tit. de -bus. MAX. TAVR. 76, 3 *Petrus* ante lacrimas -r extitit, post lacrimas pastor adsumptus est. GENNAD. vir. ill. 16 -es episcopos. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 88, 21 semet ipsum ab apostatis et -bus episcopum fuisse ordinatum. *al.*

2 *laxius respicitur qui quolibet modo delinquit, mandata transgreditur sim.*: **a** *de quibusvis -bus*: VET. LAT. psalm. 118, 119 (cod. 303. *al.*) -es aestimavi omnes peccatores terrae ([*alias vers. et gr. v. p. 1097,*

[Stirnemann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2]. *explicant, partim ad 1 trahentes, e. g.* HIL. in psalm. 118 samech 11 p. 493, 17 -es ..., qui susceptam fidem ... relinquunt. AMBR. in psalm. 118 serm. 15, 33, 1 recte -r dicitur, qui discedit a domino; ... sed non solus ille -r est, qui ... ad cultus transgreditur idolorum, sed etiam quicumque legis mandata non servat. AVG. in psalm. 118, serm. 25, 1 omnis ... -r peccator est ..., sed non omnis peccator -r est). Gal. 2, 18 (cod. 75. *al.* = VVLG.) si ..., quae destruxi, haec iterum aedifico, ⌞-em⌟ me constituo (⌞ ⌟ *sc. legis, cf. l. 43, sed ad 1 trahit* PELAG. *l. 73; gr. παραβάτην*). VVLG. II reg. 23, 6 -es ... quasi spinae evellentur universi. RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 p. 1017^{C} -bus ..., id est his, qui se ei *peccato* tota mente ... subiciunt (*opp.* iustos). AVG. in psalm. 100, 5 qui oderunt legem dei, qui audiunt illam et non faciunt, -es dicuntur. NOVELL. Iust. 7, 12 epil. omne ... auxilium (*i. apparitores*) hanc nostram legem ... servet et -es subdat poenis (*gr. παραβαίνοντας*). GREG. M. in Ezech. 1, 9, 25 qui recta praedicat, si auditur, iram irritati creatoris super -em populum placat. *al.* **b** *sing. de Adam vel plur. de utroque protoplasto* (*cf. de Eva p. 1092, 25*): PELAG. Aug. pecc. mer. 2, 30, 49 *non* -is transgressio plus nobis nocuit, quam ... redemptio profuit salvatoris. RVFIN. Orig. in Rom. 5, 1 p. 1018^{B} omnes qui ex Adam -e nati sunt (AVG. c. Iulian. op. imperf. 2, 185, 1. PROSP. in psalm. 118, 119 [*sec. Rom. 5, 14*] in similitudine -is A. *al.*). Ps. AVG. hypomn. 4, 7 l. 329 ut ... -um nos filios cognoscentes non gloriemur de nobis. LEO M. serm. 24, 3 terra ... carnis humanae, quae in primo fuerat -e maledicta (Ps. BOETH. fid. cath. 222). *al.*

B *accedit gen. (addidimus pron. poss. et praepos. l. 56) indicans*:

1 *quid -r contemnat, quem offendat, unde declinet, deficiat*: **a** *res observandas*: **α** *varias*: CAEL. Cic. fam. 8, 11, 1 *ne diebus comitialibus praetermissis* -r causae publicae existimaretur *tribunus plebis.* TERT. anim. 25, 2 Hicesius *medicus* et naturae et artis suae -r. paenit. 3, 10 nihil a conspectu eius *dei* remotum ...: dissimulator et -r perspicaciae suae non est. CYPR. epist. 69, 10 -es fidei atque ecclesiae proditores intus in ipsa ecclesia contra ecclesiam stare (FAVSTIN. trin. 7, 4. AVELL. 2, 31 sacrae f. *al.*). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 4 si in occasione martyrii -es euangelii esse voluissent. AMBR. hex. 4, 3, 11 umbra corpori adhaeret ..., adeo ut ... quasi naturalis iuris -r habeatur *pictor eam praetermittens.* CASSIAN. conl. 17, 8, 1 sponsionis suae, *sc. monasticae.* AVELL. 95, 22 vel -em vel contemptorem iudicii conpetentis ... a catholica ... communione secludi. SIDON. epist. 9, 12, 3 ne tu sis eatenus iustitiae -r, ut ... opineris *eqs. al.*

β *legem, mandatum sim.*: VET. LAT. II Macc. 13, 7 (recc. L, X, V) -em legis contigit mori ([*gr. παράνομον, aliter recc. cet.*]. Rom. 2, 25 [cod. 75. *al.* = VVLG.; *gr. παραβάτης. eadem fere* 2, 27]. LVCIF. Athan. 1, 29 l. 8. Ps. AMBR. mans. 42 p. 39^{C} observatores -esve divinae l. AVG. in psalm. 85, 19 l. 5 [*ad Vet. Lat. psalm. 85, 14* praetereuntes legem]. THEOD. MOPS. in Gal. 2, 18 p. 33, 8 -r l. dicor ..., cum ab ea recesisse videbor. *al.*). AMBR. parad. 6, 34 p. 291, 22 *Eva* non debuit ... coniugem proprium -em divini facere mandati (TRACT. Pelag. 4, 14, 3 p. 92 alicuius m. dominici. CHROMAT. serm. 31, 2 divini m. CASSIAN. inst. 2, 15, 2 contumaces aut -es mandatorum. *al.*). PELAG. frg. Migne suppl. 1, 1545 divini praecepti -es (AVG. civ. 21, 16 p. 520, 23 eius *p. legis. al.*). AVELL. 70, 3 -es mandatae sibi legationis. *al.*

b *deum vel quosvis homines, quibus fides, obsequium praestandum est*: LACT. inst. 2, 16, 9 veritatis inimici et -es dei (*sc. daemones, de quibus antea*: qui desciverunt a d. ministerio. *de haeretico*: CASSIAN. c. Nest. 7, 14, 1 non solum d., sed etiam testimoniorum ipsorum -r). CASSIAN. c. Nest. 6, 10, 2 quid facis in ecclesia catholica, catholicorum -r? (*nisi ad a*). AVELL. 95, 40 in eius *synodi Chalcedonensis* -e pellendo. *pro gen. ponuntur aliae struct.*: VET. LAT. psalm. 118, 158 (Aug. spec. 6 p. 43, 9, *sim.* HIER. psalt. sec. Hebr.) vidi ⌞-es tuos⌟ et maerebam, quia verbum tuum non custodierunt (⌞ ⌟ *gr. ἀσυνθετοῦντας, Psalt. Rom.* non servantes pactum, *cod. 421 et Vulg.* praevaricantes). DIDASC. apost. 4, 15 quanticu⟨m⟩que ... reges idololatr[e]ae et -es fuerunt a deo (*cf. Const. apost. 1, 6, 11 ἐξεπόρνευσαν ἀπὸ θεοῦ ἐν ἀποστασίᾳ αὐτῶν*). Ps. AVG. hypomn. 1, 2 l. 93 (*deus loq.*) mortem nolo ... peccatoris ..., sed ipse eam sibi, dum in me -r extitisset, invenit.

2 *quid -r pervertat, minuat* (*nisi quaedam ad 1 trahas; cf. supra p. 1090, 26*): TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 16 deum Marcionis ..., mali permissorem, iniuriae fautorem, ... benignitatis -em, quam non statim causae suae exhibuit. 1, 27 p. 328, 7 o deum *Marcionis* veritatis -em, sententiae suae circumscriptorem ([*de eodem*: 4, 43 p. 566, 22 auctor erroris et -r v.]. CYPR. epist. 73, 11 cur -es v., cur proditores unitatis existimus? sent. episc. 38 quidam nostri -es v. haereticis suffragantur [*cf. antea de haereticis*: hostes atque impugnatores v.]). CYPR. mortal. 20 spei nostrae et fidei -es sumus, ... si ficta, si fucata videntur esse, quae dicimus. PELAG. in Gal. 2, 18 (*v. supra l. 7*) ipse meae sententiae -r invenior (*Ps. Primas. p. 589^{B}* refragator). HIER. chron. a. Abr. 2170 se gulosum et -em philosophiae coarguebat *Crescens cynicus* (*inde* PROSP. chron. I p. 427, 657).

3 *quo -r pertineat* (*cf. p. 1090, 18 nec non* FACVND. fid. 7 Vigilii atque Pelagii Romanorum -um): VICT. TONN. chron. II p. 203, 554, 2 Primosi -is Carthaginis ecclesiae ([episcopi *add. cod. unus; cf. p. 202, 552, 1* damnavit, quae sunt synodaliter ... defensata]. GREG. M. epist. 9, 150 l. 2 Maximus Salonitanae e. -r [*de eodem 4, 20 tit.* praesumptori in Salona]).

f. ✕**praevāricātrix,** -īcis. *legitur inde ab* IREN., AMBR., *non nisi apud script. ecclesiasticos.*

1 *i. quae praevaricatur* (*praedicative l. 21. 30. 39. al., iuxta subst. sive per appositionem iuxta nomina propria e. g. l. 16 sq., sive attributive, ut vergat in vim adi., l. 13. 23 et passim; accedit gen. non nisi l. 25. 39*): **a** *de hominibus eorumve coetu* (*de diabolo l. 24*): IREN. 3, 17, 2 l. 43 Samaritanae illi -i, quae in uno viro non mansit (*cf. Ioh. 4, 7 sqq.*). AMBR. fug. saec. 6, 34 *Helias* fugiebat saecularem illecebram ... et impiae ac -is nationis sacrilegia. HIER. in Ezech. 14, 12 l. 597 plagae inducuntur super terram '-em' sive, ut septuaginta transtulerunt, 'peccatricem' (*cf. p. 1094, 35*). in Is. 5, 13, 3 l. 11 *Nabuchodonosor divino* imperio serviebat destruens -em Hierusalem. VVLG. Ier. 3, 7 -x soror eius (*sc. Israhel*) Iuda, *sc. idololatriam velut adulterium committens* (*sim.* 3, 8 -x I. soror eius. 3, 10. 3, 11 -is I. *cf.* HIER. *ad l.* 1, 55, 4 loquitur ... sub figura duarum sororum ... et priorem aversatricem, sequentem -em vocat; ... *altera* paulatim recessit a domino et idcirco -x dicitur). AVG. bapt. 3, 19, 26 (*ad Os. 2, 5*) de -e Iudaeorum gente (IVLIAN. in Os. 7, 8). civ. 20, 21 p. 461, 27 (*ad Is. 66, 24* virorum) *nemo* dicturus est -es feminas in illo supplicio non futuras. c. Faust. 14, 11 p. 412, 1 diabolus ..., -x creatura. c. Iulian. op. imperf. 6, 26 p. 1563 -i ... mandati (*de Eva ut*: Ps. FVLG. RVSP. serm. 44 p. 908^{D} *Adam* exsulem paradisi secum fecerat -x illa ... Eva. *sine auctoritate codd. legitur in edd. vet.* AMBR. in psalm. 36, 37 delictum superioris -is). EPIST. pontif. 611 Schwartz p. 43, 7 *Acacium damnavimus,* quia sit persona -x. *al.* **b** *de hominum partibus eorumve qualitatibus, natura sim.*: AMBR. parad. 2, 11 decepto ... sensu (*i. Eva*) -em ... mentem (*i. Adam*) asseruit *allegoricus interpres.* Ps. AMBR. laps. virg. 34 necesse est -em (peccatricem *ed. vet., v. app. crit.*) animam tartareis poenis ... tradi (AVG. gen. ad litt. 10, 17 p. 318, 13 ex traduce animae illius -is [*sc. Adae*] animas creari [*sim.* 10, 20 p. 324, 16; *cf. 10, 15 p. 314, 15* peccatrice]. Ps. THEOPHIL. in Luc. 5 Migne suppl. 3, 1314). AVG. epist. 157, 20 p. 470, 3 abundantia -is iniquitatis. c. Iulian. op. imperf. 3, 33, 2 -em naturam, quam noverat in radice, ... cum stirpe damnavit *deus* (Ps. PROSP. vocat. gent. 2, 24. *vix etiam* GENNAD. dogm. 52 [*sc. dubia auctoritate editum Migne 58 p. 1000^{A}*]). in psalm. 65, 14 agnosce te, infirmitas humana: accepisti legem, ut et -x legis esses. *al.* **c** *de rebus variis*: AVG. pecc. orig. 38, 43 quicquid etiam nondum erat natum, merito est in -e radice damnatum (*cf. l. 36 nec non* FERRAND. epist. 4, 10 *benedictus, qui* sine transgressione -is originis deus verus et homo perfectus apparuit). PETR. CHRYS. serm. 72ter, 5 mors -x facta (*de qua antea*: ipsum *Christum* pervadere praesumpsit).

2 *usu deflexo i. q. ad praevaricationem pertinens*: AMBR. epist. 10, 76, 17 (*antea*: factum *est,* ut a mandatis caelestibus deviaret *Adam*) -is conscientiae reus latere cupiebat. PROSP. c. coll. 10, 3 -is scientiae nuditatem, *sc. fide carentem.*

deriv.: praevaricatorius.

praevāricātōrius, -a, -um. *a* praevaricator. *i. q. ad praevaricatorem, praevaricationem pertinens*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 20 vestra figmenta ..., qui id, *sc. concubitum,* -um, non naturale iuratis. EPIST. pontif. 701 Schwartz p. 15, 16 inferioris loci pontifices ... -a (-tori *codd. plerique*) absolutione potioris non illum penitus exuerunt, sed se praevaricatione potius nexuerunt (*ibid.* l. 18 -a a. rei reum absolvere. *opp. l. 10* legitima ... a.).

praevāricātrix *v.* praevaricator.

praevāricātum, 1. praevāricātus *v.* praevarico(r).

*?***2. praevāricātus,** -ūs *v. p. 1097, 24.* *Stirnemann.*

✕**praevāricor,** -ātus sum, -ārī *et* praevārico, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* varicare. NOT. Tir. 81, 8 -at.

de genere: 1) depon. occurrit passim inde a CIC. (*formis tam depon. quam act. utitur e. g.* AVG.), *testantur* CHAR. gramm. p. 465, 27. 479, 30 sq. CLEDON. gramm. V 56, 19. *2) formae act.* (*neglectis nimirum part. praes. et fut. nec non gerund.; testatur* PRISC. gramm. II 396, 18 *afferens inter verba, quae* ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui): *a) in stirpe praes.*: TERT. fug. 7, 1 -are ([-ari *var. l.*]. VET. LAT. num. 22, 18 [Aug. quaest. hept. 4, 48]. Ps. SEN. epist. Paul. 7 [-ari *al. var. ll.*]. HIPPOCR. vict. 1, 24, 1. *al.*). VET. LAT. deut. 11, 16 (cod. 100) -etis (Ps. AVG. quaest. test. app. nov. 75, 3). III Esdr. 1, 16 -ret ([-retur *ed. Clement.*]. Ps. ORIG. in Iob 2 p. 477^{D}). HERM. Pal. vis. 3, 7, 2 -ant (THEOD. MOPS. in Gal. 6, 13 p. 108, 3; -at: SERM. Arian. frg. 17 fol. 198, 45 AVG. epist. 157, 15 p. 464, 10. NOT. Tir. *l. 61*; -o: GLOSS.). HEGES. 3, 17 p. 219, 17 -bo (*in var. l., v. ed. p. 422*). *b) in stirpe perf. longiore*: VET. LAT. exod. 32, 8 (cod. 100) -verunt (Os. 8, 1 [cod. 175]. CANON. Turner I 1 p. 129 rec. IV *et*

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 210 rec. V. *al., cf. l. 6*; -vit: AMBROSIAST. in Rom. 5, 12, 2a [-tus est *cod. unus*]. 5, 14, 2 TRACT. Pelag. 1, 1 p. 6. *al.*; -vi: PELAG. in Rom. 7, 10 p. 57, 12 Ps. ORIG. in Iob 2 p. 475[D]). ANON. in Rom. 24A -verint (CONC. Araus. a. 441 p. 93 tit. Hisp. 28; -verim: Ps. CHRYSOST. hom. II 1196[A] [p. 97, 12 McK.; -tus sim *al. var. ll.*]), *in stirpe breviore*: VET. LAT. Ezech. 16, 59 (Somn. Neron. 7, 3) -asti. AVG. epist. 157, 15 -arunt (*sed ibid. et* -verunt [-arunt, -ti sunt *edd. vet.*]). AVG. epist. 157, 15 -assent (-asset: Ps. AVG. quaest. test. 123, 4. EPIPHAN. in euang. 18 p. 13, 11 [-tus esset *cod. unus p. corr.*]). CASSIOD. compl. in Rom. 5, 1 -asse (Ps. CHRYSOST. hom. II 1197[B] [p. 101, 14 McK.; praevaricatorem ... esse *var. l.*]). *3) formae notionis pass. (praeter gerund.): p. p. p.* -tus VET. LAT. act. 10, 46 (cod. 5). FILASTR. 115, 3 AVG. fid. et op. 14, 21 PASS. Montan. 2, 1. *al., inf.* -ari NOVELL. Iust. 6 epil. pr. *et ibid.* epil. 2, *ceterum* -etur PELAG. in Rom. 4, 15 p. 39, 15 NOVELL. Iust. 94, 2; *vix etiam* -atur *p. 1096, 59.*

praevărĭ- *invenitur in initio hexametri* VEN. FORT. carm. 9, 2, 7. *legitur inde a* CIC., ASCON., PLIN. *utroque,* TAC., QVINT., AVR., FRONTONE, TERT., *maxime apud scriptores eccles. (de Labeone v. l. 44); deest in versibus praeter* VEN. FORT.; *abiit in sermonem iuris gr. forma* παραβαρικατεύειν. [*confunditur in codd. cum* praevaricatio AMBR. epist. 10, 74, 7. Hel. 4, 7 (*bis*); *restit.* -atur *pro* praevaricator HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 361, 16 (*cf. l. 10*); *vertitur sec. falsam var. l. gr.* παρῆσαν (*vel* παρέβησαν) VET. LAT. I Macc. 11, 63 (rec. L. *al.*) -ti sunt ... in Cedes (*v. Lundström, Lex. errorum interpretum Lat., 1983, 136*).]

i. (ante) varicare, sc. cruribus distentis stare vel incedere (*cf.* GLOSS. -at: διασκελίζει. divaricat); *sed fort. iam antiquitus inhaeret respectus modo pravo ingrediendi, a via recta declinandi, qui in exemplis haud raro latere vid., ut usu utique translato significetur sive intrans. i. q. (clam vel fraudulenter) parti contrariae inservire, officium deserere, delinquere sim., sive trans. i. q. prodere, transgredi, pervertere sim.* (GLOSS. καθυφίημι. νοσφίζομαι. apostatare: retro ire, -are. GLOSS. II 417, 10 προδίδωμι: prodo, -o); *vis praeverbii evanuit vel parum dilucida est, sed sunt qui saltem l. 52 sqq. vim temporalem agnoscant* (*ita ut praevaricatione cognitio anticipetur vel vera accusatio praeveniatur*). *vocem primitus t. t. rei rusticae fuisse testatur* PLIN. nat. 18, 179 arator nisi incurvus -atur; inde tralatum hoc crimen in forum; ibi utique (ubique *trad., corr. Gelenius*) caveatur, ubi inventum est. *vis praeverbii autem hoc loco tam obscura est quam in usu cetero, quem dicit derivatum, et de ipsa re ambigitur* (*sunt qui ad vitium crurum referant, sed fort. potius de declinatione cogites coll.* delirare *et Catone agr. 61, 1* sulco vario ne ares). *fig. etym. aliasque iuncturas abundantes collegimus p. 1096, 68.*

I *intransitive*: **A** *usu forensi -antur qui causam suam produnt, cum adversario colludunt*: **1** *testimonia notionis potiora* (GLOSS. προδίδωμι δίκην [*cf. l. 29 sq.*]. *ad rem v. etiam* PLIN. *l. 33 nec non* Levy, *Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt., 53, 1933, 177 sqq. et* Wesenberg, *RE XXII 2, 1680 sqq.*): VLP. dig. 3, 2, 4, 4 nomen *praevaricatoris* Labeo a varia certatione (varicacione, varia ratione *var. ll.*) tractum ait, nam qui -atur, ex utraque parte constitit, quin immo ex adversa (*sim. loco gemino* 47, 15, 1 pr.). 47, 15, 1, 1 (*rubr.* de praevaricatione) sive privato iudicio sive publico -tus sit *advocatus,* ⌞hoc est prodiderit causam⌟ (⌞ ⌟ *interpol. susp. Lenel*). MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 1 -ari *est* vera crimina abscondere (*opp.* falsa crimina intendere; ab accusatione desistere).

2 *cetera exempla*: **a** *absolute*: **α** *strictius respicitur collusio accusatoris cum reo* (*cf. quae l. 31 sq. adnotavimus*): CIC. Cluent. 87 *non poterat* sine ignominia calumniae relinquere accusationem Cluentius; an ut -retur? nam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet. har. resp. 42 *Clodius* a Catilina *repetundarum reo* pecuniam accepit, ut turpissime -retur (*ad rem cf. p. 1090, 18 et* ASCON. tog. cand. p. 68, 3 ita ... iudicio est absolutus Catilina, ut Clodius infamis fuerit -tus esse[t]). Att. 4, 18, 1 quem *accusatorem* fremunt omnes -tum. QVINT. decl. 333, 3 (*them.*: egit pauper, non tenuit) illum damnabunt *iudices,* quod -tus sit (*ibid. iterum*). TAC. ann. 14, 41 *damnatur quidam,* quod reos, ne apud praefectum urbis arguerentur, ad praetorem detulisset ... -ando ultionem elusurus (*postea*: qui talem operam emptitasset vendidissetve). MARCIAN. dig. 48, 16, 1 pr. accusatorum temeritas tribus modis detegitur ...: aut enim calumniantur aut -antur aut tergiversantur (*seq. definitio l. 49*). Ps. ASCON. div. in Caec. p. 190, 17 (*ad 13* videto, ne nimium familiariter inimicitias *cum Verre* exercere videare) hoc est ne inimicum fingas, ut -are (-ari *ed. priores*) possis. **β** *laxius respicitur collusio inter quasvis partes in lite*: QVINT. inst. 9, 2, 87 neque oratoris puto esse umquam -ari neque litem intellego, in qua pars utraque idem velit. decl. 388, 28 (*them.*: adulescentem ... apud venaliciarium repertum iudicio asserens evicit *libertus*) dedit ... pecuniam venaliciario, ut -retur. Ps. QVINT. decl. 3, 6 (*se ipse defendit quidam*) -andum mihi est, si pudorem habeo. PLIN. epist. 3, 9, 29 e testibus quidam ... inquisitorem reum postulavit, tamquam in causa *priore quadam* ... -retur. VLP. dig. 47, 15, 2 hodie is, qui -ti sunt, poena iniungitur extraordinaria. COD. Iust. 2, 7, 1 (*a. 213*) si patronum causae -tum putas et impleveris accusationem (*ibid.* si non docueris -tum. CYPR. ad Donat. 10 quis ... vero subveniat? patronus? sed -atur et decipit; iudex? sed sententiam vendit). MACER dig. 47, 15, 3, 2 nec interest, publico an privato iudicio -tus dicatur *advocatus* (*cf. p. 1093, 47 sq.*).

b *accedit dat.* (*sc. commodi potius quam incommodi praeter l. 12*): CIC. Cluent. 58 *patronus* ad ea, quae erant in causa, addebat etiam ipse nova quaedam vulnera, ut ... non defendere, sed -ari ⌞accusationi⌟ videretur (⌞ ⌟ *om. codd. aliquot*). *testimonia gramm. et gloss.*: DIOM. gramm. I 313, 21 -or obnoxio. DOSITH. gramm. 63, 1 -or reo (*sim.* GLOSS.[L] II Philox. PR 178 -or reo: κατυφίημι [*pro* καθ-] τοῦ ὑπευθύνου). IDIOM. cas. gramm. IV 567, 26 -or tibi καθυφίημί σοι, προδίδωμί σοι (*dat. incomm. vid. intellegere* GLOSS. -or t.: νοσφίζομαί σε).

B *usu vario* (*sc. fere christiano; intercedit gr.* παραβαίνειν [GLOSS.], *quod infra respondere scias, nisi alia adnotavimus*): **1** *absolute* (*cum struct. praepos. laxius conexa l. 62. al.*): **a** *strictius -antur qui a parte sua deficiunt, sibi non constant sim.*: **α** *exempla varia potiora, sc. sublucente fere usu sub A illustrato* (*cetera v. sub b*): AVR. Fronto p. 5, 23 (*accusat somnum antea laudatum a Frontone*) accipe nunc tu paucula contra somnum pro insomnia; quamquam, puto, -or, qui adsiduo ... somno adsum neque eum desero neque ⟨sino⟩ deserat (*respondet* FRONTO p. 8, 18 elegantissime -ari te ais). TERT. anim. 1, 6 (*comparatur sapientia christiana cum Socratica*) haec sapientia ... deos ... saeculi negare liberior, quae nullum Aesculapio gallinaceum reddi iubens -etur. virg. vel. 8, 7 (*ad I Cor. 11, 4 sqq.*) cur ex parte definitionem apostoli agnoscimus absolutam circa omnem virum, ... ex parte autem -amur, aeque absoluta ea circa omnem mulierem? (*nisi trans. ad IIA1*). CYPR. zel. 6 zelo excaecante sensus nostros ... inflat superbia, exacerbat saevitia, perfidia -atur *eqs.* **β** *respicitur apostasia*: VET. LAT. deut. 11, 16 (cod. 100) ne ... -etis et deserviatis d[a]eis alienis (Aug. loc. hept. 5, 33 -emini, *Vulg.* recedatis a domino). Is. 63, 8 (Hier. Didym. spir. 43; *deus loq.*) nonne populus meus filii? et non -buntur (*gr.* ἀθετήσωσι, *Vulg.* negantes). AMBR. epist. 10, 74, 7 (*sim.* epist. extra coll. 1a, 7) aut -ari (-atio *cod. unus*) ... aut subire martyrium, *sc. ut in persecutione.* VVLG. II par. 36, 14 principes sacerdotum ... -ti sunt inique iuxta universas abominationes gentium et polluerunt domum domini. Ezech. 14, 13 (*loq. deus*) terra cum peccaverit mihi, ut -etur -ans. CANON. Turner I 1 p. 129 rec. IV (*sim.* p. 210 rec. V) de his, qui -verunt ... nemine cogente (p. 128 rec. I. *al.* -ti sunt). Arel. 10 de his, qui in persecutione -ti sunt, si voluntarie fidem negaverunt, hoc ... synodus statuit. *al.* **γ** *respicitur lapsus diaboli et angelorum rebellium* (*cf. l. 58. p. 1095, 38 nec non p. 1090, 45*): HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 1 p. 361, 16 *et* 19 sicut et angelus -atur (-tor *trad.*) – ... (*affertur Iudas 6*) – quomodo ergo et angeli -antur et alii sunt, qui dei praecepta custodiunt. RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 5 p. 77, 9 erat etiam iste *diabolus* lux aliquando, antequam -retur et caderet in hunc locum *terrenum.*

b *laxius -antur qui quovis modo delinquunt, mandata transgrediuntur sim.* (*cf.* CASSIOD. in psalm. 118, 119 [*v. p. 1097, 2*] -ari ... non est nisi legem transgredi constitutam): **α** *exempla varia*: VET. LAT. num. 5, 12 (Aug. loc. hept. 4, 8) si -ta fuerit uxor ([*Vulg.* erraverit]. *sc. adulterio ut*: ZENO 1, 1, 14 qui -tus fuerit e duobus *coniugibus*). Is. 21, 2 (Hier. *ad l.*) praevaricator -atur et iniquus inique agit (*gr.* ἀθετεῖ, *Vulg.* infideliter agit). Rom. 5, 14 (Mar. Merc. Conc.[S] I 5 p. 67, 25) regnavit mors ... etiam in eos, qui non -verunt in similitudinem praevaricationis Adae (*cod. 75. al. et Vulg.* peccaverunt, *77 et 78* in non peccantes *sec. gr.* τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας). ARNOB. nat. 2, 42 idcirco animas misit *deus,* ut ... sollicitarent abigerent -rentur et proderent? AMBR. Hel. 4, 7 (*affertur gen. 2, 17*) eo usque ... nemo -ari noverat. parad. 14, 72 p. 330, 22 -ta utique in patribus generatio hominum salva per filios. AVG. gen. ad litt. 11, 19 p. 352, 6 cadunt a iustitia fidei etiam homines simili superbia -ti *ac diabolus.* IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 187 (*ad Rom. 5, 14*) Iudaeos sub lege peccantes similiter ut Adam -tos fuisse. Ps. AVG. quaest. test. app. nov. 75, 3 (*ad Rom. 4, 15*) legem Iudaeorum servantes necesse est ut -etis. HIPPOCR. vict. 1, 24, 1 studium litterarum ... tale est: docent (-ens *cod.*) -are penes leges (*gr.* παρανομεῖν κατὰ νόμον). CONC. Araus. a. 441 p. 92 tit. codd. AR 27 in utroque sexu si ⌞profess(a)e castitatis⌟ -verunt (⌞ ⌟ *gen. qual. pro subi.; cf.* p. 93 tit. Hisp. 28 de his qui professi sunt castitatem si -verint. *in eadem re*: LEO M. epist. 167, 15. CANON. Turner II p. 104 rec. IV quotquot virginitatem polliciti -ti sunt professione contempta, inter digamos ... haberi debebunt). *al. pass. impers.*: NOVELL. Iust. 6 epil. 2 (*in additamento, quod gr. deest*) si ... -ari videntes non denuntiaverint *iudices.*

β *respicitur peccatum protoplastorum vel originale*: AMBR. Hel. 4, 9 opertus erat Adam virtutum velamine, priusquam -retur. parad. 6, 32 *Eva* scivit utique malum esse -ari et ideo iuste -ta damnatur. AMBROSIAST. in Rom. 5, 14, 2 -vit ... putans se hominem futurum deum. ANON. in Rom. 40A (*ad Rom. 5, 12*) ostendit apostolus, quemadmodum uno Adam -ante peccatum in hunc mundum ingressum sit cunctis. RVFIN. Adamant. 3, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serpentem ... ⌞Evam ad -andum persuasisse⌟ (⌞ ⌟ *gr. ὑποβάλλειν τῇ Εὔᾳ*). TRACT. Pelag. 1, 1 p. 6 Adam semel -vit et mortuus est (*p. 7* mandati praevaricator exstiterat). Ps. AVG. hypomn. 5, 4 l. 190 -antis vitio protoplasti. quaest. test. 112, 8 -ando Adam genus hominum obnoxium fecit peccato. OROS. apol. 26, 5 -ante homine terra maledicitur. PROSP. c. coll. 13, 1 solus Adam -tus est et in peccato eius nemo peccavit. VEN. FORT. carm. 9, 2, 7 -ando duo probro damnantur acerbo. *et saepe.*

2 *accedunt determinationes indicantes*: **a** *auctoritatem (officium l. 29) neglectam*: **α** *contra quam delinquatur*: in c. *acc.*: TERT. apol. 2, 17 *qui in inquisitione Christianum negare iubes,* -aris in leges: vis ut neget se nocentem, ut eum facias innocentem (Ps. PRIMAS. in Rom. p. 423^{B}). VET. LAT. Sirach 7, 20 noli -ari (-are *var. l.*) ⌞in amicum⌟ pecunia differenti (*gr. male resp., v. ed. Beuron. ad l.*; ⌞ ⌟ amicum, in amico *var. ll.*). Is. 66, 24 (Aug. civ. 20, 21, *sim.* VVLG.) qui -ti sunt in me (*sc. deum aut deo ut*: VVLG. Ier. 5, 11 praevaricatione ... -ta est in me domus Israhel [*pendet* HIER. in Ier. 1, 97, 3 in eum *dominum*]. *sim. al.*). HIER. in Ier. 1, 97, 3 quod -ta sit in deum domus Israhel (VVLG. I Esdr. 10, 2 nostrum. *al.*). AVELL. 2, 32 *Osius episcopus* dat manus impietati et ... -atur in fidem. in *c. abl.* (*sc. pro acc., nisi ad γ. cf. l. 13. 15*): VVLG. num. 31, 16 (*Moses ad populum*) *mulieres Madianitarum* -ari vos fecerunt in domino super peccato Phogor (Os. 5, 7 *Israhelitae* in d. -ti sunt, quia filios alienos genuerunt). II Esdr. 13, 27 in deo. *aliis praepos.*: VVLG. deut. 32, 51 (*deus ad Mosen*) morere in monte *Nebo* ..., quia *tu et frater tuus* -ti estis contra me in medio filiorum Israhel. EVSEB. EMES. serm. 20, 8 (*antea: Esau* non servavit pactum fraternitatis ad populum *Israhel*) quia ergo -vit conscientia ad fratrem, et erexit iudicem adversus se. **β** *unde declinetur*: de: VET. LAT. exod. 32, 8 (cod. 100; *deus ad Mosen*) *Israhelitae* -verunt ... de via, qua praeceperas eis (Ps. Philo antiq. 12, 4 -tus est vias meas, *Vulg.* recesserunt ... de via). act. 1, 25 (cod. 50, *sim.* VVLG.) de quo *apostolatu* -tus est Iudas ire in locum suum (cod. 51 a quo -tus est, *codd. 6 et 54* a quo transgressus (est)). HIER. tract. in psalm. I p. 177 l. 60 Iudaei ..., si quis -tus fuerit de lege, interficiunt eum. ab: VET. LAT. II Macc. 7, 2 (rec. L *et* X) a patriis legibus -ari ([V *v. p. 1096, 9, B al.* transgredi]. SALV. gub. 4, 95 [*ibid. e. g.* contemnunt; spernere]). HERM. Pal. vis. 3, 7, 2 qui -ant a deo vivo ([*gr. οἱ ... ἀποστάντες, vulg. 3, 7* qui abscesserunt]. VEREC. in cant. 2, 33 l. 34 [*in deut. 32, 32*] ex vinea Gomorraeorum est vitis praevaricationis, ex qua sunt principes -ti a deo. *cf. ibid.* 5, 3 l. 35 quidam angeli -ti ab eo *creatore*). HIL. coll. antiar. p. 85, 20 tit. gesta, ubi -ti sunt episcopi legati a fide vera. AMBROSIAST. in Rom. 5, 14, 3a rec. *γ* ad hoc factum hominem ..., ut imperium unius dei praedicaret, ⌞a quo⌟ -tus est satanas (⌞ ⌟ quod rec. *β, deest α*). *al.* **γ** *cuius respectu quis peccet* (*cf. l. 19*): Ps. HIER. in Rom. 43 per quam *legem naturalem* -tus est Cain.

b *ipsum peccatum*: **α** in *c. abl.* (*cf.* super *l. 20*): Ps. PHILO antiq. 24, 4 (*Iosue moriens loq.*) iam video ... transgressionem populi huius, in ⌞quo⌟ incipient -ari (⌞ ⌟ *nisi* qua *conicias coll.* VVLG. Ezech. 18, 31 proicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus -ti estis. HESYCH. in lev. 4, 22 p. 829^{B} in quolibet. 5, 1 p. 839^{A} ea, in quibus -tus est *peccator*). **β** *abl. nudo*: VVLG. Ezech. 18, 24 in praevaricatione, qua -tus est, et in peccato suo, quod peccavit *quidam.* **γ** *obi. acc. int.* (*cf. δ*): VVLG. Ezech. 39, 26 (*deus loq.*) praevaricationem, quam (qua *var. l.*) -ti sunt in me. **δ** *inf. fin.* (*vel pro obi. int.; aliter adhibetur l. 30*): HESYCH. in lev. 5, 1 p. 839^{D} eos, qui frequenter egerunt paenitentiam et -ti sunt Christum iniuriare, qui eam concessit.

II *transitive c. obi. acc. (supplendo p. 1096, 64, obi. int. v. l. 49) eius*: **A** *quod (qui) -ando contemnitur, respuitur, non servatur*: **1** *varia, sc. fere observanda* (*communio fidelium l. 60*): TERT. patient. 9, 4 impatientia, *i. desiderium moriendi,* ... male ominatur et fidem ⌞-atur⌟ et Christum laedimus, cum *eqs.* ([⌞ ⌟ *om. cod. unus*]. AVELL. 2, 32 [*opp.* vindicans; *cf. 2, 42* violaverat]). VET. LAT. psalm. 72, 15 (Hier. epist. 23, 1, 1. *al.*) ecce generationem filiorum tuorum -tus sum (*gr. ἠσυνθέτηκα, Aug. in psalm. 72, 21 = Vulg.* reprobavi, *Hier. psalt. sec. Hebr.* reliqui. *explicat* HIER. in psalm. incipio a filiis tuis alienus fieri). III Esdr. 1, 16 suum vicem (*loco gemino Vulg. II par. 35, 15* discederent). AMBR. virginit. 2, 6 -andae metum ... sponsionis (*ibid.* -andum ... promissum). Ps. AMBR. act. Seb. 16, 56 principes sacra sua -ta puniunt. VVLG. lev. 5, 15 anima si -ans caerimonias per errorem ... peccaverit. SERM. Arian. frg. 17 fol. 198, 45 qui ... dicit C(h)r(istu)m quod non est, -at notitiam eius qui est. TRACT. Pelag. 6, 15, 4 p. 158 Abraham numquam ieiunavit; nec tu ... ieiunare debebis, cui indictum peccatum sit -are ieiunium. Ps. AVG. quaest. test. 109, 13 qui -atur eam *iustitiam,* reus fit dei iudicio. HESYCH. in lev. 5, 1 p. 838^{D} paenitentiam saepe peccando -ti sunt (*p. 838^{C}* deliquit in paenitentiam). CONC.^{S} II 3, 1 p. 71, 3 -tus es, quod bonum est, et fidem sprevisti? *al. singulariter pro obi. est res sumi vetita, sc. quae non intacta relinquitur*: VEN. FORT. expos. symb. 22 felle ... potatur *Christus crucifixus,* ut amaritudinem -ti pomi et nimis acidi amputaret.

2 *leges, mandata sim.* (*ipse legis lator l. 25*): **a** *divina vel ecclesiastica*: VET. LAT. exod. 32, 8 (Ps. Philo antiq. 12, 4; *deus ad Mosen*) *Israhel* -tus est vias meas, quas praecepi eis (*cf. p. 1095, 27 sqq.*). num. 22, 18 (Aug. quaest. hept. 4, 48) non potero -are verbum domini ([*cod. 100* praeterire, *Vulg.* immutare]. IREN. 5, 19, 1. VVLG. I reg. 15, 24 sermonem domini et v. *Samuhelis*). Ezech. 16, 59 (cod. 175, *sim.* Somn. Neron. 7, 3; *deus ad Hierusalem*) sprevisti haec -ando testamentum meum ([*Vulg.* irritum faceres]. 17, 15 [Hier. hom. Orig. in Ezech. 12, 3 p. 437, 27; *Vulg.* dissolvit]. *al.*). II Macc. 7, 2 (rec. V) parati sumus mori magis quam patrias dei leges -ari ([-are *var. l.; cf. p. 1095, 33*]. HEGES. 4, 4, 3 l. patriam *Iudaeorum.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 434, 5 l. dei. ANON. in Rom. 26A utrasque *l. naturalem et Mosis. al.; cf. l. 30*). PHILO quaest. in gen. 4, 242 caelestia ... consilia (*Petit sec. armen.,* conc- *trad.*). SERM. Mediol. frg. 9 Adam praeceptum -ans ... et dei praecepta sancta contemnens (HEGES. 3, 17 p. 218, 17 Adam latebat, quia p. dei -tus est, exclusus est de paradiso, quia non servavit mandatum [HIER. adv. Pelag. 3, 18. *al.*]. RVFIN. patr. 2, 6 p. et monita naturalis legis. *sim. al.*). FILASTR. 115, 3 *ut Adam* -to ... mandato pelleretur de paradiso ([*opp.* custodito]. AMBR. parad. 5, 27 divina m. [10, 47]. 13, 65 m. dei [RVFIN. Adamant. 5, 21. *al.*]. HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 144, 7 non Iohannis m. -antur, sed spiritus sancti. COMPVT. cod. Col. prol. 9 p. 233 legis m. *al.*). AMBR. Hel. 4, 7 *Eva* prima est -ta indictum abstinentiae. CONC.^{S} II 3, 1 Rustic. p. 65, 3 plene omnia statuerunt patres: anathema *sit* -anti ⌞ea⌟; nemo addat, nemo minuat (⌞ ⌟ *om.* vers. ant., *ut ad p. 1094, 45 pertineat; II 2, 1 p. 48, 6* qui transcenderit ea). *al.* *pro obi. est ipse deus*: HIER. Didym. spir. 45 non -ti sunt nec spreverunt ⌞patrem⌟ (⌞ ⌟ *si ἀπὸ κοινοῦ. spectat ad* Is. 63, 8 [*p. 1094, 30*] *ut*: 50 qui 'spernit', sive quod melius habetur in graeco, qui '-atur', non hominem -bitur, sed deum. *ibid.* quando ... ad immunditiam sunt delapsi, spreverunt sive -ti sunt dominum). **b** *quaelibet*: HEGES. 1, 32, 6 p. 63, 9 *Arabes occidendo legatos* -ti sunt legem omnium hominum, ipsorum etiam barbarorum ([*gr. 1, 378 παρὰ τὸν πάντων ἀνθρώπων νόμον*]. NOVELL. Iust. 38 epil. hanc l. nostram. *al. in iisdem*). RVFIN. Orig. in Ios. 17, 1 p. 401, 18 ne qui forte ex incredulo populo ... viderentur sibi permanente antiqui cultus statu -ari (-are *var. l.*) religionis ordinem, si transirent ad fidem. NOVELL. Iust. 6 epil. pr. licentiam ... universis damus ... respicientibus aliquid horum -ari nuntiare nobis. 54, 2 pr. si quid -ti fuerint *alienatores* horum, quae competunt, aut quoddam colludium fiat. *et saepius in his novellis.*

B *quod (qui) -ando quodammodo mutatur (in perversum praeter l. 55), corrumpitur (huc vergunt quaedam sub A, e. g. l. 23; accedit abl. instr. l. 43. 45. 67); pro obi. sunt*: **1** *res adulterandae* (*aliter l. 57; indicatur finis per praepos.* in *c. acc.* PASS.): Ps. SEN. epist. Paul. 7 deos ore innocentium effari, haud eorum, qui -are doctrina sua quid possint (-ari, -are (vel) ordinare, predicari *var. ll.*). TERT. fug. 7, 1 *persecutionem* si evadi vellet, melius non immitteret, ne voluntatem suam alia voluntate -are (-ari *var. l.*) videretur *dominus* (*sunt qui ad A referant*). PASS. Montan. 2, 1 post popularem tumultum ... postque sequentis diei in (*om. pars codd.*) acerrimam persecutionem Christianorum -tam violentiam (*vix depon.*). Ps. CYPR. singul. cler. 20 callidi argumentatores et iuris periti fallaces, qui dum cupiunt -ari controversias actionesque causarum, etiam ipsa iura transvertunt (*aliter interpunxit Hartel, ut ad usum intrans. pertineat*). PHILIPP. in Iob rec. brev. 24 p. 1440^{C} (*sim.* rec. long. p. 683^{A}; *ad Iob 24, 14*) potest ... et de iniquis iudicibus intelligi, qui ad hoc maturius surgunt, ut causam egeni et pauperum muneribus corrupti -entur (rec. long. 24 p. 683^{C} munera pro causis -tis accipiunt *praevaricatores negotiorum*). *in bonam vel neutram partem* (*in versione sec. falsam var. l. gr.*): VET. LAT. act. 10, 46 (cod. 5) audiebant ... eos *gentiles* loquentes ⌞-tis⌟ linguis et magnificantes deum (⌞ ⌟ *gr. in ipso cod. evanuit, om. cett. tam gr. quam lat.*). **2** *homines captandi, alienandi* (*sensus l. 64. interpol. vid.* VITAE patr. 7, 2, 2 -atur ac decipitur [*Paschas. verba patr. 14, 10 exhibet* decipitur *solum, gr. Cotelier p. 652 χλευάζεται*]. *nescio an huc pertineat var. l. p. 1095, 13*): Ps. ORIG. in Iob 1 p. 427^{C} isti *haeretici* sunt, qui a veritate plurimos -antur et a fide innumeros aberrare faciunt (*item accedit* ab: 2 p. 475^{D} [*diabolus loq.*] filios ... eius *Iob* perdidi et sensum eius a deo non -vi). *obi. supplendo*: Ps. ORIG. in Iob 1 p. 398^{D} (*diabolus de Iob*) quomodo circumveniam? ... quomodo -er? quomodo a iustitia abducam? (*eodem obi. supplendo* 2 p. 477^{D} quomodo deiciat, quomodo Adae familiaritate -ret).

in figura etymologica q. d.: -are praevaricatione *p. 1095, 15. 48. 1097, 13,* -are praevaricationem *p. 1095, 50* (*simili abundantia*: in praevaricatione -ari *p. 1095, 46,* -ans [praevaricator] -atur *p. 1094, 35. 50. 1097, 12*).

part. praes. ***praevāricāns,** -antis. *gen. plur.* -um *e coni., v. p. 1097, 12.* **1** *pro adi. fere i. q. proprius praevaricatorum, vitiosus*: PRISCILL. tract. 10, 125 sive instituto bonae indolis sive cupiditate vitae -is *nasci* ([-es *cod.*]. *cf. 124* in cupiditate perditae vitae). AMBR. parad. 3, 17 ⌞-ia corporis vitia⌟ (vit(al)ia *var. l.*). **2** *pro subst. masc. i. qui praevari-*

[Sinclair]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catur, praevaricator, peccator (GLOSS. -es: *παραβαίνοντας* [*cf. l. 3*]): VET. LAT. psalm. 118, 119 (Hil. *ad l.* samech 11 p. 493, 14. *al.; sim.* VVLG.) -es deputavi omnes peccatores terrae (*cod. 303. al.* praevaricatores, *gr. παραβαίνοντας, unde* AVG. *ad l.*, serm. 25, 1 'praevaricatores' vel potius '-es'. *cf. ibid.* non ... -es deputat omnes peccatores apostolus [*Rom. 5, 20*], sed eos tantum -es deputat, qui transgrediuntur legem. *ibid.* quisquam -ans). PS. CYPR. ad Novat. 14, 3 *in libris biblicis* habemus exempla -is isti⟨u⟩s (*sc. Novatiani*) praecedentia (praevaricationis huius *edd. ante Diercks*). AMBR. parad. 8, 39 p. 295, 15 non in mandante culpa est, sed in -e peccatum est. HIER. in Ier. 2, 71, 2 (*ad Ier. 9, 2* coetus praevaricatorum) coetus ... -ium ([*ibid.* peccatoribus]. *cf.* CASSIAN. conl. 3, 7, 6 quantas ... sub Moyse -ium turbas ... extitisse). VVLG. Is. 24, 16 -es praevaricati sunt et praevaricatione transgressorum praevaricati sunt. ACT. Archel. 34, 11 'ministerium mortis' (*cf. I Cor. 15, 54*) appellata est lex, quia peccantes et -es morti tradebat, servantes autem se defendebat. AVELL. 97, 81 haec nos ex verbis apostoli fas est ... metiri, ultra quae -um (*Günther,* -andum *cod.*) est temeraria curiositate prorumpere. *al.* *respiciuntur apostatae*: AMBR. paenit. 1, 9, 40 (*ad Novatianum*) tunc te ista (*sc. I reg. 2, 25*) paterer obicere, si solis -bus non relaxares paenitentiam (-toribus, -tionibus *var. ll.; cf. 1, 2, 5* qui praevaricatione lapsi sint).

part. perf. praevāricātus *pro subst. masc. vix latere putes sola forma* -orum, *quam ad subst. q. e.* praevaricator *traximus.*

?part. perf. neutr. **praevāricātum,** -ī *pro subst.* (*sc. vi passiva, si conferas* peccatum, delictum. *an subst.* praevaricatus, -ūs *agnoscas?*): THEOD. MOPS. in Gal. 2, 18 ostendit non esse -um ab illa *lege Mosis* discedere.

deriv.: praevaricatio, praevaricator (-trix); *cf.* impraevaricabilis.

Sinclair.

praevārus, -a, -um. *a* prae *et* varus. *i. q. valde varus* (*item* ISID. *infra*): CIC. frg. inc. K 34 quid enim tam -um? (*de re quadam perversa sim.? affertur ab* ISID. orig. 10, 223 *s. v.* praevaricator). *e coni. dub.*: APVL. flor. 19, 1 venarum pulsus inconditos vel -os (*Scaliger*; praeceleres *vel* praetardos *coni. alii*; praeclaros *trad., quod defendere temptat Oudendorp, v. Hildebrand, 1852, ad l.*). *Bk.*

praevehor, -vectus sum, -vehī *et ?*praeveho, -vēxī, -vectum, -vehere. *a* prae *et* vehi (vehere). *legitur part. perf. inde a* VERG., LIV., *ceterae formae raro inde a* LVCANO, SIL. [*confunditur in codd. passim cum* pro- (*vix recte trad.* ACC. trag. 128; *restituitur* PANEG. 7, 5, 2), *restituitur pro* per- SIL. *p. 1098, 10* (*vix recte etiam in ed. Aldina* PLIN. epist. 1, 16, 2). *loco corrupto trad. in var. l.* PROP. 1, 8, 19, *v. p. 687, 66.*]

I *mediopassive*: **A** *de motu qui fit ante alios eadem via progredientes, fere i. q. praeire* (*praeveniendo l. 45. 49. 53*): **1** *proprie -untur homines equitantes* (*intrans.; is qui sequitur indicatur per praepos.* ante *l. 48*): equo (*cf. l. 66*): VERG. Aen. 7, 166 -tus e. longaevi regis ad auris nuntius ... reportat advenisse viros (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 25, 31 hoc est ante legatos ad regem vectus). LIV. 10, 36, 6 consul e. -tus (pro- *var. l.*) ad portam castrorum *aditum suis fugientibus interclusit.* SIL. 7, 117 volucri rapit agmina cursu ac -tus e. *Romanos provocat Hannibal.* 17, 124 *dux* ante omnes -tus e. trahit agmina voce. *cetera exempla*: LIV. 9, 35, 7 *hostes fugientes* castra repetunt, sed equites Romani -ti (praeventi(s) *var. l.*) per obliqua campi cum se fugientibus obtulissent, ... montes petunt (*nisi vi praetereundi ad l. 73*). 40, 13, 3 (*in lustratione exercitus*) inter divisam victimam ... -ti sumus et secutum est ... agmen. EVAGR. vita Anton. 31 homines ... equorum velocitate -ti nuntiant adfuturos *alios pedibus euntes* (*cf. gr. προλαμβάνων τοῦ ὁδεύοντος τοῖς ποσίν*). **2** *hyperbolice et in imag.* (*sc. transitive*): SIL. 16, 500 subitus ... erumpit et auras -itur Theron *in cursu* (*cf. e. g. 14, 488* superabat ... ventos). PANEG. 7, 5, 2 (*ad Constantinum*) Africanum Pompeiumque ... aetatis cursum virtute -tos (pro- *trad.*) tam mature sumpto vincis imperio.

B *de motu qui fit ante quaedam finitima (fere porrecta), sc. sive intrans. i. q. in fronte alicuius (rei) vehi, ire (cf. praepos.* praeter *l. 66,* per *l. 68,* circum *l. 74), sive trans. i. q. vehendo tangere, praeterire* (*haud raro vi praeverbii deflexa ita, ut significentur motu continuato ea relinqui, ante quae quis vehatur; indicatur, unde motus incipiat, per adv.* hinc, inde *l. 69. p. 1098, 3. 20, ut quidam praeter necessitatem agnoscant vim provehendi*): **1** *-untur homines*: **a** *equitando* (*intrans. praeter l. 71 sq. [?]. p. 1098, 2*): equo: LIV. 24, 44, 10 praeter undecim fasces e. -tus senex *a duodecimo lictore consulis desilire iussus est* (*cf. Quadrig. hist. 57* iuxta venit. *simili contextu Liv. 22, 49, 6* praetervehens e.). LVCAN. 7, 342 *Pompeius* totum ... per agmen sublimi -tus e. (*sc. milites adhortans ut*: SIL. 5, 170 hinc -tus e. *Flaminius* [pro- *var. l.*]. 9, 572 [pro- *var. l.*]. *in eadem re p. 1098, 3*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 122 umectat ... Lucifer agros roranti -tus e. ([pro- *var. l.*]. DRAC. Romul. 10, 470 exilit interea tecturus L. astra puniceo -tus e. [pro- *Bücheler*]). *cetera exempla* (*fortasse huc l. 49*): STAT. Theb. 7, 133 *Mars* circum fastigia vallis turbine -tus (pro- *var. l.*) rapido ter sustulit hastam, ter concussit equos (*sunt qui ad II referant, sed cf. Smolenaars, comm. 1983, ad l.*). TAC. hist. 4, 71, 5 paulum morae in adscensu, dum missilia hostium -untur *equites.* 5, 16, 3 (*2* ut quosque suorum advehebantur *duces, eos exhortati sunt*) *Cerialis primo admonuit legiones quasdam*; hinc ⌊-tus⌋ (-tos *M*) ad Germanicum exercitum manus tendebat (⌊ ⌋ *'sc. aciem legionum' Heraeus, comm. ⁴1899, ad l.; 'procedens' sim. intell. alii*).

b *navigando* (*cf.* praetervehor *p. 1041, 59*): **α** *trans.* (*fort. huc l. 15*): MELA 2, 27 eius *promunturii* tractum legentibus -tisque Mastusiam sinus *Melas* intrandus est. LVCAN. 9, 1003 *Caesar* avidus ... Iliacas pensare moras Asiam ... -itur (pro- *var. l.; ibid.* relinquit). SIL. 4, 51 consul ... -tus classe (*Heinsius,* per- *trad.*). TAC. hist. 2, 2, 2 oram Achaiae et Asiae ac laeva maris -tus Rhodum ... petebat *Titus.* DICT. 5, 17 *Antenor* devenit ... ad mare Hadriaticum multas interim gentes barbaras -tus (praeventus, paenevicit *sim. var. ll.*). **β** *intrans.*: TAC. Agr. 28, 1 *navibus clam captis raptores* ut miraculum -bantur. SIDON. epist. 1, 5, 5 *in Pado navigans* obiter ⌊Cremonam⌋ -tus adveni (*sunt qui 'procedens' intellegant*; ⌊ ⌋ *nisi ἀπὸ κοινοῦ, ut ad l. 6 pertineat*). *respiciuntur qui sibi obviam eunt*: TAC. hist. 5, 23, 2 (*de classibus Batavorum et Romanorum*) his flumen secundum, illi vento agebantur: sic -ti temptato levium telorum iactu dirimuntur.

2 *-untur flumina* (*sc. trans.; in descriptione locorum*): LVCAN. 10, 308 (*de Nilo*) inde plagas Phoebi ... -eris sterilesque diu metiris harenas. TAC. ann. 2, 6, 4 *Rhenus* servat ... violentiam cursus, qua Germaniam -itur, donec Oceano misceatur.

II *act. vel pass.* (*vix huc p. 1097, 74*): GLOSS. V 510, 63 -tus: ante portatus (praevexus *cod.*). *?per confusionem praeverbiorum i. q. provehere*: EPIST. Austras. 5, 4 Ennodium ..., qui generosi sanguinis ⌊nobilitatem⌋ (*Freher, gen. trad.*) humilitate -xit ad gloriam *caelestem* (*an conicias* provexit*?*). *Friis-Jensen.*

praevello, -vulsī, -vulsum, -ere. *a* prae *et* vellere. [*vix recte trad.* TERT. scorp. 13 p. 177, 5, *v. Beikircher, Festschr. Frede-Thiele II, 1993, 614.*] *i. q. ante vellere* (*sc. vi praeverbii locali; contextu manco* LABER., *ceterum respicitur obi. quod vellendo tollitur; p. p. p. n. plur.* -sa *pro subst.* TERT.; *cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 1162 -at [-it *var. l.*]: rumpat): LABER. mim. 146 ⌊aliqua parte⌋ -erat (*trad.,* evulserat *Bücheler*; ⌊ ⌋ *fortasse recte Diomedi tribuuntur, qui gramm. I 372, 17 affert frg. ad testandas formas perf. verbi q. e.* vellere). TERT. nat. 1, 10, 35 *deis offertis* de opimis ... supervacu⟨a⟩ esui capitula ... et ⌊plumarum setarumque -sa⌋ (*om. apol. 14, 1*). EPIST. Alex. p. 212, 11 *opobalsami* clibulas (*i.* glebulas) de corticibus -bam (vellebam *et alio ordine verborum* carpsi *var. ll.*).

praevēlo, -āvī, -ātum, -āre. *a* prae *et* velare. [*confunditur in codd. maxime cum* praevallare, *ubi v., et* praevalere SERV. *et* CONC. *infra* (*restituitur* SVLP. SEV.).]

i. q. ante velare (*item* GLOSS.; *occurrit fere structura 'aliquid aliqua re'; pro subiecto est ipsa res velans l. 47. 50; adhibetur absolute l. 55*): **1** *corporaliter:* *spectat potius ad ornandum*: CLAVD. 22, 189 *quod Gallus pace gaudens* amnem ... domibus -et amoenis (*cf. p. 1045, 35*). 28, 647 Getica -ans fronde secures *consul victor.* CYPR. GALL. exod. 1073 haec *sacraria* ... lamina conspicui -at ductilis auri (*exod. 25, 11* deaurabis *arcam*). *spectat potius ad occultandum*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 325 flammea sollicitum -tura pudorem *sponsae.* CYPR. GALL. gen. 879 fraterna ... toga *Rebecca* -ans pectus et artus *filii Iacob* (*gen. 27, 15* vestibus Esau ... induit eum). **2** *incorporaliter* (*sc. occultando; potius excusando* CONC.): SERV. Aen. 4, 500 ('praetexere funera sacris') praetexere: -are, abscondere (praeval(l)ere, praevetare *var. ll.,* praevallare *Hagen*). SVLP. SEV. chron. 2, 14, 7 *scriptores pagani* nihil ex his, quae sacris voluminibus scripta sunt, attigerunt: dei spiritu ⌊-ante⌋, ut intaminata *manerent mysteria* (⌊ ⌋ *Hyltén, Traditio 19, 1963, 451 sq.;* praevalente *trad., coni. alii alia*). CONC. Epaon. a. 517 p. 32 l. 199 (*inde* Tur. a. 567 p. 190 l. 418) incestus ... coniugii nomine -andus *non est.* CONC. Aurel. a. 538 p. 123 l. 233 nullis excusationibus haec praesumptio -itur (*i.* -etur, *more solito codicis vet., quem sequuntur edd., v. Maassen in indice ed. p. 253a*). *Mensink.*

praevēlōx, -ōcis *adi.* *a* prae *et* velox. *i. q. valde velox* (*item* GLOSS.): PLIN. nat. 11, 111 *Indicae formicae* lacerant quamvis -bus camelis fugientes *raptores* (*ad rem cf. Herodot. 3, 102. 105*). QVINT. inst. 11, 2, 44 illa -x *memoria* fere cito effluit et, velut praesenti officio functa nihil in posterum debeat, ... discedit.

praevenerābilis, -e. *a* prae *et* venerabilis. *i. q. valde venerabilis*: CONC.ˢ II 2, 2 p. 12, 22 hoc -e atque mundanum concilium (per- *var. l.; cf. p. 64, 12. al.* sancta ... synodus, *gr. II 1, 2 p. 128, 24 ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενική*). *Bk.*

***praevenio,** -vēnī, -ventum, -īre. *a* prae *et* venire. *scribitur* pre- CE 1537, 5 (*lapis periit*) *et e. g. in cod. saec. V/VI* COLLECT. Arian. serm. 15, 5; praeb- GLOSS. Paul. l. 1313. *in tmesi p. 1099, 29.* NOT. Tir. 20, 53ᵇ -it (*addidit cod. V*). 20, 61 -tus. *de notione*: SYNON. Cic. p. 439, 10 -it. praeit. antecipit. praevertitur. antecedit. praecurrit. exstat. 447, 23 volucer. praeceps. -ens. *eqs.* GLOSS. -it: *προλαμβάνει. φθάνει, ἔφθακεν.* prae-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occupat, anticipat, ante venit. *al.* *legitur inde a* SALL., VERG., OV., GRATT. (*de* PLAVTO *v. l. 6 et 9*), *sc. singulis vel binis locis, sed 14 apud* LIV. (*ceterum frequentatur maxime a* TAC., HEGES., AVG.); *prius, sed inde a* LIV. *multo rarius legitur* antevenio. [*confunditur in codd. saepius cum* per-, *e. g.* LIV. 9, 23, 2 (*restituitur* TAC. ann. 1, 30, 4, *e coni. dubia* PLAVT. Mil. 404 si ad erum haec res prius ⌞-it⌟ peribis [⌞ ⌟ *Lindsay,* devenerit *A*, pervenit *vel* creverit *P*]; *falsa var. l. e. g.* LIV. *l. 44, falso trad. fortasse* VEREC. in cant. 6, 5 l. 51 ad ... itinera -ire, *sed cf. et l. 51 sqq.*), *ceterum e. g. cum* pro- CELS. 6, 7, 8. *al.* (*falsa var. l.* PLAVT. Truc. 385 PLIN. nat. 16, 165); *falso trad. pro* praevernat, *ubi v.*]

i. q. antevenire, praecedere sim. (*longe praevalet usus trans. [reflexive, sc. reciproce, p. 1101, 59. 1105, 35 sqq.; mediopassive p. 1101, 60]; pro obi. ponuntur struct. verbales et enuntiata p. 1103, 30 sqq. 1104, 39 sqq.; usum absolutum vel intrans. infra ubique fere distinximus [cum praepos. l. 46 sqq. p. 1103, 54, dat. p. 1103, 59, vix etiam p. 1105, 20]; de vi activa p. p. p.* -tus *v. p. 1102, 33. 67*).

CAPVT PRIMVM: *praevalente respectu temporali* (*qui usu deflexo evanescit l. 51. p. 1100, 37. 1102, 42. 1103, 67*). *gr. respondere solent φθάνειν vel προφθάνειν, quae infra non adnotavimus; accedunt adv.* ante, antea *e. g.* TAC. hist. 3, 67, 1 CYPR. Fort. 13 p. 347, 14 CLAVD. DON. Aen. 1, 65 p. 26, 1 (*cf.* ante-, priusquam *p. 1101, 50 sq. 1102, 2 sq. al.*), *adi.* prior LIV. 9, 23, 2 PAVL. PELL. euch. 446; *iungitur cum abl. instr. vel respectus passim, cum praepos.* in *c. abl. e. g. p. 1102, 26. 52. 1103, 8,* de *p. 1102, 61,* ad *p. 1101, 3, abl. vel acc. mensurae p. 1100, 1. 1102, 74. 1104, 11.*

I *strictius pertinet ad motum, quo quis (quid) prior venit* (*nonnulla etiam vi locali explicari posse vix mireris, e. g. l. 29. 69. p. 1104, 4 sq.; pro subi. sunt animantes passim, res e. g. l. 29 sqq. 34 sq. 67 sqq.*): **A** *intransitive* (*sed hic illic, e. g.* VERG. *sub 1, cogitare possis de obi. ἀπὸ κοινοῦ posito*): **1** *vario usu*: VERG. ecl. 8, 17 nascere praeque diem veniens age, Lucifer (*per tmesin, cf.* SERV. -ens age diem. *sublucet vis localis; de eadem stella*: OV. fast. 5, 548 Lucifero -ente. PLIN. nat. 2, 36 *sidus* -ens ... et ante matutinum exoriens). LIV. 22, 24, 6 hostis breviore via -turus erat. 24, 12, 3 maturandum Hannibal ratus, ne -rent Romani (*sim.* 35, 50, 6). 24, 21, 5 -erat non fama solum ..., sed nuntius etiam (HEGES. 4, 21. *cf.* nuntius: LIV. 25, 39, 7 AMBR. obit. Valent. 23. rumor: TAC. hist. 3, 69, 1). STAT. silv. 3, 5, 111 venies, carissima coniunx, -es etiam. Ach. 1, 701. TAC. ann. 2, 55, 4 *Piso* linquit Germanicum -itque. 15, 17, 2 ut pedes *Romanus* ... facilitate camporum -entem equitem *Parthum* adsequeretur. IVVENC. 4, 465 (*Matth. 26, 32* praecedam vos in Galilaeam) -am vestrosque choros ... docebo. *al.* *part. praes.* -ens *pro subst. masc.*: POTAM. tract. 1 p. 1415[A] *cum Lazarus resuscitaretur,* quae *fuit* pressura videntium? ... qualis in cervicibus -entium multitudo pendebat? **2** *indicatur quo quis prior veniat* (*cf. p. 1100, 13; neglecto respectu temporis vix recte trad. codd. potioribus* LIV. 25, 9, 5 Tarentum fama -erat [per- *recc.*]): LIV. 9, 23, 2 quo cum prior Romanus exercitus ... magnis itineribus -isset (per- *var. l.*). 33, 41, 3 ut, priusquam moveretur aliquid ..., -ret in Aegyptum *L. Cornelius* (*opp.* si ... occupasset *Antiochus*). VVLG. II reg. 13, 30 cum ... adhuc pergerent in itinere, fama -it ad David (II Cor. 9, 5 ad vos [per- *var. l., gr. προέλθωσιν vel προσ-*]. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 192, 26 ad Antiochiam [*vi temporali minus perspicua pertinet fortasse ad l. 51*; per- *Mansi 5, 951[B]*]. *cf. supra l. 6*). *in versione vocis gr. φθάνειν mera notione perveniendi adhibitae* (*cf. e. g. Bauer-Aland, Griech.-dt. Wörterb. NT s. v.; in imag. praeter* Dan.; *hucine l. 49?*): VET. LAT. Dan. 8, 7 (cod. 177. *al.*) vidi eum *hircum* -ire usque ad arietem (*Vulg.* cum ... appropinquasset). Matth. 12, 28 (cod. 5. *al.*) -it in vos regnum dei (*cod. 4* adpropiavit, *Vulg.* pervenit. *item loco gemino* Luc. 11, 20 [cod. 4. *al.* = VVLG.]). I Thess. 2, 16 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) -it ... super eos ira dei.

B *transitive*: **1** *-untur eodem contendentes* (*sc. fere animantes, eorum actiones l. 66. 75, fama sim. l. 62 sqq., lumen solis lunaeque l. 69; saepe animo hostili, officiendo sim., sed mero respectu temporis e. g. l. 62. 66. 73; huc vergit p. 1101, 45*): **a** *proprie*: LIV. 8, 30, 12 *Fabius* cum maximis itineribus isset, non tamen -ire famam adventus sui potuit (*al. v. vol. VI 1, 223, 45 sqq.; cf.* nuntium: SVET. Iul. 57 HEGES. 1, 30, 7. rumorem: AMM. 14, 2, 9 celeritate nimia. CLAVD. 8, 102. 15, 13). 24, 35, 9 *Marcellus* -isse hostem festinans (LVCAN. 4, 167. FLOR. epit. 3, 3, 7 occupatis compendiis). 28, 20, 9 adventum Scipionis -erat fama cladis (SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 19 HEGES. 4, 29, 1). SEN. nat. 3, 29, 8 fugientes unda -et et ex ipsis arcibus deferet. SIL. 17, 45 *navis Magnae Matris Claudiam fune* ducentem -it. STAT. Theb. 6, 239 *vesper* lunae -erat ignes (*cf.* CHALC. comm. 71 solis splendore -to stella ... apparet). TAC. hist. 4, 49, 2 prospera navigatione (*sim.* ann. 14, 58, 3 celeritate ventorum). ann. 2, 79, 2. APVL. Socr. prol. 4 p. 109 *v. supra p. 682, 71.* VET. LAT. Marc. 6, 33 (cod. 11. *al.* = VVLG.) concurrerunt illuc et -erunt eos (*gr. προῆλθον, cod. 13* praeibant). CYPR. epist. 59, 9 p. 677, 11 *dum Felicianus* detinetur, Felicissimo ad vos properante -tus est. AMM. 30, 1. 12 compendiosis vallibus eius itinera -erunt. *al.* *cum acc. mensurae*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 60, 9 dum me Aegyptii triduum -issent (*gr. I 1, 5 p. 135, 12 προλαβόντων*). **b** *in imagine*: CYPR. epist. 19, 2 p. 526, 12 ut ... quidam de lapsis confessores ipsos -ire et ante ad ecclesiam introire festinent. ALC. AVIT. hom. 7 p. 114, 16 si ..., dum per huius saeculi iter curritur, ... animam caro -erit et facultatem viae *probae* ... praecluserit (*sc. tamquam currus celerior?*).

2 *-untur loca, antequam alius ea occupet*: *in re militari*: AMM. 28, 3, 1 opportuna ... ad insidiandum barbaris -ens loca (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 294 p. 601 locum fraudi o. [*gr. προλοχίζων*]). HEGES. 4, 30 p. 289, 22 omnes -it aditus *Cremonae,* ne confugientes reciperentur (*gr. 4, 642 ὑποτέμνεται*). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 97 p. 740 totum *murum oppidi* latrones -erant (*gr. προδιείληπτο*). *exempla cetera*: HEGES. 3, 2 p. 184, 8 *Simon magus* -ens Romam (*nisi ad A2; sed cf.* RVFIN. hist. 2, 13, 1 *diabolus* urbem maximam ... -it et Simonem ... evocat). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 122 p. 835 *spectatores* loca ... -erant (*gr. προελήλυθότες ... κατειλήφεσαν*).

3 *-itur tempus statutum* (*opinio de tempore praesumpta* AMM.): AMM. 18, 2, 14 sollicitarum gentium opinione -ta ... miles per Hortarii regna transibat. CLAVD. DON. Aen. 1, 645 p. 126, 18 ut, antequam prandere-tur, veniret et celeritate reditus prandio -to munera ... perferret (*cf.* p. 127, 2 ut horam prandii -ret). RVFIN. hist. mon. 15 p. 434[A] -ens horam solitam (*gr. 15, 3 ταχύτερον*). REG. eccl. Carth. l. 32 qui tempus et diem concilii -erant.

II *laxius pertinet ad quamlibet actionem, qua quis (quid) antecedit sim.*: **A** *generatim*: **1** *c. obi. acc. rerum*: **a** *cum colore praevertendi, antea impediendi, ad irritum redigendi sim.* (*neglecta vi temporis* PS. APVL., *cf.* COMM.): **α** *quolibet modo*: SALL. Iug. 71, 5 *Nabdalsa* dicit, quae ipse *animo* paravisset facere, perfidia clientis sui -ta. LIV. 8, 16, 13 ut beneficio -rent desiderium plebis *consules* (*cf.* AVSON. 419, 5 p. 354, 38 cupienda -is, vota praecurris). 24, 13, 9 -it inceptum eorum (*cf.* TAC. ann. 15, 69, 1 conatus). STAT. Theb. 4, 12 hortamina fortes -unt (*cf.* LEO M. serm. 46, 1 ieiuniis ... nostros ... hortatus. RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 55, 2 sermones *admonentis. al.*). TAC. hist. 1, 5, 1 -tam ... gratiam. ann. 1, 30, 4 imminentem necessitatem *miles* sponte -it ([per-*trad.*]. HEGES. 4, 29, 2 p. 288, 9 -endam gratia n. [*gr. 4, 637 προλαβόντας*]). 6, 44, 1 inimicorum astus, amicorum paenitentiam. APVL. met. 8, 25, 6 cogitatum meum. PS. APVL. Ascl. 32 -it ... mobilitas eius *mundi* stabilitatem suam (*respectu temporis neglecto ut sub 2aβ, an ad p. 1105, 23?*). VLP. dig. 28, 3, 6, 9 -endi periculi causa. TERT. apol. 2, 15 si confessione -antur *tormenta* (BACHIAR. repar. laps. 16 gehennae saeva t.). CYPR. epist. 52, 3 sententiam *iudicantium* (IVL. VAL. 2, 12 indignationem vestram et s.). SYMM. epist. 2, 4, 1 voluntaria beneficia tua petitione -o. NICET. spir. 1 *si* -erit cognitionem veri nuntius mendax (*cf.* PS. AVG. quaest. test. 84, 3 -it veritatem fallacia). COMM. instr. 1, 36, 12 (*contra ordinem temporis, sc. cum acumine quodam*) lex in ligno fuit prima et inde secunda ... legem prima⟨m⟩ cum pace -it (re- *trad.*). *et saepe.* *in medicina* (*cf. p. 1103, 62*): CELS. 3, 15, 2 balineo frigus -ire *quartanae febris.* VEG. mulom. 3, 27, 9 incurabiles valetudines, si -tae fuerint, ... vincuntur. PS. HIPPOCR. ad Antioch. vers. α 7 de praenoscendis -endisque morborum causis. LEO M. serm. 96, 1 passiones infirmitatis. **β** *morte vel causa mortis* (*hucine p. 1101, 6?*): OV. trist. 5, 4, 32 *calamitatis meae* tempus ..., quod non -tum morte fuisse dolet. SEN. nat. 2, 59, 10 si sensum mortis tuae celeritas *fulminis te interficientis* ... -et (*cf.* LVCAN. 9, 640 *Medusa celeritate* -it ... metus *mortis.* PRVD. perist. 14, 90 sensum doloris mors cita -it). ASCON. Scaur. p. 26, 31 eundem casum (*sc. caedem inlatam*) sua manu (*cf.* VAL. FL. 1, 768 circumspicit Aeson, -at quo fine minas *regis.* TAC. hist. 4, 59, 1 foedissimam mortem sponte). TAC. ann. 3, 50, 2 sumpta morte misericordiam *principis.* 16, 13, 2 communi mortalitate saevitiam principis. PLIN. epist. 9, 1, 3 editionem *librorum* morte -tam. *al.*

b *mero fere respectu temporis de iis, quae antecedunt*: **α** *secundum ordinem et seriem actionum, eventuum sim.*: COLVM. 3, 5, 3 hanc curam *pangendi* -it inquisitio et electio malleolorum. TAC. hist. 3, 67, 1 *mater Vitellii* paucis ante diebus opportuna morte excidium -it. HIL. in Matth. 20, 10 prophetas ... -entes adventum *Christi* (COLLECT. Arian. serm. 9, 3 [*de Iohanne baptista ut* RVFIN. Adamant. 2, 18 p. 43, 25]. *al.; vix ad IB*). 21, 8 *quaedam poma in ficis* poma ... cetera maturitate -unt. trin. 11, 46 sensum intelligentiae non -it *id, quod sensu posterius est* (12, 25 *de deo filio*). SYMM. epist. 3, 3, 1 sermonem tuum festinatione -o (*in commercio epistularum ut e. g.* 8, 15 stilus tuus mea scripta -it). HEGES. 4, 7 p. 253, 6 cum cognitio poenam -ire soleat, non poena cognitionem. PRVD. apoth. 262 secretum, quod tempora cuncta diesque -it (IVLIAN. in Iob praef. l. 22 legis ... tempora [*de Iob ut ibid.* 33, 15 sq.]. LEO M. serm. 51, 5). AVG. civ. 7, 9 p. 285, 23 fieri *non* potest, ut *causae* vel tempore -antur a factis initiisve factorum. MARCELL. med. 8, 62 si impetus dolorem -erit. *al.* **β** *solito prius, antequam statutum vel exspectatum est sim.*: QVINT. inst. 12, 6, 2 *si*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quis parum adultus agere incipit, -it vires fiducia (*ad caput tertium trahunt alii*). PLIN. paneg. 92, 1 (*in cursu honorum*) finem ... potestatis alterius ⟨altera⟩ ... -it. VET. LAT. sap. 16, 28 oportet -ire solem ad benedictionem tuam (*cf. p. 1103, 55 sqq. et* AMBR. Cain et Ab. 1, 8, 31 ut solis ortum oratione -as). AVSON. 369, 32 p. 96 legitimos Lucina labores -it (*33* ante ... votum). HEGES. 1, 45, 11 distentus doloribus propriae diem mortis -ire desideraverat *Herodes* ([*nisi ad l. 11 vel p. 1100, 50 trahas coll.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 662 p. 654 fatum -ire]. AVG. conf. 9, 2, 3 vicinum vindemialium d.). *al.*

c *cum variis coloribus*: α *antea efficiendi vel antea occupandi, anticipandi* (*exempla certiora, cf. e. g. l. 5*): TERT. anim. 34, 3 *Helenam* -to patris proposito angelicas potestates genuisse. PANEG. 6, 8, 2 *milites te imperatorem poscentes* -erunt studio, quod ... mox indicio probaverunt *patres.* HIST. AVG. Pesc. 2, 7 *Iulianus* cum Severo ex interdicto de imperio egisse fertur, ut iure videretur principatum -isse (*cf.* HEGES. 3, 1, 3 regnum). EVSEB. VERC. epist. 2, 2, 1 *ut gaudium et lacrimae* sua dilectionis officia cuperent -ire. RVFIN. hist. 10, 8 p. 971, 6 barbaras nationes, nisi quae vel amicitiis vel deditione sui pacem -erant, ... armis edomuit. AVG. in euang. Ioh. 17, 5 quibusdam significationibus res ipsae -tae sunt (*sc. partim iam expletae sunt, v. Berrouard, 1977, ad l.*). gen. ad litt. 12, 23 p. 415, 10 omnes corporales motus, ut exseri possint, -untur similitudinibus suis intus in spiritu. APON. 7, 9 meretricem ... Christi sepulturam -entem (*v.* Marc. 14, 8 *p. 1103, 47*). β *praeparandi* (*cogitatione l. 24. 28*): ANIAN. Chrysost. hom. 1, 6 ut ⌞-atis animo atque volvatis⌟ eum, qui ... elucidandus est locus (⌞ ⌟ *Migne gr. 57, 21 προλαμβάνειν*). PAVL. NOL. carm. 1, 9 -tos pingui ... alite visus (*ut minus offendantur tenuioribus sequentibus*). CASSIAN. conl. 18, 3, 1 quibus *institutis* ... primordia vestra, *iuvenes,* -ta sunt. GREG. M. in euang. 37, 6 p. 1277[C] omne, quod agimus, -ire per studium considerationis debemus. moral. 6, 55 hoc *verbum velut semen* in ... pectore ... exaratione -itur. *-untur sollemnitates christ.* (*vigiliis, ieiuniis*): SACR. Leon. 234 ieiunium, quo[d] ... Iohannis baptistae natalicia -imus. 1240 nativitatis ... Christi sollemnia, quae praesentibus officiis -imus. SACR. Gelas. 628 diem sacratissimum pentecosten. *sim. saepius in* SACR. γ *praesignificandi, praefigurandi sim.*: AVSON. 20, 8 p. 328 discendas artes nomina *artificum* -unt. HEGES. 5, 16 p. 331, 21 prodigia superiora, quae ... urbis -erunt captivitatem (*nisi mera vi temporis, sed cf. gr. 5, 411 ἐφ' ἁλώσει ... γεγενημένον*). δ *praecipiendi* (*sc. animo; cf. etiam B2b*): GREG. M. moral. 8, 66 *quidam* per prophetiae donum ventura quaeque sciendo -unt.

2 *c. obi. acc. animantium* (*eorum partium e. g. l. 55. p. 1103, 17; -itur leo l. 65*): **a** *cum colore (antea) impediendi, infestandi, opprimendi sim.* (*praevalet struct. pass.*): α *usu originario, sc. vigente respectu temporis*: Ⓘ *in universum -untur quilibet*: Ⓐ *ab animantibus* (*saepe a pugnantibus vel insidiantibus*): SIL. 2, 238 *custos* velox formidine -it hostem *oppidum invadere conantem* (HEGES. 2, 18 p. 181, 11 ictu celeri. 3, 3, 4 castris ... ponendis. 5, 53, 2). 17, 439 *Laelius* Silarum meditantem in proelia telo -it. TAC. hist. 3, 40, 1 nutantem Caecinam -ire (*ne deficeret*). ann. 2, 65, 4 -tum *esse* insidiatorem. 4, 72, 3 Olennius *rebelles* infensos fuga -it. 11, 26, 2. 14, 7, 3 ut, nisi -retur Agrippina, pereundum Neroni esset. SVET. Claud. 44, 1 prius ... quam ultra progrederetur, -tus est ab Agrippina *veneno.* PAPIN. coll. Mos. 6, 6, 1 antequam -retur a delatore, *abstinuit se incesto* (*item -unt accusatores*: CALL. dig. 49, 14, 1 pr. VLP. dig. 15, 3, 1, 2. *al.*). dig. 38, 6, 7 pr. pater eum *filium* in hac successione. VLP. dig. 38, 17, 2, 27 *in petendo tutore.* VET. LAT. psalm. 94, 2 (cod. 303) -amus vultum eius *domini* in confessionem (*versiones alias et explicationes v. supra p. 743, 30 sqq.; locum respicit e. g.* AMBR. paenit. 2, 7, 53 -i accusatorem tuum). AVSON. 419, 67 p. 370, 435 nobis ... ab imperatore -tis *in obsequendo* (*antea*: antevenis ..., praecedimus). HEGES. 2, 11, 1 cum spes nulla salutis esset, nisi ut invicem se -rent *occisione. al.* *mediopassive*: PS. PRIMAS. in Eph. 4, 26 p. 619[C] irascimini vobiscum (*sc. secreto*), in aliquod -imini (*sc. iram cohibendo*). Ⓑ *rebus (fere adversis)*: FLOR. epit. 3, 5, 26 *Mithridates* defectione civium Pharnacisque filii scelere -tus. APVL. met. 9, 40, 4 *miles* -tus vulneribus ... *nullum* repperire ... quiens subsidium. VLP. dig. 5, 1, 7 *vocatione in ius.* 38, 17, 2, 43 mortalitate filii -ta est *mater.* TERT. anim. 24, 5 obliviscetur feritatis leo mansuetudinis eruditione -tus. adv. Marc. 5, 12 p. 616, 21 (*ad II Cor. 5, 4*) nolentes mortem experiri, sed vita -iri. CYPR. epist. 18, 2 *catechumeni* periculo -ti. IVST. 21, 4, 6 consilio -tus *Hanno.* CASSIAN. conl. 1, 7, 1 necessaria occupatione. PETR. CHRYS. serm. 72[bis], 1 ignaros adversa -unt, non scientes. *al.*

Ⓘ *-untur qui sua morte praeoccupantur* (*nece sim. v. e. g. l. 51. 59*): Ⓐ *forma sollemni* morte -tus (in m. MAR. MERC.): SVET. Tit. 10, 1 inter haec m. -tus est. APVL. met. 10, 11, 3. SCAEV. dig. 33, 1, 21, 5 (*et al. in dig.*). TERT. anim. 56, 4 immatura m. (IORD. Get. 305). VET. LAT. sap. 4, 7 (Paul. Nol. epist. 13, 5. *al.*) iustus ... si m. -tus fuerit, in refrigerio erit (*Vulg.* m. praeoccupatus). CYPR. epist. 72, 2 p. 777, 16 m. -ti extra ecclesiam ... perierunt. CIL VIII 9045, 12 (*a. 255*) *quidam* prius m. -tus, quam ded(icaret) *locum* (*cf.* antequam: SERV. Aen. 1, 113. *al.; v. l. 12 sq.*). AVG. epist. 157, 11 p. 457, 7 infantem m. -tum non baptizatum perire (*in eadem re*: nat. et grat. 8, 9. MAR. MERC. Conc.[S] I 5 p. 12, 33 in morte. *al.; cf. l. 12*). *et saepe.* *masc. sing. pro subst.*: NOVELL. Valent. 21, 1, 1 m. -ti heredem ... fieri. Ⓑ *exempla cetera*: SVET. Iul. 44, 4 talia agentem ... mors -it (*act. ut*: Tib. 62, 3 HIST. AVG. Pert. 15, 7 CAES. AREL. serm. 33, 3. *cf.* HIST. AVG. Tac. 6, 8 si te citius fata -erint. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 36, 1 *extrema necessitas* -it imparatos). CYPR. mortal. 17 martyrio ... privor, dum morte -or (*stirpe praes. pass. ut*: AVG. c. acad. 1, 4, 11 AVELL. 2, 42. *al.*). VINC. VICT. Aug. anim. 2, 9, 13 *infantes,* qui ..., antequam renascantur in Christo, -untur occiduo. AVG. in euang. Ioh. 89, 3 qui ..., priusquam euangelium ... audirent, vitae huius fine -ti sunt (COD. Theod. 1, 6, 12 condicionis humanae f.). SACR. Leon. 1141 -tus mortalitate (INST. Iust. 2, 17, 7). *al.*

Ⓘⓘ *-untur qui opinionibus praeoccupantur, praeiudiciis afficiuntur sim.*: Ⓐ *usu communi*: GRILL. rhet. p. 8, 19 (*exemplum προλήμψεως*) hoc ... thema stare non potest, quia iam -ti sunt iudices utilitate tyrannicidii. PRAEF. bibl. Marcion. in Rom. p. 41 *Romani* -ti sunt a falsis apostolis ...; hos revocat apostolus ad veram ... fidem (*sim.* in Col. p. 490 a pseudoapostolis). HIER. in Nah. 1, 9 l. 277 *deum* non -iri sententia iudicis *humani* (*act.*: RVFIN. hist. 2, 2, 2 *quod senatorum* auctoritatem ... -erit vulgi s.). RVFIN. Adamant. 4, 13 praesumptivi et -ti animi contentionem ... abicit ([*gr. προληπτικόν*]. Orig. princ. 1, 6, 1 p. 78, 14 si iam praeiudicatum et -tum in aliis animum gerit). FAVST. Aug. c. Faust. 8, 1 quare non accipis testamentum vetus? quia iam -tus sum novo (*cf. p. 1105, 67*). EVSTATH. Basil. hex. 6, 5, 3 qui errore -ti sunt ([*gr. p. 128[B] προειλημμένοις*]. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 1 -tus ... falsae opinionis e. humanus auditus. *al.*). EVSEB. EMES. serm. 19, 33 quibus praedicabatur, -ti erant (*superstitione sim.*). *al.* Ⓑ *opinio praesumpta tamquam effectus praeoccupandi indicatur structuris finalibus* (*cf. similes struct. l. 62. p. 1103, 20 sq.; non nisi p. p. p., sed vix cogites de sensu act., ut* -tus est *ad exemplum perfecti linguarum roman. sit i. q.* -it [*v. l. 37; sed cf. etiam l. 67*]): DIDASC. apost. 44, 25 nos ..., qui *veram fidem* ... ante praedicaveramus, ... inveniebamus illos ad alias voluntates fuisse -tos (-tus *cod.; Hauler, Sitz. Ber. Wien. Ak. 134, 11, 1896, 35 dubitat, utrum intellegendum sit* -isse, *an conciendum* fuisse praeversos). RVFIN. Adamant. 5, 15 *nisi* deponis illam in quam -tus es praesumptionem (in qua *ed. priores; gr. ἢ δεδούλωσαι προλήψει κρατούμενος*). Clement. 2, 5, 3 in aliud -ti sunt auditores (in aliquo *edd. vet.*).

β *respectu temporis plus minusve evanido vergit in meram fere vim circumveniendi, opprimendi sim.* (*saepe necopinato, inexspectato; structura pass. praeter l. 47. 63*): IVLIAN. dig. 24, 2, 6 an vivus apud hostes teneatur vel morte -tus *sit maritus* (CLAVD. DON. Aen. 1, 235 p. 54, 27 cum viri praeclari ... obierint, non -ti m., sed occidisse dicuntur. *al.; cf.* VET. LAT. psalm. 17, 6 [cod. 300. *al.*] dolores ... circumdederunt me, -erunt me laquei mortis [*Vulg.* praeoccupaverunt, *sed loco gemino* II reg. 22, 6 -erunt. *vi temporali intellexit* CASSIOD. *ad l. de peccato originali cogitans*]). APVL. met. 10, 23, 4 insita matribus pietate -ta *uxor* descivit ab obsequio mariti *filiolamque servavit.* VET. LAT. Gal. 6, 1 (Hil. in psalm. 140, 8. *al.*) etsi -tus fuerit homo in aliquo delicto (HIL. *ibid. opponit* voluntate delinquentem, *sim. explicatur p. 745, 26 sqq. 1105, 73; pendent e. g.* PAVL. NOL. epist. 32, 20 in aliquo peccato. CAES. AREL. serm. 39, 6 in aliquo. *cf. et l. 58. 62*). ITIN. Alex. 38 vitio *morbi cuiusdam.* FIRM. math. 8, 26, 12 erit ... multarum mulierum amore -tus (RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 1, 3 odio ... vel a. [*Migne gr. 35, 408[B] ἑλκόμενοι. antea*: a. detinentur]). TRACT. Pelag. 1, 1 p. 7 cottidie ... peccato -imur (PS. PAVL. NOL. exc. Bob. p. 460, 25 ut alius peccare velit et alius -atur p. VEN. FORT. virt. Hil. 9, 24). SVLP. SEV. epist. 1, 12 *Martinus* periculo et ... diabolo insidiante ... -tus. ALC. AVIT. epist. 28 p. 58, 16 graviter ... ⌞de veniae⌟ facilitate (⌞ ⌟ date veniam *var. l.*). CAES. AREL. serm. 51, 1 ita -untur, ut *ad artes magicas confugiant* (65, 2 ut ... homicidium perpetraret. 91, 5. *cf. l. 66*). 80, 2 orantes ... nulla poterit calliditate -ire *diabolus* (*antea*: subrepere). *al.* *loco dubiae interpretationis*: CONC.[S] II 2, 2 p. 57, 24 *qui ex uxore non catholica* filios susceperunt, si ... ⌞-ti sunt⌟, ut *eos* ... apud haereticos baptizarent (⌞ ⌟ *sc. ab haereticis, an errore ut e. g. l. 62? sed cogitare possis de p. p. p. notione activa adhibito, si conferas gr. II 1, 2 p. 161, 3 ἔφθασαν βαπτίσαι et alias vers.* II 2, 2 p. 90, 11 -erunt [per- *var. l.*] ... baptizare, *ibid. p. 101, 9* praecesserunt, *108, 12* occurrerunt; *cf. quae supra l. 33 monuimus*).

b *mero fere respectu temporis* (*-unt fere animantes, qui ordine temporum priores sunt vel priores agunt afficiunturve, res p. 1103, 3 sq.*): TAC. hist. 1, 53, 2 *Caecinae exercitus* in ... sacramento vexillis inferioris Germaniae -tus erat. TERT. apol. 19, 3 quadringentis paene annis ... Danaum ... -it *Moyses* (*cf.* AVG. civ. 18, 37 p. 312, 26 *Orpheus aliique* Moysen ... tem-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pore *non* -erunt). VET. LAT. I Thess. 4, 15 (cod. 75. *al.* = VVLG.) *in consequendo regno dei nos, qui vivimus,* non -emus eos, qui dormierunt. HIL. trin. 11, 47 l. 10 *deus* ab anteriore sui aliquo motu mentis aut intellegentiae *non* -itur (*cf.* PS. AVG. praed. et grat. 5, 5 tempore *non* -itur deus. serm. 128, 9 *deum patrem* ⌞natum⌟ [*obi.*] non -entem). SYMM. epist. 4, 50 ut *frater* nos salutationis honorificentia -ret. HEGES. 5, 22, 1 p. 350, 18 Macchabaei matrem -erunt *prius occisi* (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 20 p. 363 eum morte [*gr. p. 146 προτελευτήσεις*]. ORIG. in Matth. ser. 117 p. 245, 8 in morte [*gr. προλαβών*]). HIER. hom. Orig. in cant. 1, 6 p. 37, 7 mulier illa (*Matth. 9, 20*) ... archisynagogi filiam curatione -it. SACR. Leon. 712 quos erudiebat (h)ortatu, -iebat exemplo (*vergit ad p. 1105, 19*). *al.*

c *cum variis coloribus*: **α** *praeparandi, antea instruendi sim.* (*sive monitis, doctrina sim., sive exemplo; signis* THEOD. PRISC.; *huc vergit p. 1101, 66*): TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 443, 13 *Christus, si voluit legem destruere,* ab ea avertendos -ire debuerat (*cf.* 4, 39 p. 552, 20 a mendacio nominis -ire discipulos [*sc. Matth. 24, 5* multi ... venient in nomine meo]). PS. CYPR. rebapt. 2 p. 71, 24 *Iohannes suo* baptismate ... sensim aures Iudaeorum -iebat et occupabat ... baptismatis futuri annuntiatione. IVL. VAL. 2, 25 p. 89, 18 (*Dareus Alexandro*) saevias ... in meos; neque enim *mei* ... habiti clementius ad mansuetudinem me -erunt (praeverterint *Eberhard*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 8, 2 p. 403, 1 si ... -tus quis fuerit ... ad profundum *litterarum sacrarum* ... pervenire, nihil potest facere *ulla haeresis.* THEOD. PRISC. log. 47 *epilepticos* ante commotionem aliquando certa signa -unt, aliquotiens casus occupat repentinus. SACR. Gelas. 939 ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi *sancti intercedentes* -ant. *al.* **β** *anticipandi* (*sc. -it qui officia alterius praeoccupat, cf. 1ca*): HIL. c. Const. 7 Antichristum -is et ... mysteria eius operaris (*an cogites de colore praesignificandi?*). AVSON. 146, 21 p. 13 (*ad notarium*) tu me loquentem -is; quis ... ista iam dixit tibi, quae cogitabam dicere?

3 *cum structuris variis* (*sc. sine obi. acc.*): **a** *verbalibus* (*indicantibus actionem anticipandam praeter l. 33*): **α** *enunt. secund.* (*sc. fin. [iuxta obi. acc. e. g. p. 1100, 10. 1102, 62]; interrog. v. p. 1104, 75*): EPIST. imp. Pii coll. Mos. 3, 3, 6 ne quid tumultuosius ... accidat, -ire (*item impediendo*: HEGES. 1, 44, 3 p. 112, 20 -endum mature, ne demorando ... offenderet *patrem* [*nisi ad IA coll. gr. 1, 612 ἐπείγεσθαι*]. *v. etiam p. 1104, 39 sqq.*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 25 p. 827, 7 qui ... -it, ut alteri ea per mendacium obiceret, quae ipse ... audire deberet (*anticipando ut l. 57 et* AMBROSIAST. in Rom. 15, 20, 1 rec. γ [*sim. cett.*] *pseudoapostolorum causa Paulus* -ire voluit, ut inviolatae praedicationis verba traderet audientibus). **β** *inf.* (*act. vel depon. praeter l. 44; addas l. 56; aliter, sc. iuxta obi. acc., supra l. 22*): TERT. anim. 26, 3 detinebatur *Esau,* qui -erat nasci, a -to *Iacob.* bapt. 5, 5 (*sec. Ioh. 5, 4*) si quis -erat descendere *in piscinam.* adv. Marc. 5, 11 p. 611, 17 duplicem vim creatoris vindicavimus; ... non possunt duos deos facere quae ... apud unum recenseri -erunt. adv. Val. 3, 4 quas *fabulas apostolus* ... damnare -it. VET. LAT. Ion. 4, 2 (Tert. adv. Marc. 2, 24) -i profugere in Tharsos (*alias vers. v. supra p. 743, 79 sq.*). Marc. 14, 8 (cod. 5. *al.* = VVLG.) -it unguere corpus meum in sepulturam (*v. supra p. 743, 83 sq.*). CONC.^{S} II 2, 2 p. 90, 11 *v. p. 1102, 68.* **γ** *part. praes. act.* (*in versione vocis gr. φθάνω praeter* TERT.; *cf. etiam p. 1104, 40*): TERT. praescr. 9 l. 18 -o admonens quosdam nihil esse quaerendum. CANON. apost. 66, 35 utile est ... ordinare. :: -imus constituentes. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 186, 24 sicut ... -imus dicentes ([*p. 188, 22* anticipavimus d.]. NOVELL. Iust. 22, 48, 1. 24, 4).

b *nominalibus*: **α** *praepos.* ad (*cf. p. 1099, 48. 54; aliter supra l. 20*): VET. LAT. psalm. 118, 148 (cod. 300. *al.*) -erunt oculi mei ad te diluculo meditari verba tua (*gr. προέφθασαν ⌞πρός σε⌟ [om. codd. gr. plerique, ut etiam* VVLG. -erunt o. m. ad diluculum, ut meditarer]. *explicat e. g.* HIL. *ad l.*: vigilat ... *et* lucis ortum orationibus opperitur. *cf. et p. 1101, 3*). *?***β** *dat.* (*dubitaverisne de* CELSO *p. 1104, 6 coll. p. 406, 31 sqq. et vol. II 161, 48? dat. falso exhibet cod. Cas. 12* PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 65, 1, *acc. ceteri, v.* CAES. AREL. serm. 144, 1): CHIRON 199 haec compositio ... morbo -it (*nisi* morbo *pro* morbum *scriptura vulgari*; pervenit *cod. Basil.*). SACR. Gelas. 929 -ant nobis ... apostoli tui desiderata commercia, ut ... nobis subsidia postulent (*fortasse* -ant *pro* praebeant, *ut certe ibid.* 186 [*coll. e. g. Sacr. Greg. 74, 3 = 317 D.*]).

4 *absolute*: **a** *cum colore antea impediendi, opprimendi sim.* (*neglecta vi temporali* TERT.): SEN. contr. 3, 3 them. patre cessante luxuriosus -it et redemit *fratrem.* SEN. benef. 2, 2, 2 *non exspectandum, dum amicus roget*; si non contigit -ire, plura rogantis verba intercidamus. PLIN. nat. 9, 110 concha ... comprimit sese ..., manumque *praedantis,* si -at, ... abscidat. SIL. 14, 133 -ens dux occupat ense *fugituros* (*item in bello*: TAC. ann. 6, 35, 1 impetu et comminus -endum. ITIN. Alex. 38. *al.*). TAC. hist. 5, 26, 1 non fefellit Civilem ea inclinatio *Batavorum* et -ire statuit. VLP. dig. 15, 3, 1, 2 si -tum sit ab aliquo et actum de peculio. *al.* TERT. patient. 13, 6 si fuga urgeat, ... si et carcer -at. CYPR. Fort. 13 p. 347, 15 si arcessitio

ante -erit (*cf.* HEGES. 5, 21, 3 p. 345, 18 ne mors -ret [AVG. anim. 1, 12, 15. *al.*]). PS. CYPR. singul. cler. 42 p. 217, 13 sq. salutare remedium est -ire potius quam -iri (*ibid.* anticipare). HIST. AVG. Ver. 10, 5 ante[ad]ventum Lucium ⟨a⟩ Faustina, ne -ret. *al.*

b *mero fere respectu temporis -unt*: **α** *res: secundum ordinem et seriem actionum, eventuum*: CELS. 6, 7, 8^{A} ubi *hoc vitium* magnis morbis venientibus ... -it (*potius abl. absol. quam dat., cf. p. 1103, 59*; pro*var. l.; item de signis futurorum*: TAC. ann. 14, 44, 2 multa ... indicia -unt. GREG. M. in euang. 35, 1 p. 1259$^{C.D}$). PLIN. nat. 8, 152 si -erit morbus (per- *var. l.*). 16, 106 abies floret ... circa solstitium ...; pinus autem et picea -unt germinatione quindecim fere diebus (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 4, 5 προτεροῦσι*). TERT. coron. 3, 1 *observatio inveterata* -endo statum fecit. monog. 9, 10 *adulterium.* AVG. civ. 22, 9 p. 582, 15 carnis ... resurrectio ... -it in Christo. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 74, 23 -ente iudicio (*cf.* NOVELL. Iust. 113, 2 -it sententia). *al.* *ante suum tempus, praemature sim.* (*cf. 1bβ*): GRATT. 500 -ens quondam est incommoda virtus (*vergit in usum adi.*). **β** *animantes* (Campania *l. 19*): PLIN. nat. 16, 188 *tigna caedenda sunt* a bruma ad favonium aut, si -ire cogamur, Arcturi occasu *eqs.* TAC. hist. 3, 59, 1 quod Campania -isset *in obsequio.* ann. 6, 7, 3 ut quis -ire et reum destinare properat (*in accusando ut*: 15, 54, 4 qui indicio -isset. VLP. dig. 48, 5, 2, 8. 4 pr.). HEGES. 5, 401 p. 382, 19 si -ires obitu. AVG. catech. rud. 4, 2 -ire amando. *al.*

c *cum variis coloribus -unt: qui verbis praeeunt* (*imagine ducendi? cf. quae collegimus p. 1105, 19*): VET. LAT. II Macc. 1, 23 (rec. M) oraverunt sacerdotes ... -ente Ionatha et ceteris respondentibus (*alias vers. v. supra p. 386, 77 sqq.*). *qui anticipant, praeparant*: AMBR. Cain et Ab. 1, 8, 31 *Iesus* ante fecit et postea declaravit; dixit enim 'facta est salus' (*Luc. 19, 9*), quod utique -entis fuit, non promittentis. HESYCH. in lev. 4, 4 p. 821^{D} *Iesus* -ens semetipsum in cena apostolorum immolavit. CASSIOD. var. 6, 14, 1 agricola diligens -endo adiuvat imbrem caelestem et ante rigat plantaria.

B *speciatim*: **1** *respicitur anticipatio vel praemunitio dicentis et scribentis*: **a** *-untur actiones vel argumenta adversariorum, quae indicantur per: obi. acc.*: APVL. met. 10, 14, 6 *accusatione tua* -isti querimoniam *meam.* TERT. anim. 15, 4 deus ipse recogitatus cordis in populo -it: 'quid cogitatis *eqs.*' (*Matth. 9, 4*). spect. 8 p. 10, 8 ad -endam ... interrogationem. DON. Ter. Hec. 232, 1 -it *Laches* defensionem *Sostratae.* SCHOL. Cic. Bob. p. 105, 2 -itur ab oratore imminens testimonium, ut ..., priusquam dixerint, refellantur. *al.* *enunt. fin.*: TERT. nat. 2, 3, 11 ne *quid* ex adverso proponatur ..., *Varro* ultro -it dicens *eqs.* (CLAVD. DON. Aen. 1, 65 p. 26, 1 -it antea et ait: '...'. PELAG. in I Cor. 10, 20. *cf. l. 47*). *orat. rectam* (*qua l. 36 indicantur verba -entis*): DON. Ter. Hec. 220 excusat nurum ... et simul -it: 'quid si non laesa est?' **b** *-untur ipsi oblocuturi, interrogaturi sim.*: VET. LAT. Matth. 17, 24 (cod. 3. *al.* = VVLG.) -it eum Iesus dicens (*cod. 2* antecipavit). DON. Ter. Hec. 756 vigilanter poeta, ne non verisimile videretur ..., lectorem -it. AMBROSIAST. in Gal. 2, 5, 2 ut -at calumniosos. PELAG. in I Cor. 11, 16 -it illos, ne quis diceret *eqs.* *al.* **c** *absolute* (*non nisi part. praes.; positumne obi. ἀπὸ κοινοῦ apud* RVFIN.*?*): RVFIN. Adamant. 1, 1 -ens ... sententiam meae mentis exposuit. CONC.^{S} II 2, 1 p. 67, 30 -ens ... dixit *Eutychen* libellum obtulisse ([*II 3, 1 p. 154, 23* anticipans, *gr. II 1, 1 p. 167, 38 προλαβών*]. ORIG. in Matth. ser. 41 p. 82, 29 RVSTIC. c. aceph. p. 1173^{D}. *cf. p. 1103, 52*). *al.*

2 *in religione christiana respicitur gubernatio dei*: **a** *gratia sua succurrentis* (*sc. sive adiuvantis recte facientes sive ignoscentis delinquentibus poenasque remittentis*): VET. LAT. psalm. 58, 11 (cod. 300. *al.*) deus meus, misericordia eius -et me (VVLG. voluntas. *explicat* AVG. in psalm. 58, serm. 1, 19 antequam aliquid boni ego faciam, m. eius -et me; quid hic respondebit ... Pelagius? *sim. al.; aliter* HIL. *ad l.* p. 188, 3 *-itur Christus,* ut etiam ante resurrectionem dei filius intellegatur. *ceterum iuncturam praebent*: AVG. in euang. Ioh. 82, 1. SACR. Greg. 204, 17 [959 D.]. *al.*). TYCON. reg. 3 p. 16, 12 quid fidei relinqueret *deus,* si fidem auxilium pollicendo -ret? (AVG. persev. 16, 41 -it ... f. gratia. *al.*). PAVL. NOL. epist. 2, 2 -ti ... a domino et apprehensi ab eo ... deservimus altario dei. AVG. conf. 13, 1, 1 -isti omnia bona merita mea (pat. 20, 17 p. 682, 2. IVLIAN. in Os. 11, 1 l. 51 *populi Israhel* m. affectione -ens. SACR. Leon. 192 mala m. nostra miserendo. *al.*). grat. 18, 38 eligentium hominum meritum nullum esset, nisi eos eligentis gratia dei -ret (pat. 20, 17 p. 682, 10 -it ... etiam fidem. PROSP. epist. 1, 3 p. 459, 8. LEO M. serm. 30, 4 voluntarias actiones. MAX. TAVR. 75, 1 ut peccata eius *latronis cruci fixi* gratia -erit antequam poena. *et saepe*). *al.* **b** *praescientis, praedestinantis*: AMBROSIAST. in Gal. 1, 16, 2 (*affertur Ier. 1, 5* priusquam te formarem in utero, novi te) ita et apostolum Paulum sciens, quid esset futurus, -it eum, ut, antequam converteretur, vocaret eum. AVG. civ. 14, 11 p. 27, 24 cum deus praesciendo utrumque -erit, id est, et homo ... quam malus esset fu-

[Reineke]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

turus, et *eqs.* Ps. Avg. hypomn. 6, 2 *v. supra p. 534, 83.* Leo M. serm. 67, 2 cum ... effectus omnium voluntatum scientia divina -at. Boeth. cons. 5, 6, 40 *divinus intuitus* mutationes tuas ... -it atque complectitur (*ibid.* praecurrit).

CAPVT SECVNDVM: *praevalente respectu locali -unt, qui (quae) in ordine pompae, itineris sim. antecedunt (exempla certiora, v. quae p. 1099, 26 monuimus; in imag.* Vet. Lat. psalm. 88, 15; *qui sequitur indicatur per acc.* Tac., Symm., Cod. Theod., *vix per dat.* Ivl. Val.; *cf.* ante faciem Vet. Lat. psalm. 88, 15): *quolibet modo*: Gratt. 489 (*in lustratione*) cadus et ... liba feretro -unt *et* ... haedus *eqs.* Tac. hist. 2, 11, 2 agmen legionum alae cohortesque -iebant. Vet. Lat. psalm. 67, 26 (cod. 300. *al.* = Vvlg.) visi sunt ... ingressus dei mei ...; -erunt principes coniuncti psallentibus (*gr.* προέφθασαν. *cf. e. g.* Avg. *ad l.* principes sunt apostoli; ... -erunt, ut populi sequerentur. Cassiod. *ad l.* apostoli ... -erunt omnes in sanctitate doctrinae). 88, 15 (cod. 400) misericordia et veritas -ent ante faciem tuam, *deus* (*de notione aliisque vers. v. p. 406, 2. 596, 70; locum vi temporali explicat Cassiod. ad l.*). Symm. rel. 9, 3 *ut in triumpho* Indicae currum beluae -rent. Cod. Theod. 6, 28, 2 agentes in rebus ... salutationis loco ... eos, qui rationales fuerint, -ire (*opp.* cedere). *ducendo* (*huc quodammodo vergere videntur p. 1103, 11. 20. 1104, 23*): Ivl. Val. 3, 52 -entes nobis quasdam effigies numinum cernere fuit cum luminibus lampadarum, *quibus viam monstrabant.*

CAPVT TERTIVM: *praevalente respectu gradus -unt, qui (quae) maioris vel melioris momenti sunt, praestant, excellunt sim.* (*c. obl. acc. praeter* Hil. *sub II; saepe c. abl.,* in *c. abl. l. 42. 47, adde l. 14*): **I** *-unt res* (*hucine p. 1100, 37. 1101, 1?*): Colvm. 3, 2, 14 *vites* Nomentanae vini nobilitate subsequuntur Aminneas, fecunditate vero ... -unt. Ivvenc. 1, 279 praecurrens aevum sapientia *Iesu* -iebat (*respic. Luc. 2, 40*). Hil. in psalm. 138, 40 multitudinem gentis Iudaeae copia in Christo credentium -iri. *cum respectu iuris potioris*: Vlp. dig. 49, 14, 28 -it ... causam pignoris fiscus (*antea*: fiscum potiorem esse. *cf.* Cod. Iust. 7, 73, 2 [*a. 213*] ius fisci causam tuam -it). **II** *-unt homines*: Avr. Fronto p. 52, 12 meus magister, qui merito apud animum meum omnes omni re -is (*adde* Cassiod. *supra l. 14*). Vet. Lat. Rom. 12, 10 (cod. 75. *al., sim.* Vvlg.) *Christiani* invicem benigni, honore invicem -entes (*gr.* προηγούμενοι. Pelag. *ad l. affert Phil. 2, 3* alter alterutrum maiorem aestimantes. *aliter* Ambrosiast. *ad l.* si non -erint se mutuis obsequiis, *ut ad p. 1104, 5 pertineat locus*). Ivl. Val. 2, 13 *Alexandrum* prudentia nos *Athenienses* et sapientia -ire (*gr. p. 69, 8* σωφρονέστερον φανῆναι). Hil. in psalm. 133, 3 sit licet dignitas in domo *domini* stare, -it tamen ille, qui in atrio steterit. Avson. 404, 9 p. 237 rudes *Lucilii* camenas ... -is aevoque cedis, non stilo. Hier. epist. 7, 6, 1 *mater* in eo vos -it, quia tales genuit. Clavd. 3, 110 (*loq. Megaera*) *fateor* vinci rapidoque magistram -it ingenio *Rufinus* (Avg. conf. 9, 6, 14 *puer* i. -iebat ... viros). Pavl. Nol. epist. 23, 40 p. 195, 28 (*ad Luc. 7, 36 sqq.*) quo te, ... Iudaee, iactabis? ... te peccatrix nostra -it, *quae pedes Iesu lavit* (*sim. ibid.* p. 196, 8). Avg. in psalm. 44, 10 -i velocitatem ipsius *diei iudicii*: velociter veniet, velocius tu mutare. Ivlian. in Os. 7, 3 l. 88 quis quem ... in criminibus -ret.

p. p. p. praeventus, -a, -um *pro adi. maxime p. 1102, 24, pro subst. masc. p. 1102, 6.*

part. praes. praeveniēns, -entis *pro adi. p. 1098, 75. 1104, 16, pro subst. masc. p. 1099, 40. 1104, 28.*

adv. **praevenienter.** *i. q. modo praevenientis, praeparantis*: Greg. M. epist. 3, 31 *Constantio faveatis, ut* haec ... merces ... in futura vos vita apud deum -r commendet (-endo *et* in futuro vos vita ... -ente *var. ll.*).

deriv.: praeventio, praeventor, praeventorius, praeventus (-ūs).

praeventio, -ōnis *f.* *a* praevenire. *i. q. actio praeveniendi vel status inde ortus* (*plur.* -es *exhibet* Rvstic. *sub 2*): **1** *respectu temporis vigente significatur praeoccupatio: qua impediuntur animus vel sensus, ne alia percipiant* (*accedit gen. obi. l. 62, subi. l. 63. 67*): Rvfin. apol. Orig. praef. 2 p. 545^{D} si absque ulla animi -e ... intellegerent. Greg. Naz. orat. 1, 43, 1 *anima* -e pessimi seminis occupata (*gr. aliter*). Nicet. spir. 1 praeoccupatas aures ... difficile posse placari; perniciosa est enim -o (*cf.* Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 60, 12 omnium paene auditus -e obtinuerunt [*gr. I 1, 5 p. 135, 15* προκατέλαβον]). Favst. Aug. c. Faust. 15, 1 p. 415, 25 nos ex Christi -e novo *testamento* referti respuimus vetus (*syn.* praeoccupatione, *v. supra p. 742, 67 et cf. p. 1102, 27*). *qua anticipantur et impediuntur criminationes adversarii*: Avg. c. Gaud. 1, 14, 15 p. 209, 23 quaecumque ... praeparaverat dicere, ... ante sunt nostra -e refutata, quam illius circumventione prolata. **2** *respectu temporis evanescente significatur circumventio, oppressio, quae fit: temptatione peccati inopinata*: Pelag. in Gal. 6, 1 (*v. p. 1102, 51*) in his praevenitur *homo ...*, quae ... ex insperato contingunt; ceterum non est -o, ubi ... cum consilio ... committitur *delictum* (*in simili oppositione*: Ps. Pavl. Nol. exc. Bob. p. 461, 6 cum pec-

care proponit *homo, ...* cum -e delinquit). *verbis captiosis, fallacibus*: Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 192, 17 noli ad -es et multiloquia tendere. Conc.^{S} IV 2 p. 65, 13 recta ... fides ... -is et stultiloquii caliginem pellit.

praeventor, -ōris *m.* *a* praevenire. *i. qui praevenit* (*apponitur substantivo* Not. dign.): *technice in re militari de copiis velocibus ex inopinato aggredientibus* (*ad rem v. Hoffmann, Das spätröm. Bewegungsheer I 1969, 185*): Amm. 18, 9, 3 (*inter septem legiones Amidae constitutas*) superventores atque -es. Not. dign. or. 40, 19 (*inter auxiliares ducis Moesiae secundae*) milites -es. *de Aegistho ex insidiis aggrediente*: Drac. Orest. 213 (*verba Clytaemestrae*) egredere, -r atrox, ... Atridis finde ... caput.

deriv.: cf. praeventorius.

praeventōrius, -a, -um. *potius a* praevenire *quam a* praeventor. *i. q. ad praeveniendum pertinens, sc. fere insidiosus, fallax*: Philo quaest. in gen. 4, 228 adversarios magister militiae non sine dolo capit et -ae (post vertoriae *var. l.*; -a *Petit vix recte*) huius sunt rationis et xusticorum (*i. athletarum; restituit Petit*) certamina.

1. praeventus *v.* praevenio.

2. praeventus, -ūs *m.* *a* praevenire. Not. Tir. 20, 61 -s (*nisi est p. p. p. verbi* praevenio). *abl.* -u *praeter l. 27. 30. 43.*

i. q. actio praeveniendi vel status inde ortus: **1** *in malam partem respicitur*: **a** *impetus praeoccupantis cuiusdam vel circumvenientis* (*sc. vi praeverbii temporali minus vigente; accedit gen. subi.*): Tert. adv. Marc. 5, 12 p. 616, 24 ne contristemur mortis ... -u (monog. 7, 4 *qui* m. -u orbi decessissent. Ps. Avg. serm. ed. Caillau 1, 36, 2. Cael. Avr. chron. 1, 4, 73 -u m. interveniente). Ps. Avg. quaest. test. 84, 3 contra versutiam et -um diaboli posita est *virtus.* Oros. hist. 6, 21, 17 -u Romanorum inter plaustra sua concludebantur *barbari.* **b** *cogitatio praeiudiciis sim. occupata: technice in arte rhet. de genere status, qui non firmiter consistit*: Grill. rhet. p. 8, 15 (*inter* cacosyntheta) ἡ πρόληψις, id est -s (*protrad.; cf. explicationem p. 1102, 19*). *in sermone communi*: Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 19, 26 ex -u ... natae sunt ... haereses (*gr. Isid. Pelus. epist. 5, 239* προλήψεως. *explicatur ibid.* praeventi errore doceri minime acquiescunt). p. 72, 3 *Cyrillus* ex -u omnia speravit ... sibi ... *bene* evenire (*gr. I 1, 7 p. 72, 20* ἐκ προλήμματος. *alia versio I 5 p. 370, 7* praesumit ac sperat). **c** *actio praepropera, quae fit antequam interdicatur*: Conc.^{S} II 3, 2 p. 89, 11 si quis *Nestorianus* iam maligno -u est ordinatus episcopus, ... proiciatur.

2 *in bonam partem, sc. respicitur auxilium dei hominum opera praevenientis*: Ps. Avg. hypomn. 3, 12 l. 725 (*sec. Rom. 3, 22*) iustitia dei -u misericordiae per fidem Iesu Christi apparuit super omnes (Prosp. sent. 212 tit. de -u m. dei). 3, 13 l. 737 opera liberi arbitrii bona, quae ut fiant praeparantur per gratiae -um. *Reineke.*

praeverbium, -ī *n.* *a* prae *et* verbum. [*ad confusionem cum* proverbium *cf. l. 54. 68. 71.*]

1 *t. t. gramm., i. q. verbum antecedens, sc. de particula, quae additur ante* (*vel etiam quolibet loco sub c*): **a** *pars est vocum compositarum*: Varro ling. 6, 38 antepositis -is paucis immanis verborum accedit numerus, quod -is ⌞[mutatis] additis⌟ (immutatis a. *Goetz-Schoell*) atque commutatis aliud atque aliud fit; ut enim ⟨pro⟩cessit et recessit, sic accessit *eqs.* ...; quod si haec decem sola -a essent, ... coniuncto -o ex uno *efficerentur tot discrimina declinationum.* 6, 82 consuetudo communis, quae cum -is coniuncta fuerunt, etiam nunc servat ut aspicio *eqs.* (*cf. Paul. Fest. p. 2* cum praepositione). Gell. 6, 7, 5 'ad' -um (pro- *trad.*) ... sicut adfabre et admodum et adprobe. **b** *praeponitur casibus*: Scavr. gramm. VII 29, 8 Varro adverbia localia, quae alii -a vocant, quattuor esse dicit, ex in ad ab; ex locum significat unde egredimur, ut ex area *eqs.* **c** *additur verbis, sc. de adverbio*: Char. gramm. p. 252, 21 (*ex Romano*) -um an adverbium dici debeat disputemus; Suetonius (frg. p. 353, 6) etenim Tranquillus -um putat dici debere, quod ante, vel adverbium, quod post verbum, appellationem etiam nomenque ponatur (*aliter distinguuntur*: p. 396, 1 -um est euphonon; adverbium et vitiosum et fictum est, tamen in usum est receptum). p. 390, 6 longum et longincum: longum -um est, itaque verbum (*ita Keil*; praeverbum *errore Barwick*) illi ⌞opponitur⌟; longincum itineris est (⌞ ⌟ *sc. notione vol. IX 2, 772, 15 sqq. illustrata*). p. 390, 15 citius -um qualitatis praelativae. p. 391, 7 considerati-us -um ex cognomine, considerantius ex participio. *e coni. dubia*: Gloss. II 163, 45 proverbium: ἐπίρρημα, παροιμία (-um: ἐ. pro-: *π. Nettleship, Arch. Lat. Lex. 6, 1889, 150; an* -um, *lemma unicum, simul sec. 2 explicandum?*).

*?***2** *per confusionem verborum de proverbio*: Gloss. II 399, 3 παροιμία: proverbium, -um, adagio (*nisi duae glossae confusae sunt; cf. l. 68*). *Terkelsen.*

praevernat, -āre *verb. impers.* *a* prae *et* vernare. *i. q. ante suum tempus vernat, praemature ver fit sim.*: Plin. nat. 18, 239 quo *die* *[Bk.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

flare coeperit *favonius,* non utique VI id. Feb., sed sive ante, quando -at (*Gelenius*; quoniam praevenerat *sim. codd.*), sive postea, quando (quoniam *fere trad.*) ⌞hiemat post diem hunc⌟ (⌞ ⌟ *Mayhoff*; h. p. d. tunc F^2, h. p. d. at *fere cett.*; posthiemat, tunc *Detlefsen,* posthiemat *Le Bonniec*).

praeverro, -ere. *a* prae *et* verrere. [*sec. falsam var. l. codd. rec. edebatur olim pro* perverrit MORET. 23; *e coni. dub.* CIRIS 203, *v. p. 1109, 52.*] *i. q. ante verrere*: OV. am. 3, 13, 24 qua ventura dea est (*sc. Iunonis simulacrum in pompa ductum*), ... puellae ⌞-unt⌟ latas veste iacente vias (*i. praecedentes verrunt*; praevertunt, praebuerunt *al. var. ll.*). *Bk.*

stropha: **praeversio,** fraus, inpost(ura) GLOSS. IV 287, 36 (*sed* per- *editur Gloss.*^{L} *V Abba STO 12*). *a* praevertere.

†**praeverto,** -tī, -sum, -ere *et* **praevertor,** -sus sum, -tī. *a* prae *et* vertere (*cf.* PRISC. gramm. II 402, 17 III 514, 15). *scribitur* -vor- *in codd. ant.* PLAVT. Merc. 463. Pseud. 602 (*A*). FRONTO p. 241, 17 (*A, sed cf. in eodem* -ver- VERVS Fronto p. 107, 6) *et consensu codicum rec. plerisque ceteris* PLAVTI *locis et hic illic apud* SYMM.; -ver- *invenitur apud* SALL. hist. frg. 3, 98C (*frg. Vat.*). VERG. Aen. 1, 317 (*PM*). *al.* NOT. Tir. 28, 1^{c} -it. *de genere: testimonia gramm.*: SERV. Aen. 1, 317 ('-itur') dicimus ... et '-it' et '-itur' nova ratione; nam passiva declinatione utimur in activa significatione (*sim.* GLOSS.^{L} IV dub. Plac. P 32). PRISC. gramm. II 396, 14 multa ... ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut ... -o et -or ([per- *var. l.*]. *sim.* 402, 17, *ubi comparantur* VERG. *p. 1110, 30 et 1110, 32*). *usus auctorum: formis tam depon. quam act. (pass.) utuntur e. g. iam* PLAVT. (*depon. quindecies sub IA, act. bis sub IA, ter sub IB*), VERG. (*cf. l. 23*), LIV.; *praevalet depon. sub IA, act. sub IB et C; perf. depon. raro legitur, sc.* VERVS Fronto p. 107, 6. SERV. auct. Aen. 1, 316 'fatigat' pro 'fatigavit' ..., sicut et '-itur' (1, 317) pro '-sa est' (*cf. part.* -sus APVL. met. 7, 25, 3 ITIN. Alex. 13. *al.*). *inf. depon.* -ier *in fine versus* PLAVT. Amph. 921 Capt. 1026. Merc. 463 (-i Capt. 460. *al.*). *de accentu*: CLEDON. gramm. V 78, 3 (*praepos. pro praeverbiis adhibitae accentum mutant*) prae -it: prae habet circumflexum, ⟨-it in penultima acutum⟩ (*suppl. Bertsch p. 63*). *testimonia notionis* (*praeter ea, quae singulis locis explicatis addidimus*): NON. p. 362, 18 sqq. -ere est praeterire ... (*affert* VERG. *p. 1110, 30*); -ere iterum significat anteponere ... (*affert* PLAVT. *p. 1109, 62*); -it revocat ([-i r., praevevertitur vocat *var. ll.*]. *affert* PLAVT. *p. 1110, 11*). SYNON. Cic. p. 439, 10 *v. p. 1098, 74.* p. 447, 23 volucer. praeceps. praeveniens. -ens. *eqs.* GLOSS. -itur: antecedit. praevenit. -endum: praeponendum. II 424, 33 *v. p. 742, 80.* V 136, 23 -imur, cum ipsi pr⟨a⟩eimus (*e* SERV. auct. Aen. 1, 317*?*); -imus, dum (*pro* cum*?*) aliquid pr⟨a⟩emittimus, Sall(ustius) neu -ret desenutos (*latet* SALL. hist. frg. *p. 1109, 10, v. Landgraf, Blätter f. d. Gymn.-Schulwesen [Bayern] 31, 1895, 135 sq.*). GLOSS.^{L} III Abstr. PRAE 47 -it, qui cursu velociori ambulat (*sim. al.*). I Ansil. PR 1177 sqq. -ere: subvertere. convertere. mutare (*ad* VERG. Aen. 1, 721 *?*); *addas fort.* GLOSS. II 418, 21 *προκαταστρέφω*: ⟨...⟩verto. GLOSS.^{L} I Ansil. PA 878 pavertit: animo concupivit. *legitur vicies apud* PLAVT., *deinde singulis vel binis locis apud* CATONEM (*? v. l. 65*), CIC., CATVLL., CAES., SALL. *al., saepius apud* VERG. (*quater*), LIV. (*duodecies*), PLIN. nat. (*novies*), SIL. (*ter*), STAT. (*septies*). *al., omnino deest e. g.* TER., LVCR., VARRONI, SEN. *utrique; cf.* anteverto. [*in codd. confunditur maxime cum* revertere, *e. g.* PLAVT. Capt. 507. LIV. 32, 13, 4 (*restit.* PLAVT. Rud. 641 PLIN. nat. 7, 215), *et* pervertere, *e. g.* CATVLL. 64, 341. CIRIS 203 (*restit.* DON. Ter. Phorm. 254, 2. *al.; perperam editur* IVL. VAL. 1, 9 p. 19, 2, *v. Kroll, Hist. Alex. M., 1926, p. IX adn. 4; falsa var. l.* CIC. Sull. 46), *ceterum e. g. cum* praevenire HIER. epist. 77, 2, 1. *al. e coni. dub.*: MANIL. 3, 324 -eris (praevecteris *trad.,* provexerit *Housman*). *laudabatur olim e scena* PLAVT. Amph. *supposita, v. Braun, Scenae suppositiciae, 1980, 130 l. 61.*]

I *vi praeverbii vigente*: **A** *praevalente respectu temporis* (*ut fere abundet* ilico *l. 62,* principio *p. 1108, 39. 41,* primum *l. 72 sqq.*): **1** *intrans. i. q. se prius aliquo vertere* (*vel etiam ceteris postpositis, ut sub c; depon. passim, refl. p. 1108, 26, act. intrans. p. 1108, 2. 5; fere c. dat. vel praepos.* ad, *acc. direct. l. 63, praepos.* in *l. 65, adv. l. 69. p. 1108, 9. 26*): **a** *eundo*: PLAVT. Capt. 507 (*interpol.?*) abii ad praetorem; ... inde ilico -or (re- *var. l.*) domum, postquam id actum est. LIV. 32, 13, 4 fluctuatus animo est *Philippus,* utrum protinus in regnum se reciperet an -i (re- *var. l.*) in Thessaliam posset (GELL. 3, 7, 6 [*e Catone*] hostes ... in eos *milites quadringentos* -entur, *ut ceteri interim servari possint*). TAC. ann. 2, 55, 6 nota haec (*sc. quae Piso machinabatur*) Germanico, sed -i ad Armenios instantior cura fuit. ITIN. Alex. 32 nuntiatur *Satibarzanes* ... Arios pro Beso armare; illo igitur -ens ... urbem ... Ariorum regiam venit (*e* CVRT. *p. 1108, 48*). **b** *curando, studendo (cum respectu praeveniendi fort. l. 75): cum dat.* (*suppl. ex enunt. relat. p. 1108, 2; praeparatur nom. emphatico l. 73*): PLAVT. Capt. 460 ei rei primum -i volo (Merc. 374 mandatis rebus [376 rei mandatae ... primum -i decet]. Mil. 765 id quod agitur, ⌞ei rei⌟ primum -i decet [⌞ ⌟ hic *trad. contra metrum,* ei hic *Bothe, alii aliter*]. 1093. CAES. Gall. 7, 33, 1 ⌞huic rei⌟ -endum existimavit [⌞ ⌟ *sc. dissensionibus Haeduorum; an periculis ex eorum discordia ortis?*]). Merc. 113 abige abs te lassitudinem, cave pigritiae -eris. 463 meliust te, quae sunt mandatae res tibi, -ier (*nisi ad l. 38*). Persa 799 stultitiast, cui bene esse licet, eum -i litibus; posterius istaec te magis par agerest. *cum praepos.* ad: LIV. 37, 31, 7 Rhodii impigre -ere ad traiciendas copias ⌞consulis [iere]; atque⌟ ... tum demum Rhodum rediere (⌞ ⌟ c. ire a. *Madvig,* c.; iere a. *Engel. item* ad *c. gerund. fort. l. 49*). DON. Ter. Phorm. 254, 2 ad iurgium -endo (per- *trad.*). **c** *disserendo* (*respicitur transitio ad res novas, sc. fere maioris momenti, praeter* TAC. *et* PS. CIC.): HOR. sat. 1, 3, 38 illuc -amur, ... quod *eqs.* (*cf.* SCHOL. *ad l.* aut 'redeamus' aut 'veniamus' pro 'transeamus' [*mire comparat* VERG. Aen. 1, 317]). CVRT. 7, 1, 26 (*Amyntas post digressionem causam resumens*) ad id -ar (re-, praere- *var. ll.*), propter quod rei sumus. COLVM. 3, 7, 3 non intempestivum est nos ad ea -i, quae *eqs.* PLIN. nat. 7, 215 (*in fine libri*) nunc -emur (re- *trad., corr. Jan*) ad reliqua animalia ([*cf. 8, 1* ad reliqua transeamus animalia]. 28, 123 n. -emur ad nostrum orbem [-ens *vel* re- *codd., corr. Gronov*]. 30, 82 [re- *var. l. ut* 31, 131. 34, 94]. 30, 149 [per- *cod. unus,* re- *edd. vet.*]. *cf. l. 29*). 28, 162 hinc deinde -emur (re- *var. l.*) ad genera morborum (re- *var. l. ut*: 28, 267 [*in fine libri*] h. d. -emur ad animalia *quaedam*). QVINT. inst. 12, 2, 4 hoc transeo, de quo neminem ... dubitaturum puto; ad illud sequens -ar, *quod in controversia est* (re- *var. l.*). TAC. ann. 4, 32, 1 ingentia illi *veteres* bella ... aut, si quando ad interna -rent, discordias consulum adversum tribunos ... memorabant. PLIN. epist. 5, 14, 7 in infinitum epistulam extendam, si gaudio meo indulgeam; -or (-am *var. l.*) ad ea, quae me agentem hic nuntius deprehendit: eram *eqs.* paneg. 63, 1 -or iam ad consulatum tuum. PS. CIC. in Sall. 1, 1 quo me -am (praevio *cod. unus*), patres conscripti, unde initium sumam? (*sc. copia materiae oppressus; sunt qui minus apte notionem perfugiendi sim. intellegant coll. e. g. Ps. Sall. in Cic. 1, 1* ubi querar, quos implorem?). APVL. apol. 66, 1 nunc tempus est ad epistulas Pudentillae -i (*de* re- *cogitat Helm coll. 61, 1*).

2 *trans.* (*fere c. obi. acc. [subaudiendo p. 1109, 40], enunt. interrog. l. 61*): **a** *i. q. (interpretando) praemature in aliquem sensum convertere, flectere*: PLAVT. Amph. 921 si quid dictum est per iocum, non aequom est id te ⌞serio⌟ -ier (⌞ ⌟ *dat.* [*v. Hofmann, Götting. gel. Anz. 1922, 263, qui confert Poen. 1321* nolito in serium convertere] *potius quam adv., ut ad b pertineat*).

b *i. q. (animum convertendo) prius curare, tractare*: **α** *quolibet modo*: Ⓘ *c. solo acc.: pron.* (*cf. l. 2. p. 1109, 18*): PLAVT. Capt. 1026 compedibus quaeso ut tibi sit levior filius ... :: certum est principio (-um *P*) id -ier (praeo- *A*). Pseud. 237 in rem quod sit -aris, qua⟨m⟩ in re advorsa animo auscultes. 602 hoc -ar principio: illa omnia missa habeo, quae ante agere occepi (Rud. 641 obsecro, hoc -ĕre [re- *codd.*] ergo. :: quid negotist?). LIV. 35, 33, 10 [primo] aliud in praesentia quod magis instaret, -endum sibi esse dixit *praetor Aetolorum* (36, 27, 3 cum alia sibi -enda esse dixisset *consul* [*cf. Polyb. 20, 9, 4 κατὰ ... τὸ παρὸν οὐκ ἔφασκεν εὐκαιρεῖν*]). *subst.* (*c. gerund. l. 49*): LIV. 3, 22, 2 aegre ... impetratum a tribunis, ut bellum -i sinerent. 3, 40, 14 dilectum *militum* primo quoque tempore haberi ... nec rem aliam -i. CVRT. 6, 6, 21 Satibarzanen opprimendum -i optimum ratus (⟨ad⟩ S. *Vindelinus, ut ad l. 5 spectet; pendet* ITIN. *p. 1107, 69*). VERVS Fronto p. 107, 6 da ... veniam, si ... negotia in manibus -sus sum *et* ... interim in scribendo cessavi. Ⓘⓘ *accedit dat. indicans, quae differantur, procrastinentur* (*cf.* quam *l. 40; nimirum hic illic dubites, num posthabeantur, ut quosdam locos ad B trahas*): PLAVT. Cist. 781 -i hoc certumst rebus aliis omnibus. LIV. 2, 24, 5 nec posse, cum hostes prope ad portas essent, bello -i quicquam ([pervetisse *M*, praevertisse *cett.*, -i *vel* -i (a) se *edd.*]. 9, 17, 9 si *Alexander Magnus senex* Punicum Romano *b.* -isset [vertisset *M*] bellum). 8, 13, 1 Pedum ... delendum senatus fremit coactique novi consules omnibus eam rem -i proficiscuntur.

β *disserendo*: PLIN. nat. 16, 1 proximum erat narrare glandiferas *arbores* ..., ni -i cogeret admiratio ..., quaenam ... esset vita sine arbore ulla ... viventium.

c *i. q. (se vertendo, appetendo sim.) praevenire; respiciuntur*: **α** *praeoccupantes*: Ⓘ *c. obi. rei*: PLAVT. Mil. 653 neque praeripio pulpamentum neque -o poculum ... in convivio. GELL. 19, 1, 17 (*e gr. versum* [= *Epict. diss. frg. 9 Sch.*]) sapientis quoque animum paulisper moveri *repentinis* ... necessum est, non opinione alicuius mali praecepta, sed quibusdam motibus ... inconsultis officium mentis ... -entibus (IVL. VAL. 3, 36 p. 143, 30 prae corusco fulgore *simulacrorum* oculorum officio -so. MART. CAP. 4, 326 si rhythmicum quid ... assumpseris, *Grammatice,* profecto Musices impetu, cuius -is o., discerperis. *locos priores etiam ad β trahere possis, sed cf. e. g. Sol. 32, 36* obsessis ... officiis mentis). DICT. 3, 10 producere militem placet; sed barbari ... ante tempus egressi proelium -ere (e-, per- *var. ll.*). AVG. gen. ad litt. 11, 41 p. 375, 25 festinatione -isse (per- *var. l.*) illos homines, *sc. Adam et Evam,* adpetitum scientiae boni et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mali et inmaturo tempore percipere voluisse, quod *eqs.* (*ibid. postea*: praecerpendo). Ⓘⓘ *c. obi. hominis, animi*: PLAVT. Cas. 509 *comparabo* illis ... magnum malum ...; pulchre (pulcra re *trad.*) -ar viros (*Leo susp. sublucere gr. φθήσομαι. an ad l. 35?*). VERG. Aen. 1, 721 *Cupido* vivo temptat -ere amore iam pridem resides animos *Didonis* (*cf.* SERV. *ad l.* -ere: praeoccupare).

β *impedientes, ad irritum redigentes sim.* (*mera vi temporali fort.* SYMM.): Ⓘ *c. obi. rei*: SALL. hist. frg. 3, 98C (*loco lacunoso*) quae *facinora sim. fugitivorum* Spartacus nequiens prohibere, ... cum oraret, celeritate -rent de se nuntios (*cf.* GLOSS. *p. 1107, 40; nisi ad l. 35*). LIV. 8, 16, 8 *consul* turres ... muro admovit, quarum usum forte oblata opportunitas -it. 24, 5, 6 tantus omnes terror invaserat, ut quidam ... aut morte voluntaria aut fuga -rent metum suppliciorum (PLIN. epist. 3, 9, 5 accusationem vel fortuita vel v. m. -it. *cf.* SEN. Phaedr. 254 haud te, fama, maculari sinam; ... m. -am nefas. TAC. ann. 4, 19, 4 Silius imminentem damnationem voluntario fine -it. HEGES. 1, 29, 8 Phasaelus adscitae sibi mortis celeritate contumeliam -it. *aliter e. g. l. 19*). 28, 7, 15 nuntius adfertur Machanidam ... Eleos adgredi statuisse; -endum id ratus *Philippus, eqs.* (*nisi ad p. 1108, 38*). LVCAN. 8, 30 nisi summa dies ... celeri -it tristia leto, dedecori est fortuna prior. SIL. 3, 329 *Cantabri sueti* imbelles iam dudum annos -ere saxo, *i. praecipitio sim.* (fato *Bentley*). STAT. silv. 5, 2, 79 voce potes -ere morsus serpentum (*sim.* SER. med. 847 cautio ... potest diros -ere m. [per- *var. l.*]). FRONTO p. 195, 12 poenam inrogatam (*si recte huc traximus locum lacunosum*). APVL. met. 4, 5, 1 tam bellum consilium meum -it sors deterrima (7, 19, 5 ustrina talis moras non sustinet et meliora c. -itur. IVL. VAL. 2, 36 CLAVD. DON. Aen. 12, 350 p. 594, 8. *cf. p. 1110, 22*). 7, 25, 3 Fortuna ... tam opportunum latibulum misera celeritate -sa. SYMM. epist. 3, 15, 2 (*ad senem quendam*) quod vales, dulce est, quamvis adieceris cauto esse opus, ne forte reditum nostrum aevi tui subita (*sc. morbi vel mors*) -ant. CLAVD. DON. Aen. 7, 320 p. 51, 10 quod *fatum,* licet superari non possit, valeat tamen aliquo inpedimento turbari, non autem -i (prohiberi *edd. vet.*). HEGES. 3, 25, 1 universos *Iudaeos* -so itinere a muris repellit et ... fugam intercludit *Titus* (*gr. 3, 491 τὰς πρὸς τὸ τεῖχος φυγὰς ὑπετέμνετο*). FACVND. defens. 3, 2, 18 *magister Nestorii* iam dudum -ens ipsius errorem Nestorii contra docet *eqs. al.* Ⓘⓘ *c. obi. animantis* (*fortasse huc l. 3. 10*): OV. met. 2, 657 (*loq. nympha ante metamorphosin*) -unt ... me fata vetorque plura loqui. SIL. 2, 135 illum *iaculaturum* ... Hannibal excussi -it (per- *var. l.*) turbine saxi. AVR. VICT. Caes. 5, 12 dum insidiantur *Nero et Agrippina* invicem, mater -sa interiit (*Pichlmayr*; per- *trad.,* praeventa *Freudenberg*). ⓘⓘⓘ *obi. subaudiendo*: GELL. 17, 10, 6 (*verba Favorini*) *quae carmina a Vergilio* absolvi, quoniam mors -erat, nequiverunt.

γ *anticipantes*: EPICED. Drusi 397 -it ... metus per longa pericula luctum (*cf. 399* non ex praecipiti dolor ... venit). SYMM. rel. 7, 1 *strenarum impertiendarum* usum munificentiae festinatione -itis seram putantes liberalitatem, quae statutis temporibus admovetur. MART. CAP. 1, 22 (vers.) quae *Philologia* possit docta totum -ere cura, quod superis praescire datum. *al.*

d *i. q. intercipiendo avertere* (*sc. aliquid [aliquem] vertere, antequam ad effectum vel finem destinatum perveniat*): CIRIS 203 (*ad Philomelam et Procnen*) caeruleas -ite (per- *var. l.*) in aethera nubes (*i. 'n. velut obstacula in via Scyllae Nisique positas avertite';* praeverrite [*Heinsius*] in aethere *postulat Lyne, comm. 1978, ad l.; 'n. superando praeite sim.' intellegunt alii ad Clαα trahentes*). STAT. Theb. 8, 598 *Menoeceus Atyn lapsum recuperans* -it equos curruque citato desilit. 11, 209 Tisiphone ... adstat *Eteocli sacrificanti* et inferno -it vota Tonanti (SCHOL. applicuit). QVINT. decl. 364, 4 nihil ... pro certo adfirmare debemus, sed tantum suspicionem iudicum a nobis alio -ere.

B *praevalente respectu gradus vel aestimationis* (*quaecumque vi temporali quoque explicari possunt, ad A traximus*): **1** *trans. cum obi. rei vel animantis*: **a** *praelati, ut significetur fere i. q. praeferre, anteponere; id quod posthabetur indicatur per*: **α** *dat.*: PLAVT. Pseud. 293 pieta-⟨tem⟩ te amori video tuo -ere ([pro- *B*]. GELL. 4, 3, 2 Carvilius traditur ... iurisiurandi religionem animo atque a. -isse). CIC. Phil. 2, 88 *vitam Antonii recensens* incidi in id tempus, quod eis rebus, in quas ingressa erat oratio, -endum est (praetereundum *var. l.*). div. 1, 10 *de divinatione agam, nisi* habes aliquid, quod huic sermoni -endum putes. TERT. pall. 5, 1 l. 3 regno Scythi[c]ae philosophiam -it *Anacharsis.* pudic. 22 p. 273, 4 *Christi* misericordia, qui paenitentiam peccatoris morti -it. PAVL. NOL. epist. 13, 19 qui *divites* aeternis caduca -erint quique maluerint terrae quam deo credere. *al.* **β** *praepos.* prae: PLAVT. Amph. 528 *ad legionem* redeundum est mihi, ne me uxorem -isse dicant prae re publica.

b *posthabiti, ut significetur fere i. q. superare, vincere, anteire* (*indicatur quo respectu vel qua causa fere per abl., per praepos.* in HIER. in Gal.; *hucine p. 1110, 20?*): IVL. VAL. 1, 49 p. 60, 26 nullum esse vestrum adeo sui ... sollicitum, quem non pro se mea cura -at. AVSON. 365, 7 p. 93 (*loq. nymphae*) quem *phoenicem* nos perpetuo decies -imus aevo (*cf. Hesiod. frg. 304 M.-W. δέκα ... τοὺς φοίνικας, sc. γηρασκόμεθα*). SYMM. epist. 9, 68 licet me ipse ... dignatione -eris (praeveneris *cod. unus*). HIER. in eccles. 12, 9 l. 288 qua *sapientia* -it Salomon omne hominum genus (praefertur *cod. unus,* praeivit *edd. vet.*). in Gal. 3, 27 p. 369^{C} potest ... liber servum in fidei qualitate -ere (*syn.* esse melior, praecedat; *opp.* deterior est). MART. CAP. 2, 117 *Musarum* chorus canoris vocibus dulcique modulatu -it omnes organicas suavitates. *al.*

2 *intrans. fere i. q. praevalere, praestare*: **a** *absolute*: PLAVT. Amph. 1069 (*ancillam terrent praesentia Iovis et clamor Alcumenae*) erilis -it metus: accurro, ut sciscam quid velit (*ad p. 1109, 7 trahit* NON., *v. p. 1107, 33*). HIER. epist. 77, 2, 1 quidquid primum adripuero, sequentium conparatione vilescit; ieiunium *Fabiolae* praedicem? -unt elemosynae (-veniunt *et* -valescunt *var. ll.; syn.* maior est). **b** *indicatur quid inferius sit, minus valeat, sc. per dat.* (*enunt. relat.* AVIEN.): TERT. adv. Val. 29, 3 animae *fide auctae* ... ita ceteris -erant (-ant *vel* -unt *codd.*), ut demiurgus ... magni eas fecerit. AVIEN. Arat. 537 quae ... in astro lanati marcent pecoris (*sc. arietis*) ..., minor istaec linea (*sc. sideris q. v. Deltoton*) luce et fulgore facis -itur ([*cf. 534* superat]. *nisi ex enunt. relat. suppleas acc., ut ad 1b pertineat*). SYMM. epist. 1, 33 facito, ut ceteris negotiis tuis respondendi cura -at. AMBR. epist. 8, 57, 10 *proeliandi* consilio (consilium *var. l., edd. vet.*) prudentiorum -it sententia non temere confligendum *esse* bello (*cf. Ios. antiq. 5, 151 ἐπέσχε ... αὐτοὺς ἡ γερουσία*).

C *praevalente respectu loci*: **1** *trans.*: **a** *notione communi fere i. q. praecedere, praeire; -untur qui* (*quae*): **α** *motu superantur, post tergum relinquuntur* (*cf. p. 1109, 53*): CATVLL. 64, 341 *Achilles* -et (per- *fere codd.*) celeris vestigia cervae (*cf.* cervos: STAT. Theb. 4, 271 *equum* trepidos suetum -ere c. Ach. 2, 111 volucres ... -ere c. et Lapithas ... equos). VERG. Aen. 1, 317 qualis equos ... fatigat Harpalyce volucremque fuga -itur Hebrum ([Eurum *Rutgers; cf.* SERV. *ad l.* -itur id est transit *eqs.*]. *item -itur flumen*: PANEG. *l. 34*). 7, 807 *Camilla* adsueta ... cursu ... pedum -ere ventos (12, 345 equo -ere v. SERV. auct. Aen. 12, 334. *cf. l. 31. 38 et* PANEG. 6, 18, 6 *ut milites* effuso ... cursu non iam Rhodani curricula, sed ipsa quodammodo ventorum flabra -rent). SIL. 8, 557 *Scipio saepe* campi per aperta volantem ipse pedes -it equum (STAT. Ach. 2, 111 *supra. cf.* STAT. Theb. 5, 691 volucres ⌞equitum -erat alas⌟ Fama recens [⌞ ⌟ etiam -erat auras *Håkanson, Statius' Thebaid, 1973, 38*]). STAT. silv. 3, 2, 125 iam ... turmas facili -ere gyro fortis *puer.* PANEG. 8, 6, 1 qua *celeritate* omnis ... adventus tui nuntios -isti ([per- *var. l.*]. *cf.* famam: 11, 8, 3 [*antea*: quos praemiseratis nuntios reliquistis] ipsam, quae vos conata est praevenire, f. -istis. CLAVD. DON. Aen. 10, 510 p. 358, 7 celeritate. rumorem: AMM. 16, 11, 14 nimia velocitate). DICT. 3, 15 Achilles ... propere pergit atque hostem securum sui -it, tum ... circumvenit. HEGES. 1, 33 p. 64, 19 *Herodes* navigabat ad eum *Caesarem,* ne fama terrenum iter eius -ret. MART. CAP. 1, 25 Delii festinata, *i. Phoebum festinantem,* -ere (*si textum recte restit. Willis*; -ere *absolute adhiberi putant alii, ut ad l. 58 pertineat*). SIDON. epist. 9, 9, 7 qui *equi* facile possent itineris pridiani spatia -ere. *al.* **β** *quovis modo sequuntur*: APVL. met. 5, 13, 6 *Cupido Psychen relinquens* -it statim lumen nascentis diei (*nisi vi temporali explices*). Ps. AVR. VICT. epit. 14, 4 qui *Hadrianus* provincias omnes passibus circumierit agmen comitantium -ens. AVIEN. Arat. 1598 *v. supra p. 976, 70.*

b *notione peculiari i. q. sese avertendo relinquere aliquem suo loco morantem*: APVL. met. 5, 31, 7 Venus indignata ... -sis illis *deabus* alter-orsus ... pelago viam capessit. AVSON. 417, 130 p. 282 *amicus reversus* ⌞totum occursantis populi -itur agmen⌟ et sua praeteriens iam iam tua limina pulsat (⌞ ⌟ -it cunctos, ut te amplectatur, amicos *rec. altera*).

2 *intrans. fere i. q. praeire*: **a** *act.* (*cum dat. eius, quod sequitur, nisi abl. absol. intellegas apud* HEGES.): FRONTO p. 241, 17 delphinus *Arionem* excipit, sublimem avehit, navi -it. HEGES. 1, 29, 10 Bocchum paenituit ... missisque per quos revocaretur Herodes -erat (*si recte intellegimus locum ab interprete nimis breviatum; cf. gr. 1, 278 ἔπεμψεν, sc. Bocchus, ... τοὺς ἀναχαλέσοντας τὸν ὑβρισμένον· ἔφθανεν ... τούτους Ἡρώδης κτλ.*). **b** *depon.*: ITIN. Alex. 13 Macedonas itinere -sos, *sc. a Persis.* DICT. 2, 37 Achilles -so de se nuntio ... intemptato negotio ad tentoria regreditur (*cf.* AMM. 23, 2, 7 ut fama de se nulla -sa ... improvisus Assyrios occuparet *Iulianus.* 26, 8, 3 rumore quodam -so).

II *vi praeverbii evanida vel deflexa adhibetur*: **A** *vi convertendi* (*sc. trans.*): VET. LAT. Ier. 2, 27 (Ps. Orig. tract. 6, 32; *deus de Israhelitis*) -erunt ad me dorsa et non facies (*gr. ἔστρεψαν, Cypr. testim. 3, 59 p. 162, 8 cod. W* converterunt, *Vulg.* verterunt. Ps. ORIG. *paulo ante ibid.* inimici ... d. ad reli(n)quendum dominum -erunt). **B** *vi pervertendi, subvertendi* (*sc. trans.*): COD. Theod. 1, 9, 2 (*sim.* COD. Iust. 1, 31, 2; *antea*: nefas est a minoribus maiora ... posci) ordinem ... militiae atque stipendia nemo -at. CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 170, 35 abominabilem haeresem et

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-entem euangelicam nostram sectam (*vers. Tur.* per-, *gr. I 1, 3 p. 7, 11 ἀνατρέπουσαν*). COD. Iust. 2, 7, 26, 1 (*a. 524*) interdicenda ... cunctis licentia -endi progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat. ANTH. 794, 43 (*nisi medii est aevi*) aurum sinceras solitum -ere (per- *Baehrens*) mentes mortales animos in scelus omne vocat. **C** *vi avertendi* (*sc. intrans.*): CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 79, 23 nolite a fide, quae in eum *Iesum* est, -i (*gr. I 1, 2 p. 50, 22 μὴ παρατρέπεσθε*).

deriv.: praeversio.

praeves, -idis *m. v.* praes. *Peri.*

praevetitus, -a, -um. *a* prae *et* vetitus (vetare). [*falsa var. l. supra p. 1098, 53; e coni. dub. pro* praedictae AVIEN. fab. 30, 7.] *i. q. maxime vetitus* (*vix i. q. antea vetitus*): SIL. 13, 155 *milites exspectant signum ducis;* -um namque et capital committere Martem sponte viris (praevehitur *var. l.*).

praevexo, -ātum, -āre. *a* prae *et* vexare. *i. q. antea vexare* (*non nisi p. p. p.*): CAEL. AVR. acut. 2, 32, 166 *signa* haec concurrunt aliquando non -tis viribus ..., aliquando vero -tis ob nimiam sanguinis detractionem (*cf. abl. respectus*: chron. 1, 1, 18 *nisi* aeger fuerit viribus -tus). chron. 1, 1, 33 *caput,* etiamsi sua passione -tum non fuerit, ... gravescit.

[praevexus *v. p. 1098, 24.***]**

praeviāns *v.* praevio.

praeviātor, -ōris *m.* *a* praeviare. *i. qui praeviat, praevius*: VEN. FORT. virt. Hil. 9, 25 revelatione commonita *est aegrota,* ut ad sancti limina si vellet salva fieri properaret; quo illa fidens nuntio tamquam cum ipso sanitatis suae -e laeta percurrit.

f. **praeviātrix,** -īcis. *i. quae praeviat, praevia*: VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 3 nisi a vobis ... lampas -x itineris occurrisset, errassem (*in imag.*). *Bk.*

praevidentia, -ae *f.* *a* praevidere (praevidens). [*falso trad. pro* praeviventia MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 23 l. 28.]

i. q. facultas vel actio praevidendi: **1** *respicitur praescientia dei*: FVLG. myth. 2, 6 quod (*sc. πρόνοιαν θεοῦ*) nos latine -am dei dicimus (pro- *var. l., ut ibid. iterum*). OP. imperf. in Matth. 53 p. 935 secundum -am suam. BOETH. cons. 5, 6, 16 sq. si -am (praescientiam, praesentiam *var. ll.*) pensare velis, qua cuncta dinoscit, non esse praescientiam quasi futuri, sed scientiam ... instantiae rectius aestimabis; (17) unde non -a, sed providentia potius dicitur. **2** *respicitur facultas hominis latentia perspicientis* (*cf. p. 1112, 60*): VITAE patr. 5, 10, 76 p. 925^{D} senex ... ⌞habens contemplationem sive -ae gratiam⌟ intellexit, quia scandalizatus est intra se *hospes* (⌞ ⌟ *gr. Cot. p. 657^{C} διορατικὸς ὤν*). 6, 1, 16 p. 998^{C}.

praevideo,** -vīdī, -vīsum, -ēre. *a* prae *et* videre. NOT. Tir. 25, 43^{b} -et. *forma* -is *pro* -es SACR. Leon. 613 (*errore, cf.* 919 -es). *de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1186 -it: prospexit. 1187 -it: porro vidit. GLOSS.^{L} Corp. PR 565 -o: praescio. GLOSS. V 350, 40 consulens: -ens. *legitur in poesi singulis fere locis apud* VERG., OV. (*bis*), VAL. FL., HOMER., STAT., PS. CATONEM *al., in prosa singulis vel binis locis apud* PLIN. *utrumque,* QVINT., TAC., TERT., *deinde saepius.* **[confunditur in codd. passim cum* providere, *quod infra fere negleximus; voces notione proximae haud ubique apte discerni possunt, tamen verbum providendi, cum legatur inde a Plauto et frequentetur a Cic., recte praetulisse videntur editores apud* CIC. Phil. 12, 26 div. 1, 63 Att. 6, 9, 5. *al.* HOR. epist. 1, 7, 69. *al., vel restituisse e. g. apud* TAC. hist. 4, 15, 2 nec providerant (prae- *M*) ... nec, si providissent (*M*), satis ... erat. ann. 2, 14, 1. *ceterum variat cum* pervidere *p. 1114, 4. 13 sq.* (*falsa var. l. e. g.* PANEG. 4, 8, 2).**]**

I *notione praeverbii originaria i. q. antea videre* (*plus minusve abundanter accedunt adv.* ante *l. 65. p. 1113, 17 et saepius, cf.* antequam *l. 63. 71, praepos.* ante *e. g. p. 1112, 73; vim praeverbii localem postulare videtur veriloquii causa* ISID. *p. 577, 64*): **A** *respicitur potius actio oculorum eius*: **1** *qui irruentia, appropinquantia sim. conspicit, sc. antequam adsint*: **a** *-entur quaecumque laesura, infestatura sunt* (*sc. ita ut caveri possint; cf. p. 1113, 42*): VERG. Aen. 5, 445 ille ictum venientem a vertice velox -it celerique elapsus corpore cessit ([CLAVD. DON. *ad l.* p. 474, 5 antequam perveniret, vidit. *huc pertinere videntur etiam* GLOSS.^{L} I Ansil. PR 1184 -it: ante vidit. 1185 -it: cabuit, *i.* cavit]. LACT. inst. 3, 29, 20 nec -erit ante nec caverit. CLAVD. DON. Aen. 10, 795 p. 390, 24. *sine attrib.*: HOMER. 605 i. celeri -it callidus astu). DICT. 3, 8 Patroclus -so hostium agmine telum *arripit.* CLAVD. DON. Aen. 10, 415 p. 345, 24 tantum iners fuit, ut veniens saxum ... non -isset (*cf.* HEGES. 5, 13, 2 lapidem). HEGES. 2, 6, 3 hostis -etur, sicarius delitescebat. **b** *-entur qui quolibet modo obviam fiunt*: VET. LAT. gen. 37, 18 (Ambr. Ioseph 3, 11) *fratres* -erunt illum *Ioseph* de longe venientem, antequam adpropiaret ad illos (*gr. προεῖδον, cod. 100* providerunt, *Vulg.* cum vidissent eum procul). CASSIOD. Ios. antiq. 11, 331 p. 328 *Alexander, cui Hierosolymam ascendenti occurrebant sacerdotes ceterique,* -ens multitudinem ... principem sacerdotum primus veneratus est (*gr. ἔτι πόρρωθεν ἰδών*).

2 *qui aliquid (aliquem) videt, antequam aliud eveniat* (*vel antequam ipse aliud faciat*): OV. met. 15, 135 sanguine cultros inficit *hostia* in liquida -sos forsitan unda (*sim.* fast. 1, 327). VAL. FL. 2, 442 quas -erat urbes navita condebat *praetervehendo.* CAEL. AVR. acut. 3, 5, 49 ante casum nullum -etur signum. PATRIC. conf. 52 amicos quos ante -imus.

3 *qui aliquid videt, antequam alius id videat*: TAC. ann. 12, 63, 2 quod ⌞priores illuc advecti -sa locorum utilitate⌟ peiora legissent *Chalcedonii ad urbem condendam* (⌞ ⌟ *vi concessiva*).

4 *qui aliquem videt, antequam ab illo videatur*: DON. Ter. Ad. 460 -it Demea *fratrem,* non -sus est. CLAVD. DON. Aen. 6, 495 p. 572, 8 cum ante esset agnitus *Deiphobus* Aenea -ente. AMBR. hex. 6, 4, 26 lupus si prior hominem viderit ...; idem si se -sum senserit (*gr. Geopon. 15, 1, 8 προορῶν ..., ὀφθεὶς δὲ πρότερος*).

B *respicitur potius actio mentis* (*-ent animalia l. 20 sq. et p. 1113, 25*): **1** *qua quis quid noscit, antequam eveniat (saepe ita, ut ei consulere possit, cf. A 1 a), vel videt quae aliis latent (sc. infra l. 61); pertinet ad*: **a** *prognostica et artem mathematicorum vel medicorum* (*saepe forma '-ere aliquid* futurum' [eventurum AVG. civ.]): PLIN. nat. 18, 273 *a Democrito* -sa (pro- *codd. plerique*) olei caritate futura ex Vergiliarum ortu. PS. QVINT. decl. 13, 17 *apes* -ere tempestates (AMBR. hex. 5, 13, 43 *merguli* -entes t. futuram. *cf.* SERV. auct. *p. 572, 7*). AVIEN. Arat. 1544 solem melius -sa sequuntur astrorumque duci monstrata tenacius haerent (*gr. 820 ἠελίῳ ... μᾶλλον ἐοικότα σήματα κεῖται*). AVG. civ. 10, 32 p. 459, 24 arte medicinae quibusdam antecedentibus signis plurima eventura valetudini -entur. conf. 5, 3, 4 tanto ante solis defectum futurum -ent (*antea*: praenuntiaverunt). div. daem. 5, 9 *sicut medicus* bonas seu malas futuras -et valetudines, sic daemon in aëris affectione ... futuras -et tempestates. HIPPOCR. aer. 2 -bit, qualis futurus sit annus (*gr. προειδείη ἄν*). ORIBAS. syn. 6, 25, 3 Aa p. 17, 28 (*item* La p. 111) si quis -at futuram pestilentiam et adtendat ad tempora anni (*gr. συνίδοι*). *al.*

b *animi acumen disputantium vel legentium, quo -ent argumenta, conclusiones sim., quae postea proferentur* (*apud* BOETH. *respondet gr. προορᾶν*): TAC. ann. 14, 55, 1 (*Nero Senecae*) me non tantum -sa, sed subita *respondendo* expedire docuisti. CLAVD. DON. Aen. 10, 455 p. 350, 31 *Vergilius* Turnum comparat leoni ..., ut ex hoc iam -eri possit, cuius dicturus sit provenisse victoriam. HEGES. 1, 40, 9 p. 89, 11 -ens ... obstructos sibi aditus legitimae defensionis. BOETH. elench. soph. 174a19 *ad arguendum prodest* festinatio, nam tardiores minus -ent. top. Arist. 157b27 *adversarius id* cogetur ponere, eo quod non -at in reliquo in aliquo non sic (*sc. esse sim.*). 160b38 utrum -ens quid ... faciat instantiam *adversarius. al.*

c *divinationem, sc. somniis, portentis sim. nisam, et vaticinia vel visiones, quae fiunt inspiratione divina*: **α** *apud paganos*: STAT. Theb. 2, 692 haec -erat, omina doctus aëris et nulla deceptus ab alite, Maeon. TERT. anim. 46, 6 Seleuco regnum Asiae ... mater ... -it *somnio.* FIRM. math. 5, 3, 34 erunt tales, quibus dii futura praedicant, et qui animi sui instinctu futura -ant (*ed. Aldina,* praebeant *codd.*). SERV. Aen. 6, 134 *Sibylla* non eum *Aeneam* -et deum futurum. CLAVD. DON. Aen. 12, 460 p. 608, 2 (*de augure*). *al.* **β** *apud Iudaeos vel Christianos*: VET. LAT. Gal. 3, 8 (Aug. c. Faust. 12, 47) -ens ... scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, praenuntiavit Abrahae *eqs.* (*gr. προιδοῦσα ... ὅτι, Vulg.* providens). IREN. 3, 16, 9 l. 315 -ens ... *Paulus* per spiritum subdivisiones *haereticorum.* 3, 21, 7 *Christi* adventum. CYPR. epist. 60, 2 p. 692, 10 *apostolus* laudem virtutis *vestrae* ... iam tunc in spiritu -bat. CARM. adv. Marc. 3, 205 *Daniel* -it Christum regnorum solvere membra. AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 10, 1 *David* prophetico spiritu iudicium -ens Christi. AVG. civ. 16, 1 p. 121, 9 *Noe* intuens et -ens quod longe fuerat post futurum. c. Parm. 1, 1, 1 p. 19, 16 sicut de illa *ecclesia* tanto ante per corda et ora sanctorum -sum atque praedictum est. CAES. AREL. grat. p. 159, 8 *praesumptores* apostolus spiritu sancto revelante -ens. *al.* *part. praes.* -ens *pro adi. vel subst. (l. 65) sec. gr. διορατικός* (*quod infra ubique respondere scias; significantur qui vident futura vel quae ceteris occulta sunt* [*cf. p. 1111, 37*]): VITAE patr. 5, 10, 76 p. 925^{C} factus est vir contemplator, -ens et nominatus. 6, 1, 3 erat inter eos *colloquentes* unus -ens et vidit angelos *colloquio gaudentes* (*de eodem Common. patr. 5, 9* ut videre possit quod alii non videbant). 6, 1, 9 fuit quidam magnus inter -entes. 6, 1, 12 senex ... -ens (6, 1, 17). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 267^{D} -entibus futura oculis intuetur.

d *praescientiam dei*: **α** *-entur res*: TERT. idol. 15, 6 haec ... ab initio -ens spiritus sanctus ... praececinit per ... propheten. VET. LAT. psalm. 138, 4 (cod. 300. *al.* = VVLG.) omnes vias meas -isti (*gr. προοεῖδες, Hier. psalt. sec. Hebr.* intellexisti). IREN. 3, 20, 1 l. 3 eam quae per verbum esset victoriam reddendam ei *homini* -ens. PS. HIL. libell. 12 p. 86, 7 si illis deus utile esse -erit, etiam temporalia praestabit. ZENO 1, 3, 5 si ... circumcisionem ... necessariam -ret. TYCON. reg. 3 p. 25, 25 quem deus ante mundum -it auditurum. RVFIN. Orig. in num. 10, 2 p. 72, 18 qui omnia -et et praenoscit. AVG. epist. 153, 4 non tantum qualis quisque sit videt, ve-

[Mensink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum etiam qualis futurus sit -et. in euang. Ioh. 53, 6 malam ... eorum voluntatem -it deus (un. eccl. 9, 23 futuras -et v.). gen. ad litt. 11, 11 p. 344, 9 -et bonos futuros et creat, -et malos futuros et creat. Ps. Hier. epist. 19, 20 p. 208[C] si *nos* fide modicos non esse -erit. Sacr. Leon. 919 quae *nobis* congruant et -es solus et provides. *al.* β *-entur homines*: Ambr. epist. 7, 36, 25 -ens sanctos suos. Avg. in euang. Ioh. 53, 4 *si Iudaei aliud* facere voluissent, non prohiberentur; et hoc facturi -rentur ab eo, qui novit quid sit quisque facturus (*item pass. cum part. fut. et subaudiendo fortasse inf.* esse: serm. 285, 6). serm. 229E, 2 coll. Morin p. 468, 23 ipsos ante crucem suam vidit, quos ante mundi constitutionem -it (*cf. supra p. 501, 51*). Favst. Rei. grat. 2, 3 p. 64, 10 si praescire compellere est, qui -et peccatorem, ergo ipse causa peccati est? *al.*

e *quamlibet actionem praesagiendi*: Qvint. decl. 254, 13 evitare quod -it periculum cupit. 281, 1 *ut* videatur pater ... has insidias -isse. Tac. ann. 12, 40, 3 regnum ... invadunt; quod nobis -sum. Cod. Iust. 4, 24, 6 (*a. 225*) quae fortuitis casibus accidunt, ... -eri (pro- *var. l.*) non potuerant. Ps. Cato dist. 2, 24 levius laedit quidquid -imus ante. Itin. Alex. 29 fide dicti -sa. Symm. epist. 6, 16 -i, quem metum vobis fama aegritudinis meae posset incutere. Amm. 16, 12, 55 celeri corde futura -ens Caesar. 31, 5, 4 *dux Gothorum* genuina -endi sollertia venturos muniens casus. Clavd. Don. Aen. 5, 790 p. 517, 31 quicquid ... subitum est facile opprimit inparatum, speratum autem et -sum cavendo potest ... effundi. 10, 285 p. 331, 1 *desperationem* quam -erat Turnus. Heges. 1, 3 *filium* tanto declinaturum furore a pietatis lege ... -bat. Romvl. fab. 18, 2 rec. gall. *ut* cornix illi *grui* futura -endo narraret. Oros. hist. 4, 6, 40 si -retur fructus eruditionis. *al.* *notione praecavendi in versione lectionis gr. corruptae*: Polycarp. ad Philipp. 5 iuvenes ... inculpabiles sint ..., omnem ⌊ignorantiam -entes⌋, refrenantes semet ... ab ... malo (⌊ ⌋ *pro προνοοῦντες ἀγνείας legit π. ἀγνοίας*).

2 *qua quis quid antea considerat, praemeditatur*: **a** *quod praecedit quamlibet actionem, eventum*: Plin. epist. 1, 20, 13 suae quisque *auditor* inventioni favet et quasi fortissimum amplectitur, cum ab alio dictum est, quod ipse -it. Hippocr. aer. 2 nisi quis haec primo -at atque consideret (*gr. ἢν μή τις ... εἰδὼς προφροντίσῃ*). *ibid.* sic ... quis intellegens et -ens tempora scit maxime de singulis *eqs.* (*gr. προγινώσκων*). Cael. Avr. acut. 2, 10, 65 praecedentium causarum differentiam in curationibus -ere. **b** *quod futurum est* (*vel esse potest*): Ps. Philo antiq. 12, 3 omne quod -erint sibi facere praesument deterius (*sec. gen. 11, 6, v. p. 963, 66*). Clavd. Don. Aen. 10, 280 p. 329, 28 ut unusquisque ..., quid pati uxor hostibus dominantibus possit, animo -ente tractaret. Ambr. epist. 5, 31, 5 anima -at rependenda sibi merita conversationis suae. in psalm. 118 serm. 16, 9, 3 oculus ... -at quae ventura sunt et ea ... profusione lacrimarum ... detorqueat. Max. Tavr. 92, 2 ecce ... -emus diem advenire iudicii et ... poenas iam ipsa cogitatione sentimus. Greg. M. moral. 15, 29 quem *ultionis ignem* ... -ere contempsit.

II *notione praeverbii deflexa vel evanida*: **A** *significatur fere i. q. curando providere sim., sc. potius cum respectu*: **1** *consulendi, cavendi*: ne: Epit. Alex. 83 ne iniuria interficiamur, non nobis, sed tibi est -endum. Amm. 21, 8, 3 quod ne fieret, consilio sollerti -it. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 42, 26 ovibus -ere pastores, ne ... fur latrocinetur in eis (*gr. I 1, 5 p. 128, 26 ποιεῖσθαι κηδεμονίαν*). *cum gen. sec. gr. i. q. curam habere*: Vet. Lat. I Tim. 5, 8 (cod. 77) si ... quis suorum ... non -e⟨t⟩ (*gr. προνοεῖ, Aug. civ. 19, 14* suis ... non providet, *Vulg.* curam non habet).

2 *instituendi, constituendi*: **a** *usu pleno*: Amm. 18, 6, 15 excogitatum est ergo, ut ...; quod ni fuisset -sum *eqs.* 29, 4, 2 praevi⟨sis quae⟩ negotium poscebat *eqs.* Bened. reg. 25, 5 *cibi* refectionem solus percipiat mensura vel hora, qua -erit abbas ei *poenae nomine* competere. Greg. M. epist. 5, 7 l. 17 debet relaxatio fieri ... iuxta quod tua dilectio -et. 9, 7 l. 10 ut -eris. **b** *in circumlocutionibus sermonis curialis* (*sc.* -o agere *fere pro* ago *vel* agere volo): Cod. Theod. 7, 19, 1, 1 *si quis nocentem* quempiam -erit occultandum (*item c. gerund.*: Greg. M. epist. 1, 38 l. 11 quam rem venerationi tuae innotescendam -imus. 7, 18 l. 12 dilectionem tuam -imus modis omnibus absolvendam. *et saepius apud eundem*). Hesych. in lev. 7, 11 p. 861[C] dividi ... illud ... -it. Novell. Iust. 88, 2 pr. hoc ... aspicere et constituere secundum legem -imus (*gr. συνείδομεν. item c. inf.*: Exc. barb. p. 280, 16 necessitate compulsus -i exquaerere *eqs.* Greg. M. epist. 7, 40 l. 10. *al.*).

3 *praebendi, parandi*: Patric. conf. 22 *deus* -it nobis cibum. Bened. reg. 32, 1 -at abbas fratres, *qui custodiant ferramenta sim.* Greg. Tvr. Franc. 3, 18 p. 120, 4 *regina* praedia eclesiis ... -it. Greg. M. epist. 2, 45 l. 12 alium locum ... -ete, ubi ... conveniant. *ibid.* l. 14.

B *significatur fere i. q. videre, intellegere, noscere sim.; respicitur potius*: **1** *actio mentis*: Avg. in Gal. 25, 2 *gentiles* nullam ex parentibus originem iustitiae se trahere -entes (*nisi praeferas var. l.* praefid-). Cod. Theod. 1, 10, 7 *iudices de iis* referre convenit, quos commodis propriis ... studere -erint. Consvlt. 9, 1 quam *poenam* pacto contra ius facto serenitas tua inesse -erit (per- *Mommsen*). Epist. pontif. 937 Conc.[S] IV 2 p. 160, 15, unde ... -o ... Hibam mereri clementiam (*allatum ex Conc.[S] II 3, 3 p. 50, 1, ubi trad.* per- [*gr. II 1, 3 p. 40, 19 συνοῳῶ*], *ut etiam Avell. 83, 272* [*at ibid.* 241 *trad.* -o]). Greg. M. moral. 3, 69 quae agenda ..., quae non agenda sint, fortiter -et. *al.* *loco dubio*: Hist. Apoll. rec. A 39 cum vidisset omnes ... discumbere nec inter eos maiorem esse ⌊-ret⌋, ait ad eos: '... dominus quis est?' (⌊ ⌋ *trad.*; qui -ret *edd. plerique sec. cod. unum rec. C cogitantes de notione 'observando praeesse' sim.*; qui provideret *coni. Kortekaas dubitanter*). **2** *actio oculorum*: Cael. Avr. acut. 3, 22, 221 etiam sine corruptione ciborum ... posse defluxionem fieri -e[a]mus. Serm. Corp. Vind. 21 p. 258, 14 in eo, qui *modo* natus fuerat, plus esse, quod intenderent animi hominum, quam quod oculi -rent (per- *var. l., cf.* pro- *Ps. Aug. serm. 136, 6*). Greg. Tvr. glor. conf. 37 -isset (per- *var. l.*).

appendix syntactica et stilistica: **1** *quid -atur indicatur*: **a** *per obi. acc. inde a* Verg. Aen. 5, 445 *passim. accedunt praedicativa: part. praes. p. 1111, 71, fortasse etiam p. 1111, 61. 68 (de part. fut. et gerund. v. l. 22 sq. 27); subst.*: Verec. in cant. 2, 3 'vellus' humanam carnem, 'terram' vero, stillicidiis infusam, ecclesiae multitudinem -bat; *ubicumque accedit adi., e. g. p. 1112, 73, potius inf.* esse *subaudias. cf. adv. p. 1112, 39. 57. 1113, 59 nec non praepos.* de (*sc. iuxta alias struct.*) *l. 26 p. 1112, 57.* **b** *per struct. verbales: acc. c. inf.: fut. (inf.* esse *hic illic omisso, ut et de praedic. cogitare possis): p. 1112, 47. 74 et e. g.* Cassiod. var. 9, 24, 2; *praes.: p. 1112, 54. 1113, 4.* Conc.[S] IV 2 p. 182, 11. *al. et nimirum saepius sub IIB.* *nom. c. inf. fut.*: Avg. civ. 14, 9 p. 21, 24. 15, 8 p. 72, 8 quae de civitate *dei* ... in spiritu -bantur esse ventura (*addas, si inf. supplendus est, p. 1113, 7*). *acc. c. gerund. (sc. inf.* esse *subaudiendo): p. 1112, 71. 1113, 61 et* Ambr. in Luc. 3, 30. *al.* *inf. solum: p. 1113, 66. enunt. secund.: interrog.: p. 1112, 35. 1113, 1. 18. al.*; quia: *p. 1112, 49 et* Ambr. spir. 1 prol. 9; quod: Ennod. opusc. 2, 83 p. 313, 12; si: Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 72, 34 -ere, si non et ipsum vocabulum perdiderint magistrorum (*gr. I 1, 7 p. 73, 9 σκοπεῖν, εἰ μή*); ne: *p. 1113, 48.* **2** *quomodo vel unde quid -atur indicatur per:* *abl.*: spiritu *p. 1112, 55 et e. g.* Ambr. in Luc. 3, 30; instinctu *p. 1112, 46; sim. al.* *praepos.*: in *c. abl.*: Cypr. epist. 60, 2 p. 692, 10 in spiritu (*item l. 26. al.*); per: *p. 1112, 57. al.*; ex: *p. 1112, 19. 35*; cum: Prisc. Lyd. solut. 3 p. 63, 21 *anima* cum divina quadam operatione -et futurum. **3** *cui quid -atur indicatur per dat. p. 1113, 50. 68. 70, per gen. p. 1113, 52.* **4** *absolute adhibetur p. 1112, 11. 1113, 20. al.* **5** *stilistica varia: in lusu cum* providere Sidon. epist. 6, 12, 7 Sacr. Leon. 919 (*cf.* providentia -ere Boeth. cons. 5, 3, 4), *cum* videre *p. 1112, 75*; -ere *iteratur p. 1113, 3.*

part. praes. praevidēns *pro adi. vel subst. masc. v. p. 1112, 60.*

p. p. p. neutr. praevīsum *pro subst. v. p. 1112, 22. 33.*

adv. **praevisē.** *i. q. modo praeviso*: Avg. in psalm. 63, 7 'repente', id est insidiose, quasi inopinate, quasi non -e.

deriv.: praevidentia, praevidus, praevisio, *?*praevisor.

praevides *v.* praes.

praevidium, *subst. a* praedium *derivandum, fingit veriloquii causa* Isid. orig. 15, 13, 5, *v. p. 577, 63 sqq.*

praevidus, -a, -um. *a* praevidere. *i. qui praevidet* (*futura* Mart. Cap., *latentia* [*cf. p. 1111, 37*] Cypr. Gall.): Cypr. Gall. num. 54 (*inquiritur in adulterii ream, v. num. 5, 12 sqq.*) -us (pro- *Pitra*) hic vates undam de fonte capessat fictilibus labris. Mart. Cap. 1, 6 -um (pro- *var. l.*) perspicacis prudentiae ... ingenium *Mantices.* *?usu deflexo sec. p. 1113, 46 explicando*: Cypr. Gall. Ios. 181 *nuntio cladis accepto* -a pectora tundit *dux* (*var. l.* pro- *praetulit Peiper*). *Mensink.*

praevigilo, -āre. *a* prae *et* vigilare. *i. q. antea vigilare* (*sc. praecavendo*): Avg. nat. et grat. 17, 19 *Pelagius* dicit hominem -are debere, ne ignoret, ideoque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit ..., quod adhibita diligentia scire debuisset.

praevincio, -vīnxī, -vinctum, -īre. *a* prae *et* vincire. *i. q. ante vincire* (*potius vi locali* [*cf.* praecingo] *quam temporali?*): Gell. 15, 10, 2 ut virgines, quae corporibus suspensis demortuae forent, ... nudae ⌊cum eodem laqueo, qui (quo *var. l.*) essent -tae,⌋ efferrentur (*e Plutarcho, cf. mulier. virt. 249[C], ubi* ⌊ ⌋ *desiderantur*; praecinctae *var. l.*). 19, 2, 3 quisquis est his ferinis voluptatibus -tus (*inde Macr. Sat. 2, 8, 12* ferarum voluptatibus occupatus). Ps. Ven. Fort. vita Med. 4, 13 *dominus vineae deprehendit* furem ..., quem sua iam praeda -erat.

praevinco, -ere. *a* prae *et* vincere. *transitive i. q. praecellendo vincere, superare*: Ser. med. 526 crede ... potum meliorem lactis equini: dicitur hic dulces asinae -ere sucos. Felix anth. 214, 6 ardua sublimes -unt culmina thermae. Sacr. Leon. 41 merita nostra -ens ecclesiam tuam sanctifica. *absolute i. q. praevalere*: Sacr. Leon. 351 nec apud te delicta nostra praevaleant, sed misericordia tua semper exorta -at (*sim.* 594).

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praevio, -āre. *a* praevius *vel a* prae *et* viare. *i. q. praevium esse, praeire* (*non legitur nisi part. praes.* -ans): *absolute*: Ambr. in Luc. 2, 84 p. 88, 3 quod homo viam non possit adoriri, nisi dominum habeat -antem (*cf.* Hier. tract. in psalm. II p. 378 l. 422 habet ante oculos illum *deum,* quem sequitur -antem). Hier. in Gal. 5, 24 p. 422^{C} *qui in explicanda sacra scriptura* spiritum allegoriae sequitur -antem. *transitive*: Pavl. Nol. epist. 14, 1 (*Delphino episcopo*) ut te ... onera nostra relevante et itinera -ante leviores curramus (breviante, praeveniente *var. ll.*).

deriv.: praeviator (-trix).

praeviridāns, -antis *adi.* *a* prae *et* viridans (viridare). *i. q. admodum viridans* (*sc. translate cum respectu vigoris iuvenilis*): Laber. mim. 116 (*loq. poeta senex*) cum vigebam membris -antibus.

praeviridis, -e. *a* prae *et* viridis. *i. q. admodum viridis* (*cf.* perviridis): Frontin. aq. 7, 7 (*corrupte trad.*) *aqua* stat im⟨mobilis⟩ stagni mo⟨do⟩ colore -i. *Bk.*

praevisē *v.* praevideo.

praevisio, -ōnis *f.* *a* praevidere. *i. q. actio praevidendi*: Avg. serm. 383, 1 (*si genuinus*) futura ... cauta -e consulimus ..., praeterita ... sollicita recordatione recolimus. Ennod. opusc. 1, 29 p. 269, 17 -e discriminis. Greg. M. in I reg. 3, 69 repentinae afflictiones mortis sine -e venientis. moral. 20, 63 l. 75 *deum* sine -bus (pro- *var. l.*) praescientem. Isid. orig. 4, 10, 2 prognostica: -o aegritudinum, vocata a praenoscendo (*inde* Gloss. III 604, 27).

?**praevisor,** -ōris *m.* *a* praevidere. [*falsa var. l. pro* praebitorem Ambr. Iob 4, 5, 20 *v. p. 392, 25. olim falso edebatur* Cassiod. Ios. antiq. 2, 116 p. 41 ubi deus ⌞-r esset⌟ (non adesset *codd.*).] *i. qui praevidet, provisor* (*per confusionem praeverbiorum, si recte trad.*): Gloss. V 657, 9 equitio: equorum -r (*v. vol. V 2, 728, 81; item ad Apul. Socr. 5 p. 129 spectat*: 657, 10 busequa: boum -r).

praevīsum *v.* praevideo. *Mensink.*

praevitio, -ātum, -āre. *a* prae *et* vitiare. *i. q. antea vitiare*: Ov. met. 14, 55 parvus erat gurges ..., quo se referebat *Scylla* ab aestu ...; hunc dea *Circe* -at (prediva *M*) portentificisque venenis inquinat. Cael. Avr. chron. 2, 1, 15 *curatio difficilior est* in corporibus ... debilibus ... aut ex alio morbo -tis.

praeviventia, -ae *f.* *a* praevivere (praevivens). *i. q. status praevivens, sc. technice in theologia christiana de vita dei quae est ante omnem vitam*: Mar. Victorin. adv. Arium 4, 23 l. 28 *et ibid.* l. 33, *v. supra p. 501, 4 et 7.*

praevīvo, -ere. *a* prae *et* vivere. *part. praes.* praevīvēns *i. q. antea vivens, sc. technice in theologia christiana respicitur deus vivens ante omnem vitam*: Mar. Victorin. adv. Arium 4, 23 l. 29 ipse *deus est* ... praeexistens, -ens (*antea*: nec *deus ὄν,* sed magis *πρσόν*).

deriv.: praeviventia. *Bk.*

praevius, -a, -um. *a* prae *et* via *sec.* obvius. *scribitur* praeb- *e. g. in cod. C saec. V* Hil. trin. 6, 2, prev- *cod. T saec. VII* Sedvl. carm. pasch. 1, 83. *al.* (*per* ae *scribendum esse monet orthographia Pauli abbatis apud* Gloss.^{L} I Ansil. pr 1188 [cod. Paris.]). *legitur in poesi apud* Cic. (*semel ut* Sen. *trag.*), Ov. (*sexies*), Stat. (*quinquies*) *et inde ab* Avson., *in prosa oratione inde a* Cypr., Lact.; *frequentant* Amm., Ambr., Hier., Pavl. Nol., Sidon., Ennod. [*confunditur in codd. maxime cum* brevis, *e. g.* Pelag. in II Thess. 2, 7 (*falsa var. l.*: Ivlian. in Am. 9, 11 l. 317), pervius Avg. epist. 186, 10 p. 53, 8 (*falso edebatur olim* Ivlian. in Am. 9, 2 l. 92), praemium Stat. Theb. 12, 465 Hil. trin. 9, 17 l. 11. *al.; scriptura aetatis recentioris* -a *pro* praebia *v. p. 391, 24 sq.*]

i. qui ante in via est, sc. praecedens, praecursor sim. (*cf.* Gloss. -us: antecedens. praecedens. -a: *πρσόδια.* Gloss.^{L} I Ansil. pr 1190 -us: antecipans. 1192 pr⟨a⟩ecursor; *iuxta ponuntur* dux *p. 1116, 40. 1117, 40. al.,* praecursor *p. 1117, 57. 65, sim. al.*). *vox adhibetur imprimis praedicative, ut saepe inter usum adi. et subst. distingui non possit; certe ponitur pro adi. p. 1116, 5. 7. 1117, 1 sqq. al., pro subst. masc. e. g. p. 1116, 14. 1117, 13 sqq. 66 sq., neutr. p. 1117, 40 (iuxta pron. p. 1117, 60); subst. fem. agnoscas imprimis p. 1116, 40. 1117, 26. 1118, 5, ubi respondent alia subst. accedit passim gen. eius, qui (quod) sequitur, e. g. l. 70. p. 1117, 40 sqq. 1118, 2 sqq., ceterum actionis moderandae, regendae p. 1116, 59 sq. 1117, 14 (cf.* in *c. abl. p. 1116, 25. 1117, 35. 73), rei petendae, parandae p. 1116, 18. 1117, 50 (fort. et p. 1117, 3; cf.* ad *p. 1116, 52,* usque ad *p. 1116, 54,* in *c. abl. p. 1116, 47*).

I *mero fere respectu loci vel temporis*: **A** *de rebus deisve caelestibus* (*stella Veneris vel Aurora praeter l. 75; sublucet vis praenuntiandi; cum gen. excepta p. 1116, 1*): Cic. carm. frg. 1, 2 *Hesperus* hunc *Ceycem* genuit ... -us Aurorae, solis noctisque satelles ([*explicat* Non. p. 65, 8 antecedens]. Ov. epist. 18, 112 -us A. Lucifer ortus erat). Ov. met. 15, 190 cum -a lucis (luci *var. l.*) ... Pallantias inficit orbem. Sen. Med. 71 (*ad Vesperum*) tu ... gemini -a temporis ... stella. Serv. Aen. 2, 802 ('Lucifer ... ducebat ... diem') lucis est -us. Ambr. hex. 4, 6, 27 surgentis solis -a aura dulcis aspirat. Pavl. Petric. Mart. 3, 339 cum -a solem nuntiat acceptum spargens aurora ruborem.

B *de animantibus quibuslibet*: **1** *vi locali de eo, qui praecedit aliquem in pompa vel itinere sequentem* (*ad IIA traximus locos, quibus accedit color ducendi*): Ov. ars 1, 542 ecce leves satyri, -a turba dei *Bacchi.* met. 11, 65 *Orpheus* nunc praecedentem *Eurydicen* sequitur, nunc -us anteit. Stat. silv. 2, 1, 175 -a ... agmina *pompae funebris.* Amm. 24, 4, 31 Victorem ... exercitūs -um, *sc. primo in agmine.* 25, 6, 2 adoriuntur nos elephantis -is Persae. Sidon. epist. 4, 25, 1 provincialium sacerdotum -o partim, partim comitante collegio. Vitae patr. Iurens. 91 porta tu -us *onus. al.* **2** *vi potius temporali de eo, qui prior (vel primus) iter quoddam fecit*: Pavl. Nol. carm. 5, 42 qua *via* ... penetrat super aera curru Elias et ... -us Enoch. epist. 23, 14 p. 171, 17 *Samarites* (*Luc. 10, 33*) hominem suum praetermissum a -is nec curatum miseratus accessit. Avg. epist. 120, 6 p. 709, 24 sibi, *i. philosophis,* longe excellentius in ea *via, i. fide,* fuisse -os piscatores ... credendi firmissimo robore. Arator act. 1, 870 (*de Cornelio centurione, qui in serie paganorum baptizatorum primus est*) sacri fontis ... -us.

C *de rebus quibuslibet*: **1** *quae ordine temporis praecedunt*: Amm. 26, 10, 16 densitate -a fulgorum ... concutitur *terra.* Clavd. 26, 294 vile decus *triumphi,* quod non erexit -us horror. Consvlt. Zacch. 3, 5 p. 105, 25 laborem nuptiae praecesserunt et tribulos ... passuri -os adiere conventus *Adam et Eva.* Leo M. serm. 45, 1 l. 7 quadraginta dierum ieiunium, quod festi paschalis est -um (*nisi ad IIB1b*). Petr. Chrys. serm. 124, 8 lingua ... caput mali *est* ... et merito prima est in gehenna, in cruciatu -a, dux poenarum. Epist. pontif. 557 Arel. 21 p. 31, 36 -a medendi semper austeritatis est lenitas nec omnis ferro statim culpa compaescitur. *al.* **2** *quas quis prae se fert, porrigit sim.: de partibus corporis*: Ambr. hex. 5, 22, 75 *ut cycnus* cervicem extendat ..., quae quasi -a reliqui corporis escam ... rapiat. Pavl. Petric. Mart. 4, 550 *boum lingua* -a ... adlambens colligit herbas. *de virga* (*praelata ut p. 1117, 7; cf. l. 73*): Mart. Cap. 5, 433 *senex* -am virgam gestans lictoris ... praecedebat usu.

II *cum coloribus peculiaribus*: **A** *viam monstrandi, ducendi, praecipiendi sim.* (*de deis et hominibus passim, de animalibus l. 40. 53. al., de stellis, lumine sim. l. 73. p. 1117, 5. 8 sq. al., de variis incorporeis l. 46. 71 sq. p. 1117, 24 sqq. al.*): **1** *proprie vel in imag., sc. vigente respectu itineris faciendi*: **a** *praedicative*: **α** *vario usu*: Ov. ars 2, 57 (*Daedalus ad filium*) ego -us ibo: sit tua cura sequi, me duce tutus eris (Itin. Alex. 21 duos corvos draconesve -os ivisse *Alexandro per deserta.* Prvd. perist. 6, 10. *al.*). Ib. 266 columba est data ... -a ducque rati *Argonautarum.* Stat. Theb. 1, 326 ferre iter impavidum, seu -a ducit Erinys, seu fors illa viae ([Schol. -a: dux viae; -i enim dicuntur duces viarum]. Itin. Alex. 19. *cf.* Stat. Theb. 12, 465 Iuno ... inducit -a matres). Lact. inst. 4, 24, 8 ut qui docet, faciat quae docet et sit quasi -us et manum porrigat secuturo (Ambr. epist. extra coll. 14, 87 erit ... iustitia comes, si fides -a sit. Orient. carm. app. 3, 130 *Christus appellatur* via: quod sanctis sit -us in paradiso. Ps. Greg. Tvr. Thom. 71 Christus ... ⌞tibi erit viator et -us⌟ [⌞ ⌟ *cf. gr. p. 80, 31 σε χειραγωγήσει*]. *al.*). Hil. trin. 6, 2 *si* sequerentur Christum ducem, prophetas nuntios, apostolos -os (Amm. 18, 7, 11 laudato ... suasore et iusso ducere, qua norat, agmina ... pra⟨e⟩vium sequebantur *eum.* Hier. in Mich. 3, 1 l. 29 *dominum* [*antea*: princeps itineris]. *al.*). 9, 17 *Christus* se ad eos *thesauros caelestes* -um tribuens. Clavd. 20, 426 sulcandas qui *piscis* -us edocet undas. Evseb. Gallic. hom. 4, 1 l. 7 quam *stellam* ... magis usque ad ... cunabula -am fecit *deus.* Cassiod. Ios. antiq. 12, 305 p. 351 hostibus ... -os ei[s] *imperatori* dantibus aliquos de fugientibus Iudaeorum (*gr. ὁδηγούς*). Arator act. 2, 903 angariat ... te quicumque petens, ut pergas -us unum, cetera vade simul duo milia (*respicitur Matth. 5, 41*). *et saepius. accedit gen.*: Ambr. in psalm. 118 serm. 14, 11, 2 sit ... tibi fides itineris tui -a (Evcher. laud. her. 1. *al.*). Heges. 4, 2 p. 242, 25 me *Vespasianum* ... habebitis -um pugnae (*cf. gr. 4, 48 πειράσομαι ... προάγειν ὑμῶν*). Ivlian. epit. in psalm. 67, 8^{b} (*de deo*) -us ac ductor populi (*cf. gr. προηγούμενος ... ἡμῶν*). **β** *abl. absol.*: Amm. 14, 11, 17 interfectorum ... catervae Domitiano et Montio -is correptum eum, ut existimabat *Gallus* in somniis, uncis furialibus obiectabant. 24, 7, 3 *Iulianus* infaustis ductoribus -is mediterraneas vias arripere ... proposuit. Ambr. hex. 6, 4, 21 p. 217, 7 nullo -o, nullo praegustatore *a feris* carpitur herba nec laedit. Hier. in Gal. 3, 14 p. 364^{A} ut benedictiones ... ipso *Christo* auctore et -o transferrentur ad gentes (Sidon. epist. 2, 12, 3 -o C. *rus proficiscimur. cf.* Pavl. Nol. carm. 17, 79 -o ... nomine Christi). Pavl. Nol. epist. 16, 11 p. 124, 9 tua ... mens ... in ipsam arcem sapientiae Christum fide -a dirigatur. Avg. epist. 186, 10 p. 53, 8 *gratiam dei* comitante non ducente, pedisequa non -a voluntate *hominis* (*antea*: non ... praecedit). Petr. Chrys. serm. 64, 1 qua *lucerna verbi* -a mysterii ... ingrediamur obscura. Salv. gub. 1, 42 *gens Hebraeorum* agit iter ... -o deo (Sidon. epist. 4, 15, 3. *cf. p. 1117, 32*). *al.*

[Spoth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *attributive*: STAT. Theb. 4, 485 angue ter excusso et flagranti -a taxo, Tisiphone, dux pande diem (*nisi ad a*). AMBR. in Luc. 7, 122 p. 334, 19 misericordia, quae caelestium dux -a (et -a *Schenkl sec. var. l.* est -a) mansionum ... tabernacula defunctis adquirit aeterna. PRVD. cath. 5, 43 plebem *Iudaeorum* ... fulgure -o ducebat radius (*respicitur columna ignis [exod. 13, 21] ut*: CONSVLT. Zacch. 2, 10 p. 68, 21 -ae divinitatis auxilium). perist. 2, 147 *caecus quidam* baculo regebat -o ... gradum. LEO M. serm. 31, 2 l. 20 *tres magi* -i fulgoris indicium ... comitantes (*in eadem re*: 32, 1 l. 10 stella [35, 1 l. 4 SEDVL. hymn. 2, 34]. 34, 2 l. 38 -um luminis cursum. *cf. p. 1116, 54*). SEDVL. carm. pasch. 5, 62 -us ... signifer (*Iudas armatos adducens ut*: op. pasch. 5, 3 p. 276, 14 -us ductor ac s.). ARATOR act. 2, 1088 *tempestate coorta* -a fluctivagae latuerunt sidera puppi. *al.*

c *per se ponitur* (*sc. masc. pro subst.*): HIER. in eccles. 10, 15 l. 234 non habuerunt ducem et -um itineris *philosophi pagani.* epist. 53, 6, 1 te in scripturis sanctis sine -o et monstrante semitam non posse ingredi. in Gal. 2, 7 p. 387[A] ut ... non deesset eis *gentibus* doctor et -us (*antea*: quem sequerentur). vir. ill. praef. 3 nullum -um sequens ... magistrum memet ipsum habeo. PRVD. c. Symm. 2, 904 vestrum penetrate chaos, *pagani,* quo vos vocat ille -us infernae perplexa per avia noctis (*889* dux daemon adest).

2 *translate de iis, qui (quae) quolibet modo praesunt, praecipiunt, regunt sim.* (*pauca, quibus imago itineris evanuisse videtur; audacius in technopaegnio l. 23*): **a** *de rebus*: AVSON. 339, 6 p. 157 lux ..., cui -us est sol (*fere de auctore vel causa; de praenuntio cogitant alii*). AMM. 31, 7, 6 -a ... spe meliorum Romani duces ... ausuri aliquid gloriosum *eqs.* AMBR. Iac. 1, 2, 5 p. 7, 15 temperantia est ... correctionis -a, disciplinae magistra. OP. imperf. in Matth. 1 p. 628 Ioachin, quem Pharao ... fecerat regem et non populus dei -o iure (*IV reg. 23, 34*). *al.* **b** *de animantibus*: CONSVLT. Zacch. 1, 31 p. 39, 15 hic *diabolus* primum hominem ad temerandam praecepti legem in serpente -us et suasor animavit. MART. CAP. 6, 567 (vers.) *Minerva,* quae facis arbitrium sapientis -a curae ac rationis apex *eqs.* SIDON. epist. 3, 7, 2 si quam -o deo quaestor ianuam securitatis aperuerit. IORD. Get. 100 dum eorum *Gothorum* -us existeret Ostrogotha (*99* O. rex Gothorum). Rom. 355 Lilingis, eorum *Isaurorum* et in bello et in consilio -us. FACVND. defens. 12, 2, 23 Marcianus princeps ... sacerdotalium non -us, sed pedisequus decretorum ... pronuntiat *eqs. al.*

B *praenuntiandi vel praeparandi*: **1** *generatim; pertinet potius ad*: **a** *praenuntiandum, praesignificandum* (*huc vergunt quaedam sub IA allata*): STAT. Theb. 7, 403 quae *monstra* ... nectit prodigiale canens certi Fors -a fati. AMM. 31, 5, 8 inter metuenda multa periculorumque -a maximorum. SIDON. epist. 5, 16, 1 quaestor ... litteras adventus sui -as misit. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 301 -a vicini ... signa furoris. ALC. AVIT. epist. 15 -o praestolatae visitationis nuntio gaudeamus. *in interpretatione allegorica christiana*: PAVL. NOL. epist. 5, 2 p. 25, 13 *regina austri* (*Matth. 12, 42*) invisitatarum gentium socia, iam tamen visitandarum -a. ARATOR act. 1, 706 recte -us ... huic *reginae Aethiopum (act. 8, 27), i. ecclesiae,* spado est, qua procedente libido pellitur (*702* praemittit). **b** *praeparandum* (*hucine p. 1116, 24?*): AMBR. epist. 9, 66, 8 fides velut -a caritatis occupat animam et praeparat semitas venturae dilectioni. PAVL. NOL. carm. 24, 880 filius, vestrae salutis -us (*sc. quam is dei ministerio deditus parentibus parat, sicut Ioseph in Aegypto alimenta paravit patri, v. 841 sqq.; an trahas ad A?*). BOETH. cons. 4, 1, 2 o *philosophia,* ... veri -a luminis. CAES. AREL. serm. 213, 5 p. 806, 5 ut, cum in nobis ista *vitia* defuerint, locum virtutibus -us puritatis nitor aperiens spiritum sanctum in domicilium paratae sibi habitationis includat.

2 *speciatim; pertinet ad praecursores*: **a** *Christi, sc. Iohannem baptistam*: CYPR. epist. 61, 4 p. 697, 18 Iohannes praecursor eius *Christi* et -us (HIER. in Is. 11, 40, 3 l. 42 sermonis dei p. et -us. MAX. TAVR. 5, 3 Christi). HIER. c. Lucif. 7 p. 162[C] baptisma eius -um dominici baptismatis fuit (*de eadem re*: tract. in Marc. p. 325, 18 quasi -um quoddam). PAVL. NOL. epist. 49, 12 p. 400, 12 -i Iohannis habitum ... imitabatur. CHROMAT. in Matth. 8 l. 16 Iohannes domini -us ac minister adventum caelestis regis annuntians iter domino ... praeparabat. *al.* **b** *Antichristi, diaboli, haereticorum*: LACT. mort. pers. 2, 8 Neronem venturum putant, ⟨ut praecu⟩rsor diaboli ac -us sit venientis *eqs.* HIL. c. Aux. 1 *pacem fieri* imminentis Antichristi -i ministrique *non* sunt passi. trin. 6, 46 l. 13 *diabolus* loquitur ... per adventus sui profetas ac -os. PELAG. in II Thess. 2, 7 qui falsis doctrinis eius *Antichristi* -um (praemium, breuem *var. ll.*) faciunt iter. ENNOD. opusc. 2, 125 p. 326, 8 adulteri Laurenti aut sequaces aut -i. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 27 l. 29 *Origenes* -us Arrii ... declaratus ... de ecclesia pulsus est (*gr. πρὸ Ἀρείου ... ἐρρίφη*).

C *praeveniendi, praeoccupandi*: AMBR. off. 1, 24, 111 (*de Iacob*) in satisfactione -us, in remuneratione largus. PAVL. NOL. carm. 6, 208 *in Iohanne puero* ⌞serietas lascivi -a sensus⌟ iam tenera informat venturis moribus ora (⌞ ⌟ *i. praematura serietas sensus puerilis; cf. e. g. vol. VII 2, 984, 49*). AVG. anim. 2, 17, 23 p. 358, 24 sive mutua sive -a caritate monuisse. MART. CAP. 2, 125 (vers.) virgo perite -a sortis *tuae, Philologia,* quae potuisti scandere caelum *eqs.* (*'praevertit sortem suam caelumque ... iam antea ... studiis appetiit' Kopp, 1836, ad l.; ad B trahunt alii*). PROSP. epist. 1, 5 p. 461, 21 *gratiam* dei comitem, non -am humanorum volunt esse meritorum (*cf. p. 460, 3* praeveniat). SIDON. epist. 3, 12, 2 antequam pervenirem, facinus ... -o clamore compescui. ENNOD. epist. 1, 1, 7 p. 3, 12 contestatio ... -i ... sermonis (4, 23, 1 p. 114, 22. 5, 22, 1 p. 143, 12 me -um praestitisse sermonem [*item* 9, 30, 1 p. 252, 4]). 2, 6, 1 p. 44, 16 paginarum -us destinator. opusc. 3, 149 p. 369, 15 illa, quae itineris eius *Epiphani* fuit semper -a, ... praecessit fama. *al.*

deriv.: cf. praevio. *Spoth.*

praeulcero, -ātum, -āre. *a* prae *et* ulcerare. *i. q. antea ulcerare* (*sc. tractatione quadam*): CAEL. AVR. chron. 5, 1, 18 locis -tis adponimus ... calcem (*cf.* ulcerationem *vel* ulcus praeficere *supra p. 632, 2. 4*).

praeumbro, -āre. *a* prae *et* umbrare *vel* umbra (*cf.* ad-, in-, obumbrare). *i. q. umbra(ndo) praetegere* (*sc. in imagine respicitur obscuratio*): TAC. ann. 14, 47, 1 Memmius Regulus auctoritate, constantia, fama, in quantum -ante imperatoris fastigio datur, clarus (*cf.* obumbrare *hist. 2, 32, 2*).

praeunguo, -ūnctum, -ere. *a* prae *et* unguere. *i. q. antea unguere: p. p. p.* -tus (*sc. praeverbio quodammodo abundanter adhibito*): CAEL. AVR. chron. 2, 1, 34 terga -ta ... *sole* calefacta, quae substrata accipiunt aegrotantes. 4, 3, 45 *per anum* immittendus digitus ... -tus adipe anserino (*cf.* gyn. 2, 84 *vulvae* immittenda ... manus -ta [*gr. p. 138, 3 λελιχασμένην*]). gyn. 2, 9 -tis partibus oleo calido (*gr. p. 102, 25 περιχριομένων*). *?gerund.* -endus (*nisi est falsa var. l.*): THEOD. PRISC. eup. faen. 65 cum pulverem aspergere coeperis, ⌞-endum⌟ est vulnus pice solutiore (⌞ ⌟ per- *var. l. praetulit Rose, quam vocem frequentant Theod. Prisc. aliique medici*).

*?**praeūnio,** -īvī, -īre. *a* prae *et* unire. *i. q. antea unire* (*nisi locum corruptum putes*): LVCIF. Athan. 1, 27 l. 16 *non pugnavimus* cum collegis sectae tuae Arrianis, cum eosdem iam pridem dei potentia cum Ario apud Niciam tempore, quo ... fides descripta est, -verit (*sc. damnatione?* punierit *var. l.; sensus, quem exspectaveris, elucet ibid. l. 19* quos semel deus pepulerat de populo suo).

1. praevoco, -āre. *a* prae *et* vocare. *additamentum duorum codd. in serie compositorum verbi q. e.* vocare NOT. Tir. 32, 27[a].

2. praevoco *v.* -foco.

*?**praevolito,** -āre. *a* prae *et* volitare. *i. q. volitare* (*vi praeverbii incerta, nisi falso editur pro* per-): Ps. PRIMAS. in Rom. 9 p. 470[A] equus potest currere, sed si non habeat rectorem, ... praeceps -at et rectum iter non ambulat. *Bk.*

praevolo, -āvī, -āre. *a* prae *et* volare. NOT. Tir. 75, 97[a] -at (*om. K*). *legitur fere singulis locis inde a* CIC., HYG., TAC., *decies apud* AVG.; *dactylici nimirum praeferunt* antevolare. [*confunditur in codd. cum* praevalere, *e. g.* AVG. gen. ad litt. 10, 21 p. 325, 14, *quod infra negleximus; falsa var. l. pro* praeolat PLAVT. Mil. 41, *v. supra p. 746, 10 sq.; vix recte editum est inde ab ed. princ.* AVG. util. ieiun. 2, 2 -antem (revolantem *cod. unicus*).]

1 *proprie vel in imagine respicitur motus*: **a** *fere i. q. antecedere volando, se movendo*: **α** *intransitive* (*c. dat. fin.* MART. CAP.): CIC. nat. deor. 2, 125 *grues* in tergo -antium colla et capita reponunt (*item de avibus*: TAC. hist. 1, 62 3 aquila leni meatu prout agmen incederet, velut dux viae -vit. *de signo*: MART. CAP. 5, 433 corax oris aurati, *quem gestabat Tisias ante Rhetoricam incedens,* venientis feminae auspicio -bat [*luditur nomine rhetoris Coracis*]). HIST. AVG. Sept. Sev. 22, 1 ipse somniavit *se* quattuor aquilis ... -ante nescio qua ingenti humana specie ad caelum esse raptum. PRVD. perist. 5, 499 longe ... artus *martyris* -ant telluris ad ... sinum (*relictis nautis insequentibus*). *de epistula prius allata*: AVG. gest. Pelag. 30, 55 p. 109, 10 epistula ... gestorum *episcopalium* tarditate procurata celeritate praecedens in manus hominum -at. **β** *transitive*: CYPR. GALL. gen. 1439 procurrit Iudas et fratrum -at agmen. **b** *fere i. q. ante conspectum volare, volando occurrere* (*sc. intransitive*): HYG. Gell. 7, 6, 3 (*docte usurpatum ad explicandam vocem q. e.* praepes, *v. supra p. 764, 3 sqq., ubi vix suspiceris notionem q. e. porro volare*). APVL. met. 6, 15, 2 *aquila* ob os puellae -ans. CAEL. AVR. acut. 3, 14, 116 aurium tinnitus, visus quoque falsitas -antium (*coni. Bendz,* pro- *ed. pr.*) veluti animalium minutorum. **c** *fere i. q. volando superare* (*sc. transitive*): AVG. in psalm. 38, 2 l. 32 transilire fossas, aut aliqua altiuscula -are saliendo. MART. CAP. 1, 93 (vers.) rapidis -at axibus ac mundi exsuperat saepe means ⌞globum⌟ *Philologia ingenio suo* (⌞ ⌟ *ἀπὸ κοινοῦ. item in imag.*: Ps. ATHAN. ad mon. 1 p. 71[A] *ut* ad veram vivendi frugem gradus interpositos -antes ... disciplinae summam teneatis).

2 *translate respicitur actio mentis, ut sit i. q. cogitando praevenire* (*transit. p. 1119, 3. 5*): **a** *antequam quid enuntietur*: AVG. epist.

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

71, 3 (*Hieronymo*) quia -as ingenio, non solum quid dixerim, verum etiam quod dicere voluerim ... intellegis. gen. ad litt. 10, 21 p. 325, 14 nisi ... tale ingenium sit, quod possit loquentis -are conatum. serm. 52, 13 Rev. Bénéd. 74, 1964 p. 24, 192 iam clamastis, quia -atis (-astis *et* clamatis *var. ll.*). 52, 20 *ibid.* p. 33, 354 vos ... non solum percepisse dictum, sed -asse dicturum. **b** *antequam alius intellegat*: AVG. persev. 17, 13 quod ut apertius propter tardiusculos explicemus, remorationem meam ferant, quibus ingenio -are donatum est (*cf.* in psalm. 38, 18 l. 9 video quosdam -asse et intellexisse, sed a celerioribus non sunt deserendi tardiores. serm. 352, 4 p. 1554 iam veloces -ant *eqs.*). in psalm. 118, serm. 8, 4 l. 59 -at intellectus: et tarde sequitur ... affectus. *Morelli.*

?**praevolvit** NOT. Tir. 75, 89[d] (*affert Schmitz in indice omissa nota in app. crit.*). *a* prae *et* volvere.

praevorto(r) *v.* praeverto(r).

praeūro, -ustum, -ūrere. *a* prae *et* urere. *syllaba prima corripitur* VERG. Aen. 7, 524, *quod testantur* SERV. *ad l. et* PRISC. gramm. II 38, 8; *cf. e. g. supra p. 595, 22.* [*confunditur in codd. cum* perurere CATO agr. 161, 2 COLVM. arb. 11 AGROEC. gramm. VII 121, 7; *e coni. dubia* VITR. 1, 6, 11 (prudens *vel* procedens *sim. trad.*; -ens *Krohn,* trudens *Wistrand*).]

i. q. parte anteriore vel summa urere (*sc. calore, igne, sed frigore l. 22 et 2b*): **1** *formae finitae*: CATO agr. 161, 2 ⌞sum (*i. eum*)⌟ stramentis per hiemem operito, ne -atur (⌞ ⌟ *sc. asparagum; sunt qui coniciant* semen *vel* satum). COLVM. arb. 11 uvas, quae meridiem aut occidentem spectabunt, ne -antur, suo sibi pampino tegito (*sunt qui cogitent de vi praeverbii temporali, vix recte; cf. 5, 5, 15 ut* fructus uratur). SERV. auct. georg. 1, 170 (*additamentum cod. V, quod vulgo tribuitur Philargyrio*) quae *pars aratri* ut curvari possit, ante -itur.

2 *p. p. p.* **praeustus,** -a, -um *fere pro adi., i. q. ab summo ustus* (*accedente abl. instr. viget vis verbalis l. 41. 44*): **a** *flammis, calore: de telis (fossarum palis l. 35) igne duratis*: CAES. Gall. 5, 40, 6 multae -ae sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur (VERG. Aen. 7, 524 non iam certamine agresti, stipitibus duris agitur sudibusve -is, sed ferro ... decernunt. TAC. ann. 4, 51, 1). 7, 22, 5 apertos cuniculos -a et praeacuta materia et pice fervefacta ... morabantur. 7, 73, 6 teretes stipites ... ab summo praeacuti et -i demittebantur *in scrobes.* LIV. 1, 32, 12 ut fetialis hastam ferratam aut -am sanguineam (*Madvig*; s. -am *codd.*) ad fines eorum ferret. TAC. ann. 2, 14, 3 *apud Germanos* primam ... aciem hastatam *esse,* ceteris -a aut brevia tela. *de variis rebus*: COLVM. arb. 8, 3 terebra ... urit eam partem, quam perforat; -a autem pars raro ... comprehendit insertos surculos (*cf. 4, 29, 15* deusta). OROS. hist. 5, 13, 3 ut tecta aedium calidis *Aetnae* cineribus -a et praegravata conruerent. AGROEC. gramm. VII 121, 7 torris: lignum -um. **b** *frigore*: LIV. 21, 40, 9 -i artus *militum, qui Alpes transgressi sunt,* nive rigentes nervi, membra torrida gelu. PLIN. nat. 3, 134 -is in transitu Alpium nive membris.

praeut *v.* prae. *Terkelsen.*

praeūtilis, -e. *a* prae *et* utilis. *i. q. admodum utilis* (*cf.* perutilis, *quod legitur inde a Cic.*): CAEL. AVR. gyn. 2, 10 est -is embasis ex oleo adhibita (*gr. p. 103, 13 μεγαλωφελής*).

praevulsum *v.* praevello.

praezēlo, -āvī, -āre. *a* prae *et* zelare *sec. gr. παραζηλοῦν. i. q. zelare, sc. zelo afficere, exasperare* (*vi praeverbii fort. temporali, sc. cum abundantia quadam; an intensiva?*): VET. LAT. deut. 32, 21 (cod. 250; *verba dei*) ipsi ⌞-verunt⌟ me in non deo, in ira concitaverunt me in simulacris suis, et ego ⌞zelabo⌟ eos in non gente (⌞ ⌟ *gr. utroque loco respondet παραζηλοῦν, cod. 100* in zelum compellere; *alias vers. v. vol. IX 2, 34, 56 sqq.*).

prāgma, *abl. plur.* -atibus *n., πρᾶγμα.* NOT. Tir. 76, 13 -a. *i. q. πρᾶγμα, sc. negotium, res sim.* (*in locutionibus gr. integris exhibent vocem iam* PLAVT. Cas. 728 CIC. Att. 6, 1, 17): **1** *explicationes*: QVINT. inst. 3, 6, 28 *quidam inter elementa, circa quae versatur omnis quaestio,* pro illo ... 'actu' subiciunt 'res', id est *-ατα.* ISID. orig. 5, 22 *-a* graecum est, quod latine dicitur causa *eqs.* (*v. p. 1120, 71; cf.* GLOSS. -a: causa).
2 *usus auctorum spectat ad: argumenta declamationibus tractanda*: IVL. VICT. rhet. p. 9, 26 *qualitatis status* varius est et in ... forensibus negotiis magis quam in -bus scholasticis assiduus (p. 15, 2). p. 19, 6 quod ... in -bus rationalium statuum multae leges inveniantur (*postea affertur thema*: fur quadruplum solvat *eqs.*). *quamlibet rem cognoscendam*: POMP. gramm. V 111, 14 figura *litterae* est, qua scribitur; ... ceterum quid est figura? si velis verum scire, invenis aliud -a.

prāgmatīa, *acc.* -am (*plur.* -ās), *abl.* -ā *f., πραγματεία. i. q. πραγματεία*: *de studio et opera poetae*: PORPH. Hor. epist. 1, 19 praef. ha[e]c epistula ... -am suam vult in carminibus demonstrare (*inde Schol. p. 1120, 44. respicitur Hor. ibid. 21 sqq.* libera per vacuum posui vestigia princeps *eqs.*). *de tractatu, libro eiusve argumento*: SERV. Aen. 6 praef. ut plerique de his singulis *argumentis* huius libri integras scripserint -as (-matica *var. l.*). SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 41 Furius Vivaculus in -a belli

Gallici (*affertur Bibac. carm. frg. 15, quod sine titulo libri laudat Porph. ad l.; hanc carminis appellationem in schola grammatici ortam esse putem [cf. etiam* pragmaticus *sub 1a], sed ipsi poetae tribuit Henriksson, Gr. Büchertitel, 1956, 39 sqq.*).

prāgmatica *v.* pragmaticus.

prāgmaticārius, -a, -um. *a* pragmaticus. *i. q. ad pragmaticas sanctiones pertinens, sc. masc. pro subst. (adi. l. 10?) de officiali, qui iis scribendis operam dat*: COD. Iust. 1, 23, 7, 2 (*a. 477*) qui illicite dictata scribere ausi fuerint cuiuscumque scrinii memoriales seu -i vel adiutores primicerii. 12, 33, 5, 4 (*a. 524*) in viris devotis laterculensibus et -is vel a secretis ..., quos memorialium etiam aut agentum in rebus adornat cingulus. *Bk.*

⁂**prāgmaticus,** -a, -um, *πραγματικός. si excipias usum iuris sub 2b illustratum, vox non plene recepta videtur in sermonem lat. traduntur saepe formis vel etiam litteris gr., v. infra; ceterum scribitur in codd. rec. hic illic* prauma-, *e. g.* CONC.[S] II 2, 2 p. 19, 18. *notatur* prag PAP. Sammelb. 5357, 11 (*saec. V vel VI*). NOT. Tir. 76, 14 -us. *legitur raro apud* ACC., TAB. devot. *infra l. 74,* CIC., QVINT. *al., sed multo saepius inde a saec. V in usu sub 2b illustrato; in poesi singulis locis apud* MART. *et* IVV.

i. q. πραγματικός, sc. ad ipsas res, ad negotia sim. pertinens, negotialis (*usurpatur saepe pro subst., v. infra 2a, 2bβ et passim sub 1 et 3b. dubium, utrum notionem generalem praebeant, an potius ad usum rhet. [cf. l. 53. 58] vel iuris [cf. p. 1121, 34] spectent explicationes hae*: ISID. orig. 5, 22 -a negotia dicuntur [*v. infra l. 72*]. GLOSS. per -um: per negoti⟨ati⟩onem. -a: negotiatio. -am: negotialis [*sic; perperam insertum est inter explicationes ad Hier. in Matth.*]): **1** *in arte gramm. et rhet. spectat ad rem, quae tractatur*: **a** *quolibet scripto vel carmine*: **α** *in titulo libri* ACCII (*ubi egisse videtur de argumentis variisque rebus ad poesin [maxime scaenicam?] pertinentibus, sc. non de stilo, verbis sim.; v. Henriksson, Gr. Büchertitel, 1956, 19 sqq.*): GELL. 20, 3, 3 L. Accius poeta in -is. NON. p. 150, 12 Accius -is. p. 156, 3 Accius -o⟨n⟩. *huc pertinere videtur*: GELL. praef. 8 est qui *-ά* et *πάρεργα* et *διδασκαλικὰ fecerit titulos.* **β** *cetera exempla*: SVPERSCR. Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 99, 20 codd. AB liber tertius de ... mixtis metris -us (-is *trad., sed opponitur in Subscr. ibid.* didascalicus ... liber secundus; *ceterum nom. trad. recte* SVPERSCR. *ibid.* p. 140, 6. *ad rem cf. Ps. Mar. Victorin. ibid. p. 100, 4 sqq.* decursis metrorum ... elementis ... *nunc dicam,* quae ex isdem ... derivata ad innumerabiles metrorum species ... processisse videantur). TITVLVS Hor. carm. 1, 1 rec. *Ξ* ⟨de⟩ vario hominum scribit officio; -e monocolos (*sc. ode. item fem. pro subst. ibid.* 2, 1. *in* rec. *Ψ*: 1, 11. 2, 7. 3, 1. *ceterum*: SCHOL. Hor. carm. 3, 30 tit. [*cod. A*]. *ad rem cf. Procli chrestom. p. 250, 7 W. -ά* [*sc. μέλη*] ..., *ἃ τινῶν περιεῖχε πράξεις*). *huc traham explicationem ineptam* (*corruptam e Porph. supra p. 1119, 70* [*cf. falsam var. l.* SERV. *p. 1119, 75*]): SCHOL. Hor. epist. 1, 19, 1 qua *epistula* demonstrat -am suam, idest causam, quare carmina composuerit.

b *arte rhet.*: **α** *in universum*: QVINT. inst. 2, 21, 3 *quidam materiam rhetorices definientes* ei ... locum in *ἠθικῇ* negotialem adsignant, id est *-όν.* 3, 7, 1 quod genus *demonstrativum* videtur Aristoteles ... a parte negotiali, hoc est *-ῇ*, removisse. **β** *in doctrina statuum de qualitate negotiali* (*ad rem v. e. g. Calboli Montefusco, La dottrina degli status, 1986, 99 sqq.*): QVINT. inst. 3, 6, 35 *Apollodorus* quaestionem aut in rebus extra positis ... aut in nostris opinionibus existimat positam, quorum illud *-όν,* hoc *περὶ ἐννοίας* vocat. 3, 6, 57 *qualitatem* negotialem, *-ήν* vocat *Hermagoras,* in qua de rebus ipsis quaeritur remoto personarum complexu. decl. 299, 1 probativae duae, altera pathetice, altera -e, id est, adfectus et iuris quaestiones. SVLP. VICT. rhet. 40 p. 337, 30 in qua *commiseratione* plerumque ex -ae (grammaticae *trad., em. Capperonier*) qualitatis locis multa dicentur. IVL. VICT. rhet. p. 9, 30 *qualitatis species* -a, id est negotialis, et dicaeologica, id est iuridicialis (*sec. Cic. inv. 1, 14, ubi desunt voces gr.*). p. 10, 1 tit. p. 10, 3 -a fit modis pluribus (*sc. qualitas*).

c *figura quadam*: EMPOR. rhet. p. 562, 28 genus ... ethopoeiae, quod rei gerendae causa tantum inducitur, ... (*affert Verg. Aen. 4, 223. 11, 243*), quae materies -a nominatur.

2 *in iure et in re publica*: **a** *de hominibus, sc. masc. pro subst.* (*nisi dubites de p. 1121, 1*): **α** *significatur quidam legum peritus, qui minister causae agendae adhibetur (v. Nörr, RE Suppl. X 639 sqq.): explicationes* (*cf. p. 1121, 4*): CIC. de orat. 1, 198 apud Graecos infimi homines ... ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii qui apud illos -i vocantur. 1, 253 *ministri in causis iuris periti* -i vocantur. QVINT. inst. 3, 6, 59 Graeci *-ούς* vocant iuris interpretes. 12, 3, 4 unde nomen his, *qui tela agentibus subministrant,* -orum datum est. ISID. orig. 5, 22 *πρᾶγμα* graecum est quod latine dicitur causa; unde et -a (-mata, -matia *var. ll.*) negotia dicuntur, et actor causarum et negotiorum -us nuncupatur. GLOSS. II 414, 64 *-ός*: negotiosus, forensis, rerum peritus. *exempla cetera*: TAB. devot. (CIL I[2] 3439; *saec. II ex. a. Chr.*) 13 Se⟨u⟩them -um (*ita Solin; nomen pro*

[Mensink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prium intellexerunt alii). Cic. de orat. 1, 253 ei *oratori graeco* -um ⌞adiutorem⌟ dare (⌞ ⌟ *praedicative, ni fallimur*). Mart. 12, 72, 6 -us (*3* deseris urbanas lites). Ivv. 7, 123 inde (*ex honorario*) cadunt partes ... -orum, *quos adhibuit causidicus* (Schol. iurisperitorum, qui negotiales causas agunt). Vlp. dig. 48, 19, 9, 4 solet ... ita (*sc. foro*) vel iuris studiosis interdici vel advocatis vel tabellionibus sive -is. β *significari videtur, qui in municipio (vel collegio?) munere quodam fungitur* (*ad rem v. Nörr, RE Suppl. X 650 sq.*): CIL XIII 7061 *seviro* Augustali ... -o. 7064 dec(urionis) ... viri sacerdotalis -i. *lectiones dubiae*: CIL III 10531 XI 6230.

b *de rebus, sc. de genere quodam rescripti, quo in causa publica aliquid peculiare statuit ipse imperator* (*vel rex l. 60, fort. etiam praeses l. 62; gr. respondet passim -ός, quod infra fere negleximus; in contextu occurrit* specialis *l. 23. 27, opponitur* generalis *l. 28. 44. 67 [sed cf. l. 19], distinguitur* lex *l. 37. 39 [sed pro syn. est l. 48, cf. et iuncturam* lex -a. *l. 20]; ad rem v. Wesener, RE Suppl. XIV 460 sqq.*): α *adi.*: Ⓘ *iuncturae variae*: Conc. Carth. a. 411, 3, 38 (*v. etiam* capp. 3, 38) -is rescriptis preces *petitorum* inseri non solere (*item fere* 3, 39 *et* Avg. coll. c. Don. 3, 2, 2 p. 51, 23). Cod. Iust. 12, 16, 3 pr. (*a. 432*) non praeiudicatura quacumque generalitate -a (-i *loco gemino* Cod. Theod. 6, 23, 3). 10, 49, 2 (*a. 445*) nec lege -a nec divina adnotatione ... excusatos (Novell. Theod. 24, 2 nec sacra adnotatione nec l. -a. 24, 3. Marc. 2, 7 huius saluberrimae -ae l. moderationem. 3, 4. *et saepius*). Novell. Theod. 17, 1, 3 temporis praescriptionem ... speciali adnotationis beneficio aut sacra -a iussione *non* posse convelli (17, 2, 5 Marc. 3, 2. Anth. 2 pr. *legem* sub hac -a i. ad *te* ... dirigendam. *al.*). Epist. Arel. 29 p. 42, 12 -is ... constitutis. Novell. Iust. 7, 9 pr. quempiam -um proferre typum (*gr. -όν ... τύπον, pro quo antea ponitur* -a forma. *item variant*: 30, 8 pr. 54, 2 pr. neque speciali iussione nec divino -o t. 113, 1 pr. [*opp.* generales nostras leges]). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 203, 14 huic decreto -o. Ⓘⓘ -a forma (*semper hoc ordine verborum; cf.* Gloss. Leid. Hessels 1, 92 -a forma: principalia imperia): Novell. Valent. 7, 3, 1 -a huius sanctionis f. Conc.^{S} II 2, 2 p. 57, 11 *quidam* per -am f. in duo unam provinciam diviserunt (*item fere* 3, 3 p. 95, 21, *sed gr. II 1, 2 p. 160, 26 διὰ -ῶν tantum, cf.* II 2, 2 p. 36, 17 *et* 89, 32 per -um, p. 108, 2 per -as. *explicat* Gloss. Leid. Hessels 39, 63 per -am f.: per principalia imperia vel negotia). Cod. Iust. 5, 5, 9 (*a. 476–484*) *usurpatorum* rescripta ... vel -as f. aut constitutiones impias ... viribus carere decernimus. Novell. Iust. 7, 9 pr. in circumventionem huius legis temptare -as nostras f. accipere. 7, 10 secundum sacram -am f. (17, 4 pr. 25, 4, 2. 28, 4 pr. *moderator* circumibit civitates a nulla lege forsan aut s. -a prohibendus f. *et saepius ibid.*). *al.* Ⓘⓘⓘ -a sanctio (*inverso ordine verborum*: Cod. Iust. 1, 53 rubr. sine sanctione -a): Cod. Iust. 1, 2, 12, 1 (*a. 451*) -as s., quae contra canones ecclesiasticos ... elicitae sunt. 1, 22, 6 (*a. 491?*) nullum rescriptum, nullam -am s., nullam sacram adnotationem (*opp.* generales sacras constitutiones). 1, 23, 7, 2 (*a. 477*) -as ... s. non ad singulorum preces super privatis negotiis proferri, sed si ... quaedam universitas hominum ob causam publicam fuderit preces. de cod. confirm. 4 -ae s., quae minime in ... nostro codice receptae sunt. Novell. Iust. 43, 1, 1 communis ... sit ... huiusmodi sacra nostra -a s., quam videlicet etiam legem vocare licet. *al.*

β *pro subst. de ipsa sanctione* (*iuxta ponitur* adnotatio *saepe; fere pro syn. sunt* sanctio principalis *l. 54,* litterae divinae *l. 54*): Ⓘ *exempla generis ambigui* (*fortasse potius pro neutr. habenda* [*cf. 3bβ*]. Gloss. per -um: iussio impe[ro]rialis [*spectatne ad l. 33?*]): Conc. Carth. a. 411 capp. 3, 51 exponitur Donatistis forma -i (*in ipso textu*: principali sanctione). Cod. Iust. 4, 61, 12 (*a. 408–412*) quidquid ... vel -is sacris vel adnotationibus fuerit elicitum. Cod. Theod. 11, 1, 36 -i nostri statuta. 16, 5, 52 cassatis quae -i⟨s⟩ vel adnotatione manus nostrae potuerint impetrari ... et veterum principum sanctione servata. Novell. Maior. 5, 1 -i nostri ... praeceptum. Conc.^{S} II 2, 2 p. 19, 18 sopitis ... universis -is aliisve ... litteris divinis. Ennod. opusc. 3, 135 p. 366, 3 cui praecepit *Theodericus,* ut generalis indulgentiae -um promulgaret. *al.* (*cf. e. g. supra l. 19*). *respicitur edictum sim. praesidis* (*si recte legitur*): Pap. Tjäder 2, 33 (*a. 565–570*) cognovimus ex pra⟨gmat⟩i⟨co Zach⟩ariae patricii pl⟨u⟩rimos fundos ... iam traditos esse. Ⓘⓘ *formae certae fem.* (*sc.* forma *vel* sanctio): Novell. Theod. 1, 5 nisi hoc ... divina -a mentibus intimetur (5, 2, 1 licet adnotatio nostra, licet d. -a contra vetitum proferatur. 6, 4 non sacra adnotatio, non d. -a habeat locum contra generalem nostri numinis sanctionem. *al.*). Cod. Iust. 11, 71, 5, 1 (*imp. Theod. et Valent.*) sive adnotatione sive -a. 12, 19, 15, 2 (*a. 527*) per sacram -am. Conc.^{S} II 2, 2 p. 108, 2 per -as (*v. l. 32 sqq.*). Ⓘⓘⓘ *formae certae masc.* (*sc.* typus, *vel etiam* tenor *sim.?*): Conc.^{S} II 2, 2 p. 90, 1 si quae ... civitates per -um imperialem metropolitano decoratae sunt nomine (*gr. II 1, 2 p. 160, 29 διὰ -ῶν, var. l. γραμμάτων, unde e. g. II 2, 2 p. 57, 14* litteris imperialibus). Novell. Iust. 15, 1 pr. si proferat privilegium suum ex divinis formis, vel si -i sint collati (*gr. ἐκ θείων ... τύπων, κἂν εἰ -οὶ καθεστήκοιεν* [*sc. τύποι*]).

3 *vario usu*: **a** *de animantibus, sc. rerum peritis*: Cic. Att. 2, 20, 1 *me a Pompeio amari* credo; ... -i homines ... cavere iubent et vetant credere.

b *de rebus*: α *in universum, sc. respiciuntur quaelibet res, negotia* (*neutr. pro subst.* Cic.): Cic. Att. 14, 3, 2 si quid ⌞-όν⌟ (-on, -um *var. ll.*) habes, rescribe, sin minus, ... mimorum dicta perscribito (⌞ ⌟ *sc. quod ad vitam publicam pertinet*). Porph. Hor. sat. 2, 3, 187 dogma ... Stoicorum quoddam ⌞-όν⌟, quo contine[n]tur omnes homines insanos esse (⌞ ⌟ *sc. quod ad hominum vitam, actiones sim. pertinet*). β *notione sec. 2b deflexa per neutr. pro subst. significatur norma quaedam, praeceptum sim.* (*cum gen. possess.*): Ps. Ambr. paenit. 11 p. 984^{D} (*de latrone in cruce*) haec vera consultatio paenitentiae, hoc praecipuum -um confitendi (*postea*: non praesenti vitae consulere, sed de futuro iudicio cogitare). Ennod. opusc. 3, 50 p. 343, 21 hoc sibi vivendi -um vel disciplinae dogma proposuit, aggressus est, servavit, implevit.

adv. **pragmaticē** (*forma gr. πραγματικῶς usus est* Cic. ad Q. fr. 2, 15, 2). *i. q. per pragmaticam formam*: Conc.^{S} II 2, 2 p. 20, 37 omnia, quae hic acta sunt et -e gesta ..., vacua esse omnino (*de eadem re supra p. 1121, 59*).

deriv.: pragmaticarius. *Mensink.*

[pragmentum *v. vol. X 1, 92, 10.]* **prai-** *v.* prae-.

[pramnion *edd. vet.* Plin. nat. 37, 173 *pro* promnion.]

prancat- *v.* pancrat-.

⊠**prandeo** (prando), prandī (prandidī), prānsum, -ēre (-ere). [*v. sub* prandium. *Fo.*]. Not. Tir. 103, 9 -et. *affertur inter verba II^{ae} coniug.* Qvint. inst. 1, 6, 7. *al.; leguntur formae III^{ae} coniug.*: Vet. Lat. Ioh. 21, 12 (cod. 15 *et var. l.* Vvlg.) -ite. Romvl. fab. 65, 25 rec. vet. -o. Max. Tavr. 50, 1 l. 23 -itis (*cod. S saec. V/VI* [*sed* l. 20 -es], -etis *cett.*). 69, 3 l. 66 -is (*codd. fere omnes*). Regvla mag. 57, 2 -at (*ed. sec. cod. P saec. VII, qui exhibet* prendat; *A* prandeat). Gloss. III 413, 50 -eunt. *ceterum non nisi in falsis var. ll. formae stirpis perf.* (-di *testantur gramm. passim inde a* Sacerd. gramm. VI 485, 30, *improbantes etiam formam* -didi, *e. g.* Prob. inst. gramm. IV 184, 18; *affertur inter perf. vocalis productae* Char. gramm. p. 317, 20, *sed v. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 14, 1906, 396 sq.*): -di *legitur passim inde a* Plavto; -didi *trad. codd. omnibus vel potioribus* (*cf. falsas var. l. infra l. 47 et e. g.* Plavt. Poen. 759 [-didisti *duo recc. contra metrum*]): Vet. Lat. Ioh. 21, 15 (cod. 3) -diderunt (cod. 4. *al.* -didissent, cod. 2. *al.* = Vvlg. -dissent). Cypr. epist. 69, 6 p. 755, 10 -dedissent (*cod. S saec. V/VI,* -didisset *Q,* -disset *cett.*). Peregr. Aeth. 27, 9 -diderint. Hist. Avg. Opil. 13, 4 -didisset (*cod. P,* -disset *unus rec. et fere edd.*). Ps. Hier. epist. 12 p. 72, 5 -didisse (-disse, -sisse *var. ll., sed* p. 72, 6 *omnes codd. exhibent* -didit). Conc.^{S} II 3, 1 p. 77, 7 -diderunt (*in altera vers.* II 2, 1 p. 51, 4 -erunt). Max. Tavr. 72, 3 -diderint (*cod. G saec. VIII,* -erint *ceteri*). Greg. M. epist. 5, 6 l. 30 -didit. Vita Caes. Arel. 2, 31 -didistis. Gloss. III 144, 16 sqq. -didi. -didisti. -didistis. -didimus. *ceterum exhibentur formae* -dii Gloss. III 75, 3 *et* -si *in falsis var. lect. l. 41 et* Liv. 28, 14, 7 -sissent (*pro* pransi essent). Avg. epist. 65, 1 -sisse (-didisse *var. l.,* -disse *edd.*). *gen. plur. part. praes.* -entum Anth. 152, 2; *supinum I* -sum Char. gramm. p. 224, 13 Prisc. gramm. II 483, 21; *supinum II* -su Prisc. gramm. II 558, 16; *part. perf.* -sus *v. infra p. 1124, 35; part. fut.* -surus, ... non -diturus Victorin. gramm. frg. p. 36, 5 (*item* Avdax gramm. VII 362, 3. *v. e. g.* Plavt. *infra p. 1123, 2*). *de genere verbi v. testimonia p. 1124, 38. -o affertur inter verba neutralia e. g.* Serv. gramm. IV 417, 39; *usum trans. testatur* Prisc. gramm. II 378, 5 (*forma pass.* III 269, 21. *de usu auctorum v. infra sub 1b*). *pass. impers. exstat e. g.* Avg. epist. 36, 10. 32. *legitur in versu apud* Plavt. (*undecies*), Hor. sat. *et* epist. (*quinquies*), Ivv. (*ter*), Avson. (*ter*), *ceterum singulis locis apud* Enn., Afran., Catvll., Pers., Mart. *al.; in oratione soluta inde a* Catone, Varrone, Cic. (*binis locis in epistulis et in orationibus*). [*val.* prînzì; *dalm.* prandar; *sard.* prandere. *cf. M.-L. 6728. Wagner II 302. St.*] [*confunditur in codd. cum* pre(he)ndo Regvla mag. 57, 2 *l. 29* (*falsa var. l.* Epist. Alex. p. 219, 10).]

i. q. ἀριστᾶν (*respondet in* Gloss. *et in versionibus e gr. factis, quod infra negleximus*). *usu strictiore spectat passim ad cibum, qui primus die sumi solet, sc. fere meridie* (*a militibus pugnaturis nimirum etiam prius, v. p. 1124, 45; ceterum cf.* Hor. *p. 1124, 55 sq.* [*post horam quartam ut* Avson. 156, 1 p. 12]. Peregr. Aeth. 28, 2 hora quinta vel plus. Bened. reg. 41, 3 ad sextam. *v. et p. 1123, 21. 23; opp.* cena, cenare *e. g. p. 1123, 6. 10. 17; v. et p. 1125, 32 sqq.*). *saepius de epulis lautioribus, v. sub 1aβ, contra de victu parco p. 1123, 2. 58. 62; distinguitur* potare, potus *p. 1123, 30 sq. p. 1124, 53. usu laxiore et recentiore spectat ad quamlibet actionem edendi, fortasse iam* Ivv. *p. 1123, 14. 37 (sed v. Courtney, comm. 1980, ad locos), certe apud* Avr. *p. 1123, 62,* Tert. *p. 1123, 20,* Fvlg. *p. 1123, 69. al. et sub 2c; opp.* esurire Avg. *p. 1123, 22. 67; -ent animalia p. 1123, 59 sqq. fig. etym. v. p. 1123, 55.*

1 *generatim*: **a** *intransitive*: α *vario usu*: Plavt. Men. 401 -i in navi (*item de nautis p. 1123, 37*). Mil. 252 (*in causis fictis enume-*

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

randis) *puella* lavat, -et, potat, occupatast. Pseud. 664 ubi -ero, dabo operam somno. Rud. 937 hic rex (*i. ego, Gripus piscator*) cum aceto -surust et sale, sine bono pulmento (*de prandio parco hominum infimi ordinis, cf. etiam l. 63*). Cic. fam. 7, 30, 1 Caninio consule, *qui hora septima electus postero die consulatu abiit*, scito neminem -isse (*inde paulo aliter* Hist. Avg. trig. tyr. 8, 2). Val. Max. 2, 5, 5 *olim* maximis viris -ere et cenare in propatulo verecundiae non erat. 3, 2, 21. Sen. epist. 122, 9 (*inducuntur qui contra consuetudinem vivunt*) quies est: ... nunc -amus. Pers. 3, 85 cur quis non -at hoc est? (*sc. studium philosophiae*). Plin. nat. 7, 183 P. Quintius Scapula, cum apud Aquilium Gallum cenaret, Decimus Saufeius scriba, cum domi suae -ret, *mortui sunt.* 33, 142 Catum Aelium ... in consulatu -entem in fictilibus. Mart. 1, 49, 14. Qvint. inst. 6, 3, 63 (*Augustus equiti cuidam in spectaculis bibenti*) ego si -ere volo, domum eo. Ivv. 10, 178 epota ... *esse* flumina Medo -ente. 13, 46 (*42* nulla *erant* ... convivia *deorum*) -bat sibi quisque deus. Svet. Aug. 94, 7 ad quartum lapidem Campanae viae ... -enti ... aquila panem ... rapuit (*de prandio in itinere cf. p. 1124, 56*). Dom. 21 -bat ... ad satietatem, ut non temere super cenam praeter Matianum malum ... sumeret (*cf.* Hist. Avg. Opil. 13, 4 si -didisset [*v. p. 1122, 40*] vel privatim, parcissimus, in cena effusissimus). *al.* Tert. apol. 40, 14 vos *nobiles Romani* ... cottidie pasti statimque -suri. Amm. 23, 6, 77 nec apud eos *barbaros* ... hora est praestituta -endi. Avg. in psalm. 103, serm. 3, 2 l. 28 *Petrus* quodam die esuriens cum -ere vellet (*spectat ad act. 10, 10* cum esuriret, voluit gustare). *al.* *adhibetur ad horam indicandam*: Marcell. chron. II p. 102, 526 Antiochiam ... repens inter -endum terrae motus invasit. β *respicitur convivium* (*saepius epulae lautiores; de solo -ente v. l. 14*): Plavt. Amph. 951 Blepharonem arcessat, qui nobiscum -at (968 uti re divina facta mecum -at. Afran. com. 182 nobiscum. CIL IV 10677 Apelles ... cum Dextro ... -erunt hic iucundissime et futuere simul. Hier. epist. 64, 3, 2. *al.*). Men. 387 eamus intro, ut -amus. 476 -i, potavi, scortum accubui (*cum acumine quodam, cf. enim* 1141 -i perbene, potavi atque accubui scortum. *sim. l. 28. 36. 51. al.; v. etiam p. 1124, 41*). 630. Cic. Cluent. 166 cum eius *Oppianici* in nuptiis more Larinatium multitudo hominum -ret (*item de prandio nuptiali*: Canon. Turner II p. 127 rec. V [*item fere* VI] praesbiterum in nuptiis digami -ere non convenit [*p. 30 rec. II* comedere, *p. 126 rec. III* convivio ... interesse, *gr. Mansi 2, 542^{B} ἐστιᾶσθαι*]). Att. 5, 1, 3. Petron. 57, 9 tu beatior es, bis -e, bis cena (*57, 2* convivare melius soles). Ivv. 6, 101 *moecha* inter nautas et -et et errat (*cf.* Ambr. Hel. 13, 46 i. arma). Svet. Cal. 32, 1 in conspectu *Caligulae* -entis vel comisantis seriae quaestiones ... habebantur. Fronto p. 154, 10 *in convivio aliquo* alter pudice ⌞-erit⌟, alter labellis gesticulatus erit (⌞ ⌟ *pro obi. vix subaudias 'oleas' ut vol. VI 2, 1959, 11*). Apvl. flor. 6, 12 *in convivio sapientium* qui nihil *eodem die bene factum* habet adferre cur -at, inpransus ... extruditur. Vet. Lat. Ioh. 21, 12 (cod. 4. *al.* = Vvlg.) dicit eis Iesus 'venite, -ete'. Avson. 335, 5 p. 198, 32 coeptos inter -endum *cum sodalibus* versiculos ante cenae tempus absolvi. Hist. Avg. Heliog. 25, 2. 25, 8. Alex. 61, 2 (*in expeditione*) -erat forte publico ... convivio, id est apertis papilionibus cibo militari accepto. Clavd. Don. Aen. 1, 645 p. 126, 17 *et* 127, 2 (*de convivio Aeneae et Didonis*). Hier. epist. 52, 11, 1 turpe est ... iudicem ... provinciae melius apud te *presbyterum* -ere quam in palatio (Vvlg. Esth. 5, 12 a. quam *reginam* ... cum rege -surus sum. Conc.^{S} II 3, 1 p. 77, 7). Salv. eccl. 3, 15 quam bene ... post te heres tuus de tuo -at (*nisi ad c*). Sidon. epist. 2, 13, 7 Sardanapallicum in morem. *al.* *de prandio monachorum* (*cf. p. 1126, 22*): Bened. reg. 41, 3 ad sextam -ant.

b *transitive* (*cum obi. acc. int. l. 55*): Plavt. Poen. 759 calidum -isti prandium (Vet. Lat. Dan. 14, 36 [Ps. Cypr. or. 2, 2] -e p., quod tibi misit deus [*gr. φάγε τὸ ἄριστον. cf. Vulg.* tolle p. *sec. Theodot. λάβε. huc spectat* Ambr. Iac. 2, 9, 42 alienum -bat p.]). Hor. sat. 2, 3, 245 luscinias. epist. 1, 17, 13 si -ret holus patienter *Aristippus.* Apvl. met. 4, 1, 4 me ... adhuc insolitum ... -ere faenum (*notionem q. e. manducare intellexit Wiman, Textkritiska studier, 1927, 70, sed cf. 4, 1, 1* diem ferme circa medium *et gr. 17, 3 ἠριστήκειν. sim. de lupo*: Romvl. fab. 65, 25 rec. vet. anseres -o). Avr. Fronto p. 62, 15 deinde ad merendam itum; quid me censes -isse? panis tantulum. Porph. Hor. epod. 3, 4 *messores* ferum alium -ent. Avg. in euang. Ioh. 123, 2 ecce dictum est etiam quid -rent: de quo prandio aliquid suave ac salubre dicemus et nos, si pascat et nos (*spectat ad Ioh. 21, 13*). in psalm. 68, serm. 2, 15 divitiae istae hoc tibi praestant, ut quod vis ... -as; illae vero *caelestes,* ut numquam esurias. *al.*

c *cum structura partitiva* (*cf. l. 51*): Fvlg. aet. mund. p. 177, 25 ut fames naturae f(o)edera vinceret et mater de suis visceribus ieiuna -ret.

2 *speciatim*: **a** *spectat ad prandium militum, maxime ante pugnam sumendum* (*cf. etiam p. 1124, 43 sqq. 1125, 13 sq.*): Enn. ann. 432 (*si recte huc traximus*) -ere iubet (Liv. 21, 54, 5 ut -ere omnes iuberent, armatos deinde ... signum exspectare. 31, 42, 2 aquatum ire et -ere). Liv. 9, 32, 4 ut -at miles firmatisque cibo viribus arma capiat. Val. Max. 3, 2 ext. 3 (*dictum Leonidae ante pugnam apud Thermopylas*) sic -ete, commilitones, tamquam apud inferos cenaturi (*similiter et alibi traditum [de Cic. Tusc. 1, 101 v. Lundström, Vermeintliche Glosseme, 1964, 306 sqq.]; cf. e. g. Diodor. 11, 9, 4 παρήγγειλε ... ἀριστοποιεῖσθαι*). **b** *in praeceptis medicorum de victu*: Cels. 1, 3, 34 *hieme* semel die cibum capere ...; si -et aliquis, utilius est exiguum aliquid ... sumere. 1, 3, 36 *aestate* -ere quoque commodum est. Plin. nat. 28, 56 Hippocrates (*II p. 288, 3 sq. L.*) tradit non -entium celerius senescere exta. Oribas. syn. 1, 17, 10 Aa p. 56, 10 radices *polypodii* ... manducentur ante prandium et sic postea -ant (*gr. deest*). *al.* **c** *usu christiano vel sacrae scripturae opponuntur ieiunia servanda* (*sive usque ad cenam, sive toto die [cf. Arbesmann, RAC VII 506]; praecipue ad prandium sumendum spectat, sed hic illic vi dilatata fere i. q. cibum sumere, non ieiunare, maxime l. 25*): Tert. ieiun. 10 p. 288, 6 *Iosue* -isse illa die existimamus, qua ipsis elementis stationem imperavit? (*spectat ad Ios. 10, 12*). Vet. Lat. III reg. 13, 7 (Lucif. non conv. 3, *sim.* Vvlg.) intra ... et -e (*opp. 8*: nec manducabo panem nec bibam aquam ..., quoniam sic praecepit mihi dominus. *cf.* Cypr. epist. 69, 6 p. 755, 10 cum ... contra praeceptum dei -isset [*sc. panem manducans, v. III reg. 13, 19*]). Peregr. Aeth. 27, 9 *ieiunantes* quemadmodum -diderint dominica die, iam non manducant nisi sabbato mane (*sim.* 28, 2. *item in quadragesima*: Max. Tavr. 50, 1 l. 17 *ieiunii* legem ... -endo ... rescindit. 69, 3 l. 66 Christo pro te esuriente tu -is. Caes. Arel. serm. 199, 1 exceptis dominicis diebus nullus -ere praesumat. *al.*). Conc. Hipp. a. 393 p. 21 l. 33 debent episcopi non postquam -erint, sed ieiuni ... divina celebrare mysteria (*cf. p. 1126, 63*). Avg. epist. 36, 21 p. 50, 17 inter se concorditer vivant sabbato ieiunantes ... et sabbato -entes (*i. ieiunia neglegentes, ut saepe ibid., v. Bastiaensen, Vocab. liturg. dans l'Itin. d'Égérie, 1962, 130 sq.*). in psalm. 42, 8 ita ieiuna, ut alio *prandium tuum* manducante -isse te gaudeas (*sim.* Ps. Avg. serm. 144, 4 Caes. Arel. serm. 198, 4. *al.*). Pavl. Med. vita Ambr. 38 *Ambrosius* cotidiano ieiunio macerans corpus, cui -endi numquam consuetudo fuit nisi die sabbati et dominico. Cassiod. inst. 1, 23, 3 ieiunabat sine exprobratione -entium. *al.*

part. praes. prandēns *pro subst. masc. usu quodammodo technico medicorum l. 6, Christianorum (sc. de non ieiunantibus) l. 25. 31; ceterum e. g.* Anth. 152, 2.

part. perf. **prānsus,** -a, -um. *antiquos* prasus *plerumque scripsisse testatur* Cassiod. gramm. VII 160, 15 (*ex Papir.*), *sed exempla desunt.*

legitur inde a Catone *vi activa i. qui prandit* (*cf.* Prisc. gramm. III 154, 12 -us sum pro prandi. *cetera testimonia gramm. v. supra p. 363, 76 sqq. et e. g. vol. III 785, 43; obi. acc. subaudiri potest l. 57, latet fortasse l. 58* [*si ἀπὸ κοινοῦ*], *restituitur e coni. dub. l. 51; masc. pro subst. l. 48; cum acumine quodam de eo qui bene prandit maxime l. 52. 60. 62*): **1** *iungitur cum* paratus (curatus Liv.; *per asyndeton praeter l. 46; usu originario de militibus, cf. p. 1123, 70*): Cato orig. 101 exercitum suum -um p. cohortatum eduxit foras atque instruxit (*item in re militari*: Liv. 28, 14, 7 tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati -i essent [*sunt qui inserant* et]). Varro Men. 175 -um ac paratum esse (*fere proverbialiter, v. Otto, Sprichw. n. 1468 et* Non. *ad l.* -i non solum qui pranderint dicuntur, sed etiam quibus nihil desit). *masc. pro subst. in titulo saturae Menippeae*: Non. p. 353, 20 Varro -o parato (*item* p. 482, 17. 488, 5). **2** *usu vario*: Varro Men. 303 silicernium confecimus, ⌞⟨a⟩ quo⌟ -i discedentes dicimus alius alii vale (⌞ ⌟ quod *Onions*). Catvll. 32, 10 -us iaceo et satur supinus pertundo tunicam (*sc. ad venerem paratus*). Cic. Mil. 56 inscitiam -i, poti, oscitantis ducis *Clodii.* Pollio Cic. fam. 10, 32, 3 *Balbus quaestor quendam* vivum combussit, cum ... -us nudis pedibus, tunica soluta ... inambularet. Hor. sat. 1, 5, 25 quarta ... exponimur hora; ora ... lavimus ...; milia tum -i tria repimus. 1, 6, 127 ad quartam iaceo; post hanc vagor ...; -us non avide, quantum interpellet inani ventre diem durare, domesticus otior. ars 340 neu -ae Lamiae vivum puerum extrahat *fabula* alvo. Avson. 335, 7 p. 199, 54 comparet se atque me, occupatum cum otioso, -um cum abstemio. Ps. Hippocr. ad Maecen. 5 *urina hominis* -i ... candida *est.* Salv. eccl. 3, 16 si is *heres tuus,* qui res tuas prodige comedit, lautus et -us bene eructarit. *al.*

deriv.: prandiculum, pransito, pransor; *cf.* pransorius.

compos.: perprandeo, impransus, deprans; *cf.* compransor.

prandeum *v.* brandeum *vel* prandium. *Morelli.*

prandiārius, -a, -um. *a* prandium. [prandiaria *i. q. prandium: venet. vet.* prenzera; *francog. vet.* prangiere *et var. dial. francoprov., prov.; cf. M.-L. 6729. Wartburg IX 328 sq. St.*] *i. q. ad prandium pertinens*: Schol. Hor. epist. 1, 4, 11 ('non deficiente crumina') patrimonio vel sacculo nummario sive -o.

[prandiculārius *v.* pan-.**]**

prandiculum, -ī *n.* *a* prandere. Fest. p. 250 -a antiqui dicebant, quae nunc ientacula. *e coni. dubia l. 75.*

prandiolum, -ī *n.* *a* prandium *deminutive.* *i. q. prandium modicum*: Not. Tir. 103, 12 (*trad.,* prandiculum *Kopp*).

[Kooreman]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[prandito *v. p. 1127, 48.*]

⁂prandium, -ī *n.* [*notionem orig. ad cibum, qui tempore matutino sumi solebat, spectavisse verisimile est (v. l. 32 sqq. p. 1122, 63 sqq. 1124,73); itaque nonnulli viri docti priori vocis parti* pran- *subesse vel adv. quoddam (cf. πρω-ί al.) vel adi. (cf. lituan.* pìrmas *'primus'; de falisc.* pram- *parum constat), posteriorem* -dium *ex* *-ed-iio̯m *syncopatam esse putant, ita ut fuerit* prandium *vel 'cibus qui mane estur' (cf. ἄρι-στον, theodisc.* Früh-stück) *vel 'prima cena' sim.; verbum* prandere *fort. ex subst. ortum est. v. Muller, Altital. Wb., 1926, 358; Walde-Hofmann II 357. Fo.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 223 -um ex graeco *π⟨ϱ⟩οένδιον* est dictum, nam meridianum cibum cenam vocabant (*cf.* PLVT. quaest. conviv. 8, 6, 5 *τὸ δ' ἄριστον ἐκλήθη 'πράνδιον' ἀπὸ τῆς ὥρας· ἔνδιον γὰρ τὸ δειλινὸν κτλ.*). HIST. AVG. Gall. 20, 5 militare -um, quod dictum est parandium ab eo, quod ad bellum milites paret (*cf.* ISID. orig. 20, 2, 11 -um ab apparatu edendi dictum: proprie autem veteres -um vocabant omnium militum cibum ante pugnam). *scribitur* -deum GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 113, 18 (*cod. B2 saec. VII ex.*). -tium VET. LAT. Luc. 14, 12 (cod. 18 *saec. VII ex.*). *litteris gr. l. 12. abbreviatur* pr CIL X 8070, 7. NOT. Tir. 103, 11. *de formis: gen. sing.* -di PLAVT. Poen. 1285 (-ei *cod. A*). ACT. Petr. 5 p. 50, 11. *legitur in versibus apud* PLAVT. *plus quam quinquagies, ceterum fere singulis locis apud* TER., TVRPIL., POMPON., *scaenicum ignotum p. 1127, 12?,* MORET., HOR. sat., PERS. (*ter*), MART. (*decies*), AVSON. (*bis*), PRVD. (*ter*). *al., in oratione prosa inde a* Q. SCAEV. (*an* SVLP. RVF.*? v. p. 1126, 40*), VARRONE, CIC., *Veranio* (*v. p. 1127, 11*), PAVL. FEST., SEN. *rhet.*, CELSO. [*val.* prinz; *dalm.* prints; *it.* pranzo; *sard.* prandzu. *cf. M.-L. 6730. Battisti-Alessio IV 3047. Wagner II 302. Wartburg IX 328 sq. St.*] [*confunditur in codd. e. g. cum* grandis MART. 13, 13, 1 DRAC. Orest. 857, *restituitur pro* premium DRAC. Romul. 10, 387, *falso trad. pro* parandum CAES. civ. 1, 78, 1, *pro* praeda SVET. Iul. 26, 3 (praedia *var. l.*).]

i. q. ἄριστον (*item* GLOSS.; *quae vox, ubi gr. respondet, infra non adnotatur. pertinet ad homines passim, ad animalia l. 59. p. 1126, 38. 72. 1127, 4. 29 sq.*). *-um, saepe primus cibus diei* (*cf. l. 10 sqq. et* primum -um AVSON. 396, 37 p. 251 MARCELL. med. 20, 89), *paratur fere medio die* (*cf. e. g.* SVET. Cal. 58, 1 hora ... septima. Claud. 34, 2 meridie. CHROMAT. serm. 10, 3 hora sexta); *aliter* PAVL. FEST. *l. 10.* APVL. met. 9, 5, 6 -o matutino *mulieris luxuriosae.* CASSIOD. hist. 1, 11, 14 -i ... tempus *erat* solis occasus *Antonio monacho.* GREG. M. *l. 50. ad rem v. e. g. Hug, RE XXII 2, 1688 sq., cf. etiam supra p. 1122, 63 sqq. usu stricto distinguitur* cena PLAVT. Bacch. 79 *et passim, v. imprimis l. 44 sqq. p. 1126, 24 sqq., ceterum e. g.* iantaculum SVET. Vit. 13, 1, merenda PLAVT. Vid. 51, *sim. al.; usu generali variat in contextu vel coniungitur e. g. cum* convivium PLAVT. Men. 460 (*464* c.). SVLP. SEV. Mart. 20, 7. *al.*, epulae PRVD. cath. 3, 62. 4, 64 GREG. M. in euang. 33, 7, mensa PERS. 5, 18 FRONTO p. 137, 13 PS. AVR. VICT. epit. 24, 5. *testimonia de ratione quae intercedit cum* cena (*v. et l. 38*): PAVL. FEST. p. 54 cena apud antiquos dicebatur, quod nunc est -um (*sim.* p. 338). SERV. Aen. 4, 77 ('labente die convivia quaerit') quia in usu non erant -a (*inde* ISID. orig. 20, 2, 14). GREG. M. in euang. 24, 6 non ad -um, sed ad cenam vocatos narrat *Iohannes* (*apoc. 19, 9*), quia nimirum in fine diei convivium cena est *eqs.* (*sim.* 36, 2). 38, 1 (*de* -o Matth. 22, 4 *l. 75, quod apud Luc. 14, 16 vocatur* cena) cum ad horam nonam apud antiquos cottidie -um fieret, ipsum quoque -um cena vocabatur.

1 *respicitur potius actio prandendi*: **a** *de convivio*: α *generatim*: PLAVT. Bacch. 79 quid si apud te eveniat desubito -um aut potatio forte aut cena ..., ubi ego tum accumbam? Cist. 10 in -o nos lepide ac nitide accepisti apud te. Men. 174 mihi, tibi atque illi iubebo iam apparari -um (598. 1137. *cf.* -um praeparare *p. 1128, 3*, parare *l. 75. p. 1126, 2. 1127, 6 et* DRAC. Romul. 10, 387 [premia *trad.*]). 287 numero huc advenis ad -um (*cf.* venire: CIC. Cluent. 168 cum ad illud -um crudior veniset. ROMVL. fab. 15, 3 rec. gall. mus urbanus ... murem agrarium rogabat venire secum ad -um). Mil. 712 *cognati* me ad se ad -um, ad cenam vocant (Poen. 469 Rud. 61. *al.* TERT. adv. Marc. 4, 27 p. 513, 11 *Pharisaeus Iesum* vocarat ad -um [*Luc. 11, 37*]. *al.; cf. p. 1126, 19; aliter* PLAVT. Rud. 904 ad -um uxor me vocat; redeo domum). *et saepius.* TVRPIL. com. 133 invitavit plusculum hic se[se] in -o. CIC. Verr. II 1, 49. 4, 22 *Mamertini* maiorem sumptum ... in Timarchidi -um saepe fecerunt (*item de -o sumptuoso*: Phil. 2, 101 -orum apparatus. PERS. 1, 67 in mores, in luxum, in -a regum dicere. GELL. 2, 24, 11 *cum plerique* familiam ... suam -orum ... gurgitibus proluissent. *al.; cf. l. 70. 74*). Att. 5, 1, 3. SEN. suas. 2, 12 ego illi *Leonidae* ad -um promisissem, ad cenam renuntiassem (*adversus dictum Leonidae p. 1123, 75; sim.* SEN. epist. 82, 21). SEN. nat. 4, 13, 6 -a cenis usque in lucem perductis ingesta sunt. PETRON. 9, 2 numquid nobis in -um frater parasset. MART. 4, 49, 3 qui scribit -a saevi Tereos, aut cenam, crude Thyesta, tuam (*cf.* 10, 35, 6 -a ... Thyestae). FRONTO p. 137, 13. APVL. met. 1, 4, 6 *te* -o participabo (9, 33, 3 opipari -o). *al.* VET. LAT. Matth. 22, 4 (cod. 2 = VVLG.) dicite invitatis: ecce -um meum paravi (*allegorice interpretantur*: CHROMAT. serm. 10, 3 in -o ... ⟨mysterium⟩ dominicae passionis ostenditur. ORIG. in Matth. 17, 22 p. 643, 30 -um, quod paratur, esse eloquium dei). Luc. 14, 12 sq. (cod. 2) cum facies -um aut cenam, noli invitare amicos ...; sed cum feceris -um, invita mendicos (*gr. ἄριστον ..., δοχήν,* VVLG. -um ..., convivium). TERT. monog. 8, 10 -orum et cenarum cum publicanis et peccatoribus frequentator *Iesus* (*Matth. 11, 19*). ZENO 1, 25, 11 qui ... -a cadaveribus sacrificant mortuorum. AMM. 30, 1, 19 composita fraude ad -um ... invitavit *regem* (HIER. epist. 22, 9, 2. *al.; cf. l. 19*). *al. metonymice de coetu prandentium*: PS. HIER. epist. 18, 3 p. 185[B] omnia ... -a consonabunt et in te *carpendum* ... convivium dissolvetur.

β *speciatim de -is, quae dantur*: ① *populo* (*sc. a candidato, principe, patrono sim.; cf. de cibis p. 1127, 19*): CIC. Mur. 67 senatus consultum ... esse factum ..., -a si vulgo essent data, contra legem Calpurniam factum videri (CIL I[2] 3031[a], 19 [*saec. I a. Chr. an saec. II?*] *Gamala* epulum ... dedit, ⟨id⟩em -um sua pecunia coloni⟨s⟩ Ostie(n)sibus bis dedit. SVET. Tib. 20 -um ... populo mille mensis et congiarium ... dedit. CIL XI 6161 *quidam* sexvir ... populo -um muner(e) functus dedit. *al.*). 72 ad -um vulgo vocati *sunt.* 73 -orum ... crimina. *ibid.* ad -um invitare. off. 2, 58. SVET. Iul. 38, 2 adiecit epulum ac viscerationem et post Hispaniensem victoriam duo -a. INSCR. Zeitschr. Numism. 38, 1928, 73 -um (*in tessera ossea*). ② *monachis* (*cf. l. 61. p. 1123, 53*): HIER. epist. 22, 35, 4 *in Aegyptiorum coenobiis* vinum tantum senes accipiunt, quibus et parvulis saepe fit -um (*sc. ceteris tantum cenantibus*). 22, 35, 8 pentecoste cenae mutantur in -a (*inde* REGVLA mag. 27, 36. 28, 38). CASSIAN. inst. 3, 12 sabbato vel dominica seu feriatis temporibus, quibus -um pariter et cena solet fratribus exhiberi. *ibid.* in sollemnibus -is vel canonica ieiuniorum refectione. CAES. AREL. reg. mon. p. 153, 25 in ieiunio tres *missus* (*i. fercula*), in -o vero et in cena duo tantummodo praeparentur (*sim.* AVRELIAN. reg. mon. app. p. 395[C]. *al.; per breviloquentiam* -um *adhibetur fere de tempore, quo non ieiunandum est*: CAES. AREL. reg. virg. 71, 2 cibaria omnibus diebus in ieiunio tria, in -o bina tantummodo praeparentur). REGVLA mag. 28, 4 erubescamus ... fugire nonam horam ieiunii, cum vetusta consuetudo antiquitus cognoscitur -a ignorasse, sed semper ... cenam suis refectionibus ordinavit. *al.*

b *exempla cetera* (*saepe generalia*): PLAVT. Most. 697 (*verba senis cum uxore coire nolentis*) non bonust somnus de -o. Truc. 646 rus mane ... ire me iussit pater, ut bubus glandem -o depromerem (*item prandent animalia*: APVL. met. 9, 15, 2 cum tempestivo -o laxarentur iumenta). Q. SCAEV. Gell. 4, 1, 17 (*nisi est* SVLP. RVF., *v. Mommsen, Ges. Schr. II 79*) quae ad edendum bibendumque in dies singulos -i aut cenae causa parantur, 'penus' non sunt. PAVL. FEST. p. 31 rubens cibo ac potione ex -o burrus appellatur. CELS. 1 prooem. 72 *famem* facilius uno cibo quam -o quoque adsuetus *sustinet.* SEN. epist. 83, 6 sine mensa -um, post quod non sunt lavandae manus (122, 6 p. -um aut cenam bibere vulgare est. *in indicanda parte diei*: PERS. 1, 134 *lectoribus ineptis* mane edictum, p. -a Callirhoen do. SVET. Cal. 45, 1. HIER. tract. in psalm. I p. 10 l. 247 p. -um ...; non in meridie, sed ad vesperam [*cf. gen. 3, 8* p. meridiem]. DIOSC. 5, 112 p. 213, 11 mane et p. -u(m) [*gr. 5, 87, 7 δείλης*]. *al.; cf. l. 68*). SVET. Cal. 58, 1 hora fere septima, cunctatus an ad -um surgeret marcente adhuc stomacho. Claud. 34, 2 meridie, dimisso ad -um populo. Vit. 13, 1 epulas ... quadrifariam dispertiebat, in iantacula et -a et cenas comissationesque. GELL. 13, 31, 16 -um ... abstemium, in quo nihil vini potatur, caninum dicitur, quoniam canis vino caret (*cf. p. 1127, 31*). VET. LAT. Dan. 13, 13 (cod. 176; *sim.* VVLG.) hora -i est (PS. ORIG. in Iob 1 p. 430[A] meridiano tempore, h. -i. *al.; cf. l. 61*). PANEG. 3, 11, 4 neque tempus epularum ei, qui saepius statarium -um ... capiat gaudens castrensi cibo. PAVL. NOL. epist. 15, 4 sollemnitas paschalis revocavit dies -orum (*sc. ieiuniis solutis, cf. l. 30; ceterum opp.* ieiunium *sim.*: AVG. bon. coniug. 8, 8 ieiuniis sacrilegorum meliora sunt -a iustorum. epist. 211, 8 [*inde* PS. AVG. reg. III 3, 1] quando ... aliqua *monacha* non potest ieiunare, non tamen extra horam -i aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat. REG. eccl. Carth. l. 155 de sacrificiis inhibendis post -um [*postea*: ut a ieiunis ... offerantur. *cf. p. 1124, 23*]. *al.; cf. p. 1124, 9*). CE 1924, 2 (*in ostio deversorii*) Mercurius hic lucrum promittit, ... Septumanus hospitium cum -o. *al. in praeceptis sim. ad valetudinem pertinentibus* (*vix huc l. 37*): HOR. sat. 2, 4, 22 ille salubris aestates peraget, qui nigris -a moris finiet. CELS. 1, 3, 15 implet ... corpus ... unctio et, si post -um est, balineum (PLIN. phys. Bamb. 50, 8. *al.*). SCRIB. LARG. 122 p. 66, 6 capientem cibi in -o aut de tempore exiguum ..., ne crudus sumat medicamentum (MARCELL. med. 20, 89 si in primo -o sorbeatur). 135 ante cibum et inter -um vel cenam. VEG. mulom. 1, 56, 24 ex quo *medicamento* dabis equo semodium ante -um et semodium ad vesperum dabis (MARCELL. med. 25, 11. ORIBAS. syn. 1, 17, 10 Aa [*item* La] p. 56, 9. *al.*). *al.*

2 *respicitur potius ipsa res prandenda* (*sc. imprimis edenda, v. e. g.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 4. 9 sq. [distinguitur potus l. 7], sed transfertur ad vinum l. 31):
a *proprie*: PLAVT. Amph. 665 daturus nemo est -um advenientibus (Most. 692 perbonum. 695 Vid. 51. VAL. MAX. 3, 7, 1c -o dato ipsis *speculatoribus* iumentisque eorum. *al.; cf. p. 1126, 14*). Bacch. 716 coctumst -um? (Men. 388 Rud. 342. *cf.* Merc. 579 percoquat). Cas. 147 -um iusserat senex sibi parari. :: ... neque paro neque hodie coquetur (Curc. 252 SEN. epist. 87, 3. *cf. l. 15. p. 1125, 55 sq.*). Men. 469 confecto -o vinoque expoto (*sim. distinguuntur*: CASSIOD. Ios. antiq. 5, 325 -um ... et potum praebuit). 521 faxo haud inultus -um comederis (611. 628 FRONTO p. 137, 9. Ps. AVR. VICT. orig. 12, 3 *ubi Aeneas* -um ... cum mensis comesset. MACR. Sat. 3, 6, 14 [*e Veranio*]. *cf.* FRONTO p. 230, 1 -orum opimorum esorem [*fortasse ex Atellana mimove aut comoedia, v. Bücheler, Kl. Schr. II 384*]). *al.* TER. Ad. 588 Aeschinus odiose cessat: -um corrumpitur. MORET. 106 viri nares acer iaculatur ... spiritus et simo damnat sua -a vultu (*cf.* SVET. Claud. 33, 1 ictus ... nidore -i, quod ... apparabatur. HIER. epist. 22, 28, 5 -um nidoribus probat). PAVL. FEST. p. 27 aristophorum vas, in quo -um fertur. VAL. MAX. 7, 6 ext. 3 *uxores et liberi* Calagurritanis -a atque cenae extiterunt. SEN. epist. 87, 3 de -o nihil detrahi potuit. MART. 5, 49, 9 cum -a misit imperator, cum panariolis tribus redisti (9, 72, 3 [*4* dapes]). 6, 64, 2 -a portat aranti *coniunx* (NEMES. auc. 1, 17. HIER. epist. 22, 9, 4 *Abacuc* messorum -um p. *Danieli* [*v. l. 27*]). 13, 13, 1 fabrorum -a, betae. *al.* SVET. Nero 36, 2 *liberos damnatorum* uno -o *venenato* ... necatos. FRONTO p. 137, 18. 154, 6 si -um idem ... apponatur (SVLP. SEV. dial. 1, 4, 4). APVL. met. 9, 38, 9 caseum atque alias -i partes. *al.* VET. LAT. Dan. 14, 33 (cod. 176, *sim.* VVLG.; *verba angeli ad Abacuc*) perfer -um, quod habes, ad Danihel (*inde saepe apud eccles., e. g. l. 21 et* TERT. ieiun. 9 p. 285, 11 Danieli in lacu leonum esurienti -um metentium exhibitum est. CYPR. domin. orat. 21. ZENO 2, 18, 1 Daniel caelesti -o satur). *al.* **b** *in imagine et comparatione*: POMPON. Atell. 177 passerinum -um (*v. vol. X 1, 607, 82 sqq.; in locutione fortasse proverbiali ut*: VARRO Men. 575 tria genera esse vini ..., novum, vetus, medium; ... medium esse -um caninum [*v. Woytek, Eranos 70, 1972, 26 sq.; aliter explicatur p. 1126, 53*]). PERS. 5, 18 mensas ... relinque Mycenis cum capite et pedibus plebeiaque -a noris (*sc. saturas scribe, non tragoedias; cf. 5, 5* carminis offas). ZENO 1, 24, 1 *diem festum celebrare* caelesti -o, honesto ... atque perpetuo, quod ... esurienter accipite (MAX. TAVR. 23 qui sacramentorum die -um sibi domi praeparans -um c. contemnit et ... animae suae neglegit medicinam. *proprie l. 28*). 1, 24, 4 sicut prior, qui hoc -o pastus est ..., dicit: 'quam dulcia faucibus meis eloquia tua' (*psalm. 118, 103*). AVG. beat. vit. 9 non me -um paulo lautius corporibus nostris solum, sed animis etiam exhibere debere; quod autem hoc sit -um ..., proferam. PETR. CHRYS. serm. 163, 3 creatoris ad -um tota concurrit ... creatura (*respicitur act. 10, 12 sq.*). *al.*

fig. etym. v. p. 1123, 55.

deriv.: prandiarius, prandiolum; *cf.* prandeo (*v. p. 1125, 8*).

prando *v.* prandeo. **prānsinus** *v.* prasinus.

prānsito, -āvī, -āre. *a* prandere (pransus). *inter frequentativa afferunt* CAPER gramm. VII 105, 3. EXPLAN. in Don. gramm. IV 505, 22 (prandito *var. l.*). [*falsa var. l. pro* pinsitare PLAVT. Asin. 33; -ans *vix recte coni. C. F. W. Mueller* CIC. Att. 5, 21, 5 (transitam *corrupte trad.*).]

1 *notione originaria i. q. frequenter prandere (intrans., sc. in descriptione consuetudinis; iuxta ponitur* cenitare *praeter* VITR.): VITR. 8, 3, 16 ad unum *rivum* accumbentes viatores -are (trans- *trad.*) solent propter aquae bonitatem. HIST. AVG. Heliog. 27, 1 quadrigas circensium in tricliniis ... sibi semper exhibuit -ans et cenitans, convivas ... agitare cogens. AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 37 Romani antiqui ... in propatulo cenitabant atque -bant. MACR. Sat. 3, 17, 1 *sumptus coercendi causa* imperari coepit, ut patentibus ianuis -retur et cenitaretur. **2** *vi frequentativa evanida i. q. prandere* (*trans.* ARNOB., *pass. impers.* Ps. AVG.): ARNOB. nat. 4, 24 *Iovem* invitatum ad [e]ius mensae pro suillis visceribus prolem nescium Lycaoniam -asse. Ps. AVG. serm. 3, 2 *deus Abraham visitans* (*gen. 18*) ad humanam mensam ... recumbebat, cibus capitur, -atur.

prānsor, -ōris *m.* *a* prandere (*item* PRISC. gramm. III 463, 15 EVTYCH. gramm. V 456, 5). NOT. Tir. 103, 10 -r (-nd- *K man. pr.*). *legitur singulis locis apud* PLAVT. *Veraniumque (v. l. 74) et inde a* PAVL. NOL., AVG.

i. qui prandet (GLOSS. -es: *ἀριστηταί. fere pro syn. est* conviva *l. 69. 70, sed p. 1128, 4 distinguitur* -r, *in cuius honorem prandium fit; opp.* potator *p. 1128, 9*): **1** *cum convivis*: PLAVT. Men. 274 (*loq. coquus*) bonum anteponam prandium -bus (*276* convivae). PAVL. NOL. epist. 34, 6 *propera pauperes curare*; -es tui dudum stant pro foribus tuis ...; tu convivas moraris. Ps. AVG. serm. 85, 2 (= Ps. FVLG. RVSP. serm. 80 p. 952) nonne unus hospes erat in tribus, qui venit ad patrem Abraham (*gen. 18*)? ⌊hospes et amicus, -r et mansor⌋ (⌊ ⌋ h. a. -r et repromissor *Ps. Fulg. Rusp.*). MACR. Sat. 3, 6, 14 (*e Veranio*) qui novissimi comeso prandio venissent, cum iam manus -es lavarent. PETR. CHRYS. serm. 127, 9. EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 8 quid ... facietis usque ad vesperam? a -bus certe non urgemini ..., quoniam tempus ieiunandi est (*cf. etiam l. 8; gr. ἑστιάτορες*). Ps. FVLG. RVSP. serm. 67 Matthaeus praeparat prandium et Christus -r ingreditur cum multitudine peccatorum; -r innocens et rei convivae (*respicitur Matth. 9, 10*). CASSIOD. hist. 10, 27, 3 tempore prandii astantibus -bus (*Theodoret. 5, 37, 1 συσσίτων*). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 2, 2 p. 351[B] (*gr. ἑστιώμενον*). **2** *qualibet ratione*: AVG. epist. 36, 11 *cum quidam sabbato ieiunans* -es sabbati accuset (36, 16 -bus s.). HIPPOCR. aer. 1 *oportet medicum considerare,* utrum *cuiusdam regionis* homines potatores sunt aut -es (*gr. ἀριστηταί*).

f. **prānsrīx** *non dici testatur* PRISC. gramm. III 463, 15 propter asperitatem pronuntiationis.

deriv.: cf. pransorius.

compos.: cf. compransor.

prānsōrius, -a, -um. *a* pransor *vel* prandere (pransus), *cf.* cenatorius. *i. q. ad pransorem (ad prandendum) pertinens, prandio aptus*: QVINT. inst. 6, 3, 99 (*exemplum subabsurdi*) ut qui mirantibus, quod humile candelabrum emisset, '-um erit', inquit. *n. pro subst. de lance sim.*: GLOSS. -um: promuls⟨id⟩arium (*v. Heraeus, Kl. Schr., 1937, 58*).

prānsrīx *v.* pransor.

[in prānsū *falsa var. l.* LEONIAN. Alc. Avit. epist. 86 p. 95, 21 (in pexu *cod. alter; restit.* impexum).**]**

prānsus *v.* prandeo. *Kooreman.*

pranton: virga viralis GLOSS. III 604, 14 (*sim.* 606, 51 veretrum: -n). *corruptum (subesse videtur vox gr.; fortasse conferas Cael. Aur. chron. 5, 4, 65* veretri initium, quod Graeci ⌊perineon⌋ vocant [⌊ ⌋ *ed. Rovillii,* peritoneon *ed. Sichardi*]).

prapēdion *affertur inter nomina gr. herbae pedeleonis* Ps. APVL. herb. interpol. 7 adn. 8. *corruptum videtur ex Diosc. gr. Vind. 3, 96 ῥαπιδήϊον (ῥαπήιον var. l.; cf. Plin. nat. 27, 96* rapadion). *v. etiam* prapidilon.

prapidilon *affertur inter nomina gr. herbae pedeleonis* Ps. APVL. herb. interpol. 7 adn. 8. *corruptum; ad παρδάλιον Diosc. gr. 3, 96 referunt Howald-Sigerist ad l., ad ῥαπιδήϊον l. 29 spectare putat Rabbow in exemplari nostro, nomina saepius similiter in codd. iterata esse contendens; v. etiam André, Les noms de plantes, 1985, s. v.* rapadion.

pras(f)a *v.* prassa.

[prasiāta *v. l. 73.***]** **prasin** *v. p. 1130, 14.*

prasina *v.* prasinus.

prasinātus, -a, -um. *a* prasinus. *i. q. veste prasina indutus*: PETRON. 28, 8 in aditu ... stabat ostiarius -us, cerasino succinctus cingulo. *non est quod huc trahere temptes l. 73.*

prasineus *v. l. 53.*

prasiniānus, -ī *m.* *a* prasinus. *i. q. ad prasinum pertinens, sc. de fautore factionis prasinae*: PETRON. 70, 10 -us es famosus. HIST. AVG. Ver. 6, 6 ut ei *equo* a populo -orum saepe modius aureorum postularetur. *abiisse vid. forma breviata in gr. πρασιανός, v. vol. X 1, 412, 15.*

prasinopurpurus, -a, -um. *pro gr. πρασινοπόρφυρος intercedente lat.* purpura. *i. q. colorem habens e prasino et purpura mixtum*: DONATIO Tiburt. p. CXLVII[a] 17 vela tramosirica -a (*cf. formam gr. servatam ibid. 19* leucoporphira). *Bk.*

***prasinus,** -a, -um, *πράσινος. scribitur* prass-, prans- *sim. hic illic in codd. rec., e. g.* AMBR. in psalm. 1, 36, 1 CYPR. GALL. gen. 59; *de forma* prasineus *a grammaticis ficta v. vol. I 1502, 73. abbreviatur* p CIL VI 10063, pra CIL VIII 21083, pras CIL VI 37834, 33 sq. 39. 47 (*saec. II in.*). *syllaba* pra- *producitur in hexametri initio* CYPR. GALL. gen. 59 CARM. de resurr. 214. *legitur in inscr. saec. I med. (v. l. 69. p. 1129, 12) et saepe postea, apud auctores inde a* PETRON., PLIN., MART.; *frequentat* CASSIOD. [*francog. vet. et med.* prasme *'gemma viridis'. cf. Wartburg IX 329. St.*] [*vix huc pertinet* DONATIO Tiburt. p. CXLVII[a] 32 vela ... clavatura coccumellino -as (*latere vid. adi. compos.* coccymelinoprasinus, *cf. e. g. l. 25* milinoporphina, *i.* melinoporphyra. *27* coccuprasina).]

significat colorem porraceum, sc. viridem (GLOSS. viridis [*fere pro syn. est e. g. p. 1129, 6. 33, disting. tamen* POTAM. subst. 8, *si recte restit. pro* pre-, prosinos *sim., et* GROM. p. 351, 25]. *cf. Lyd. mens. 1, 12 χλοανόν. plura v. André, Termes de couleur, 1949, 192. de ipso colore*: color -us *l. 75. p. 1129, 49. 68. al.* [*cf. subst. masc. vel neutr. p. 1129, 12. 26. 39. 65*]): **1** *in spectaculis publicis (respicitur factio colore -o ab aliis distincta; ad rem cf. Cameron, Circus Factions, 1976*): **a** *circensibus*: **α** *adi.*: CIL XV 7254 (*saec. I; e stabulo, quod Caligulam frequentasse testatur* SVET. Cal. 55, 2) *fistula* ⟨fa⟩ctionis -ae (*saepe, v. vol. VI 1, 137, 54 sqq.; addas e. g.* CIL VI 37834, 33 [*saec. II in.*]. 34. 39. 47. INSCR. Année Épigr. 1979 n. 155 [*Teani, saec. II ex.*]. *huc fortasse pertinet etiam titulus mutilus* INSCR. Brit. I 127 -a [*vix fem. pro subst.; perperam legebatur olim* prasiata]). CIL VI 37834, 40 (*saec. II in.*) grex prasin(us). TERT. spect. 9 p. 11, 17 *ethnici* aurigas coloribus idololatriae vestierunt ...; russeum *colorem* alii Marti,

[Corbeill]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

alii album Zephyris consecraverunt, -um vero Terrae matri vel verno, venetum Caelo et Mari vel autumno (*sim.* CASSIOD. var. 3, 51, 5 -us *c.* virenti verno ... dicatus est. ISID. orig. 18, 33, 2. *cf. l. 6; ceterum*: LVX. anth. 328, 1 -o felix auriga c.). HIST. AVG. Ver. 6, 3 equo -o aureum simulacrum fecerat, quod secum portabat (ISID. orig. 18, 41, 1 [*tit.* de coloribus equorum] -os *e.* terrae, venetos mari *assimilabant*; ... -os viridi colore *currere voluerunt.* 18, 41, 2). LVX. anth. 328 tit. de laude aurigae -i (*nisi pro subst. ad l. 11*). *contextu manco in testa*: INSCR. Déchelette, Vases céram. II p. 300 n. 124 ⟨...⟩te -us est.

β *subst.* (*collective de factionis colore, panno sim. vel rarius de singulis eius participibus, sed usus certe distingui non possunt*): Ⓘ *generis ambigui* (*sive masc., sc. color, pannus sim., sive neutri*): CIL VI 33950 (*a. 35*) cursor -i (*cf.* SVET. Nero 22,1 -i [-um *var. l.*] agitatorem. CIL VI 33949[a] hortator -i. *cf. l. 4. 16*). MART. 13, 78, 2 nomen -i Porphyrionis (*item iuxta nom. propr., sc. de auriga, nisi cogites de gen. ipsius factionis*: INSCR. pariet. Ost. [Stud. et doc. hist. et iuris 27, 1961, 329] 22 agitanti -i Crispi [*contextu obscuro*]). 10, 48, 23. 14, 131, 1 si veneto -ove faves, quid coccina sumes? ne fias istā transfuga sorte vide. CIL VI 10048, 10 (*saec. II in.*) *agitator quidam* bigas m(iliarias) vicit ... ad -u(m) II (*locum explicat Cameron l. l. p. 63 sq.*). TAB. devot. Audollent 272[A], 9 (*saec. II*) Attonitus -i ... cadat (*defigitur equus ut*: 286[B], 5 [*saec. III*] demando tibi, *daemon,* ... ut equos -i et albi crucies, ocidas. *al.*). INSCR. Alföldi, Kontorniat-Medaillons, 1976, 209 n. 169 (*saec. IV ex.*) Eustorgius in -o (INSCR. Annuaire de la soc. franç. de numism., 1877–1881, 247 [*sc. in simili tessera, quae deest apud Alföldi, ut dubites an genuina sit*]. CIL VI 10049[a], 5 vicit palmas *tot, inter quas* ... in -o LV. 10049[b], 5. *aliter l. 66*). *al.* Ⓘ *generis masc.*: PETRON. 70, 13 *coquus coepit* dominum suum sponsione provocare 'si -us proximis circensibus primam palmam *laturus esset.*' MART. 11, 33, 1 saepius ad palmam -us post fata Neronis pervenit. 11, 33, 4. CIL VI 10048, 11 (*saec. II med.*) *quidam agitator* eripuit et vicit *totiens,* ... -is CCXVI *eqs.* (*item plur.* [*sed fort. de -i fautoribus*]: VICT. TONN. chron. II p. 195, 513 -orum ... et venetorum turbae adversum Anastasium imp(eratorem) unitae ... incendium in urbem miserunt). SCHOL. Iuv. 11, 199 (*vs. 198* eventum viridis quo *fragore* colligo panni *eqs.*) si vinceretur -us, ... sic tristem urbem videres, ut si esset bello victa (*cf.* CASSIOD. var. 3, 51, 11 transit -us, pars populi maeret). CIL XII 5687, 23 (= XIII 10013, 27 *?*) ⟨nica⟩ -e (INSCR. Déchelette, Vases céram. II p. 300 n. 123. *item in exhortatione*: CIL XV 6261 vig(i)la -e). *al.*

b *quibusvis* (*sc. adi. pro subst.; ad rem cf. Cameron l. l. p. 193 sqq.*): CASSIOD. var. 1, 20, 2 partis ... -i insinuata petitione comperimus – quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocitentur – seditiones turbulentas ... incitari (1, 20, 3 patrocinium p. -i. 1, 27, 2. 1, 33, 1 pantomimum -i p. 1, 33, 2). 1, 20, 4 -i pantomimus. CIL XII 5682, 95 (*in lucerna ad imaginem gladiatorum*) pra⟨si⟩no sis, *sc. propitius* (*ita suppl. ed. dubitanter*).

2 *vario usu respiciuntur*: **a** *quaelibet res* (*chamaeleon l. 55 sq.*): PETRON. 27, 2 *Trimalchio* soleatus pila -a exercebatur (sparsina, sparsiva, sparcina *var. ll.*). MART. 3, 82, 11 -o ... flabello. HIST. AVG. Heliog. 19, 2 aestiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie -um, vitreum alia, ⟨alia⟩ die venetum ... exhiberet. CAEL. AVR. acut. 2, 14, 93 fellea *sputa ingravescente passione* aeruginosa atque -a vel nigra efficiunt⟨ur⟩ (chron. 2, 14, 197 faeculenta, dehinc livida vel -a. *cf.* 3, 2, 19 vomitus ... fellei et -i humoris. *v. etiam p. 1131, 25*). SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 15 sub versicoloribus figuris vernans herbida *marmoris* crusta sapphiratos flectit per -um vitrum lapillos. CASSIOD. var. 5, 34, 2 *chamaeleon bestia potest* modo veneta, modo blattea, modo -a, modo ... cyanea reperiri (*sim. de eadem*: in psalm. 52, 7 l. 194. *cf. p. 1130, 12*). VEN. FORT. carm. 8, 7, 13 stat -o venetus: pugnant et flore colores (*iocose alludit ad factiones circenses*). *al.*

b *vestimenta* (*fortasse huc trahas* CIL VIII 1013 ⟨p⟩rasina colore clavat⟨ura*?*⟩): PETRON. 64, 6 puer *Trimalchionis* ... catellam nigram ... ⌞-a⌟ involvebat fascia (⌞ ⌟ i. viridi *explicat cod. unus*). MART. 10, 29, 4 -a ... synthesis. SCHOL. Iuv. 5, 143 ('viridem thoraca *parasiti*') armilausiam -am, ut simiae. ACT. Archel. 14, 3 crura ... bracis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut -i coloris erat. PAP. Tjäder 8, 2, 7 (*a. 564*) sarica (*i. tunica serica*) -a ornata. *neutr. (an masc.?) pro subst. de ipso colore*: PAP. Tjäder 8, 2, 6 (*a. 564*) camisia tramosirica in cocco et -o.

c *lapides sim.*: **α** *adi.*: PLIN. nat. 37, 181 sagdam Chaldaei vocant ... *gemmam* -i coloris (*inde: Sol. 37, 9* iucundissime virens. ISID. orig. 16, 7, 13 [*tit.* de viridioribus gemmis] sagda gemma -i c. *fortasse addas p. 1130, 16*). AMPEL. 8, 21 *domus Cyri regis habet* tegulas ex lapide -o (VET. LAT. gen. 2, 12 [Ambr. parad. 3, 14. *al.*] *in terra Evilath* est carbunculus et l. -us [*gr.* πράσινος, *Vulg.* onychinus]. *inde* AVG. gen. c. Manich. 2, 10, 14 viriditate l. -i significatur *vita aeterna. al.; cf. p. 1130, 4*). LIB. pontif. p. 53, 24 *scyphum* ornatum ... de gemmis -is (*al. ibid.* SCHOL. Iuv. 6, 458 ['virides g.'] -as [*nisi f. pro subst.*]). GROM. p. 351, 25 termini marmorei ..., alii marmorei virides, alii palumbacii, alii -i. ISID. orig. 19, 17, 10 chrysocolla colore -a est. **β** *subst. de smaragdo sim. (creta viridi l. 14): masc.* (*vel generis incerti*): PS. PHILO antiq. 25, 11 lapides ... preciosi erant allati de terra Evilath, in quibus christallinus erat et -us. HIST. AVG. Maximin. 27, 8 (*inter arras sponsalicias*) monoli⟨n⟩um de albis novem, reticulum cum (*om. P,* de *edd. vet.*) -is undecim. EPIPHAN. Avell. 244, 12 smaragdus, qui et -us, viridis est speciei (*item pro syn. est*: 244, 31. 53. *distinguitur*: CARM. de resurr. 214 [*de paradiso novo*] -us inde nitet, illinc carbunculus ardet zmaragdusque lapis ... lumina fundit). DIOSC. 5, 114 p. 215, 16 crisocolla utilis est Armenia et colore(m) habens -i (frasini *cod.; gr. 5, 89, 1* κατακόρως πρασίζουσα). CASSIOD. or. frg. p. 481, 17 -i tremula viriditate conludunt. var. 5, 34, 2 *chamaeleon* aureo tantum capite et ... membris subalbentis -i colore distinguitur. *al.* *fem.* (*hucine p. 1129, 75?*): ISID. orig. 19, 17, 9 -a, id est creta viridis (prasin *tradi vid. codd. potioribus, ut et* GLOSS.[L] I Ansil. PR 9 [cod. Paris.]). *?neutr.*: GLOSS. Leid. Hessels 41, 10 smaragdus viridem colorem habet, hoc est -um ([*nisi ad p. 1129, 68*]. *inter explicationes lapidum sec. apoc. 21, 19 sq., quae in aliis glossariis perperam alphabetice digestae sunt [v. Bradley, Class. Quart. 13, 1919, 103], sc.* GLOSS.[L] Corp. c 77 calcido [*i. calchedo*]: ut ignis lucet [haec est -um]. s 378 smaragdus viridem habet colorem, ⟨hoc est -um⟩. GLOSS. V 352, 21 *et 392, 9*]).

adhibetur pro subst.: l. 2. p. 1129, 10. 39. 65.

deriv.: prasinatus, prasinianus. *Corbeill.*

[x]prasion, -ū *et* **[x]prasium,** -ī *n.,* πράσιον. *scripturam* prasi- *testantur codd. antiqui* ANON. med. ed. Piechotta 163 ORIBAS. syn. 7, 2, 6 Aa p. 134. *al.* RVF. podagr. 27. 36, *sed codd. recentiores exhibent passim* prassi-, *e. g.* SER. med. 362 (*v. l. 43*). PS. APVL. herb. 45 l. 28. DIOSC. 3, 105 p. 422, 22 (*sed* prasi- 3, 116 p. 426, 6). ORIBAS. syn. 2, 39, 3 La p. 112, 28; *ceterum in var. l. scribitur etiam* ph(a)ra- PLIN. nat. 20, 175, parsi- PLIN. nat. 20, 241. *formae gr.: nom. vel acc.* -on (-os *perperam l. 52*) *passim, e. g.* PLIN. nat. 20, 175. 177. SER. med. 362 (*metro firmatus*). DIOSC. 3, 31 p. 391, 8. ORIBAS. syn. 2, 4 La p. 95, 16 (-u Aa), *gen.* -u *l. 64 sqq. et* ORIBAS. syn. 3, 14, 1 Aa p. 853 RVF. podagr. 27, *fortasse etiam* PLIN. phys. Bamb. 82, 55, *dat. v. l. 40, nom. plur.* -a *p. 1131, 2 sq.; lat.: nom. vel acc.* -u(m) PLIN. phys. Bamb. 42, 20 DIOSC. 3, 115 p. 425, 20 ORIBAS. syn. 7, 11, 21 Aa p. 143. *al.* (*cf. l. 45*; -us *perperam* GLOSS. III 569, 62. 585, 21; -o *pro* -u *l. 74 et* ORIBAS. syn. 3 add. 56 La p. 915 [*nisi est pro* -on]), *gen.* -ii PS. THEOD. PRISC. add. p. 304, 16. 304, 26 (prassū *trad.*). ANTIDOT. Brux. 200 DIOSC. 5, 70 p. 194, 9, *dat. vel abl.* -o PLIN. nat. 1, 20, 67. 1, 20, 89. DIOSC. 3, 105 p. 422, 22 (*sec. dat. gr.* πρασίῳ *ut*: 3, 116 p. 426, 6. 3, 137 p. 433, 10), *fortasse etiam* ORIBAS. syn. 7, 11, 21 Aa p. 143; *fem.* -a(m) *l. 56 vix antiquitati tribuas.* *coniungitur cum part. masc.* RVF. podagr. 36 -u ... impositus, *cum fem. fortasse* ORIBAS. *l. 63.* *syllaba prima longa est* SER. med. 367 (*ut praeferenda videatur var. l.* prassi-). [*ad confusionem cum* prason *v. infra sub 3; e coni. dub.* -um *pro* passum CELS. 5, 11.]

nomen gr. herbarum (*in exemplaribus gr. nimirum respondet* πράσιον, *quod infra non adnotavimus*): **1** *marrubii* (*quo medicina saepe utitur; ad rem v. vol. VIII 415, 9 sqq. et e. g. André, Les noms de plantes, 1985, 207*): PLIN. nat. 20, 241 (1, 20, 89 *medicinae ex* marrubio sive -o) marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Graeci ⌞-on⌟ vocant, alii linostrophon *eqs.* ([⌞ ⌟ parsion *fere trad.*]. PELAGON. 93. PS. APVL. herb. 45 l. 28 -on [*inde* GLOSS.[L] I Ansil. PR 14 med. p. 64 -os]. ANON. med. ed. Piechotta 163 ISID. orig. 17, 9, 58 GLOSS.). SER. med. 362 quae nomine -on herba est (*pars est compositionis ut*: PS. THEOD. PRISC. add. p. 304, 16 recipit ... -i *tantum.* PLIN. phys. Bamb. 82, 55 RVF. podagr. 27. *al.*). PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 111 -um (-am *trad.; librarius praemisit tit.* de -a) herba calida et sicca est nimium (*sim. affertur inter ea quae calefaciunt*: ORIBAS. syn. 2, 4 Aa p. 95, 16 -u [-on La]). DIOSC. 3, 115 p. 425, 20 de -u; -u aut filoflores (*gr.* φιλοφαρές) frutex est ex una radice multas virgas habens *eqs.* 3, 137 p. 433, 10 *orchis* folia habet similia -o (*sec. falsam var. l. gr.* πρασίῳ *pro* πράσῳ [*cf. Plin. nat. 26, 95* foliis porri]). ORIBAS. syn. 3, 36 (35), 27 Aa p. 859 -u in vino coctum superponis (*item imponitur*: 7, 11, 21 Aa p. 143 -u coctu [-o cocta ... herba La, *syntaxi parum dilucida*]. RVF. podagr. 36). *al.* διὰ πρασίου *pro nomine compositionis* (*trad. fere compos.* diapra(s)sium *sim.; cf. vol. V 1, 939, 9 sqq.*): THEOD. PRISC. log. 62 dabo antidota ex pipere ..., dabo dia -u. CASS. FEL. 40 p. 92, 17 dia -u id est ex marrubio. 41 p. 95, 3. 66 p. 163, 18. **2** *variorum origani generum* (*ad rem v. André, loco cit. p. 207 et 263* [*s. v.* tragoriganum]): PLIN. nat. 20, 175 (1, 20, 67 *medicinae ex* origano oniti sive -o) onitin alii -on appellant, non dissimile hysopo. 20, 177 *origanum* Heraclium ... tria genera habet: ... alterum ... mollius, sampsucho non dissimile, quod aliqui -on vocare malunt. DIOSC. 3, 31 p. 391, 8 est et alterum *tragorigani* genus ..., quem -on dicunt, sed melior ciaca (*gr.* ἡ Κιλίκιος) ... et cretica (*fortasse huc quodammodo pertinet* GLOSS. -o [*sc.* -um] creticum id est ⌞salia⌟ [*corruptum*; alia *Bücheler, sc. species? dub. an conferas supra l. 14*]). **3** *porri* (*per confusio-*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nem cum prason; *cf. l. 45. 51. p. 1130, 60*): Gloss. III 359, 25 (*in capite* de oleribus) porri: *πράσια* (*item* 397, 68 prassia. Gloss.^{L} I Ansil. pr 10 [med. p. 64] prassica).

prasītēs *m., πρασίτης* (*ponitur acc.* -ēn [-em] *fere pro indeclinabili*). *in appositione vergens in usum adi. significat quod prasio confectum est*: Diosc. 5, 70 p. 194, 6 de bino -em; vinu -en conficitur sic: folia prassi ... mittes in musti amfora *eqs.* (*sec. var. l. gr. 5, 48 πρασίτης οἶνος· πρασίτου κτλ. pro ὁ διὰ πρασίου· πρασίου κτλ.*).

prasium *v.* prasion *et l. 27.* **1. prasius** *v.* prasion.

2. prasius, -a, -um, *πράσιος* (*nisi hic illic falso tradi putes pro* prasinus). *i. q. prasinus*: **1** *respicitur gemma quaedam viridis (sc. m. pro subst., nisi adi. intellegas in* Gloss.*; ad rem v. e. g. Caley-Richards, Theophrastus on stones, 1956, 137 sq.): de ipso lapide*: Plin. nat. 37, 113 (1, 37, 34 de -o [pras(s)ia *vel* prasta *trad.*]) viridantium *gemmarum* et alia plura sunt genera: vilioris turbae -us (prassius, prastas *var. ll.*) ...; praefertur his chrysoprasos porri sucum et ipsa referens (*conferasne Theophr. lapid. 37 πρασῖτις?*). Isid. orig. 16, 7, 4 (*in capite* de viridioribus gemmis) ⌞-us⌟ pro viridanti colore dictus, sed vilis (⌞ ⌟ *inde* -us lapis Gloss.^{L} I Ansil. pr 15 [cod. Paris.]). *de eius colore* (*si recte restituitur*): Tert. coron. 15, 1 alius *angelus* (*apoc. 10, 1*) iridis ambitu ornatur caelesti ⌞-o; sedent⌟ et presbyteri coronati (⌞ ⌟ *coll. apoc. 4, 3* visioni smaragdinae *coni. Finé, Die Terminologie der Jenseitsvorstellungen bei Tert., 1958, 230 adn. 33*; prato s. *vel* proto s. *trad., unde compos.* protosedent *restit. edd. vet.*). **2** *respicitur liquor eructatus*: Cael. Avr. acut. 3, 20, 194 surgente passione *cholerica fit* ... vomitus ... humoris atque fellis flavidi, dehinc vitellis ovorum similis, tunc -i atque aeruginosi, ultimo etiam nigri (*cf. l. 36. p. 1129, 52. vix recte n. pro subst. intellegitur in indice ed.*).

prasizōn, *πρασίζων* (*part. praes. verbi q. e. πρασίζειν*). *i. q. vergens in colorem porri, porraceus*: Oribas. syn. 2, 56, 13 La p. 121, 17 viscus ... -on colore intrinsecus, extrinsecus autem subrubens (*Aa* prasino colore).

[prasochrūs *v. vol. X 1, 387, 2.*]

prasoīdēs, -es, *πρασοειδής*. *i. q. porri colore praeditus, porraceus*: Plin. nat. 37, 109 *quidam* duo genera eius *topazi* faciunt, ⌞-es⌟ atque chrysopteron, simile chrysopraso (⌞ ⌟ prassiode(n), trasoide *sim. trad.*). Cass. Fel. 21 p. 33, 13 aliquando in similitudinem coloris foliorum viridium porri choleram vomunt, quam ⌞-e appellant⌟ (prasohide [parochidie, praessoida] a. *trad., cf. Junel, In Cass. Fel. Studia, 1936, 15*; -en vocant *Rose; ad rem cf. l. 24*).

prason (*gen.* -ī *l. 48?*) *n., πράσον. nomen gr. plantarum*: **1** *fruticis cuiusdam marini*: Plin. nat. 13, 135 (1, 13, 52 -on) *orientis oceanus* folio lato, colore viridi gignit quod quidam -on vocant, alii zostera (grasson *sim. codd. utroque loco, corrigitur sec. Theophr. hist. plant. 4, 6, 2*). **2** *porri* (*cf. p. 1130, 75*): Oribas. eup. 2, 1 *Π* 10 Aa p. 498 -on, porrus: -on, id est porrus, calefacit *eqs.* (*sim.* Ab [*scribitur* preson], La [*scrib.* prasson], *sed gr. 2, 1 Π 27 tradi videtur πράσιον*). Gloss. porrum: ⌞*πράσον*⌟ (*varie scriptum, e. g.* praston Gloss. biling. 14, 10, prasson Gloss.^{L} I Ansil. pr 11). *dubium*: Gloss. III 542, 16 (*item fere* Gloss.^{L} I Ansil. pr 12 [med. p. 64]) ⌞prassi⌟: idest sucus de porro (⌞ ⌟ *subaudiasne* sucus*? πράσον Goetz*). *?***3** *albuci* (*v. André, Les noms de plantes, 1985, 207*): Gloss. III 542, 1 ⌞pessuagrion⌟: idest albucium (⌞ ⌟ -on agrion *restit. André, ut etiam* 572, 33, *ubi tradi vid.* prasioagion).

prass- *v.* pras-.

prassa: carta Gloss.^{L} I Ansil. pr 8 (med. p. 64. *item* Gloss. III 541, 31 prasa. 572, 4 prasfa). *obscurum.*

prassica *v. l. 3.* **praston** *v. l. 46.*

prāsus *v. p. 1124, 35.*

prātālis, -e. *a* pratum. *i. q. ad pratum pertinens, pratensis*: CE 525, 6 ⟨f⟩l⟨or⟩ib(us) asparsus iaces ex -bus arvis.

*?***prātēns,** -entis, *part. praes. verbi a* pratum *derivandi pro adi. adhibitum, si recte trad.* *i. q. colorem prati praebens, in speciem prati viridans*: Apvl. met. 8, 18, 6 nemus ... proceris arboribus consitum et ⌞-bus⌟ virectis amoenum (⌞ ⌟ *cod. F, sed exspectes part. I^{ae} coniug.* pratantibus, *si conferas verba similia ab* Apvl. *novata* araneans, buxans, herbans, tuberans *et memineris admodum rara esse verba II^{ae} coniug. a subst. I^{ae} vel II^{ae} decl. derivanda* [*cf. Mignot, Les verbes dénominatifs Latins, 1969, 120 sq. et 216*]; patentibus *φ*, pratensibus *Oudendorp*).

prātēnsis, -e. *a* pratum. [*e supplemento valde dubio*: CIL XI 248 *viam fecerunt* a publica ⟨via ad praten⟩sem.]

1 *significatur quod ad pratum pertinet, sc. de herbis sim.* (*locustis* Plin. med.) *in pratis nascentibus*: Hor. sat. 2, 4, 20 (*inter praecepta bene cenandi*) -bus optima fungis natura est (Porph. dulces sunt enim de prato. *ad rem v. Maggiulli, Nomenclatura micologica lat., 1977, 65 sq.*). Colvm. 6, 3, 3 -e faenum (*ad boves pascendos*). 6, 17, 2 (*inde* Veg. mulom. 4, 21, 2) *trifolium* -e (*distinguuntur* acutum t. [*ut apud* Scrib. Larg. 163] *et* montanum). Plin. nat. 18, 34 *boni agri* notas subsignabimus Catonis maxime verbis: '... trifolium, herba -is, quercus *eqs.*' (*quae verba Cato agr. non exhibet; similia profert Colum. 2, 2, 20, ubi respondet* gramen). 21, 49 flores (*postea*: plerique ... sine nominibus). 21, 86 (*cf.* **1**, 21, 50) pastinacam -em. Plin. med. 3, 26, 3 locustarum ⌞-ium⌟ pedes (⌞ ⌟ *deest Plin. nat. 30, 30*). **2** *significatur quod prati simile est, sc. de loco herboso* (*e coni. dub. p. 1131, 66*): Ps. Apvl. herb. interpol. 2 adn. 35 nascitur locis -bus ac mundis (locis ... cultis vel pratis *rec. β*, locis pratis et cultis *rec. γ*).

*?***prāteo** *v.* pratens. *Bk.*

prātulum, -ī *n.* *a* pratum *deminutive.* *i. q. parvum pratum*: Cic. rep. 1, 18 placitum est, ut in aprico maxime -i loco ... considerent (*ad disputandum ut*: Brut. 24 in -o propter Platonis statuam consedimus. Avg. beat. vit. 23 placuit ... in -i propinqua descendere *eqs.*). Att. 12, 6, 2 quo *sole* tu abusus es in nostro -o (*vix in imagine dictum, v. Shackleton Bailey ad l., 1966, 353 sq.*). Plin. epist. 5, 6, 35 alibi -um, alibi ipsa buxus intervenit *in hippodromo villae*. Arnob. nat. 5, 24 p. 279, 24 cum in Siciliae -is ... legeret ... flores *Proserpina.*

***prātum,** -ī *n.* (prātus *v. l. 25 sqq.*). [*forma similis est cuidam p. p. p. neutr.* (*cf.* strātus, lātus, gnātus *vel etiam* grātus), *sed significatio cum nullo verbo facile coniungi potest.* *hibern. vet.* rá(i)th (*masc. vel fem.*) *fort. ex* *prā-to- (*vel* -ti-) *ortum est, sed 'vallum' vel 'tumulum' significat. Fo.*] *vocem derivatam esse a* paratum *putant* Varro *aliique, v. vol. X 1, 431, 43 sq.* *scribitur* para- *e. g.* Verg. Aen. 6, 674 (*R*). *abbreviatur in terminis* pra *p. 1133, 70. 1134, 5,* prat *p. 1133, 68. 73. al., ceterum fort.* pr *l. 29.* Not. Tir. 92, 86 -um. *de genere et de formis*: Caper gramm. VII 105, 6 sq. si quaeras, hic -us sit dicendum an hoc -um, pluralis numerus cum faciat haec -a nec recipiat hi -i, manifestum est genus (*ceterum neutr. testatur e. g.* Dvb. Nom. gramm. V 588, 9). *nom.* -us *exstat* Gloss. III 199, 58 *et, si recte solvitur,* Tab. fund. Volceian. (cil x 407) 3, 15 pr(atus) Sicinianus, *falso restitutus est a correctore cod. P* Grom. p. 322, 5 (-um *man. pr.; v. Josephson, Casae litterarum, 1950, 167*); *cf. etiam* 2. pratus. *gen. sing.* -us *tuentur edd.* Vet. Lat. Sirach 24, 42 (*v. p. 1135, 2; conferre possis* dorsus *vol. V 1, 2037, 19. 23 sqq.,* fretus *vol. VI 1, 1311, 55 sqq.*). *vix agnoscas abl. sing. fem.* -a Iord. Get. 316, *v. vol. V 2, 1127, 20.* *legitur inde a* Plavto, Ennio, Catone; *longe praevalet plur., non solum in poesi (e. g.* Verg. *plur. 14/sing. 1,* Hor. *6/1,* Ov. *9/5,* Sen. *trag. 7/1; aliter* Phaedr. *–/4), sed etiam in oratione soluta* (*e. g.* Varro rust. *plur. 23/sing. 3,* Colvm. *28/7,* Plin. nat. *19/2; aliter* Cato *3/8*). [*val.* prat; *it.* prato; *sard.* pratu; *raet. or.* prat, *occ.* pro; *francog.* pré; *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* prat; *hisp.* prado; *port.* prado. *cf. M.-L. 6732. Battisti-Alessio IV 3050. Wagner II 303. Wartburg IX 333 sqq. Corominas^{2} IV 630. Machado^{3} IV 413. St.*] [*confunditur in codd. litteris commutatis cum* pars, *e. g.* Ivvenc. 4, 266, *vel cum* partus, *e. g.* Vet. Lat. Sirach 24, 42; *falso trad.* -orum Dirae 82 (Parcarum *var. l.; conicitur* praetorum *vel* raptorum); *loco mutilo* Gratt. 541.]

de campo aperto herbis floribusque consito, fere i. q. λειμών (*item* Char. gramm. p. 458, 17 Gloss., *cf.* Sacerd. gramm. VI 463, 26 [*loco interpol.*] -a ... dicuntur et loca fenicularia [*affert* Verg. georg. 1, 289] ... et loca florida [*affert* Verg. Aen. 6, 707]. Gloss. *χορτοκόπιον.* Gloss.^{L} I Ansil. pr 17 -a: pascua. *sim. al.*). *distinguuntur passim varia genera soli vel culturae, ut* arvum, *e. g.* Catvll. 115, 5 Colvm. 11, 2, 15 Vlp. dig. 39, 3, 3, 2, hortus *p. 1133, 26. 34. al.,* seges *p. 1133, 34. 37 et sim. al.; fere pro syn. est* pascuum, *e. g.* Sen. Thy. 232 Colvm. 2, 2, 7 Scaev. dig. 33, 7, 20, 7 (*cf. et l. 49*). *accedit gen. poss. e. g. l. 58 sq. p. 1133, 51 (adi. pro gen. p. 1133, 53. 1134, 32. al.), explic. p. 1134, 22. 54. 72. 1035, 4. al.* (*cum abundantia quadam*: Sedvl. op. pasch. 1, 1 p. 178, 14 florei graminis -a); *adi. notabiliora collegimus in appendicula.*

I *proprie*: **A** *generatim*: **1** *respectu vario* (*exempla selecta inde a* Verg.): Enn. ann. 143 ⟨Cael⟩i *montis* caerula -a ([*suppl. Lindsay,* ⟨pont⟩i *Scaliger vix recte, v. Skutsch ad l.*]. *cf.* 516 *equus* fert sese campi per caerula laetaque -a [*affert Macr. Sat. 6, 3, 8 comparans Hom. Z 511 μετά τ' ἤθεα καὶ νομόν et Verg. Aen. 11, 494* in pastus]). scaen. 155 (*nisi est alterius poetae*) herbis -a convestirier. Sent. Minuc. (cil I^{2} 584) 37 -a, quae fuerunt ⌞proxuma faenisicei⌟ (*v. vol. VI 1, 165, 35 sqq.; cf.* 42 ne ampliorem modum -orum habeant, quam proxuma aestate habuerunt). Cic. parad. 51 callidi rerum aestimatores -a et areas ... magno aestimant (*pro fundamento divitiarum ut*: nat. deor. 1, 122 -a et arva ... diliguntur ..., quod fructus ex is capiuntur. Att. 1, 4, 3 supero Crassum divitiis atque omnium vicos et -a contemno. Catvll. 114, 3. *al.*). Cato 54 *non* segetibus solum et -is ... res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam *eqs.* 57 de -orum viriditate. Catvll. 11, 22 *amor* cecidit velut -i ultimi flos (*item respiciuntur flores*: Lvcr. 5, 785 florida fulserunt viridanti -a colore. Verg. georg. 4, 271. 4, 306 ante novis rubeant quam -a coloribus. Hor. carm. 3, 27, 29. Ov. fast. 1, 345 factis -i de flore coronis. trist. 3, 12, 7 -a ... pubescunt variorum flore colorum. Colvm. 9, 13, 14. *al.*). Lvcr. 5, 603 quam late ... -a riget fons. 5, 1372. Verg. ecl. 7, 11 huc ... venient per -a iuvenci. georg. 1, 384 volucres

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... Asia circum ... rimantur -a (*Serv. georg. 1, 383 confert Hom. B 461 Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι*). Aen. 6, 707 velut in -is ubi apes ... floribus insidunt ..., strepit omnis murmure campus. DIRAE 16 flavescant aestu sitientia -a. HOR. epod. 2, 57 herba lapathi -a amantis (*item respiciuntur herbae pratenses*: PLIN. nat. 24, 152 herbam in -is tenuem. *al.; formula* nascitur [*vel* nascens] in -is: PLIN. nat. 26, 40 in segete ac -is. 27, 32 in frumentario agro aut hortis -isve. *al.* Ps. APVL. herb. 49 l. 12 locis cultis ... et in -is [*sc. heliotropia ut* DIOSC. 4, 186 p. 92, 16, *sed gr. 4, 191 παρὰ λίμναις*]. *al.*). carm. 1, 4, 4 nec -a canis albicant pruinis (*describitur ver ut*: 4, 12, 3 OV. fast. 1, 156. *al.; addas p. 1132, 72. 73*). OV. ars 1, 279 mollibus in -is admugit femina tauro. PAVL. FEST. p. 99 in -o cursu aut viribus contendebant *pastores*. PHAEDR. 1, 24, 2 in -o quondam rana conspexit bovem. SEN. Phoen. 546 hostili grege campos repleri ..., equitatu levi Cadmea frangi -a. epist. 90, 43 -a sine arte formosa *aevi antiquissimi*. COLVM. 10, 281 laetis ... virent convivia -is. CALP. ecl. 3, 15 cum -a calent, ... iacet *taurus* ... in umbra. PLIN. nat. 19, 63 spongeas in umore -orum enascentes (*cf. p. 1131, 71*). HOMER. 531 sternuntur ... corpora per campos et sanguine -a rigantur. CE 1264, 2 (*saec. I?*) *miles quidam* situs est -a per Inlyrici. CIL V 5203 vicanis ... -um ... dedit, ex cuius red⟨itu *eqs.*⟩ (*cf. infra l. 59*). *al.* *in descriptione loci amoeni* (*cf. B3*): VERG. ecl. 10, 42 hic gelidi fontes, hic mollia -a ..., hic nemus. LYDIA 16 gaudebunt silvae, gaudebunt mollia -a et gelidi fontes. PROP. 1, 20, 37 *in sede nympharum*. OV. am. 3, 5, 5. MART. 12, 31, 3 nemus, ... fontes, ... umbra ..., -a ..., rosaria. CLAVD. 10, 57. *al.*

2 *respicitur -um colendum*: CATO agr. 1, 7 (*inde* VARRO rust. 1, 7, 9 PLIN. nat. 16, 176) quinto *loco est* -um, sexto campus frumentarius (*praeferuntur* vinea ..., hortus ..., salictum ..., oletum. *cf.* VARRO rust. 1, 7, 10 alii dant primatum bonis -is. COLVM. 3, 3, 1 optabiliorem -orum possessionem pascuorumque. *al.*). 2, 4 per ferias potuisse ... -um purgari (VARRO rust. 1, 29, 1. COLVM. 11, 2, 15 -a vel arva. *al.; cf. l. 38*). 5, 8 fenum cordum, sicilimenta de -o. 8, 1 -um si irrigivum (*v. p. 1135, 6*) habebis, ... ne fenum desiet, summittito (VARRO rust. 1, 49, 1 de -is summissis herba ... subsecari falcibus debet. COLVM. 11, 2, 15 in fenum submittuntur. 11, 2, 27. *cf. l. 42*). 29 alteram ... partem *stercoris* in -um reservato (*item de -o stercorando*: 36 stercus ... spargere ... in -um vel in hortum vel in segetem. 50, 1 [*cf.* ind. capp. 58] -a primo vere stercorato luna silenti. VARRO rust. 1, 29, 1 putari ⟨arbusta, stercorari⟩ in -is [*si recte suppl. Keil*]. 1, 38, 3 minime bonum *esse stercus* equinum, sed in segetes: in -a enim vel optimum. *al.*). 50, 1 cum -a defendes, depurgato herbasque malas ... effodito (SENT. Minuc. [CIL I² 584] 41. VARRO rust. 1, 30. 1, 37, 5 ut defendantur a pastione. COLVM. 11, 2, 27 a pecore. *al.*). 149, 1 -o sicco decedat *conductor pabuli tempore statuto* (*ibid. iterum*). SENT. Minuc. (CIL I² 584) 41 sei ... malent in eo agro alia -a inmittere, defendere, sicare ([*i.* sec-]. VARRO rust. 1, 33. 2, 11, 8 VLP. dig. 50, 15, 4 pr. *cf.* sicilire: VARRO rust. 1, 49, 2 COLVM. 2, 21, 3. tondere: VERG. georg. 1, 289. *sim. al.*). CIL I² 1992 (*saec. II a. Chr.?*) Egnatius ... -a faciunda coiravit (VARRO rust. 2 praef. 4 ex segetibus fecit -a. COLVM. 2, 16, 3. *al.*). VARRO rust. 1, 21 si -a sunt in fundo neque pecus habet, danda opera, ut ... alienum pecus ... pascat. 1, 47 herba in -is ad spem faenisiciae nata ... non calcanda *est*; quo et pecus ab -o ablegandum. *al.*

B *speciatim*: **1** *de singulis -is nomine proprio appellatis; respiciuntur regiones*: **a** *urbis*: CIC. dom. 101 in Vacci -is domus fuit M. Vacci, quae publicata est (LIV. 8, 19, 4). LIV. 2, 13, 5 patres C. Mucio ... agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia -a appellata (PAVL. FEST. p. 144 VIR. ill. 12, 6). 3, 26, 8 ubi nunc navalia sunt, ... *L. Quinctius Cincinnatus* colebat agrum, quae -a Quinctia vocantur (PAVL. FEST. p. 256 PLIN. nat. 18, 20). 3, 54, 15 in -is Flaminiis ..., quem nunc circum Flaminium appellant (3, 63, 7). **b** *cuiuslibet loci* (*addas l. 74. p. 1132, 29*): CIL X 5853, 9 (*saec. II¹?*) fundos Ceponian(um) ... et Mamian(um) et -um Exosco ..., ex quor(um) reditu *eqs.* INSCR. Année Épigr. 1972 n. 272 colleg(io) *cuidam* ... ⌞-i novi⌟ (*estne regio quaedam municipii Igabri?*). DONATIO Tiburt. p. CXLVI[b] 29 praeterea eadem largitate offero fundos, id est fundum Callicianum, Casa nova, Casa -i. *huc pertinere videtur titulus mutilus*: CIL X 7873 ⟨le⟩gavit -a Maeci⟨...⟩.

2 *de -is militaribus vel publicis* (*ad rem v. Le Roux, L'armée romaine et l'organisation des prov. ibériques, 1982, 103 sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1982 n. 578 (*ex Hispania cit.; aet. Claud.*) terminus -orum leg(ionis) x gem(inae) inter legionem de⟨c⟩imam et ⟨ci⟩v⟨i⟩tatem *quandam* (CIL II 2916a [*saec. I¹*] ter(minus) August(alis) dividit prat(a) leg(ionis) IIII et agrum Iuliobrig(ensium). INSCR. Année Épigr. 1988 n. 923 [*e Dalmatia; saec. I med.*] t(erminus) pra(torum) leg(ionis) XI. *al.*). 1935 n. 13 (*prope Asturicam; aet. Claud.*) terminus -orum coh(ortis) IIII Gall(orum) (*exstant alia exemplaria eiusdem termini, e. g.* INSCR. Dessau 5696). CIL III 14356[3a] (*a. 205*) *quidam* mil(es) ..., cond(uctor) prat(i) Fur(iani) lustr(o) Nert(ii) Celerini p(rimi)p(ilaris) (*v. p. 1249, 59 sqq.; item cum nomine proprio*: INSCR. Niedergerm. Limes, 1974, 27 ⟨l⟩egio prim⟨a⟩ ... -a ⟨A⟩urelian⟨a⟩dampliav⟨it⟩). 13726 (*saec. II/III*) *quidam* trib(unus) coh(ortis) prat(a) pub(lica) terminis circu⟨m⟩clusi⟨t⟩ (COD. Theod. 7, 7, 3 [*rubr.* de pascuis] a p. -is Apamenis animalia militum prohiberi [*distinguuntur* -a privatorum]). INSCR. Hisp. ant. epigr. 8–11, 1957–60, n. 1483 termin(u)s Aug(ustalis) pra(torum) col(oniae) Aug(ustae) Emeritae.

3 *de -is inferorum vel paradisi*: **a** *apud paganos* (*vix recte* Lunai -um *pro* L. portum *coni. Wagenvoort, Mnemosyne 19, 1966, 346* ENN. ann. 16): VERG. Aen. 6, 674 lucis habitamus opacis ... et -a recentia rivis incolimus (*in elysio ut*: CLAVD. DON. Aen. 6, 640 p. 591, 30 campi illic, -a atque nemora beatitudinem commorantibus praestant. 6, 665 p. 594, 14. CLAVD. rapt. Pros. 2, 288 mollia. CIL VIII 23774 [*versus incompti*] erro per Elisia -a). SEN. Herc. f. 698 non -a viridi laeta facie germinant (*in orco ut*: FRONTO p. 233, 1 de Acheruntis ... -is [*opp.* de caeli nemore]. CLAVD. rapt. Pros. 1, 281 -is ... Erebi nigrantibus). **b** *apud Christianos* (*de* TERT. coron. 15, 1 *v. p. 1131, 20*): PASS. Mar. Iac. 6, 12 (*in visione martyris*) iter ... erat per locum -is amoenum. Ps. AMBR. act. Seb. 4, 13 illic -a recentia semper melleis fluunt rivis. PRVD. cath. 3, 104 -a ... multicolora latex quadrifluo celer amne rigat (*in paradiso terrestri ut*: DRAC. laud. dei 1, 189. 1, 193 non ... gelidis canescunt -a pruinis [*cf. p. 1133, 9*]. 1, 493). AVG. in psalm. 83, 10 l. 28 ('in locum quem disposuit') collis est, mons est, terra est, -um est, prope omnia ista dictus est locus ille. QVODV. grat. 2, 11, 10 per gaudiorum -a. INSCR. christ. urb. Rom. 21015 (*vers.*) ⟨am⟩oena piorum pra⟨ta⟩. *al.*

II *metonymice*: PLAVT. Pseud. 811 qui *coqui* ... condita -a in patinis proferunt, boves qui convivas faciunt herbasque oggerunt (*de ipsa herba ut*: OV. ars 1, 299 *Pasiphae* novas frondes et -a tenerrima tauro fertur ... subsecuisse manu). AVG. civ. 11, 8 p. 471, 15 eo loquendi modo ..., sicut ... '-a mugiunt', cum ... in his boves mugiunt.

III *comparationes, imagines, translationes potiores (cf. etiam IB3), quae respiciunt -um tamquam locum*: **A** *qui peragratur, viam praebet (cf. etiam l. 57): transfertur ad res corporeas*: CIC. Arat. 129 *naves* rostris Neptunia -a secantes (*vix huc spectat iam* ENN. *p. 1132, 58*). CE 983, 3 d⟨e⟩sulcanda ... cerea -a *tabellarum* (*v. vol. III 861, 55*). *in imag. respicitur via poetae sequenda* (*sc. genus carminis*): PROP. 3, 3, 18 quis te carminis heroi tangere iussit opus? ... mollia sunt parvis -a terenda rotis. MANIL. 2, 53 integra quaeramus rorantis -a per herbas (*opp. 50* semita trita). NEMES. cyn. 13 insistere -o ..., rudibus qua luceat orbita sulcis (*antea*: cursus ... tramite noto ... faciles). *cum -o novo comparantur puellae iuniores, minus peritae*: OV. ars 2, 698 nec platanus, nisi sera, potest obsistere Phoebo (*sc. umbram donans*) et laedunt nudos -a ⌞novella⌟ pedes (⌞ ⌟ *'nuper ex arvo facta, sc. nondum gramine ubere vestita' Wieland in plagulis [cf. p. 1135, 16]; vix recte de -is modo sectis cogitant alii*).

B *qui pulchritudine, venustate insignis est* (*cf. p. 1133, 20*): OV. met. 13, 790 Galatea, ... floridior -is. SEN. Phaedr. 764 *cito perit hominis pulchritudo*; non sic -a ... aestatis ... despoliat vapor (*in comparatione simili*: STAT. silv. 3, 3, 130 ubi verna novis exspirat purpura -is). IVLIAN. in Os. 14, 5 pulchritudo te ... ita ... vestiet, ut ... liliis et rosetis stellantia -a visantur.

C *qui alimenta et delectationem praebet*: **1** *legentibus vel scribentibus*: SEN. epist. 108, 29 ex eadem materia suis quemque studiis apta colligere: in eodem -o bos herbam quaerit, canis leporem. HIER. epist. 65, 2, 2 *magistra* te per -a virentia et varios divinorum voluminum flores ducat. adv. Pelag. 2, 10 haec breviter quasi de latissimo ... apostolicae doctrinae -o carpsimus. ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5 in -is spiritalis ... eloquii (*gr. λειμῶνι*). CLAVD. carm. min. 30, 9 apes ... -a legentes transmittunt saeclis Heliconia mella futuris. DIG. de conc. dig. 1, 9 *in digestorum libris similia iteranda non sunt,* ne ... oriatur aliquid in tali -o spinosum (*nisi ad A, sc. imagine itineris sentibus impediti*). *al.* *in titulo libri* SVET. (*nisi l. 60 de alio dictum*): GELL. praef. 8 est qui 'memoriales' titulum fecerit, est qui *πραγματικά* ..., est praeterea qui -um. PRISC. gramm. II 387, 2 Suetonis in VIII -orum (*sim.* 387, 24. III 275, 15 [*ubi v. Keil de var. l.* praetorum]). ISID. nat. 38, 1 Tranquillus in -is (*sim.* 44, 1). DIFF. Suet. tit. p. 306, 36 differentiae ... ex libro Suetoni ..., qui inscribitur -um.

*?***2** *libidinem exercenti* (*respiciuntur partes obscenae, si recte restituitur*): PRIAP. 52, 9 qui *stupratores* cum te male foderint iacentem, ad ⌞-um⌟ veniet salax asellus (⌞ ⌟ partum *trad., v. Housman, Class. Papers III 1176 sq., et cf. vol. VI 3, 3018, 71 sqq.*). **3** *deditis vitae religiosae*: EVCHER. laud. her. 39 interioris hominis -um (pastus *var. l.*) et voluptas (*de ipso deserto*).

D *qui copia magna herbarum et florum praeditus est* (*cf. iam* VERG. *p. 1133, 2*): TERT. anim. 24, 11 Plato ... solus in tanta gentium silva, in tanto sapientium -o (*item iuxta ponitur*: adv. Marc. 4, 14 p. 459, 16 in tanta frequentia eiusmodi vocum, tamquam in s. vel in -o vel in nemore pomorum). COLLECT. Arian. serm. 14, 1 re⟨d⟩olent de -is sanctorum suavissimi flores (*sc. martyres*).

[Peri]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

E *qui colendus est*: VET. LAT. Sirach 24, 42 rigabo meum hortum ... et inebriabo -us mei fructum (*sc. doctrinam sim.*; partus *var. l.*, prati *edd. vet.; gr. 24, 31 μεθύσω μου τὴν πρασιάν*). GREG. M. dial. 1, 4, 10 *antistes* scripturarum aperiebat fontem et rigabat -a mentium (in I reg. 5, 59).

appendicula comprehendens epitheta notabiliora: ENN. ann. 516 per caerula laetaque -a (*al. v. vol. VII 2, 884, 3 sq.*). CATO agr. 8, 1 irrigivum (*al. v. vol. VII 2, 418, 23 sq.; cf.* irriguum *ibid. 420, 81 sqq.,* irrigare *ibid. 418, 68 sq.*, riguum COLVM. 2, 16, 3 AVSON. Mos. 327). *ibid.* siccum (9. 149, 1 PALLAD. 12, 13, 3. *cf.* VARRO rust. 1, 9, 5 retorrida. VERG. georg. 1, 289 arida. DIRAE 16 sitientia. COLVM. 2, 16, 3 siccaneum). VARRO rust. 1, 6, 5 -a ... herbosa (AVIAN. fab. 6, 3. *cf.* OV. am. 3, 5, 5 gramineo. APVL. met. 7, 15, 1 herbantibus. PRVD. cath. 5, 121 herbida). LVCR. 5, 785 florida (PLIN. epist. 5, 6, 11. *cf. p. 1134, 44 et* ANIAN. Chrysost. hom. 2, 5 florentibus. DRAC. ros. 2 florea). VERG. ecl. 10, 42 mollia (*al. v. vol. VIII 1370, 63 sqq.*). Aen. 6, 674 recentia (PS. AMBR. act. Seb. 4, 13. *cf.* OV. ars 2, 698 novella [PALLAD. 10, 10 tit. de -is n. formandis. 10, 10, 1]. STAT. silv. 3, 3, 130 novis [PALLAD. 10, 10, 4. 12, 2]). OV. ars 1, 299 tenerrima (COLVM. 2, 17, 6 BVC. Eins. 2, 13). met. 1, 297 viridi (*ibid.* 13, 924 PETRON. 127, 9 vers. 5. *cf.* ENN. *supra.* AVSON. 417, 93 p. 280 virentia [AMM. 23, 6, 30 HIER. epist. 65, 2, 2. *al.*]. Mos. 335 viridantibus. PRVD. psych. 863 smaragdina). trist. 5, 4, 9 aperto (SEN. Herc. f. 141).

deriv.: pratalis, *?*pratens, pratensis, pratulum.

[prātūra *v.* ospreatura.**]**

1. prātus *v.* pratum.

2. pratus (prāt-*?*), -ī *m.* *obscurum, nisi idem est ac* 1. pratus (*conferasne p. 1134, 26?*). *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 124 l. 8 sq. *herbam sempervivum appellant* alii ungulam Martis, ... alii -u(m) maiore(m), alii -u(m) minore(m) (*cod. Ca, om. cett.; ad rem v. André, Les noms de plantes, 1985, 207, qui Lex. des termes de botan., 1956, 260 cogitavit de voce gr. quadam corrupta*). *Peri.*

prāvē *v.* pravus.

prāvēsco, -ere. *a* pravus. *i. q. pravum facere* (*vi q. d. factitiva ut e. g.* innotescere *vol. VII 1, 1713, 27 sqq.*): GLOSS. II 252, 26 *ἀφανίζω*: depravo, extermino, disperdo, -o, deformo. 275, 35 *διαφθείρω*: depravo, corrumpo, -o. 437, 30 *στερίσκω*: depravo, privo, fraudo, -o.

prāvicordius, -a, -um *et* prāvicors, -cordis (*l. 40. 45. 51*). *a* pravus *et* cor (*forma* -us *sec. gr. -κάρδιος?*). *i. qui pravum cor habet* (*non nisi masc. pro subst. de homine pravi cordis*): VET. LAT. Sirach 3, 28 cor ingrediens duas vias non habebit successus et -us in illis scandalizabitur (*gr. non exstat*; parvi-, pravi cordis *sim. var. ll.*; pravicors *restituunt codd. Paris. quidam saec. XIII*, pravus corde *edd. vet.; forma* -us *confirmatur* Aug. in psalm. 146, 7 spec. 23 Ps. Aug. spec. 15; *explicat* AVG. in psalm. 146, 7 quid est -us? torticordius, tortum cor habens; putat torta esse omnia quae dicuntur a deo *eqs.*). *dubiae lectionis*: AVG. in psalm. 124, 2 l. 23 qui sunt recti corde? qui non reprehendunt deum; ... ⌞-es⌟ ergo sunt, id est, qui rectum cor non habent, qui sedent et disputant, quomodo debuit facere deus (⌞ ⌟ *ed. sine nota in app.; fuitne* pravi corde*? cf. enim ibid. 31, enarr. 2, 25 l. 21* pravi corde, id est distorti corde, *93, 19 l. 20* pravus corde es). 124, 10 l. 3 sicut ... declinat a malo ... rectus corde ..., sic -us (pravi cordis, pravus corde *var. ll.*) ... declinat a deo. IND. capp. bibl. Sirach 3 p. 130 de -e (*vel* pravi corde, *testatur Thiele in ed. Vet. Lat. Sirach 3, 27,* gravi c. *ed. comm. pontif.*).

prāviloquium, -ī *n.* *a* pravus *et* loqui (*cf.* brevi-, falsiloquium *sim.*). [*perperam sec. Migne 64, 1008[B] affertur* -um (*pro* parvi-) *e* BOETH., *qui top. Arist. 164b13 pro πονηρολογίαν posuit* laboriosum sermonem.] *i. q. prave dictum, sermo pravus*: AMBROSIAST. in II Cor. 5, 11 quorundam -o dies iudicii dei in dubium deducitur. *Bk.*

***prāvitās,** -ātis *f.* *a* pravus. *scribitur* prave- VET. LAT. Ios. 23, 13 (cod. 100), prabi- VVLG. deut. 29, 19 (*cod. O saec. VII/VIII*). *legitur semel apud* TER., *ceterum non nisi in oratione soluta inde a* CIC., VARRONE (*plur. exstat* CIC. leg. 1, 31. 1, 51 parad. 22 TAC. dial. 28, 6 ann. 3, 34, 3 *et saepius inde a* VET. LAT.). [*confunditur in codd. saepe cum* parvitas, *e. g.* SEN. epist. 50, 5 (*al. v. vol. X 1, 543, 44 sqq.*); *falsa var. l. pro* gravitas TERT. cult. fem. 2, 6 l. 20 (*falso trad.* COD. Theod. 13, 9, 5 CAEL. AVR. acut. 1, 2, 31; *restituitur p. 1137, 63, e coni. dubia* CIC. Tusc. 3, 1 ARNOB. nat. 5, 41), *pro* perversitas SEN. frg. 29; *conicitur loco corrupto* CIC. ac. 2, 80 (importata, importune *trad.*); *ex interpretatione falsa*: VET. LAT. Ios. 23, 13 (cod. 100) *gentes* erunt vobis sicut offendicula in lateribus vestris et -es in oculis vestris (*LXX βολίδας, sed Theod. Cyr., Migne gr. 80, 481[B] σκῶλα, pro quo fortasse σκολιά legit interpres*).]

i. q. status pravus, sc. quo quis (quid) a recto declinat (metonymias v. p. 1136, 53. 1137, 19. 35; inducitur tamquam agens p. 1136, 10. 74. 1137, 13. al.); de vitio, quod percipitur potius: **I** *animo* (*sublucet imago -is corporis humani p. 1136, 25. 73. 1137, 13; coniungitur vel variat in contextu cum* error *e. g. p. 1136, 19. 31 sqq., cum* perversitas *e. g. p. 1136, 29. 42; opponitur* rectus *e. g. p. 1137, 13. 36; iuncturae cum gen. quodammodo abundantes l. 31. p. 1137, 24 et* TAC. dial. 31, 2 vitiorum. MAX. TAVR. 95 delictorum. *al.*; -s est *cum acc. c. inf. l. 6, cum inf.* CYPR. epist. 74, 4): **A** *-s declinat potius a iudicio sano, cogitatione recta sim.* (*sive de vitio mentis, e. g. l. 8. 10, sive de errore, opinione perversa, ut l. 6 et passim sub 2*): **1** *in universum*: TER. Haut. 973 quae istast -s quaeve amentiast, quod peccavi ego, id obesse huic? Q. CIC. pet. 40 ut de ... animi -e deducas *eos, qui sine causa te non amant* (PS. SALL. rep. 2, 3, 1 Pompeius ... a. -e ita lapsus est, ut hostibus tela in manus iaceret [*ad B1 trahit e. g. Cugusi, 1968, ad l.*]). CIC. Vatin. 14 quae te tanta -s mentis tenuerit, qui tantus furor, ut ... auspicia ... contempseris? (SEN. dial. 11, 11, 1 m. humanae -s insatiabilis rerum omnium [*antea*: credulitas ... et ... voluntaria mortalitatis oblivio]). leg. frg. Lact. inst. 5, 8, 10 omnes homines inter se natura confusi (coniuncti *Ziegler*) -e dissentiunt neque se intellegunt esse consanguineos. LENT. Cic. fam. 12, 14, 3 eadem superbia in -e utuntur *Rhodii* (*antea*: mira est eorum amentia. *cf.* 12, 15, 3 Rhodios ... tanta in -e animadverti, ut omnis firmiores putarent quam bonos). SALL. Iug. 2, 4 -s eorum ..., qui dediti corporis gaudiis ... ingenium ... torpescere sinunt. PLIN. nat. 15, 14 accedere ... ratio -i videtur (*postea*: similis error). QVINT. inst. 2, 5, 10 vitiosas orationes, quas tamen plerique iudiciorum -e mirantur. TAC. hist. 3, 41, 2 -s consilii patuit (ARNOB. nat. 2, 17 -e [parv- *trad.*] c. atque ignorantiae caecitate. AMM. 29, 3, 1). VET. LAT. II Macc. 14, 8 (rec. L, *sim.* X *et* V) illorum, *qui Iudam sequuntur,* -e universum genus *nostrum* non minime vexatur (*rec. B. al.* inconsiderantia, *gr. ἀλογιστίᾳ*). PANEG. 4, 22, 1 animus -e velut morbo impeditus. *al.*

2 *de prava doctrina religionis vel philosophiae sim.*: **a** *vario respectu*: CIC. ac. 2, 26 in ista -e perstabitis *contendentes nihil posse percipi*? Tusc. 3, 2 simul atque editi in lucem ... sumus, in omni continuo -e et in summa opinionum perversitate versamur. 3, 3 inficimur opinionum -e a naturaque desciscimus (ARNOB. nat. 7, 34). 5, 78 *Aegyptiorum* imbutae mentes -is erroribus (MIN. FEL. 26, 8 *maligni* spiritus ... non desinunt perditi iam perdere et depravati errorem -is infundere [*inde* CYPR. idol. 6]). CYPR. epist. 60, 3 *Novatianus* durus saecularis philosophiae -e (*sc. Stoicae, cf. e. g. 55, 16*). LACT. inst. 1, 1, 25 haec ... -is est causa: ignoratio sui. OROS. hist. 1 praef. 9 adversus vaniloquam -em *paganorum.* GREG. M. moral. praef. 5 ut eorum, qui sub lege sunt, -s confundatur (*sc. Iudaeorum*). *al.* **b** *cum respectu haereseos* (*quaedam nimirum vergunt ad B*): CYPR. epist. 47 qui ... Novatiani ac Novati obstinatione et -e seducti de ecclesia recesserunt (*item nomina haereticorum inducuntur per gen.*: PS. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 1 l. 5 Arrianorum. *per adi.*: MAXIMIN. c. Ambr. fol. 305[r], 38 secundum Macedonianam fraudulentam -em et perversitatem. HIER. chron. a. Abr. 2386 Arrianae. VEREC. in cant. 8, 4. *al.*). 51, 1 perfidiae et haereticae -is obstinatione (52, 1 h. -is nocens factio. HIL. trin. 4, 6 HIER. epist. 61, 2, 5. CONC.[S] I 3 p. 186, 25 [*gr. I 1, 4 p. 8, 24 καχοδοξίας, cf. I 2 p. 103, 23* perfidiae]. *al.*). 73, 15 haereticorum sacrilegam -em (AVG. civ. 5, 18 p. 225, 7 h. perniciosissima -e). HIER. epist. 62, 2, 2 propter dogmatum -em *Origenis* (hom. Orig. in Ezech. 9, 1 p. 408, 1. CONC.[S] I 3 p. 42, 18 [*gr. I 1, 1 p. 97, 21 διαστροφήν*]. *al.*). RVFIN. hist. mon. 28, 4, 1 fidei. CONSVLT. Zacch. 2, 1 p. 49, 25 schismatum (*cf.* schismatica: LEO M. epist. 12, 6 REG. eccl. Carth. l. 1046. *al.*). CONC.[S] I 3 p. 145, 19 ut venenosa -e agrum dominicum liberaret (*gr. I 1, 2 p. 98, 19 σκαιότητος*). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 34, 17 scaevae sententiae -s. *al.* *metonymice et collective de haereticorum coetu*: MARCELL. chron. II p. 77, 430, 3 Nestorio -is episcopo.

B *-s declinat potius a probitate, bonis moribus* (*cf. A2b*): **1** *notione communi, sc. de statu, qualitate sim., fere i. q. improbitas, nequitia sim.* (*sc. hominum praeter p. 1137, 16. 27; cf.* GLOSS. II 413, 26 *πονηρία*: malignitas, -s, malitia): CIC. Marcell. 20 in conservandis viris bonis ... non cupiditate ... aut -e lapsis, sed opinione officii stulta fortasse, certe non improba. fin. 2, 27 quae *philosophia* non interitum afferat -is, sed sit contenta mediocritate vitiorum. parad. 22 si quidem -es animi recte vitia dicuntur (SEN. benef. 7, 19, 9 tanta -s a. *tyranni crudelis.* epist. 50, 5 animum ... recorrigere, *ante* quam indurescat -s eius. ARNOB. nat. 2, 50. *addas l. 69, ceterum cf. l. 7*). nat. deor. 1, 77 *ut* animos imperitorum ad deorum cultum a vitae -e converterent. phil. frg. V 39 (*antea*: velle ... quod non deceat) plus ... mali -s voluntatis affert quam fortuna cuiquam boni (AVG. civ. 14, 8 p. 18, 6 voluntas mala, a cuius -e illa *bona* distinguitur. SACR. Greg. 110, 1 [508 D.]. FACVND. c. Moc. 58). VELL. 2, 112, 7 mira -e animi atque ingenii in praecipitia conversus *Agrippa Postumus* (RVFIN. hist. 2, 6, 2 [*gr. περὶ τὸ ἦθος ... ἀνωμαλία*]). SEN. benef. 3, 1, 2 -e naturae *accidit, ut quosdam habeamus infestos propter beneficia eorum.* nat. 5, 18, 15 si beneficia naturae utentium -e perpendimus. TAC. dial. 28, 6 sincera et integra et ⌞in⌟ nullis -bus detorta unius cuiusque natura (⌞ ⌟ *del. edd. plerique*). hist. 2, 92, 1 -s amicorum ... auxerat *odia inter Caecinam et Valentem.* 3, 85 volgus eadem -e insectabatur interfectum *Vitellium,* qua fo-

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verat viventem. 4, 44, 2 Sosianus -e morum multis exitiosus (SIDON. epist. 6, 7, 2 INTERPR. cod. Theod. 16, 2, 39. *al.*). 5, 5, 1 hi *Iudaeorum* ritus ... antiquitate defenduntur; cetera instituta sinistra foeda -e valuere. ann. 3, 34, 3 corruptos saepe -bus uxorum maritos. *al.* APVL. apol. 21, 2 facti vel dicti alicuius -em (*item cum gen. delicti*: CYPR. epist. 44, 1 illicitae ... ordinationis -e commoti). VET. LAT. psalm. 138, 20 (cod. 136) amaricaverunt te in -e (*quinta Origenis ἐν κακοβουλίᾳ, aliter rec. cett.*). HERM. vulg. vis. 3, 9 *ut* iustificemini ab omni nequitia et omni -e (*gr. σχολιότητος, Pal.* vacatione [*pro* praevarica-*?*]). AMM. 15, 3, 8 ad Rufinum ... avidum hominem et coalita -e famosum. HIER. psalt. sec. Hebr. 80, 13 dimisi eum in -e cordis sui (VVLG. deut. 29, 19 ambulabo in -e c. mei [*cod. 100* errore]. Ier. 3, 17. *al.*). AVG. in psalm. 36, enarr. 1, 12 l. 34 si tu nolis, quod deus vult, curvus eris et -s tua non te permittet planari recto. CONC.^{S} II 3, 2 p. 152, 13 ambiguitas ... nata ... -e atque avaritia quorundam (*gr. II 1, 2 p. 140, 23 φαυλότητι*). LEX Burg. lib. const. 80, 2 propria -e mentiri. *al. singulariter de iniquitate deorum*: CLAVD. DON. Aen. 3, 5 p. 261, 7 ostendit ... intolerabilem deorum intervenisse -em, ut innocentium spes, salus ... conciderent.

2 *metonymice, imprimis per plur., de prave factis*: **a** *usu hebr. et christ. de peccatis*: VET. LAT. psalm. 96, 10 (cod. 136) diligentes dominum oderunt -es (*cod. 303* nequitiam, *Vulg.* malum, *gr. πονηρόν*). 124, 5 (cod. 325. *al.*) declinantes ... in -bus (HIER. psalt. sec. Hebr. ad -es, *Vulg.* in obligationes, *gr. εἰς τὰς στραγγαλιάς*). Soph. 3, 11 (Aug. civ. 18, 33) auferam abs te -es iniuriae tuae (*cod. 176* nequitias, *aliter Vulg.; gr. τὰ φαυλίσματα*). VVLG. Ier. 18, 12 unusquisque -em cordis sui mali faciemus (*cf.* MAX. TAVR. 22, 3 nihil ... fecisse -is). AVG. civ. 11, 13 p. 480, 3 angelos peccatores, qui sua -e illa luce privati sunt. SACR. Leon. 141 *iram dei* nostris -bus meruimus. EVSTATH. Basil. hex. 8, 8, 12 si animus multis -um milibus oneratur (*gr. p. 185^{C} μυρίων κακῶν*). CASSIOD. in psalm. 118, 121 quisquis ... -es suas ante examen domini iusta exsecratione condemnat. *al.* **b** *vario usu*: COD. Theod. 3, 11, 1, 1 si haec -s ordinarii iudicis erit (*sc. abusus potestatis*). GREG. M. dial. 4, 54 Valerianus ... levis ac lubricus exstitit modumque suis -bus ponere contempsit.

C *-s declinat a qualibet norma, a statu apto et consentaneo sim.*: **1** *de -e animantium* (*metonymice de ipsis actionibus pravis maxime l. 40. 50*): **a** *in universum*: CIC. leg. 1, 31 *non* solum in rectis, sed etiam in -bus (pravis actibus *codd. det.*, pravis *Ziegler*) insignis est humani generis similitudo. Tusc. 4, 76 *amantium* inconstantia mutabilitasque mentis quem non ipsa -e deterreat? VARRO ling. 9, 22 indoctis non tam irascendum quam huiusce -is patronis (*sc. qui vocabulis novis utuntur*). SEN. epist. 122, 5 quomodo haec animo -s fiat aversandi diem et totam vitam in noctem transferendi? (*item cum gerund.*: CLAVD. DON. Aen. 2, 660 p. 235, 26 ne in ... -e perduret cessandi). **b** *in munere administrando* (*respiciuntur magistratus sim. non idonei*): CIC. rep. 1, 68 factio oritur ..., cum ipsos principes aliqua -s de via deflexit. SALL. hist. frg. 2, 15 adversa in -em *ducis*, secunda in casum ... declinando (*cf.* TAC. ann. 14, 38, 3 adversa -i ipsius *legati*, prospera ad fortunam referebat *procurator*). LIV. 4, 26, 6 -s consulum discordiaque inter ipsos ... terrebant. 9, 18, 15 collegae nunc temeritas, nunc -s impedimento ... fuit. TAC. ann. 3, 16, 4 (*verba Pisonis*) ne meae -is, *qua Syriam repetivi*, poenas *filius* innoxius luat. 3, 48, 2 *Lollium* auctorem C. Caesari -is et discordiarum arguebat.

2 *de -e rerum* (*cf. gen. gerund. l. 42*): QVINT. inst. 2, 15, 2 *rhetoricen* quidam artem, ... quidam etiam -em quandam artis, id est *κακοτεχνίαν*, nominaverunt. GELL. 1, 22, 21 cavenda ... est ... -s ominis, si quis senior advocatus adulescenti 'superesse se' dicat. 5, 20, 1 'soloecismus' ... *olim* 'stribiligo' dicebatur, a versura videlicet et -e tortuosae orationis, tamquam 'strobiligo' quaedam (*spectatne simul ad IIC?*). *de* GELL. 6, 17, 2 *v. vol. X 1, 545, 28.*

II *sensibus*: **A** *obtutu*: **1** *pertinet ad partes corporis hominum* (*animalium l. 68 sq. p. 1138, 5*): **a** *generatim* (*de vitiis variis vel parum definitis*): CIC. leg. 1, 51 an corporis -es, si erunt perinsignes, habebunt aliquid offensionis, animi deformitas non habebit? (fin. 5, 47 -em imminutionemque c. [*opp.* formae dignitatem]). fin. 4, 31 -e (*Bentley*; gravi- *trad.; v. Madvig, 1876, ad l.*) membrorum et cruciatu dolorum si quis quem levet (Tusc. 4, 28 vitium *appellant*, cum partes corporis inter se dissident, ex quo -s m., distortio, deformitas. HIER. in Ezech. lib. 12 praef. l. 13 unius -e ac deformitate membri). PALLAD. 4, 11, 2 ut sint boves ... cornibus robustis ac sine curvaturae -e lunatis. CHIRON 755 quodquod iumentorum pravas facies afferunt ..., aut si qui super oculos aliquam -em habent. AVG. serm. 243, 8, 7 *post resurrectionem in membris erit* nulla corruptio, nulla deformis -s. PHYSIOGN. 29 cum sine ulla -e sunt oculi et statum [non] obtinent rectum, optimum mentis indicant statum. *de* PANEG. 12, 4, 3 *v. vol. X 1, 543, 84.*

b *speciatim de statu eorum*: **α** *qui gestu vel vultu inepto deformes fiunt*: CIC. de orat. 1, 156 intuendi nobis sunt ... etiam actores, ne mala consuetudine ad aliquam deformitatem -emque veniamus *in actione*. 2, 91 *Fufius Fimbriae* oris -em et verborum latitudinem imitatur. 3, 222 oris non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias aut ad -em aliquam deferamur. **β** *qui paralysi corripiuntur*: VEG. mulom. 2, 105, 2 (*tit.* de paralytico) ut critellis (*i.* cli-) ex ligno appositis contracta cervicis -s dirigatur. MIRAC. Steph. 2, 2, 1 p. 843 in -em pestemque paralysis causa perducta est (*antea*: oris ... distensionem). *ibid.* p. 844 vultus pestifera -e *non* exuebatur. 2, 2, 3 p. 845 ob ... vitiosi oris -em.

2 *pertinet ad res*: COLVM. 4, 20, 1 ne -s ⌞statuminis ridicae⌟ (⌞ ⌟ *corrupte trad.*) ad similitudinem sui vitem *alligatam* configuret. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 127, 20 si curvo ligno adhibeas aequissimam regulam, videbitur ... argui materiae -s (*postea*: causam perversitatis).

B *gustu vel olfactu*: SEN. nat. 3, 5 (*v. app. crit.*) *mare* per multiplices terrarum anfractus verberatum amaritudinem ponit et -em, ... saporem exuit et in sinceram aquam transit. PASS. Theclae C a 35 p. 99, 1 *immittebantur aromata varia,* ut omnes bestiae ex odore et ⌞-e⌟ illius ingravarentur (⌞ ⌟ parv- *ed., fortasse errore typothetae, cf. app. crit.*).

C *auditu* (*cf. etiam p. 1137, 56*): QVINT. inst. 1, 1, 37 multa linguae vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum -e durantur.

[prāviter *v.* pravus.]

praumaticus *v.* pragmaticus. *Terkelsen.*

prāvo, -ātum, -āre. *a* pravus, *cf.* depravare (*quod legitur inde a Ter.*). *i. q. pravum reddere, depravare* (*cf.* GLOSS. -o: *στρεβλῶ*): *corruptione animi*: VET. LAT. Sirach 22, 20 cogitatus sensati ... metu non ⌞-bitur⌟ (*codd. GZ,* depr(av)abitur *cett., gr. 22, 16 δειλιάσει*). ARNOB. nat. 1, 65 p. 62, 14 o ingratum ... saeculum, o in privatam perniciem incredibili pectoris obstinatione -tum (*v. Hagendahl, La prose métrique d'Arnobe, 1937, 162 sq.*; privatum *cod.*). GILD. Brit. 109 chron. III p. 84, 19 *impudicus* filius mali genitoris exemplo -tus (pri- *var. l.*). *laesione corporis*: CHIRON 545 *iumento, cuius maxilla fracta est,* constrictionem facies, ne -et labium inferius (praebet *trad., corr. sec. Veg. mulom. 2, 33, 2* depravet). *Bk.*

***prāvus,** -a, -um. [*orig. inc. Fo.*] *scribitur* prab- AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 305^{r}, 4 (*et al. in eodem cod. saec. V^{1}*) *et saepius in codd. rec.; superl.* -essimus CIL IV 8259 (*v. Väänänen, Latin vulg. inscr. pomp., ^{3}1966, 21*). NOT. Tir. 52, 29 -um. *de formis: nom. sing. neutr.* -om TER. Haut. 485 (*A*). *compar.* -ior CIC. Tusc. 3, 80 EVTR. 10, 9, 3 AVG. epist. 167, 14. *al.; superl.* -issimus (-ess- *l. 34*) *inde a* CIC. Mur. 77 Brut. 258 VELL. 2, 80, 3, *cf.* tam -us CIC. ac. 2, 125. *al.*, -us admodum COD. Theod. 9, 40, 14; *posit.* -us *iuxta superl.* SEN. benef. 5, 15, 2 pro pessimo -oque (VET. LAT. II Thess. 3, 2 [Theod. Mops.]. *vice versa*: CIL IV 8259 -essimus et bellus). *legitur inde a* PLAVTO (*semel ut* ACC., RHET. Her., CAES., VERG. *al.*), TER., CIC., LVCR.; *frequentant imprimis* AVG. *et* GREG. M. [*in codd. confunditur passim cum* parvus, *quod infra raro notavimus, e. g.* TER. Ad. 391. LIV. 27, 23, 2 (*falsa var. l.* CIC. p. red. in sen. 10. *al., restit.* LVCR. 4, 517 SALL. or. Phil. 1. *al., e coni. dub.* CIC. Verr. II 4, 9. *al.*), *ceterum e. g. cum* privus NOVELL. Maior. 6, 11 (*falso trad.* APVL. Socr. 3 p. 122. *cf. p. 1142, 38*). *e coni. dub.* CIC. leg. 1, 31 *v. p. 1137, 37.*]

cum respectu declinationis a statu recto significatur fere i. q. malus, perversus (*cum abundantia quadam de ipsis vitiis, malis e. g. p. 1139, 23. 1140, 8. 34; copiose ad rem Monteil, Beau et laid, 1964, 241 sqq.*). *testimonia notionis*: DON. Ter. Ad. 390 -um est, quod et ipsum laedit facientem, malum, quod alios tantum. SYNON. Cic. p. 423, 3 deversus. -us. perversus *eqs.* p. 424, 18 flexum. curvum. pandum. -um. perversum *eqs.* p. 440, 20 -us. distortus. deformis. ... foedus. turpis. ... inhonestus. ... indecorus. invenustus (*sim.* GLOSS. I 82, 27 -us. insolens. *eqs.*). GLOSS. -us: *σκαιός, φαῦλος*. GLOSS.^{L} II Philox. PR 188 -⟨a⟩e: [*a*]*σκολιᾶς* (-e: *σκολιῶς cod. Scaligeri in marg.*). *sim. al.; iuxta ponitur e. g.* ineptus TER. Ad. 391. 944, perversus CIC. Q. Rosc. 30 CYPR. epist. 59, 15 FIRMIL. Cypr. epist. 75, 9 AVG. op. monach. 9, 10. *al.*, malus CIC. fin. 3, 14 SALL. Catil. 5, 1 PLIN. epist. 3, 9, 32 CYPR. epist. 14, 3. *al.* (*cf. l. 39*), distortus CIC. Tusc. 4, 29 HOR. sat. 1, 3, 48 SEN. epist. 101, 14 AVG. conf. 5, 12, 22. *al.; opponitur e. g.* rectus *inde a* PLAVT. Bacch. 413 TER. Haut. 485 *passim,* honestus CIC. fin. 3, 14 TAC. ann. 2, 2, 4. 11, 33 AMM. 30, 8, 8. *al.*, verus Ps. SALL. rep. 1, 5, 6 SEN. contr. 2, 1, 13 CYPR. epist. 74, 10. *al.*, bonus Ps. SALL. rep. 2, 1, 2 TAC. hist. 1, 87, 2 SYMM. epist. 2, 82, 2. *al.*, iustus VET. LAT. psalm. 36, 38 (cod. 136). IVVENC. 2, 661 VVLG. prov. 10, 31. *al.* *accedit gen. resp.* SIL. 3, 253. 8, 259. 9, 636. 12, 464, *v. etiam p. 1143, 12* (*cf. abl.* AVG. *p. 1135, 47 sqq.* PHYSIOGN. 126 [*addas fort. p. 1139, 17*], *praepos.* in *c. abl.* ORIBAS. syn. 5, 46, 15 Ab p. 83); -um est *c. inf. v. p. 1139, 75 (accedente pron. praepar.). 1141, 11.* *polyptoton* AVG. epist. 167, 14 *aliquid* -o -ius; *in lusu cum* parvus *maxime* TER. Eun. 575 CIC. Att. 1, 13, 2. APVL. flor. 9, 9 (*cf.* parum AVG. civ. 22, 19 p. 598, 27).

I *potius spectat ad ea, quae animo percipiuntur* (*sc. de animantibus rebusve ad eos pertinentibus praeter p. 1142, 37; saepius sublucet usus sub II illustratus, e. g. p. 1139, 30*): **A** *usu communi*: **1** *adi.; respiciuntur potius*

[Corbeill]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui (quae) declinant: **a** *a probitate, bonis moribus sim.*: α *usu vario*: Ⓘ *de ipsis hominibus eorumve natura, qualitatibus sim.* (*de bestiis l. 11*): PLAVT. Bacch. 413 (*paedagogus ad senem*) ego illum *filium tuum* haberem rectum ad ingenium bonum; nunc propter te ... -us factus est (*sc. nimia liberalitate*). ACC. trag. 110 multi in⟨i⟩quo ... animo sibi mala auxere in malis, quibus natura -a magis quam ... fortuna obfuit (SEN. benef. 2, 17, 6. CVRT. 7, 4, 10 -a et sinistra. ACT. Petr. 15 -issima n.). CIC. Tusc. 4, 29 (*comparatur status animi cum corpore*) eorum, qui non longe a sapientia absunt, adfectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta nec -a (AVG. civ. 9, 3 p. 371, 4 turbulentis et -is a. 14, 6 tit. p. 13, 7). fin. 2, 33 *bestiae* quamvis ... depravatae non sint *mala disciplina,* -ae tamen esse possunt *natura sua.* SALL. Catil. 5, 1 fuit ... ingenio malo -oque (SEN. dial. 3, 6, 1 i. vitio -a [*comparantur* hastilia detorta]. 4, 31, 8 -um maleficumque. PLIN. epist. 3, 9, 32 malum -umque. *al.*). Iug. 1, 4 *animus* captus -is cupidinibus (HOR. carm. 3, 24, 52 eradenda c. -i [-a, -ae *var. l.*] sunt elementa. *cf.* cupiditas: *vol. IV 1418, 57*). HOR. sat. 1, 4, 79 laedere gaudes ... et hoc studio -us facis. VELL. 2, 18, 6. 2, 80, 3 iussu hominis -issimi, *sc. transfugae* (Ps. CATO dist. 2, 8. FIRM. math. 4 prooem. 3 [*ibid.* improbis ac perfidis h.]. *al.*). VAL. MAX. 9, 7 mil. Rom. 3 -os ac taetros mores (SEN. epist. 114, 7 novos et -os et singulares. *al.; cf.* PHYSIOGN. 126 *quidam* moribus -i [parvi *var. l.*]). PHAEDR. 4, 16, 14 libido *tribadum molliumque marum* -o fruitur gaudio. SIL. 3, 253 Battiadas -os fidei (parvos *var. l.*). 5, 479 -i ... timoris (*item de vitiis*: 16, 12 invidia. *al.*). STAT. Theb. 3, 563 (*loq. vates*) quid crastina volveret aetas, *olim* scire nefas homini; nos -um et flebile vulgus scrutari penitus superos. TAC. hist. 1, 87, 2 -us et callidus bonos et modestos anteibat *quidam. al.* Ⓘⓘ *de hominum actionibus et variis rebus ad eos pertinentibus*: TER. Haut. 485 quod cuique cumque inciderit in mentem, volet, neque id putabit -om an rectum sit (*cf.* QVINT. inst. 1, 3, 12 quid rectum -umque sit). Phorm. 771 eis nunc praemiumst, qui recta -a faciunt. CIC. fin. 3, 14 (*v. vol. VII 1, 1128, 19 sq.*). SALL. or. Phil. 1 vellem ... -a (parva *cod.*) incepta consultoribus noxae esse. Ps. SALL. rep. 1, 5, 6 animus ferox -a via ingressus ... fertur accensus in socios ([*opp. 7* vera atque simplex]. *item in imagine*: VEL. gramm. VII 73, 5 a recta via vitae ad -am declinant). 1, 6, 4 ut -as artis malasque libidines ab iuventute prohibeas (AMM. 21, 1, 7 praenoscendi futura -as a. *al.*). SEN. contr. 1, 2, 20 prolapsi in vitia saeculi -a consuetudo (SEN. epist. 97, 11 COD. Theod. 6, 29, 1. *al.*). HOMER. 274 *non mihi* -a ... luxuria est potior virtutis honore (parva *fere trad.*). TAC. ann. 3, 65, 1 -is dictis factisque (*opp.* virtutes). *al.* DECL. in Catil. 35 vitae -issimis institutis (VET. LAT. II Macc. 4, 11 [rec. V] civium iura destituens -a i. sancibat [*gr. παρανόμους, rec. L, X* iniustos, *P* iniqua, *cett. aliter*]). *al.*

β *usu sacrae script. et christ. de iis qui (quae) deum eiusve leges offendunt* (*de diabolo sim. l. 51; de haereticis v. sub bβ*): VET. LAT. deut. 32, 5 (cod. 100, *sim. al. et* VVLG.) peccaverunt, non ei *deo* filii, maculati, natio -a et perversa ([*gr. σκολιὰ καὶ διεστραμμένη*]. *sim.* 32, 20 [*ibid.; gr. ἐξεστραμμένη, Vulg.* perversa *tantum*]. PRISCILL. can. 2 p. 113, 10. *al.*). psalm. 100, 4 (cod. 300. *al., cf.* VVLG.) non adhaesit mihi cor -um ([*gr. σκαμβή*]. Sirach 36, 22 [*gr. στρεβλή*]. AVG. in psalm. 31, enarr. 2, 25 -um ... et distortum. *al.; cf.* -us corde *p. 1135, 47 sqq.*). LACT. inst. 2, 9, 13 -o illi antitheo, *i. diabolo.* inst. interpol. 2, 8, 7, 6 ut in eo *diabolo* esset et voluntas -a et perfecta nequitia (LVCIF. moriend. 3 l. 70. *al.*). AVG. serm. 15A, 1 qui autem -i *sunt,* nisi peccatores et iniqui? SACR. Leon. 571 quae -a sunt, declinare (*opp.* iusta). *al.* viae -ae *sim.* (*cf. l. 33*): VET. LAT. iud. 5, 6 (cod. 100) defecerunt reges et abierunt semitas -as (*gr. διεστραμμένας, Vulg.* devios). LVCIF. non parc. 11 l. 5 corrige, *imperator,* vias tuas -as (HIER. epist. 11, 4 [*opp.* iustae]. *al.*). VVLG. prov. 28, 6 melior est pauper ambulans in simplicitate sua quam dives -is (in -is, -us, -i *var. ll.*) itineribus (GREG. M. moral. 34, 23).

b *a recta cogitatione, iudicio sano*: α *generatim*: Ⓘ *de opinionibus sim.*: TER. Eun. 575 num parva causa aut -a (parva *trad.*) ratiost? (CAEL. AVR. chron. 5, 11, 140). Ad. 944 hoc (*sc. anum decrepitam ducere*) mihi -um ineptum absurdum ... videtur. CIC. Phil. 14, 3 tam -ae sententiae causam (ZENO 1, 40, 1). part. 91 genus hominum ... malo cultu -isque opinionibus esse corruptum (*al. v. vol. IX 2, 720, 40 sq. et e. g.* APVL. met. 1, 3, 3 -issimis o.). CAES. Gall. 7, 39, 3 civitatem -is adulescentium consiliis ab amicitia populi Romani deficere (*al. v. vol. IV 450, 26 sq. et e. g.* Ps. SALL. rep. 2, 1, 2 [*opp.* bona]). LIV. 5, 29, 8 *plebem* -o iudicio de tribunis intercessionem sustulisse (8, 34, 7 populi. SEN. dial. 3, 17, 7 [*antea*: ex libidine iudicat]. *al.*). VAL. MAX. 4, 7, 1 (*antea: Ti. Gracchus* potentiam suam saluti eius *patriae* praetulerat) in hoc tam -o proposito (AMM. 21, 16, 15 -o p. magis quam recto vel usitato). SEN. epist. 94, 21 -am animi persuasionem. CVRT. 8, 1, 33 animi -a contentione. PLIN. nat. 7, 137 -a interpretatio *nominis* (TAC. dial. 3, 2. S. C. de sumpt. lud. glad. [CIL II 6278] 28. *al.*). *al.* hoc -um est *c. inf.*: PLIN. epist. 1, 16, 9 hoc -um malignumque est, non admirari hominem (*sc. scriptorem*) admiratione dignissimum, *quia adhuc vivit.* Ⓘⓘ *de animantibus eorumve mente vel mentis qualitatibus* (*cf. p. 1141, 25*): CIC. Att. 1, 13, 2 consul *est* ... parvo animo et -o tamen. fam. 3, 11, 2 (*ad App. Claudium Pulchrum*) tam -am ⌊inimicorum tuorum⌋ mentem fuisse mirabar ([⌊ ⌋ *sc. inepte actionem de ambitu minitantium, v. Shackleton Bailey, 1977, ad l.*]. LIV. 4, 49, 8 -ae m. homini [SEN. dial. 12, 10, 10]. CVRT. 8, 5, 5. *al.*). HOR. sat. 2, 3, 220 ubi -a stultitia, hic summa est insania (epist. 2, 2, 152). 2, 7, 71 quae belua ruptis, cum semel effugit, reddit se -a catenis? (*vix ad IIA2*). SEN. dial. 3, 18, 3 vir a multis vitiis integer, sed ⌊-us⌋ et cui placebat pro constantia rigor (⌊ ⌋ *alii temptaverunt alia*). 7, 5, 2 *quibusdam* ratio est ... -a et ... in perversum sollers. SIL. 7, 497 -um ... nutrire furorem *in pugna* ([favorem *codd. plerique*]. CYPR. epist. 54, 3 f. -us *alios despiciendi*). QVINT. inst. 1, 6, 32 -is ingeniis ad foedissima usque ludibria labuntur *studiosi verilo-quiorum* (AVSON. 208, 10 p. 65). ORIBAS. syn. 5, 46, 15 Ab p. 83 *quidam* sunt somniclosi et ⌊-i in sensu⌋ (*opp.* sensus ... acutus; ⌊ ⌋ *La* sensu brevem, *gr. φαύλους ταῖς αἰσθήσεσι*).

β *speciatim in philosophia vel in religione* (*sc. de rebus praeter l. 40 sq.*): Ⓘ *exempla varia*: CIC. Mur. 77 *haec omnia si* perpendere ad disciplinae *Stoicae* praecepta velis, reperiantur -issima. fin. 2, 58 plus ... rectam naturam quam rationem -am valere (LVCR. 4, 520 -a ... falsaque [*comparatur cum regula -a fabrum, cf. p. 1143, 24*]). Tusc. 3, 80 se quam maxime excruciari ..., quo -ius nihil esse possit (*item de affectibus a sapiente alienis*: SEN. epist. 85, 11 timori, cupiditati, ceteris motibus [moribus *trad.*] -is). LIV. 27, 23, 2 minimis etiam rebus -a religio inserit deos (39, 15, 3 -is et externis r. captas mentes. 39, 16, 6 [*10* superstitio]. PLIN. epist. 9, 33, 9. *al.; cf. l. 46. aliter* LIV. *l. 72*). PLIN. epist. 10, 96, 8 superstitionem -am et immodicam *Christianorum* (SVLP. SEV. chron. 2, 13, 3 *Iudaeorum*). TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 547, 10 (*ad Luc. 18, 35 sqq.*) fidei ... -ae *hominis caeci, nisi Iesum filium David credidisset.* resurr. 46, 2 de -o intellectu ad integrum revocat *Paulus* adiciens: '...' ([*Rom. 8, 9*]. AVG. serm. 101, 8 *p. 1144, 32*). *al.* ⓘⓘ *cum respectu haereseos* (*nisi quaedam ad aβ trahere malis*): CYPR. epist. 34, 1 *non communicare cum iis, qui* ⌊in -is⌋ (improbis *cod. unus*) erroribus ... deprehensi ... in praesumptione ... sua pertinaciter perstiterunt (RVFIN. Orig. princ. 3 praef. p. 194, 15 paganorum philosophorum vel haereticorum. AVG. in Matth. 11, 5 -is e. falsisque opinionibus). 73, 6 si secundum -am fidem baptizari aliquis ... potuit (PAVL. MED. adv. Cael. 2 [*opp.* f. vera]. CONC.^{S} I 5 p. 23, 39 [*gr. I 1, 7 p. 97, 25 παραπλασθέντος*]. *al.; cf. l. 29*). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 5 p. 813, 13 -as ... sectas et inventiones perversas (HIL. syn. 30 haereticam et -am s. COD. Theod. 16, 5, 41). IREN. 4, 33, 3 vaniloquia -orum Gnosticorum. AVX. Maximin. c. Ambr. fol. 305^{v}, 14 -am eorum *haereticorum* doctrinam repellebat *Vlfila* (CHROMAT. in Matth. 43, 6. *al.; cf.* dogma(ta): HIER. epist. 62, 2, 2 *Origenis.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 28, 4 [= I 2 p. 46, 27] -a et profana [*cf. gr. I 1, 1 p. 34, 19 μιαρά, Dionys. Exig. ibid. I 5 p. 237, 18* polluta]. *al.*). COD. Theod. 16, 5, 52, 4 colonos verberum crebrior ictus a -a religione *Donatistarum* revocabit. *al.*

c *a praeceptis artis* (*sc. fere rhet. vel gramm.; suppl. in codd. rec.* CIC. de orat. 1, 258): CIC. de orat. 2, 232 in his *artis* praeceptis ... hanc utilitatem esse arbitror, ... ut ea, quae natura ... consequimur, aut recta esse confidamus aut -a intellegamus. 3, 195 quae sint in artibus ac rationibus recta ac -a (Brut. 184 quid in dicendo r. sit aut -um. ac. 1, 19 in oratione). Brut. 258 expurgandus est sermo ... nec utendum -issima consuetudinis regula. SEN. contr. 10 praef. 10 dum nihil non schemate dicere cupit *rhetor quidam,* oratio eius non figurata erat, sed -a. QVINT. inst. 2, 5, 10 *impropria, obscura, tumida sim.* propter hoc ipsum, quod sunt -a, laudantur (*opp. 11* sermo rectus et secundum naturam enuntiatus; *syn. ibid.* deflexa). 2, 5, 22 *ne pueri huius aetatis* flosculis capti voluptate -a deleniantur (2, 12, 6 -is v. aures *permulcere*). 10, 1, 19 accidit, ut optime dictis gratiam -a iudicia non referant (10, 1, 72 *Philemon* -is [-e *var. l.*] sui temporis i. Menandro saepe praelatus est). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 113 ('verba movere loco') ut etiam cum -a sint, tamen bene nobis posita videantur. *al.*

d *a qualibet norma*: α *de rebus*: Ⓘ *non convenientibus, non idoneis* (*saepe de iis, quae suapte natura malae non sunt, sed intempestive habentur, perverse praestantur sim.*): TER. Ad. 391 inepta lenitas patris et facilitas -a (facultas [*quod tuetur Marouzeau*] parva *var. l.; explicat* EVGRAPH. mala, SCHOL. Ter. Bemb. perversa. *cf.* RHET. Her. 3, 3, 6 inertiam ac -am liberalitatem. LIV. 22, 42, 12 -a indulgentia). SALL. Iug. 96, 3 *Sullam non,* quod -a ambitio solet, consulis aut cuiusquam boni famam laedere (*al. v. vol. I 1852, 10 sq. 19; cf.* QVINT. inst. 4, 1, 18 ambitus). epist. Mithr. 12 quos ignavia aut -a calliditas ... armis abstinuit. LIV. 1, 31, 8 ira Iovis sollicitati -a religione (*antea*: non rite ... curatum ... sacrum). 8, 32, 17 si occaecatus ira infestam multitudinem *militum* in se -o certamine movisset *dictator* (10, 19, 2 cum collega. 29, 37, 16 notarum inter censores. SIL. 7, 585 TAC. hist. 2, 5, 2. *al.*). 9, 30, 1 -a lectione senatūs, qua potiores

[Corbeill]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliquot lectis praeteriti essent. 39, 39, 13 (14) -a studia hominum *faventium* (42, 63, 2 Qvint. inst. 2, 15, 37. *al.*). 40, 14, 2 gaudio. Phaedr. 5, 5, 1 -o favore labi mortales solent. Sen. benef. 5, 12, 5 quidquid ad illum *malum hominem* pervenit, id -o usu corrumpitur. 6, 25, 2 -o amore flagrantibus, qui amicae suae ... optant morbum, ut adsideant ([*postea*: amoris insani]. Sil. 17, 69 fidem ... -o mutatus a. ruperat. Avg. in psalm. 9, 15 a. cum -us est, vocatur cupiditas aut libido, cum autem rectus, dilectio vel caritas. *al.*). dial. 6, 1, 7 fit infelicis animi -a voluptas dolor (Firm. math. 8, 1, 2. *al.; cf.* Sen. dial. 7, 10, 2 genera voluptatis -a). Tac. ann. 5, 4, 1 sollertia. *al.* Porph. Hor. epist. 2, 1, 83 hoc (*sc. poetas veteres hodiernis anteponere*) vitium -i pudoris est (*aliter l. 17*). *al.* -um est *c. inf.*: Colvm. 5, 11, 15 priori⟨bu⟩s libris de cytiso incipere -um at⟨que in⟩tempestivum fuit (parvum, parum *var. ll.*). Ⅱ *de quibusvis rebus imperfectis, vitiosis*: Apvl. flor. 9, 9 *ne* vos parva quaedam et -a similitudo falsos animi habeat. Ps. Cato dist. 2, 23 successus ⌞-os⌟ noli tu ferre moleste (⌞ ⌟ indigni *cod. unus, ut edd. nonnulli* indignos *legant ordinem verborum mutantes*). Hist. Avg. Opil. 12, 4 ancillam ... -i pudoris, *i. impudicam.* Alterc. Hadr. et Epict. 58 (*in lusu cum IIA*) quare Venus straba est? :: quia -us est amor.

β *de animantibus* (*sc. fere hominibus, canibus* Gratt.) *non idoneis, officio suo male fungentibus*: Ⅰ *in vita publica vel re militari*: Liv. 1, 53, 1 nec ... dux belli -us fuit *Tarquinius Superbus* (Paneg. 6, 16, 5). Sil. 8, 259 *consul,* ut turbarum sator ... -usqué togae, sic debilis arte belligera. 9, 636 plebes scelerata et -a favoris (*sc. malum consulem creans; cf.* 15, 734 -i suffragia tristia campi *Martii, i. populi ibi iudicantis* [*ut vergat ad b*]). 12, 464 *dux Romanus,* audendi -us facilisque periclis. Tac. hist. 1, 48, 4 *T. Vinius,* prout animum intendisset, -us aut industrius eadem vi. Apvl. apol. 102, 5 -um et saevum iudicem ..., accusationum fautorem, cupidum condemnandi (*opp.* aequum et iustitiae pertinacem). Ⅱ *cetera exempla*: Gratt. 289 excernere -os *catulos venationi parum aptos* (parvos *trad.*). Sen. benef. 4, 15, 4 *beneficio* infeliciter dato indulgere tam naturale est quam liberis -is (parvis *trad.; nisi ad p. 1143, 4*). Tac. hist. 2, 84, 2 -is magistris (*cf.* 4, 68, 3 -is impulsoribus). Clavd. 20, 496 deteriore luto -us quos edidit auctor, *sc. Epimetheus* (*opp. Prometheus, de quo 495* fabro meliore). Chromat. in Matth. 56, 4 sine tali perfido -oque doctore (*sc. haeretico, ut ad a vergat; sim.* serm. 6, 2 -us d. et haereticus. Oros. comm. 1). *al.*

2 *pro subst. neutr.* (*sc. posit.* -um, *nisi huc trahas* Avg. epist. 167, 14): **a** *obi. int.* (*sc. fere plur., sing. l. 50. 54. al.*): Ter. Haut. 839 quam multa ⌞iniusta ac -a⌟ fiunt moribus (⌞ ⌟ iusta et iniusta *Eugraph.*). Cic. ac. 2, 125 nihil sentire est melius quam tam -a sentire (Tusc. 1, 30 de dis. Lact. inst. 1, 2, 4 [prave *var. l.*]. Svlp. Sev. dial. 1, 6, 4. *al.*). Sall. Iug. 64, 2 ne tam -a inciperet neu super fortunam animum gereret *Marius consulatum petiturus.* Hor. carm. 3, 3, 2 civium ardor -a iubentium. Vell. 2, 6, 4 Fulvium Flaccum ... aeque -a cupientem *ac C. Gracchus* (Clavd. 8, 259). Sen. dial. 9, 2, 7 *non* dolent -a se, ⟨sed⟩ frustra voluisse ([parva *codd. potiores*]. Boeth. cons. 4, 4, 4). Tac. ann. 14, 22, 3 se ... -a diffamantibus *subtrahere.* Vet. Lat. Ioh. 3, 20 (Lucif. Athan. 2, 23) qui -a agit ([*gr. φαῦλα, Vulg.* male]. Drac. satisf. 15. *al.*). Tit. 2, 8 (Aug. in psalm. 34, serm. 1, 4. *al.*) *adversarius* nihil habens de nobis dicere -um ([*gr. φαῦλον, Vulg.* malum]. Hier. epist. 45, 1, 2). Ivvenc. 1, 621 *si oculorum acies* nequam fuerit -umque (par(v)umque *var. ll.*) videbit (*opp.* pura acies ... simplexque). Avg. civ. 18, 51 p. 335, 26 qui ... in ecclesia Christi morbidum aliquid -umque sapiunt ([*opp.* sanum rectumque]. Conc.^{S} II 3, 3 Rustic. p. 15, 18 -a [*gr. II 1, 3 p. 11, 13 φαῦλα, vers. Tur.* male]). *al.*

b *locut. praepos., quibus significatur corruptio vel propensio ad condicionem deteriorem*: Sall. Iug. 29, 2 magnitudine pecuniae a bono honestoque in -um abstractus est *quidam* (Avr. Vict. Caes. 4, 5. *cf.* Sen. epist. 94, 54 non licet ... ire recta via; trahunt in -um parentes, trahunt servi). Vell. 2, 10, 1 a rectis [in vitia, a vitiis] in -a, a -is in praecipitia pervenitur. Sen. dial. 9, 1, 4 animi ... dubii nec ad recta fortiter nec ad -a vergentis. epist. 29, 4 ingenii vis ... tendentis in -um. 92, 29 animum ... mobilem ad -a (*cf.* 94, 40 *animos* dubios ... et in -um inclinabiles. Tac. ann. 11, 33 Getae praetorii praefecto ... ad honesta seu -a iuxta levi). 124, 1 ad -a properantes. Qvint. inst. 1, 3, 12 frangas ... citius quam corrigas, quae in -um induruerunt. Lact. inst. 6, 16, 8 moveri adfectibus ... in -um (*opp.* in rectum). Firm. math. 6, 9, 2 *sidera quaedam* consilia in -um vertunt (inparvum *vel* imparium *pars codd.*). *al.*

c *vario usu* (*fere pertinet ad mala sim., ad falsa e. g. l. 73. p. 1142, 7*): α *sing.*: Cic. Q. Rosc. 30 nihil ab hoc, *sc. Roscio comoedo,* -um et perversum produci posse arbitrabantur. orat. 45. ac. 2, 33 interesse oportet, ut inter rectum et -um, sic inter verum et falsum. nat. deor. 2, 79 *lex* est recti praeceptio -ique depulsio. Verg. Aen. 4, 188 *Fama* tam ficti -ique tenax quam nuntia veri. Hor. sat. 2, 2, 52 -i docilis Romana iuventus. Liv. 9, 30, 2 sine recti -ique discrimine (Qvint. inst. 12, 3, 7. *cf.* Amm. 30, 8, 8 sine honesti -ique differentia). Sen. benef. 5, 15, 2 *numerare* pro pessimo -oque ..., quidquid citra recti formulam cecidit. dial. 7, 8, 5 nihil ... -i, nihil lubrici superest. epist. 75, 11 iudicium in (ut *var. l.*) -o pertinax. 122, 17. Qvint. inst. 2, 4, 20 animus contemplatione recti -ique formatur (*postea*: virtutum vitiorumque). *al.* β *plur.*: Cic. leg. 2, 10 ratio divina ... vim in rectis -isque sanciendis *habet.* ac. 1, 42 *comprehensionem* neque in rectis neque in -is numerabat *Zeno.* Hor. sat. 2, 3, 244 par nobile fratrum nequitia ... -orum et amore gemellum. 2, 7, 8 *hominum* pars multa natat, modo recta capessens, interdum -is obnoxia. Sen. contr. 2, 1, 13 (*de rebus naturam imitantibus*) quis ... tam -is (parvis *trad.*) oblectare animum ... possit, si vera cognoverit? (*postea*: adversum naturam). Vell. 2, 126, 3 honorantur recta, -a puniuntur. Sen. clem. 2, 7, 5 quo modo in rectum -a flectantur. epist. 11, 10 nisi ad regulam -a non corriges. 94, 31 contra -a nititur *indoles naturalis.* 123, 9. Sil. 7, 388 ducere ... ad verum decus ac -is arcere. Qvint. inst. 4, 2, 39 praecipiendo recta ..., reprehendendo -a. 5, 10, 34 -a ... ex falsis opinionibus veniunt (*opp.* recta). Ivv. 14, 41 dociles imitandis turpibus ac -is omnes sumus (Schol. ad mala imitanda). Tac. ann. 2, 2, 4 -is et honestis. 3, 27, 1. Cypr. epist. 74, 10 p. 807, 13 *praesumptione fit,* ut quis magis sua -a et falsa defendat quam ad alterius recta et vera consentiat. *al.*

3 *pro subst. masc.* (*vix iam l. 8. 17*): **a** *de quibuslibet hominibus* (*sc. improbis, peccantibus praeter l. 25*): Vet. Lat. psalm. 36, 38 (cod. 136) -i contriti sunt (*gr. οἱ παράνομοι, cod. 304. al. et Vulg.* iniusti, *Hier. psalt. sec. Hebr.* iniqui). Avr. Vict. Caes. 35, 12. Philo quaest. in gen. 4, 191 -is (-us *var. l.*) mos est nullos titulos in signis memoriae relinquere (*gr. τοῖς ἀβούλοις*). Avg. epist. 91, 2 tantum scelus si fuerit inpunitum nulla digna correctione -orum. Drac. laud. dei 2, 744 *Christus* dedit Elysios iustis et Tartara -is. *al.* *vocativus convicii causa adhibitus*: Comm. instr. 1, 23, 8 (*ad gulosum*) exiguus tua in domo resedes, -e, paratus ad epulas. **b** *de haereticis*: Cypr. epist. 59, 15 p. 685, 7 cum -i isti et perversi de schismate revertuntur. Nemes. Cyp. epist. 77, 1 *litteris tuis* adsidue lectis et -i corriguntur et bonae fidei homines corroborantur. Ioh. Maxent. Conc.^{S} IV 2 p. 3, 9 novis -orum argumentationibus verbis catholicis obviare. *al.*

B *usu deflexo*: **1** *transfertur ad:* ? *res naturales (sc. metalla, saxa sim.), sc. quibus aqua inficitur* (*si recte trad.*): Vitr. 8, 3, 4 omnis ... aqua calida ideo [quod] est medicamentosa, quod in ⌞-is⌟ rebus percocta aliam virtutem recipit ad usum (*cf. 5* vitia; ⌞ ⌟ privis *Rose; vitia corporis humani intellexit Callebat ordinem verborum mutans*). *homines callidos, astutos* (*sc. in neutram vel bonam partem per ironiam admirantis; sim. adhibetur* malus, *v. vol. VIII 223, 39 sqq., cf.* malitia *ibid. 188, 29 sqq.*): CIL IV 8259 *omitte rivalem tuum* formonsiorem, et qui est homo -essimus et bellus. Vvlg. Iob 5, 13 *deus* adprehendit sapientes in astutia eorum et consilium -orum dissipat (*nisi trahas ad 2b; Hier. interpr. Iob* versutorum, *gr. πολυπλόκων*).

2 *vi aucta praevalet respectus infestandi, nocendi* (*exempla potiora, cf. l. 44. p. 1139, 17; pro subst. neutr. l. 49. 58, masc. l. 56*): **a** *de tempore, fato iniquo*: Sen. epist. 98, 3 malus omnia in malum vertit ...; rectus atque integer corrigit -a fortunae (*postea*: dura atque aspera; adversa). Vet. Lat. psalm. 36, 19 (cod. 136) non confundentur in tempore -o et in die famis saturabuntur (*gr. πονηρῷ, Vulg.* malo). 40, 2 (*ibid.*) beatus, qui intellegit super pauperem; in die -a liberavit eum dominus ([*gr. πονηρᾷ, cod. 304. al. et Vulg.* mala *vel* malo]. 48, 6 *et* 93, 13 [*ibid., similiter respondentibus gr. et aliis vers.*]). CE 1968, 4 (*a. 336*) o -a genesis, primum qui (*pro* quae) tulisti maritum. **b** *de animantibus eorumve actionibus malignis, malitiosis*: Vet. Lat. psalm. 36, 1 (cod. 136) noli emulari in -is neque zelare in operantibus iniquitatem (*gr. πονηρευομένοις, cod. 300. al. et Vulg.* malignantibus *sim.*). 69, 4 (*ibid.*) qui volunt -a michi (*gr. κακά, cod. 304. al. et Vulg.* mala *vel* malum). 77, 49 (*ibid.; spectat ad exod. 7, 14 sqq.*) *deus* inmisit illis *Aegyptiis* iram furoris eius ... per angelos -os (*gr. πονηρῶν, cod. 300. al. et Vulg.* malos). Vvlg. prov. 4, 24 remove a te os -um et detrahentia labia sint procul a te.

II *potius spectat ad ea, quae sensibus percipiuntur*: **A** *obtutu* (*de ipsa actione non recte videndi v. p. 1141, 52*): **1** *respicitur species externa*: **a** *animantium*: α *de variis corporis partibus*: Cic. fin. 5, 4 si quae in membris -a aut debilitata aut imminuta sint (*ibid.* corporis vitium). Hor. sat. 1, 3, 48 *pater* hunc *filium* varum distortis cruribus, illum balbutit scaurum -is fultum male talis (Porph.: exstantes talos). ars 36 naso vivere -o. Scrib. Larg. capp. 101 ad ... facies -as, *sc. contractione distortas* ([*in textu ipso*: ad depravatam faciem]. Chiron 755 *v. p. 1137, 69* [*ad colorem refertur Hippiatr. gr. I p. 77, 22 sq. ἀλφόρυγχοι καὶ ἀλφοπρόσωποι*]). Pelagon. 409 *equi paralytici* labra -a et dissoluta (*cf. Hippiatr. gr. I p. 433, 7 δύσμορφα*). Chiron 719 *equi castrenses nonnulli* aut mobiles caudas aut -as ferunt; hi autem ... reprobantur. Physiogn. 30 oculi -i si ad dextram se conferant, stultitiae ... deditum arguunt; cum autem -i sunt

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oculi, si ... iuxta nares utrique sibimet occurrunt, venerium signum est ([parvi *var. l. loco utroque, sed cf. gr. 10 παρατετραμμένοι et παραβλῶπες*]. 81 omnes, qui -is [parvis *trad.*] o. nascuntur, ad insaniam vergere. *addas* AVG. *l. 15*). *al.* β *de ipsis animantibus* (*de deo, qui vitio oculorum distorte videtur,* AVG.; *fort. addas locos dubios*: CAES. Gall. 4, 2, 2 *iumenta* -a atque deformia [parva *β et edd. plerique*]. SEN. *p. 1141, 32.* CIL IV 5035 [*periit*]. GLOSS. V 575, 5 prabus tuetor oblicus [strabus *Goetz*]): SEN. epist. 101, 14 *quidam* adactus ad illud infelix lignum *crucis,* iam debilis, iam -us (*cf. 12* monstroso et distorto). IVV. 8, 33 -am extortamque puellam. CHIRON 528 si quod iumentum auriculam condoluerit, ... saepe caput commovebit, -um erit *eqs.* (parvum *trad., corr. Oder in ed. p. XXXV*). 560 si sinistrae ⌞partes⌟ -us factus fuerit (⌞ ⌟ *i.* partis, *sed sequitur* si dextram; *ad rem cf. 562* labia eis per unam partem torta[m] invenies. *Veg. mulom. 2, 39, 1* depravantur in parte). AVG. in psalm. 36, serm. 3, 15 habeto oculos directos ... non -os, quibus malos vides, et distortos, ut distortus tibi et -us videatur deus. MAX. TAVR. 95 l. 34 *qui non castigaverit mores suos,* tam⟨quam⟩ onustum et -um (parvum *cod.*) ⌞animal⌟ in angusta porta caelesti offendit (⌞ ⌟ *sc. camelus sec. Matth. 19, 24*). *fem. pro subst.*: LVCR. 4, 1155 *propter amorem* -as turpisque videmus esse in deliciis ...: nigra melichrus est *eqs.* γ *de statu distorto, sc. n. pro subst. in locut. praepos.* in -um: SEN. nat. 1, 15, 8 *speculo* detorquentur in -um *simulacra* (*ibid.* faciem prospicientium obliquent). TAC. hist. 4, 81, 2 *Vespasiano* elapsos in -um artus ... posse integrari.

b *rerum*: LVCR. 4, 513 in fabrica, si -ast regula prima normaque si fallax rectis regionibus exit, ... (517) omnia mendose fieri atque obstipa necesse est -a (parva *trad.*) ... atque absona tecta. VET. LAT. psalm. 77, 57 (Hier. epist. 125, 19, 3, *sim.* Aug. *ad l. et* VVLG.) *Israhelitae* facti sunt mihi in arcum -um (*gr. στρεβλόν, cod. 300. al.* perversum. *item in imagine*: Is. 42, 16 [Tycon. reg. 2. *al., sim.* VVLG.] faciam illis *caecis* tenebras in lucem et -a in directum [*gr. τὰ σκολιά*]. *al.*).

2 *respicitur modus vel directio ingrediendi* (*cf. p. 1140, 9 et imaginem viae p. 1139, 33. 54; n. pro subst.* AVIAN.): HOR. sat. 2, 2, 55 frustra vitium vitaveris *quoddam, ...* si te alio -um detorseris. CHIRON 263 *equus, cum cerebrum commoverit,* -us ambulabit et pedibus subinde offendit ([*sim.* VEG. mulom. 2, 7, *cf. Pelagon. 50* perversus *et Hippiatr. gr. I p. 358, 13 πλάγιον*]. *de iumento paralytico*: CHIRON 341 -us a. in latus, ... recte ambulare non potest [*sim.* VEG. mulom. 2, 105, *ubi* curvum, pronus *var. ll.*]). AVIAN. fab. 3, 11 (*cancer ad matrem*) *te* recta ... monstrantem ... sequar; ... cum tu -issima temptes, *eqs.* (*cf. 1* curva ... vestigia, *5* transverso, *6* in obliquos ... ire pedes). PS. PROSP. carm. de prov. 627 te -um decursus *natalium siderum* agit.

B *gustu vel olfactu*: HESYCH. in lev. 13, 44 p. 947[B] *cum os leprosi* omnem -am emittat exhalationem (*ibid.* mali odoris). ORIBAS. syn. 4, 15, 18 La p. 18 vinus ... non bene olens et insuavis ..., qualis prabus bitinior (*i.* -us Bithynus; *Aa* perbersus, *gr. φαῦλος*).

pro subst. masc. v. p. 1142, 21. 44. 56, fem. l. 18, neutr. l. 20. 39. p. 1141, 38. 1142, 49. 58.

adv. ⁂**prāvē.** *compar.* -ius COD. Theod. 5, 15, 17; *superl.* -issime *l. 68, cf.* quam -e *l. 64,* tam -e *p. 1144, 19.* DON. Ter. Ad. 596 'ultro': nunc -e ac perverse. GLOSS.[L] III Abstr. PE 93 perperam: -e vel perverse. *cf. p. 1138, 56. legitur singulis vel binis fere locis apud* TER., ACC., CIC., SALL., HOR. (*quater*), LIV. *al.; frequentat* GREG. M. [*confunditur in codd. cum formis adi.* PHAEDR. 3, 10, 6 QVINT. inst. 10, 1, 72 (*falso traditur* AMM. 28, 2, 7). *e coni. dub.* -e iuvisse TAC. hist. 3, 65, 1, *v. supra p. 682, 47.*]

i. q. modo pravo, malo, perverso (*iuxta ponitur e. g.* perverse AVG. catech. rud. 8, 7, distorte AVG. in psalm. 146, 7, nefarie SALV. gub. 4, 85, *opp. e. g.* recte CIC. fin. 2, 25 ac. 1, 37 HOR. sat. 2, 3, 87. *al.,* iuste BOETH. elench. soph. 173a1). *fere spectat ad verba (adi. l. 70), ad totam sententiam, ut indicet pravum esse, quod ea enuntiatur, l. 68. p. 1144, 25.*

1 *respicitur pravitas, quae potius animo percipitur, sc. declinatio*: **a** *a probitate, bonis moribus sim.*: TER. Hec. 484 (*pater ad filium uxorem repudiaturum*) vide ne inpulsus ira -e insistas ... :: quibus iris pulsus nunc in illam iniquos sim? (*inde fortasse* CHAR. gramm. p. 404, 20 cave ne -e i.). 646 quam hoc mihi videtur factum -e, proloqui (CIC. ac. 1, 37 *Zeno* recte facta sola in bonis actionibus ponens, -e, id est peccata, in malis. PS. CATO dist. 3, 15. *al.*). CIC. fin. 2, 25 cur igitur non bene *cenabat gulosus quidam*? quia, quod bene, id recte, frugaliter, honeste; ille porro [male] -e, nequiter, turpiter cenabat. SALL. or. Lep. 6 -issume (parv- *cod.*) ... per sceleris inmanitatem adhuc tutus fuit *Sulla.* TAC. ann. 1, 53, 3 *quidam* familia nobili, sollers ingenio et -e facundus. 6, 5, 2 verba -e detorta *a criminantibus.* PRVD. ham. praef. 34 quis ... -e sacrorum disciplinam dividat (*sc. Marcion*). *al.* **b** *a cogitatione recta, iudicio sano* (*cum respectu haereseos e. g. p. 1144, 7. 11*): ACC. trag. 469 neque ego errantiae (-tia *var. l.*) animi -e morigerabor. PHAEDR. 3, 10, 6 exploranda est veritas multum, prius quam stulta -e (stulte -a *var. l.*) iudicet sententia (FRONTO p. 95, 18 [*antea*: iustum ... iudicem]. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 62). SEN. dial. 12, 9, 2 ista *terrena* veris bonis per falsa et -e credita obstare. COLVM. 3, 10, 22 -e detorta et inveterata opinio rusticorum. PLIN. nat. 17, 57 id (*sc. fimum inicere terrae*) plerique -e intellegunt ... *alio tempore* faciendum (AVG. in euang. Ioh. 9, 10. *al.*). TAC. hist. 2, 23, 4 *Othonianis* omnia ducum facta ⌞-e⌟ aestimantibus (⌞ ⌟ *vix cum* facta *iungendum*). TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 367, 5 (*ad I reg. 15, 11. al.*) paenitentiam apud illum *deum* -e interpretaris (COD. Theod. 5, 15, 17 hanc legem quidam iudicum interpretati -ius sunt quam utilitas publica postulabat. FACVND. defens. 10, 1, 25). TER. MAVR. 325 corrigenda siqua sane visa vobis hinc erunt, non ero stulte repugnans aut amans -e mea. AVG. bapt. 1, 14, 22 *baptismum* -e sentitis et sacrilege agitis ([*opp.* vera]. EPIPHAN. SCHOL. Didym. in I Ioh. 2, 18 p. 49, 28. *al.*). *al.* **c** *a quavis norma*: HOR. sat. 2, 3, 87 (*loq. testator*) sive ego -e seu recte hoc volui. epist. 2, 1, 266 -e factis decorari versibus. ars 88 cur nescire pudens -e quam discere malo? (*explicat* PORPH. -e erubescens, ne videar ignorasse). LIV. 1, 32, 2 aut neglectis religionibus aut -e cultis. MELA 1, 106 culpam -e quid imperando meruere *reges.* ASCON. Corn. p. 54, 24 diu -e simul et infeliciter administratum *bellum.* MART. 10, 3, 11 cur ego laborem notus esse tam -e? (*sc. versibus ineptis falsarii cuiusdam*). FRONTO p. 153, 10 neglegas ... potius ... quam -e excolas *eloquentiam.* GELL. 4, 9, 5 *religiosos dies* multitudo imperitorum -e et perperam nefastos appellat. LACT. inst. 6, 17, 12 ut adfectus, quibus -e uti vitium est, derigamus in rectum. DON. Ter. Ad. 547 'si quid fit' ...: scilicet -e. SERV. gramm. IV 436, 2 plerique accentum in ultima syllaba ponunt, quando dicimus 'cuias', sed -e (*item spectat ad elocutionem*: 444, 5 barbarismus ... dicitur eo, quod barbari -e locuntur [*vergit ad 2*]). *al.*

2 *respicitur pravitas, quae potius sensibus percipitur* (*sc. visu, sed auditu fort. l. 26*): HOR. epist. 1, 1, 104 -e sectum ... unguem. SEN. nat. 1 praef. 16 *an* a magno artifice *deo* -e multa formentur (*sc. materia obluctante*). AVG. in psalm. 146, 7 aliquando -e et distorte firmata, ut corrigant medici, frangunt ..., quia mala erat sanitas prava.

[*adv.* **prāviter** *olim perperam edebatur* AVG. serm. 101, 8 *pro* per intellectum pravum, *v. Wilmart, Rev. Bénéd. 42, 1930, 312.*]

deriv.: pravesco, pravitas, pravo.

compos.: pravicordius (-cors), -loquium; *cf.* de-, impravo.

prax *v.* prox. *Corbeill.*

prāxis, -eōs *f., πρᾶξις. litteris tam gr. quam lat. traduntur formae gr. excepto acc. lat.* -im *l. 54, cf. l. 42. praeter locos infra allatos occurrit in locutionibus gr.* CIC. Att. 10, 13, 1. 14, 12, 1.

1 *usu communi i. q. actus, factum*: CIC. Att. 14, 19, 5 *scripseras* me facere magnam *-ιν* Dolabellae; mihi mehercule ita videtur non potuisse maiorem ...; tibi vero adsentior maiorem *-ιν* (*cod. unus,* -in *vel* -im *cett.*) eius fore, si mihi, quod debuit, dissolverit (*Pomponii verbis cum notione exactionis debiti ludentibus usus est Cic., qui in eadem re 14, 18, 1 ponit* rem gestam Dolabellae *et* factum). QVINT. inst. 3, 6, 26 (*inter elementa, quibus definitur status causae*) actum, id est *-ιν,* quod eo referunt, sciens commiserit an insciens *eqs.* (*cf. 28* quidam ... pro ... actu subiciunt res, id est *πράγματα*). *in titulo libri novi test., qui vocari solet actus apostolorum* (*v. vol. I 454, 40 sqq.*): HIL. in Matth. 14, 11 sicut libro -eos continetur (-eon *edd. vet.*). HIER. vir. ill. 7, 2 quod *volumen* titulo apostolorum (-licarum *var. l.*) *-εων* praenotatur (*inde* GLOSS. V 381, 26 -eon: actionum [*et in aliis glossariis iterata*]). *?***2** *loco corrupto fortasse i. q. effectus*: PETRON. 39, 4 (*verba Trimalchionis doctrinam suam ostentantis*) mihi nihil novi potest afferri, sicut ille fer[i]culus †ta mel† habuit -im (*i. 'sicut effecit [effectu docuit] ferculum illud in formam zodiaci dispositum, cuius rationem expositurus sum'? explicaverunt alii aliter varia conicientes*).

pre- *v. etiam* prae-. **preca** *v.* prex. *Bk.*

precābilis, -e. *a* precari. *i. q. aptum ad precandum, precans*: GLOSS.[L] II Philox. PR 2 -e: *δεητικόν, εὐκτικόν* (*n. pro subst. de verbo, scripto sim.?*).

adv. **precābiliter.** *i. q. modo precantis, suppliciter*: RADEGVND. epist. Greg. Tur. Franc. 9, 42 p. 472, 14 de ... condicionibus vobis ... -r commendatis (prae- *codd.; ad rem cf. ibid. p. 471, 9* coniurans, *p. 472, 9* depraecans).

*compos.: ?*imprecabilis. *Reijgwart.*

precābundus, -a, -um. *a* precari. *i. q. precans, precantium habitu praeditus*: PANEG. 2, 36, 3 *hostium manus* submissis -a vexillis petiit veniam.

precadium, *subst. veriloquii causa fictum, v. p. 1145, 42.*

precāmen, -inis *n.* *a* precari. *i. q. prex*: INSCR. Ital. X 2, 93 (*versus inconditi*) officiis ... piis dirigens -a (Christo).

precāns, precanter *v.* precor.

precāreus, precāriō, precārium *v.* precarius. *Bk.*

⁂**precārius,** -a, -um. *a* prex. *de origine v. p. 1145, 42. scribitur* prec- *e. g.* LEX agr. (CIL I[2] 585) *et passim in cod. F* DIG., praec- CIL I[2]

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1906 (*e codd.*; prec- *exstat in titulo gemino* 1905). INSCR. christ. urb. Rom. 10535, 6 ⟨pr⟩aec- (*nisi legendum* ⟨p⟩rec-), *in codd. e. g.* FRONTO p. 48, 23 SYMM. or. 1, 13; -ream CIL I² 2214 (*v. Leumann, Gramm. 1977, 51*). *abbreviatur* precar CIL I² 1905 V 3472 X 5166, prec CIL I² 1423, p *in formula* n(ec) c(lam) n(ec) p(recario) PROB. litt. sing. 6, 64. NOT. Tir. 57, 61. *legitur prius abl. subst. neutr.* -o *inde a* PLAVTO, TER. (*ex* EDICTO praet.), LEGE agr. (CIL I² 585) *aliisque titulis liberae rei p.*, CIC., *deinde adi. inde a* CIL I² 2214, BRVTO, OV., LIV.; *frequentatur nimirum ab iuris consultis, in versibus non exstat nisi ter apud* PLAVT. *et singulis locis apud* TER., OV., SEN. *trag.; occurrit in contextu graeco p. 1146, 71.* [*e coniectura dubia pro* pretio CIC. Verr. II 2, 88; *vix recte trad.* PETRON. 30, 9 dispensatorem ... in ⟨-o⟩ aureos numerantem deprecati sumus (⟨ ⟩ *sunt qui intellegant locum aedium precibus audiendis destinatum; inter multa alia conicitur* prooecario, *v. Marbach, Wortbildung ... bei Petron, Diss. Giessen, 1931, 127 sq.*).]

i. q. ad preces pertinens, sc. saepius vi quodammodo passiva de iis, quae precibus alicuius conceduntur, ex arbitrio alieno pendent sim., quam activa de iis, quae (qui) precibus nituntur, preces proferunt (*v. p. 1146, 63. 1148, 7 et usu adverbiali p. 1147, 3, ut in iuncturis similibus sub l. 51 sqq.*; GLOSS. *ἱκετευτικός. distinguitur* proprius *l. 69* [*cf.* dominio *p. 1146, 8. 1147, 26*], pro imperio *p. 1147, 4* [*cf.* imperare *l. 53*], vi *p. 1146, 8. 1147, 10* [*cf.* violentus *p. 1148, 11*], necessarius *p. 1147, 73. 1148, 3* [*cf.* debitus SYMM. epist. 7, 56] *et sim. al.*): **I** *in sermone iuris* (*per comparationem p. 1146, 47, in fabula l. 67*): **A** *respicitur possessio (vel usus, licentia sim.), quam quis precibus suis obtinuit*: **1** *loco beneficii, quod in solo arbitrio conferentis positum sine mora revocari potest* (*sed fere deberi videtur l. 64; a commodato non semper plane distingui videtur, e. g. cum in certum tempus conceditur, cf. l. 72. p. 1146, 21. 29; ad rem v. inter alios Steinwenter, RE XXII 1814 sqq.*). *doctrinae, definitiones sim.*: VLP. dig. 43, 26, 1 (pr.) -um est, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concessit, patitur; ... (2) distat a donatione eo, quod ... qui -o concedit, sic dat quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit -um solvere; (3) et est simile commodato *eqs.* (*sed cf. l. 37 et* VLP. dig. 47, 2, 14, 11 simile donato -um est). 43, 26, 2, 3 habere -o videtur, qui possessionem vel corporis vel iuris adeptus est ex hac solummodo causa, quod preces adhibuit et impetravit, ut sibi possidere aut uti liceat. PAVL. dig. 43, 26, 14 interdictum de -is merito introductum est, quia nulla eo nomine iuris civilis actio esset: magis enim ad donationes et beneficii causam, quam ad negotii contracti spectat -i condicio. DON. Ter. Eun. 319, 4 '-o', quia pretium non habet Chaerea, *ut emat.* ISID. orig. 5, 25, 17 (*inter* commodatum *et* mutuum) -um est, dum prece creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere; et dictum -um, quia prece aditur, quasi precadium (preced-, praecaud- *codd. potiores; cf. vol. VIII 983, 25 sqq.*).

a *neutr. pro subst. de ratione agendi, quae precibus nititur, et de condicione precibus constituta* (*fort. de ipsa re concessa l. 29. p. 1146, 27*): **α** *abl. modi* **precāriō** (ex -o VENVL. dig. 43, 26, 22 pr.) *vergens in usum adverbii* (*v. etiam p. 1146, 51. 56 et cf. IIA; vix est, quod intellegas dat. fin. in iuncturis cum verbis rogandi [sed cf. p. 1146, 75]; accedit ad subst. p. 1146, 9; sine verbo l. 57. 60; iuxta ponitur* permissu *l. 66. p. 1146, 9*): Ⓘ *in formula edicti* (*v. p. 113, 72 sqq.*) nec vi nec clam nec -o *vel sim.: inde a* TER. Eun. 319, *v. vol. III 1248, 52 sqq.* Ⓘⓘ *vario usu* (*selecta inde a* POMPON.; *hyperbolice* CIC.): CIC. Verr. II 5, 59 Mamertinis navem imperare ausus *non* es; ... in tanta ... calamitate provinciae, etiamsi -o essent rogandi, tamen ab his impetraretur (CIL I² 3195 -o rogavit, utei eo pariete immissa essen⟨t⟩ *tigilla.* IAVOL. dig. 41, 2, 21 pr. 41, 2, 21, 3 alienam rem. *et saepius*). CIL I² 1423 (*nisi est aet. imp.*) aram aedificavit ... *quidam* me(n)sor; prec(ario) (*'scil. loco concesso' Mommsen*). 1606 privatum; -o adeitur (*cf.* 1831 via ... privatast ...; -o itur; pecus plostrum ni quis agat. INSCR. Année Épigr. 1958 n. 165 [*e Syria*] via ... hac -o itur et agitur). 1905 extra maceria in agrum -o (*sc. itur sim.; eadem*: 1906). 3208a -o paries est ductus (PAPIN. dig. 8, 4, 17 maceriam). LIV. 34, 62, 10 qui *rex* ... -o ab se (*i. Carthaginiensibus*) iter per eum ... agrum ... petisset (IVLIAN. dig. 8, 2, 32 pr. ut altius tollerem *aedificium.* VLP. dig. 11, 7, 12 pr. [*ex epist. imp. Carac.*] iter ad sepulchrum peti -o et concedi solere, ut, quotiens non debetur, impetretur. CIL III 10570ᶜ ara consecrata est ⟨i⟩n possessi⟨o⟩n(e) *cuiusdam* ... permissu *eiusdem* ... -o petentibus vicanis. VI 10768 locum. *in fabula*: IVST. 43, 4, 4 canem ... locum a pastore -o petisse *eqs.*). 34, 62, 12 *Carthaginiensibus locum* ad urbem communiendam -o datum ([*opp.* proprium agrum]. CELS. dig. 43, 26, 12 pr. IVLIAN. dig. 43, 26, 18. *al.*). SVET. Claud. 12, 1 ut ... rata essent, quae procuratores sui ... statuerent, -o exegit *princeps.* CELS. dig. 43, 26, 12 pr. si convenit, ut in kalendas Iulias -o possideat ([*postea*: nulla vis est huius conventionis, ut rem alienam domino invito possidere liceat]. *al. v. p. 116, 34 sq.*). EDICT. praet. dig. 43, 26, 2 pr. quod -o ab illo habes ..., id illi restituas (IVLIAN. dig. 43, 26, 19 pr. duo in solidum -o habere non ... possunt. *ibid.* 1. POMPON. dig. 41, 4, 6 pr. *al.; cf.* VENVL. dig. 43, 26, 22 pr. ex -o). POMPON. dig. 43, 26, 15, 1 habitare (COD. Iust. 8, 9, 2 [*a. 293*]). VENVL. dig. 43, 26, 7 si ... rem ... -o tibi concesserim (VLP. dig. 7, 1, 12, 2 etsi alii -o concedat vel donet. 41, 2, 13, 7. *al.*). FLORENT. dig. 13, 7, 35, 1 potest ... et -o et pro conducto debitor re sua uti *pignori data* (VLP. dig. 43, 19, 1, 6. 11. CIL XI 3743 iter privat(um) Anni Largi; -o utitur Antonius Astralis). TERT. adv. Hermog. 9, 4 his ... tribus modis aliena sumuntur, iure, beneficio, impetu, id est dominio, -o, vi. CIL X 1285 -o aqua recipitur tegul(is) *tot.* 5904 locum perm⟨issu⟩ ... patronae ... -o *impetravit. al. iuxta subst.*: CELS. dig. 43, 26, 12, 1 -o rogatio et ad heredem eius, qui concessit, transit. GAIVS dig. 43, 26, 9 -o possessio consisti potest ... inter absentes, veluti per epistulam vel per nuntium.

β *exempla cetera* (*sing. praeter l. 26*): CELS. dig. 43, 26, 11 si debitor rem pigneratam -o rogaverit, soluta pecunia -um solvitur: quippe id actum est, ut usque eo -um teneret (*i. valeret ut*: VLP. dig. 41, 2, 10, 2 quin ei -um ... teneat. *trans.*: PAPIN. dig. 44, 3, 11 quamvis ... -um heredem ignorantem non teneat. VLP. dig. 43, 19, 1, 11 me). IVLIAN. dig. 16, 3, 15 qui rem suam conducit aut -o rogat, nec -o tenetur nec ex locato (VENVL. dig. 43, 26, 22 pr. *al.*). 41, 3, 33, 6 si utrumque intercesserit, et -i rogatio et conductio (*al.* POMPON. dig. 19, 2, 4 locatio -ive r. AFRIC. dig. 41, 2, 40, 3 -i rogatione ... teneri. *al.*). POMPON. dig. 43, 26, 5 si manente adhuc -o tu in ulterius tempus rogasti, prorogatur -um: ... non constituitur eo modo -um, sed in longius tempus profertur (VLP. dig. 41, 2, 13, 7). *ibid.* causa -i. TERT. dig. 41, 2, 28 et -um et conductio. VLP. dig. 10, 3, 7, 5 (*e Iuliano*) de -o interdictum datur (43, 26, 8 pr. cum eo agam interdicto de -o. PAVL. dig. 43, 26, 14 i. de -is). 41, 2, 13, 7 si ... receperit possessionem rupto -o. 43, 26, 4, 2 mihi adquisiit -um *servus meus.* 43, 26, 6, 4 quaestio in eo est, ut -um consistere rei suae possit (*et ibid. bis.* 50, 17, 45 pr.). 43, 26, 8, 7 cum ... in longum tempus -um concedatur. *al.*

b *adi.*: **α** *notione communi* (*sc. pass.*): CIL I² 2214 vieam precaream (*cf.* iter: V 3472 i. precar(ium) Q. Gavi Phari. INSCR. Année Épigr. 1982 n. 399 [*e Venetia; saec. I?*]). CVRT. 5, 8, 12 (*verba Darei*) exspectare victoris arbitrium et ... -um accipere regnum *ab Alexandro.* TAC. Germ. 44, 3 unus imperitat *apud Suiones* nullis iam exceptionibus, non -o iure parendi (EPIST. Maxim. Aug. in psalm. 36, serm. 2, 20 l. 73 *episcopus a presbyteris* velut -o i. postulavit, ut ad damnandos quattuor diaconos ... promitterent adcommodare consensum). VENVL. dig. 43, 26, 22, 1 Labeo ait habere eum *pupillum* -am possessionem (GAIVS dig. 6, 2, 13, 1 pigneraticiae et -ae p. VLP. dig. 10, 3, 7, 4. *al.*). COD. Iust. 7, 10, 4 (*a. 260*) quae *persona* -um usum haberet *ancillae.* SYMM. epist. 7, 69, 1 *quidam* -um de amico cantherium mutuatus. CIL X 5166 d(e) s(ua) p(ecunia) f(ecit) ⟨lo⟩co precar(io) (XI 5473. INSCR. Année Épigr. 1975 n. 197 [*Casini*]).
β *notione deflexa*: -um interdictum *pro i. de -o* (*v. l. 25*): IVLIAN. dig. 43, 26, 19, 1 -o i. mihi tenebitur, *qui servum meum -o habet.* POMPON. dig. 43, 26, 15, 3 -um i. ei non competit. -us possessor *pro -o possidens* (*v. l. 51. p. 1145, 72*): SALV. eccl. 1, 26 commodatis ... a deo facultatibus utimur et quasi -i possessores sumus (*postea*: usufructuarii).

2 *intercedente contractu quodam vel etiam mercede solvenda, ut sit genus conductionis* (*exempla minus dubia, usum medii aevi praeparantia; ad rem v. Levy, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 66, 1948, 1 sqq.*): COD. Iust. 7, 39, 2 (*a. 365*) si tanta -o possidentibus praerogativa defertur, ut eos post quadraginta annorum spatia ... inquietare non liceat (*postea*: qui ita tenent, ut ob hoc ... debeant praestare mercedem). 8, 4, 10 pr. (*a. 484*) locatoribus ... vel possessionem rerum suarum, quam apud alios -o modo esse concesserant, recuperare secundum leges volentibus (*eadem lex comprehenditur* 4, 65, 33 conductores ... seu alienam ... possessionem -o detinentes). LEX Burg. Rom. 35, 2 si ... post possessionem *emptoris* ... -a fuerit subsecuta *venditoris*..., documenti professio firmitatem -ae possessionis obteneat. *de instrumento iuris, quo hoc genus possessionis confirmatur* (*cf. p. 1151, 73*): LEX Visig. 10, 1, 12 si per -am epistulam certus annorum numerus fuerit comprehensus, ita ut ille, qui susceperat, terras ... *postea* domino reformaret.

B *respicitur fidei commissum*: **1** *vi activa i. q. precibus utens*: PAPIN. dig. 28, 6, 41, 3 verbis -is ([*antea*: si heredem ... rogaverit]. COD. Iust. 6, 36, 2 pr. [*a. 244*]. 6, 43, 2 pr. sive directis verbis, quale est 'iubeo' ..., sive -is utetur testator, quale est 'rogo', 'volo', 'mando', 'fideicommitto'. *al.; cf. p. 1150, 34*). 31, 64 -a voluntas (*sc. fidei committentis*). **2** *vi passiva i. q. precibus mandatus*: VLP. dig. 29, 1, 19 pr. *testamento* efficere directam institutionem, quae erat -a (*sc. per codicillos facta*). COD. Iust. 2, 3, 16 (*a. 286*) -am substitutionem fratrum (*antea*: filios ... rogatos esse, ut *eqs.*). THEOPHIL. inst. Iust. 1, 14, 1 *ἐλευθερίαν* ... -an *ἤτοι* fideicommissarian.

II *in sermone communi* (*saepius perlucente imagine iuris*): **A precāriō,** *sc. abl. modi n. pro subst. vergens in usum adverbii* (PRISC. gramm. III 68, 27 *affert inter nomina, quae ipsa terminatione dativi pro adverbiis acci-*

[Hajdú]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

piuntur [cf. p. 1145, 48]. ad notionem v. p. 70, 58 nec non GLOSS. -o: *κατὰ παράκλησιν. κατὰ ἀξίωσιν καὶ συγχώρησιν, κατὰ δέησιν. cf. etiam p. 1145, 46 sqq.*): **1** *i. q. modo precis, per preces*: PLAVT. Amph. 24 hoc petere me *Mercurium* -o a vobis iussit *Iuppiter* leniter, dictis bonis ([*opp.* pro imperio]. IVL. VAL. 1, 10 -o petit, ut *eqs.* [*cf. gr. p. 18, 10 δέομαί σου*]). Cist. 288 (*breviloquentia quadam?*) nil moror -o; ubi sunt, quae iussi? Truc. 710 (*si recte trad. versu corrupto et fortasse interpolato*) agam -o. CIC. Cael. 27 (*ad accusatorem*) tibi ... respondeo primum -o (*cf. 30* deprecari ... veniamque petere). de orat. 3, 165 verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non inrupisse, atque ut -o, non vi venisse videatur. RVT. LVP. 1, 21 *filium* supplicem -o obsecraturum. IVL. VAL. 1, 22 magistratus ... -o quaesunt, uti *eqs.* (-o sunt usi *vel* praecati sunt *var. ll.; gr. p. 27, 5 ἰκέτευσαν*). EVAGR. vita Anton. 84 p. 961 cum ... ⌞-o⌟ quaererent (⌞ ⌟ pervenirent et *Migne 73, 164A perperam; gr. ἠξίουν, Vita Anton. p. 85, 7* rogabant). AVG. c. acad. 2, 13, 29 (*urbanitate affectata*) si commoda visa fuerit *inquisitio ...*, -o abs te impetrem, ut magistri officium ne gravere. CLAVD. MAM. anim. 2, 3 p. 107, 16 -o poscerem, ut *eqs.* **2** *i. q. condicione precibus constituta et inde non propria potestate, non vere, non plene sim.* (*cf. B1b*): SEN. contr. 1 praef. 5 *memoria* mihi ... -o paret. SEN. Thy. 215 ubicumque tantum honesta dominanti licent, -o regnatur (VIR. ill. 7, 5. *cf.* CVRT. 9, 2, 34 [*28* oro quaesoque] mori praestat, quam -o imperatorem esse [*verba Alexandri ut*: 10, 2, 15 rupistis imperium et -o rex sum]. TAC. Agr. 16, 4 *legatus* -o ... praefuit *provinciae, quam segniter administrabat. v. etiam infra l. 74*). dial. 2, 5, 5 in possessione virtutis est *sapiens,* ex qua depelli numquam potest; ceteris -o utitur (TERT. adv. Hermog. 9, 2 [*ironice*] -o forsitan usus est *deus materia* [*ibid. iterum; opp.* dominio]. 9, 4 adv. Marc. 4, 22 p. 494, 2. *al.*). 11, 11, 1 *mens hominis* indignatur inde (*sc. e vita*) se exire, quo admissa est -o. epist. 53, 8 illi *philosophiae* te totum dedica; ... non est, quod -o philosopheris (*cf.* PLIN. epist. 7, 30, 4 *impeditus negotiis* -o studeo). 86, 18 *radices arboris nuper positi* -o haerentes. 124, 13 verum bonum *non est* ... in mutis animalibus; hoc, quod in illis bonum est, -o bonum dicitur. rem. fort. 13, 2 aput te -o morabantur *liberi mortui*; ... recepit *fortuna* illos, non abstulit. TERT. adv. Hermog. 9, 4 eligat ..., quid deo congruat, -o an vi de materia cuncta fecisse (9, 5).

B *exempla cetera*: **1** *vi passiva*: **a** *usu communi, sc. vigente respectu cuiusdam rogati et concedentis*: **α** *adi.*: BRVT. Cic. ad Brut. 24, 4 *Antonius* postulabat haec; salutem a se peti, -am nos incolumitatem habere *eqs.* LIV. 3, 47, 2 non orare solum -am opem, sed pro debita petere. 39, 37, 13 apud Achaeos -a libertas, apud Romanos etiam imperium est. SEN. contr. 1, 2, 1 (*thema: virgo prostans* venientes ad se exorabat stipem) cuius -a est castitas (*cf.* 1, 2, 10 pudicitia tua -a est). 2, 4, 3 *abdicatus* in lectulo -o moriebatur. VAL. MAX. 3, 5, 1 *hostium* beneficio -um spiritum obtinere. SEN. dial. 9, 4, 7 sive spatiatur *virtus* et se utitur suo iure, sive -os habet excessus cogiturque vela contrahere. epist. 88, 27 non est ... ars sui iuris, cui -um fundamentum est; philosophia nil ab alio petit (Ps. VARRO sent. 25). CVRT. 4, 14, 23 -o victu *captivorum* (NOVELL. Valent. 12 pr. inopes ... et -o v. egentes). TAC. hist. 4, 76, 3 *hostium captorum* -am vitam. ann. 1, 42, 4 (*Germanicus ad milites seditiosos*) me ... -am animam inter infensos trahere. Ps. QVINT. decl. 3, 19 nec tu, *imperator,* rogari ab innocente exigis, nec viro forti opus est -a absolutione (precari absolutionem *var. l.*). AVR. Fronto p. 64, 1 *valetudinis causa* haec -a manu scribo (SYMM. epist. 4, 56, 1). APVL. met. 7, 27, 5 *asine,* licet -am vocis usuram sumeres *eqs.* 11, 21, 7 *in Isidis mysteriis* traditionem ad instar voluntariae mortis et -ae salutis celebrari. CHAR. gramm. p. 53, 21 '*viator*' *aliaque subst.* nihil ... quasi -um per verba habent, *quia non a verbis proficiscuntur* (*p. 53, 14* sua proprietate censebuntur; *53, 16* quando nihil ... per administrationem acceperint verborum). SYMM. epist. 3, 91 -is testimoniis. *al.*

β *neutr. pro subst.*: *de variis rebus, quas quis precibus, non iure suo obtinet* (*cf. IA1*): SEN. dial. 9, 11, 1 corpus quoque suum et oculos ... seque ipsum inter -a numerat *sapiens* vivitque ut commodatus sibi et reposcentibus sine tristitia redditurus. *de pensione, stipendio sim.* (*quasi beneficio concedatur, non debeatur*): GREG. M. epist. 2, 38 l. 14 Ariulfus exercitum Auctarit et Nordulfi habens eorum sibi dari -a desiderat, ut nobiscum loqui aliquid de pace dignetur. 9, 132 l. 7 eos *milites* pro percipiendo -o suo illic noscitur transmisisse *magister militum* (*sim.* 9, 134 l. 6). 10, 8 l. 18 (*praefecto praetorio*) hoc de proprio vos impendere ... -o.

b *usu deflexo*: **α** *vergit in vim q. e. non proprius, non verus, instabilis, incertus sim.* (*exempla potiora; huc fortasse etiam l. 41; cf. A2*): OV. met. 9, 76 *Acheloe,* falsum qui versus in anguem arma aliena moves, quem forma -a celat. SEN. dial. 6, 11, 3 *homo est* -i spiritus et male haerentis, *sc. pavore sim. deficientis.* epist. 65, 17 artifices ... si malignum habent et -um (-clarum *var. l.*) lumen, in publicum prodeunt et ... oculos libera luce delectant. 119, 2 quidquid naturam excedit, scias -um esse, non necessarium. CVRT. 4, 7, 1 Amyntam ... cum -o imperio venientem ([*cf. 4, 1, 29* simulans a Dareo se esse praetorem missum]. 6, 3, 6 [*verba Alexandri*] in novo et ... -o i. [*opp. 5* certam ... possessionem]. 10, 6, 2. TAC. hist. 1, 52, 3 -um *esse Galbae* seni i. et brevi transiturum). MALL. THEOD. gramm. VI 589, 16 *pedes quidam* -um magis quam necessarium in metris locum obtinent. **β** quaestus -us, *sc. eius cui necesse est, ut ab aliis rogetur* (*cum contemptu*): Ps. CIC. epist. ad Oct. 9 -um quaestum *argentarii et adstipulatoris.*

2 *vi activa fere i. q. precibus utens sim.*: LIV. 8, 35, 5 (*2* tribuni ... orare dictatorem insistunt) *reus damnatus* donatur tribuniciae potestati -um, non iustum auxilium ferenti. FRONTO p. 48, 23 est ... genus hominum ... blandientibus conciliatum; quamobrem facilius -is decedimus, quam violentis deterremur (*masc., nisi neutr., pro subst.*). CONSTANTIVS vita Germ. 45 matrona ... paralisi dissoluta ... -a (-o, precando *var. ll.*) deposcit, ut feretro corporis *sancti Germani defuncti* subderetur.

pro subst.: masc. l. 11, ni fallimur; neutr. p. 1145, 46 (sc. abl. -o *ut p. 1146, 74), ceterum p. 1146, 13. 1147, 58.*

cf. Onom. *Hajdú.*

precātio, -ōnis *f.* *a* precari. *scribitur* pre- *in titulis l. 20. p. 1149, 20 sq., in codd. vet.* LIV. 21, 45, 8 (*P, qui ibid. praebet* praecatus). COD. Theod. 10, 1, 15 (*V*). *al.*; prae- *exhibent* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 4 (CIL VI 32329) 6 (*sed* pre- *ibid.* 5a, 49 *et* 55 Pighi). TAB. devot. Audollent 222 B, 9 (*saec. II/III*). EDICT. imp. Constant. (CIL XI 5265) 37 *et haud raro codd. ant., e. g.* LIV. 42, 2, 3 (*V ut* 42, 30, 8). AVR. Fronto p. 78, 11 (*V*). VET. LAT. Phil. 4, 6 *et* I Tim. 5, 5 (cod. 75). *abbreviatur*: pr⟨e⟩c ACT. lud. saec. Sept. Sev. 5a, 49 Pighi. *legitur in oratione soluta in annalibus quibusdam (? v. p. 1149, 15) et inde a* CIC. (*quater*), ?MESSALLA (*v. l. 65. p. 1149, 10*), LIV. (*16ies*), *in versibus non nisi* DRAC. laud. dei 2, 762; *aliter ac subst.* prex, *quod multo saepius occurrit, perraro adhibetur in vita privata* (*v. infra sub 4*). [*confunditur in codd. maxime cum* praedicatio VAL. MAX. 4, 1, 10 HIL. trin. 8, 11 *et saepe (quod infra non adnotavimus; restit.* PLIN. nat. 28, 36; *cf. p. 542, 76 sqq.) et cum* deprecatio *e. g.* PLIN. nat. 28, 19 VET. LAT. Sirach 4, 6 (*vix recte trad.* incest(a)e -o *pro* incesti deprecatio PLIN. nat. 28, 12), *ceterum e. g. cum* praecantatio, *v. p. 393, 15. in versione mira*: VET. LAT. Sirach 34, 20 *dominus est* -o offensionis et adiutorium casus (*si recte trad., v. p. 398, 33 sqq.*).]

i. q. actio precandi vel ipsae preces prolatae (*cf.* GLOSS. -o: *ἱκεσία. ὁ ἀποτροπιασμός.* GLOSS. II 331, 49 *ἱκεσία*: depraecatio, oratio, -o, prex. 331, 52 *ἱκετηρία*: oratio, -o, supplicium. 361, 39 *λιτὴ ἤτοι λιτανία*: litatio, -o). *de differentiis*: VAL. MAX. 1, 1, 1 rebus divinis opera datur, cum aliquid commendandum est, -e, cum exposcendum, voto (*pergit distinguens* gratulationem, impetritum, sacrificium. *similia distinguit fusius agens de re* PLIN. nat. 28, 11 [*v. Bäumer, Hermes 112, 1984, 87 sqq.*]). *iuxta ponitur* oratio (*v. vol. IX 2, 888, 62 sqq.*), *distinguitur in usu technico celebrandae missae apud* AVG. (*v. ibid. 891, 16, sed exempla desunt*) *et infra p. 1149, 34 sqq.; iuxta ponitur* deprecatio TERT. *p. 1149, 23* (*nisi distinguitur. in explicanda serie* VET. LAT. I Tim. 2, 1 *p. 1149, 9* [*ad quem loc. v. et* HIL. in psalm. 140, 2]; *de synonymis fusius agit* AVG. epist. 149, 12–16, *v. imprimis* 149, 13 -em et deprecationem multi ... hoc idem putant ...; qui autem distinctius latine locuti sunt, -bus utebantur in optandis bonis, deprecationibus vero in devitandis malis). *structurae: indicatur, quid rogetur, per orat. rectam p. 1149, 3. 22 (cf. p. 1149, 62), enunt. secund. l. 71, acc. c. inf. p. 1149, 54, gen. gerund. p. 1149, 34, cuius commodo intercedatur, per praepos.* pro *p. 1149, 29* (*cf.* HIL. trin. 8, 11 pro his ... -o est), *quo pertineant preces, per gen. l. 60. p. 1149, 11. 21, praepos.* de *p. 1149, 6; de malis avertendis v. l. 31. 33; ceterum accedit gen. eius qui (quod) rogatur* LIV. praef. 13. 2, 8, 7 PREC. Terr. tit. *et e. g. p. 1149, 59 (cf. praepos.* apud *p. 1149, 32), gen. rogantis inde a* CIC. (orationis HIL. trin. 10, 42).

1 *in religione* (*cf. etiam 2; petuntur fere bona [cf. l. 48], sed devotiones, exsecrationes sim. respiciuntur l. 71 sqq. p. 1149, 25. 48. 57*): **a** *usu communi* (*et pagano et christiano* [*sc. rariore, quippe cum frequentetur* oratio]): CIC. Mur. 1, 1 sollemnis comitiorum -o consularibus auspiciis consecrata (*item fiunt comitiis* PLIN. paneg. 72, 4 [*3* precibus], *in contione p. 1149, 4. ceterum accedit adi.* sollemnis *p. 1149, 1. 20. 50. 67 et e. g.* LACT. inst. 1, 10, 10). Tusc. 1, 114 simili -e *ac mater Cleobis et Bitonis* Trophonius et Agamedes usi dicuntur (*v. l. 48. p. 1149, 73*). nat. deor. 2, 67 et -o et sacrificatio *Vestae facta.* 3, 52 in augurum -e (*cf.* FEST. p. 351 [*e Messalla ausp.*] in -e augurali. *ceterum precantur augures*: FEST. *infra.* SERV. auct. Aen. 3, 265 invocatio ... est -o, uti avertantur mala, cuius rei causa id sacrificium augurale peragitur. 12, 176 hoc per speciem augurii, quae -o maxima appellatur, dicit; -o autem maxima est, cum plures deos ... precantur, eventusque rei bonae poscitur [*ad rem v. Linderski, ANRW II 16, 3 p. 2253 sqq.*]). LIV. 9, 5, 3 *in foedere* -e res transigitur: per quem populum fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Iuppiter feriat, quemadmodum a fetialibus porcus feriatur (*cf.* 21, 45, 8 secundum -em [*v. p. 1154, 52*] caput pecudis saxo elisit. *sim. se devovent*: LIV. 10, 28, 15 sq. *Decius* devotus ... eadem -e eodemque habitu, quo pater ... se iusserat devoveri [*v. p. 1154,*

[Corbeill]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

49], cum secundum sollemnes -es adiecisset *eqs.* VAL. MAX. 1, 5, 2 pia -o *Camilli* [*cf. Liv. 5, 21, 16* venerationem]. *addasne l. 5?*). 31, 5, 3 rem divinam facerent ... cum -e ea: '...'. 31, 5, 7 -i adnuisse deos. 39, 15, 1 sollemne carmen -is, quod praefari *in contione* solent ... magistratus (VAL. MAX. 4, 1, 10). 39, 18, 3 ex carmine sacro praeeunte verba sacerdote -es fecerant *coniurati* (42, 30, 8 rite sacrificatum *esse* -emque de bello factam. TERT. nat. 1, 13, 1 ad orientis partem facere nos -em [*2* affectatione adorandi. *cf. p. 1156, 17*]. VET. LAT. I Tim. 2, 1 [Hil. in psalm. 140, 2. *al.*] fieri -es, orationes, postulationes, gratiarum actiones [*gr. δεήσεις, Vulg.* obsecrationes; *cf. p. 1148, 45*]. *al.*). *al.* FEST. p. 161 (*e Messalla ausp.*) in -e solitaurilium (*corrupte trad.; item cum gen. sacri*: PLIN. nat. 17, 267 cuius *sacrificii* ... ⟨p⟩recationem ... tradidit *Cato* [*p. 1155, 17*]. 28, 12 sacri -em, qua solet praeire XVvirum collegii magister). *al.* VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 p. 326, 17 caecas -es ... spargis. SEN. dial. 6, 13, 1 gemitu non interrumpente -em. PLIN. nat. 2, 140 exstat annalium memoria sacris quibusdam et -bus vel cogi fulmina vel impetrari (TERT. apol. 5, 6 militum -bus impetrato imbri). 28, 10 victimas caedi sine -e non videtur referre. *al.* LEX arae urb. (CIL VI 30837 b; *aet. Dom.*) 22 sacrum faciat ... vitulo ... ac -bus. PLIN. paneg. 1, 1 ut rerum agendarum, ita dicendi initium a -bus capere. ACT. ARV. a. 118 (CIL VI 32374) habita sollemni prec⟨atione⟩ ... *quendam* fratrem Arvalem cooptaverunt (*cf.* a. 218 [CIL VI 2104 b] 21 ⟨pr⟩ecatio cooptationis: '...'). GELL. 5, 12, 1 in antiquis -bus (specta- *trad.*). TERT. patient. 13, 3 patientia corporis (*sc. ieiunium sim.*) -es commendat, deprecationes adfirmat. VET. LAT. Sirach 4, 6 *inopis* maledicentis ... te ... exaudietur -o illius ([deprec- *var. l., gr. δεήσεως*]. 35, 16 [*respondent eadem*]. *al.* HIL. in psalm. 60, 2). 36, 17 suscita -es, quas locuti sunt ... prophetae (*gr. προφητείας,* praedicationes *var. l.; cf.* AVG. civ. 17, 11 p. 230, 6 [*sim.* in psalm. 78, 1] ipsa -o prophetatio est [*sc. psalm. 88, 47 sq.*]). II Cor. 9, 14 (Aug. op. monach. 16, 18) ipsorum *Macedonum* -e pro vobis (*gr. δεήσει, Vulg.* obsecratione. *item precantur intercedentes*: SACR. Leon. 765 sancti Laurentii nos ... -o iusta tueatur. Gelas. 819 adsit nobis ... -o ... martyris tui Fabiani. *al.; cf. p. 1150, 26*). CYPR. domin. orat. 2 quae *est* vera apud patrem -o quam *'pater noster'*? HIL. in psalm. 60, 2 ('intende deprecationi meae') intendendae ... orationis ... -o est, quod *eqs.* (139, 9 exaudiendae ... o. -o. *sine gerund.*: HIL. trin. 10, 42 impletur ... o. -o. *item distinguitur* -o, *sc. actio precandi, ab* oratione, *sc. a verbis prolatis*: AVG. epist. 130, 20 absit ... ab oratione multa locutio, sed non desit multa -o). AVSON. 332 tit. p. 24 -o consulis designati (*sim. inscribuntur preces*: 333 tit. p. 26 -o Kal(endis) Ianuariis. PREC. Terr. tit.; *v. et l. 60 infra*). *al.* *respicitur non tam rogatio quam confessio, veneratio sim.* (*coll. p. 1157, 4 neglegere noluimus usum haud facile dinoscendum; cf. e. g. etiam l. 8*): HIL. trin. 3, 11 qui cruci adfixerant, vere dei filium confitentur (*Matth. 27, 54*); -i consentit effectus (praedic- *var. l.*). AMBR. bon. mort. 6, 23 quotiens in oratione nobis, qua maxime deo adpropinquamus, offunduntur *foeda quaedam* ..., quo nos a studio -is avertant.

b *in arte magica, sc. defixione, incantatione sim.*: SEN. benef. 6, 35, 4 (*in comparatione*) *voto hoc perverso* exsecraris ... illum et caput sanctum tibi dira -e defigis (*proprie*: PLIN. nat. 28, 19 [deprec- *var. l.*]). PETRON. 137, 10 *ad hariolandum* nuces cum -e mersit in vinum. PLIN. nat. 25, 49 *herba quadam* domus suffiunt purgantque spargentes et pecora cum -e sollemni (*gr. Theophr. hist. plant. 9, 10, 4 συνεπάδοντές τινα ἐπῳδήν*). 28, 36 terna despuere prae[di]catione ... atque ita effectus adiuvare *medicamentorum.* 28, 42 partus accelerat *maritus* ..., si cinctu suo soluto feminam cinxerit, dein solverit adiecta -e, ⟨et cinxisse⟩ (*Mayhoff,* evinx- *codd.*) eundem et soluturum. 37, 124 *amethystum* grandinem ... avertere ac locustas -e addita (37, 165 [praecanta- *var. l., cf. supra p. 393, 23 sqq.*]). PS. QVINT. decl. 14, 4 virus *potionis* ... diris utique carminibus et feralium -um (praecanta- *cod. unus*) terrore permixtum ... visceribus infudit. TAB. devot. Audollent 222 B, 9 (*saec. II/III*). PS. APVL. herb. app. 119 l. 2 -o herbae: herba apium, te deprecor *eqs.* (*item inscribitur* [*cf. etiam l. 38*]: 121 l. 2. *al.* PS. MVSA herb. Vett. l. 185 -o huius *h.* [*aliter cod. Vo*: herbam ... his -bus incantas: '...']. PREC. herb. tit. -o omnium h.).

c *in proferendis ominibus faustis* (*cf. p. 1156, 38*): PLIN. nat. 28, 22 cur ... primum anni incipientis diem laetis -bus invicem faustum ominamur? TAC. ann. 4, 9, 1 magno ea *verba Tiberii* fletu et mox -bus faustis audita *sunt a senatoribus.* AVR. Fronto p. 78, 11 sanus et ... compos omnium votorum agas diem natalem ...! quae mea -o sollemnis semper auctior fit.

2 *in arte rhet. et gramm. respicitur genus dicendi vel locus, quo preces proferuntur* (*sive ad homines sive ad deos*): LIV. praef. 13 cum bonis potius ominibus votisque et -bus deorum dearumque, si, ut poetis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus *opus nostrum* (*item de poetarum invocationibus*: QVINT. inst. 4 prooem. 4 *ut medio in opere* nova -e uterentur. FVLG. Virg. cont. p. 85, 10 tam parva -o). DON. Ter. Hec. 382, 2 ('o mi Pamphile' *eqs.*) venialis status, in quo confessio est et -o (*postea: 383, 1* 'nam vitium' confessio est. 386, 1 'quaeque fors ...' -o). IVL. RVF. rhet. 28 p. 45, 20 (*inter figuras*) *εὐχαί*: -es (*affert Verg. Aen. 10, 421 Cic. Catil. 1, 33*). MAR. VICTORIN. defin. p. 18, 19 *'oratio'* generale nomen est, quod ... convenit ... expositioni, narrationi, invocationi, -i (*item distinguitur*: DIOM. gramm. I 404, 23 *adverbia significant etiam* invocationem, ut 'heus' ..., -em, ut 'sodes'. *cf. p. 1148, 67. 1149, 73*). *al.*

3 *in iure et in vita publica respiciuntur libelli sim. oblati principi* (*regi* CASSIOD., *vicario Africae* SYMM. epist.): EDICT. imp. Constant. (CIL XI 5265) 37 -i [h]ac desiderio vestro facilis accessit noster adsensus *privilegia quaedam concedens.* SYMM. epist. 7, 66 (*Alypio vicario Africae*) familiarem -em ... adnecto (*postea*: ut ... iuvare digneris iustitiam postulati *contra praesidem Mauretaniae*). rel. 48, 2 quod fortunas clarissimarum personarum -o subtilis incesserit (*syn.* preces, supplicatio. *cf.* COD. Theod. 10, 1, 15 -o colorata). HIST. AVG. Hadr. 8, 11 Serviano sororis viro ... tertium consulatum ... non petenti ac sine -e concessit. COD. Theod. 12, 1, 36 si quis contra interdictum legis nostrae -em obtulerit. COD. Iust. 1, 19, 8 (*a. 429*) ut responsuro principi vera -o rem aperiat cognoscendam. NOVELL. Valent. 8, 1, 1 dum *quidam sine lite possessione depulsus,* si qua ⟨-o⟩ fuisset in causa, ... actione proposita potuerit conveniri (⟨ ⟩ *sc. qua invasor rescriptum impetravisset; de possessione precaria cogitant alii vix recte, coni. alii alia*). CASSIOD. var. 5, 6, 1 suscipienda -o est, quae publicis utilitatibus non repugnat. *al.*

4 *in vita privata* (*cf. etiam 2*): EVTR. 1, 15, 2 *Coriolanus matris uxorisque* fletu et -e superatus (*var. l.* deprecatione *tuentur Droysen aliique et vol. V 1, 597, 1*). SYMM. epist. 2, 41 accedit illi, *quem commendo,* ad praerogativam *meritorum* -o mea. 3, 33 -o geminata (*syn.* petitio). REGVLA mag. 48, 1 hominibus ... nisi cum humilitate non fit -o, cum beneficia ... postulamus (*distinguitur*: ut ... Christum prece rogemus).

[precātiuncula *v. p. 1159, 71 sq.*] *Corbeill.*

precātīvus, -a, -um. *a* precari. **1** *vi activa i. q. ad precandum pertinens, vim precandi habens:* *in iure fideicommissorum*: VLP. reg. 24, 1 ea, quae -o modo relinquuntur, fideicommissa vocantur (*distinguitur*: legatum ..., quod ... imperative ... relinquitur). COD. Iust. 6, 42, 14 pr. (*a. 255*) cum ... simpliciter ... verbis -is testamento facto nonnullos ei voluerit substitutos (INTERPR. Paul. sent. 4, 1, 6 *fideicommissum* -is v. relinqui potest, ut roget quis, iniungat, petat *eqs.* [*opp.* verba directa *ut*: ISID. orig. 5, 24, 17]). *in gramm.*: PRISC. gramm. III 276, 16 -a (*sc. verba*) ... accusativo iunguntur: 'oro, ... precor, supplico'. **2** *vi passiva i. q. precando petitus, precibus concessus sim.*: AMM. 16, 9, 4 bellis acerrimis Constantius implicatus pacem postulat -am (*in eadem re*: 17, 5, 1).

adv. **precātīvē.** *i. q. modo precativo*: VLP. reg. 25, 1 fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed -e relinquitur ...; (*2*) verba ... sunt: fidei committo, peto, volo dari et similia. *Bk.*

⁂precātor, -ōris *m.* *a* precari. *scribitur in codd. vet.* pre- PLAVT. Pseud. 606 TER. Haut. 1002. *al.,* prae- FRONTO p. 189, 17 SYMM. or. 7, 1 AMBR. in Luc. 5, 10. *al.* *legitur apud* PLAVT. (*bis*), TER. (*ter*), STAT. (*semel*), FRONTONEM (*semel*) *et saepius inde a saec. IV.* [*confunditur in codd. maxime cum* peccator: DON. Ter. Andr. 600, 2 AMBR. Cain et Ab. 1, 9, 39. *al., v. etiam p. 1151, 47. 54.*]

i. qui precatur (GLOSS. II 331, 51 *ἱκέτης*: -r, supplex. *indicatur, quis prece adeatur per gen. p. 1151, 17. 22 [cf. praepos.* ad, apud *l. 71 sq.], quid prece proferatur, rogetur per gen. p. 1151, 10. 15. 24, pro quo [qua re] rogetur per gen. p. 1151, 16, dat. l. 62, praepos.* pro *p. 1151, 17* [*ceterum, nisi ad verbum referas, p. 1151, 13. 19. 34. al.*]): **1** *pro alio, alicuius nomine* (*cf.* GLOSS. -em: interventorem [*spectat ad* TER. *infra*]. *pro syn. est* patronus *l. 62. 71,* intercessor *p. 1151, 7* [*sed disting.* intercedens *p. 1151, 41*]): **a** *rogantur homines* (*sc. ab hominibus praeter l. 60. p. 1151, 11*): α *de eo, qui dominum precatur pro servo delinquente* (*iocose pro foribus pulsatis l. 62; ad rem cf. e. g. Petron. 30, 7 sqq. Vlp. infra p. 1153, 49* [*sim. Paul. dig. 21, 1, 43, 1*]): PLAVT. Asin. 415 siquidem ... *Iuppiter* -r adsiet, malam rem effugies numquam. Pseud. 606 (*iocose*) compendium ego te facere pultandi *ostium* volo; nam ego -r et patronus foribus processi foras. TER. Haut. 976 nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi nec -em pararis (1002. EVGRAPH. Ter. Phorm. 140 qui -es parant et adhibent). Phorm. 140 ad -em adeam (*v. p. 1153, 47. explicant*: SCHOL. Ter. p. 129, 6 ad excusatorem. EVGRAPH. solent servi, quotiens rei fuerint constituti, habere sibi -es, qui pro eis dominos rogent). DON. Ter. Andr. 600, 2 ut ⟨non⟩ eam ad -em? 854, 1 *senem* quem iam sibi -em destinet (praeceptorem *var. l.*). Phorm. 143, 1 nullum -em ex animo postulare veniam servo. β *de quibuslibet intercessoribus*: FRONTO p. 189, 17 (*iuridico regionis Transpadanae*) *quidam* utetur me apud te vel patrono vel -e (ENNOD. epist. 3, 23, 2 p. 88, 15 apud vos). IVL. VAL. 1, 15 -r ad eam *matrem tibi reconciliandam* fui ([*gr. p. 22, 12 παραχληθεῖσα, sc. μήτηρ*]. ENNOD. epist. 3, 3, 2 p. 74, 3 indignus. *cf. p. 1151, 2*). DICT. 2, 48 oportere mitti ad Achillem -es, qui eum ... peterent remittere iras (*item de legatis*: AMM. 18, 2, 18 *rex qui-*

[Werner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dam legationis nomine -r venerat pro ... *aliis* regibus pacem ... obsecrans. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 4, 574 p. 766 cum his ... -es erant etiam *alii* [*gr. συμπαρεκάλουν*]. *al.*). Symm. epist. 4, 37 ut *quidam promovendus* ad debitos fructus me -e, te auctore perveniat. 7, 126 *orbas quasdam nimio censu oneratas* opto tutari et ideo -r accedo, ut *eqs.* (9, 122. Marcell. Aug. epist. 136, 1 in hac parte. Rvric. epist. 2, 58 ut ... apostolatui vestro -r accederem [*in eadem re 2, 57* intercessor]. Ennod. epist. 8, 18, 1 p. 212, 23 pro hoc *supplice.* Ven. Fort. vita Albin. 16, 44 ad iudicem. *al.*). or. 7, 1 quod Iuliani ... filio *in senatum legendo* -r potius quam testis adsum (*2* petitorem). Ambr. paenit. 2, 10, 91 *cum supplicans* filios offeras ... veniae -es. *al.* *precatur res*: Adnot. Fronto p. 108, 29 adhibeo tibi -es humanitatem ipsam (*variatur Verus ibid. p. 108, 3* deprecatores).

b *rogatur deus*: Ps. Athan. Lucif. epist. 4 l. 72 -em te esse pro nobis per orationes ⟨ad⟩ dominum petimus. Ambr. in Luc. 5, 10 petendae -es salutis ... adhibere (5, 11 adhibe -es, adhibe ecclesiam, quae pro te precetur. paenit. 1, 10, 45 suorum peccatorum. vid. 9, 55). Heges. 1, 5 *Antigonus* multus ibi (*sc. in templo*) pro fratris salute domini -r (multum ... dominum precatur *var. l.; gr. 1, 73 προσκυνῆσαι*). Leo M. epist. 168, 2 *sacerdos* pro delictis paenitentium -r accedit. Ven. Fort. carm. 1, 5, 21 Martine -r, pro Fortunato fer pia verba deo. *al.*

2 *pro se, pro re sua*: **a** *rogantur homines* (*aves* Stat. *l. 22*): α *quilibet*: Stat. silv. 5, 3, 152 volucrum ... -r Ibycus. Symm. epist. 7, 26 audeo te in agrum Lavinatem meum ... rogare ..., nec sum religiosi desiderii longus -r. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 233 p. 673 *procurator Iudaeae* sine effectu -es remisit *ad Galilaeam* (*gr. ἰκέτας*). Macr. somn. 1, 3, 9 ei -r occurrit mandans pecuniae tutelam. β *princeps, sc. libellis oblatis* (*papa* Greg. M.): Symm. rel. 48, 3 *quidam* ceteris -bus sacro iunctus oraculo (*postea*: quaesivi ... an ipse ... supplicasset). Nicet. virg. laps. p. 133, 16. Edict. imp. Theod. (?) Chart. lat. ant. XVII 657, 1, 19 nec ullum -em ex instrumento emptionali ... per vim confecto praeiudicium pati. Novell. Theod. 8, 1 subreptionem ... -is. Cod. Iust. 1, 22, 5 (*a. 426*) *si* sacrum oraculum mendax -r attulerit. 1, 23, 7 pr. (*a. 477*) *nullum* fructum -r oraculi percipiat impetrati ..., nisi *eqs.* Epist. pontif. 744 Thiel 1, 1 p. 616 pro fide catholica humilis pietati tuae -r occurro. Greg. M. epist. 9, 145 l. 24 (*1* oblata nobis petitione).

b *rogantur numina, deus* (*sanctus martyr l. 50*): α *paganorum*: Qverol. p. 33, 7 ubi ignotus -r (precaturus *var. l.*) templa petierit (*in imag. respicitur qui officialem, iudicem sim. petit*). Ambr. in Luc. 6, 88 (*ironice de Mida rege*) digna beneficia votis, digna tanto munera -e. β *Christianorum*: Ambr. Cain et Ab. 1, 9, 39 si pro se tantum singuli orent, minor -is quam intercedentis (*sc. pro alio*) est gratia. Chrysost. repar. laps. 1 l. 96 perseverantes et importunos -es (*respicitur Luc. 11, 8*). Avg. bapt. 6, 25, 47 p. 323, 4 si non sanctificatur aqua *baptismi,* cum aliqua erroris verba per imperitiam -r effundit *eqs.* epist. 130, 19 *Iesus* in tempore -r opportunus, cum patre exauditor aeternus. in psalm. 104, 1 praemissa ... laude invocatio sequi solet, ubi desideria -r ⌞allegat⌟ (*v. e. g. vol. I 1668, 40*; alligat *edd. rec.,* peccatorem alligant *edd. vet.*). serm. 105A, 1 Rev. Bénéd. 45, 1933 p. 101, 23 *petitor* quid roget intuendum est: dare paratus est dator (*sc. dominus*), sed emendandus est -r. Mirac. Steph. 1, 4 'Christi amice, cura me ...!' vix -r verba finierat, et iam precum exauditor precibus respondebat. Cassiod. in psalm. 50, 11 pro universis delictis prudentissimus -r exorat. *al.* *respicitur potius confessor, venerator* (*cf. p. 1149, 40. 1157, 4*): Hil. Arel. vita Honorat. 23 l. 38 omni contradictione deposita novus -r accedo (peccat-, praedicat- *var. ll.*).

f. **precātrīx,** -īcis. *i. quae precatur* (*de mulieribus praeter* Ven. Fort.): Ps. Ascon. Verr. p. 228, 1 quibus *uxoribus Sabinis* -bus parentum bellum maritorumque finitum est. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 311 p. 679 nobilitatem -is (*gr. τῆς παρακαλούσης*). Ven. Fort. Mart. 4, 342 *Martini* bonitas ... pro praeside prompta -x *imperatorem adiit.*

deriv.: cf. precatorius.

precātōrius, -a, -um. *a* precator *vel* precari. *scribitur* prae- Vet. Lat., Pap. *al.,* -tur- Pap., Conc. Epaon. a. 517 p. 28 l. 153 (*cod. K post corr., sed* -tor- *ibid.* l. 148). *al.*

i. q. pertinens ad precatorem, pertinens ad precandum: **1** *usu communi*: **a** *adi.*: Don. Ter. Phorm. 142, 1 (*ad Ter. p. 1153, 47*) ars -a est mitigare praesentia, futura permittere. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 199, 11 ne despicias *has* -as ... litteras (*antea*: dignare ... communicare ... concilio). Common. patr. 4, 4 (*verba iudicis*) epistolam -am faciat ad me ([rogatoriam *var. l.*]. Pap. Tjäder 47–48A, 11 [*saec. VI*^{1}] e. -a ... sol(idorum) *tot*). Cassiod. var. 11, 13, 2 (*senatus Iustiniano*) patriam ... in haec -a verba prorumpere: '...' (*antea*: preces).

b *f.* precātōria *pro subst.*: α *de epistula, qua firmatur possessio precaria* (*v. p. 1146, 59*): Conc. Epaon. a. 517 p. 28 l. 148 clerici quod etiam sine -is ... de ecclesiae remuneratione possederint (*aliam rec. v. supra p. 425, 40 sqq.*). *ibid.* l. 153 ne videantur ... episcopi ... -as (-is *var. l.*), cum ordinati sunt, facere debuisse. *laxius de carmine*: Ven. Fort. carm. 8, 20 tit. ad eundem *Gregorium episcopum* -a pro ipso agro (*ad rem v. 8, 20, 9 sq.* quando reposcetur, vestris redit usibus arvum et domino proprio restituemus agrum). β *de sententia prolata precantis cuiusdam*: Conc.^{S} II 3, 3 Rustic. p. 6, 24 (*antea*: Maximus ... dixit 'deprecor ... synodum *eqs.*') ipse *Maximus* tales -as obtulit, ut *eqs.* (*alia vers. ibid. et II 2, 2 p. 20, 13* preces).

2 *singulariter n.* precātōrium *pro subst. in versione vocis gr. ἱλαστήριον de propitiatorio* (*sc. parte sanctuarii, v. Herrmann, Theol. Wb. NT III 319 sq.*): Vet. Lat. num. 7, 89 (cod. 100) *Moyses in tabernaculo audiens vocem domini* loquentis ad se desuper -um (*Vulg.* de propitiatorio; *pro eadem voce gr. cod. 100 alibi ponit* propitiatorium *vel* propitiatio, *v. e. g. exod. 31, 7. lev. 16, 2*). *Werner.*

precātrīx *v.* precator. ***?precātum** *v.* precor.

***precātus,** -ūs *m.* *a* precari. *scribitur in codd. etiam* prae-, *e. g.* Sedvl. carm. pasch. 4, 174 (*MT*). *dat.* -u *l. 36,* -ui *l. 31. 35. 47. legitur quinquies apud* Stat. *et inde ab* Hil., Avson.; *praevalet abl. sing.* -u, *cuius exempla quaedam infra omisimus.* [*dubium*: Act. lud. Sept. Sev. 1 (CIL VI 32326) 18 ⟨... preca⟩tu advocabunt.]

de notione et differentia (*cf. p. 1163, 44*): VARRO ling. 5, 121 capulae a capiendo, quod ansatae, ut -i possent, id est capi (PAVL. FEST. p. 57 capsit: -erit. GLOSS.^{L} I Ansil. CA 311 capessit: -didit, occupavit). FEST. p. 166 nancitor in XII (*i. lege XII tab.*) 'nactus erit', '-erit' (praeno erit *cod.; cf. l. 56*). DIFF. ed. Beck p. 30, 17 inter 'accipere' et 'sumere' et 'tenere' et '-ere': ... -imus, quae fugiunt. GLOSS. II 280, 53 *δραάσσομαι*: -o, adprehendo, nancisco⟨r⟩, comprehendo ([conprendor *var. l.*]. III 134, 27. *inde restituendum vid.* GLOSS.^{L} II Philox. PR 194 -it: *ἁράσσεται, συλλαμβάνει*). 407, 41 *πιέζω*: -o, presso (*cf.* V 323, 30 -et: premet). *al.* *legitur fortasse in* LEGE XII tab. (*v. p. 1163, 27. 29*), *certe inde a* PLAVTO, TER., CATONE *per totam latinitatem, sed aet. posteriore exceptis* CHIRONE, LEGE Sal. Merov. *al. non eadem frequentia* (*e. g. ter tantum in* VVLG., *numquam apud* GREG. M., *sed* apprehendo *utrobique saepe, cf. vol. II 305, 74 sqq.*). [*val.* prinde; *dalm.* prendar; *it.* prendere; *sard.* prendere *'alligare'; raet. or.* préndi, *occ.* prender; *francog.* prendre; *prov. vet.* prendre *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* pendre; *hisp.* prender; *port.* prender. *cf. M.-L. 6736. Battisti-Alessio IV 3064. Wagner II 307. Wartburg IX 339 sqq. Corominas*^{2} *IV 638 sqq. Machado*^{3} *IV 423. St.*] [*in codd. confunditur cum* premere (*sc. imprimis p. p. p.* -sus *cum* pressus) CAES. civ. 3, 110, 4 OV. trist. 2, 378. *al.* (*restit.* OV. am. 1, 2, 14), pendere PLAVT. Merc. 883 MANIL. 4, 21. *al., ceterum e. g. cum compos.* appr- TER. Haut. 509 CIC. Deiot. 31. *al.,* compr- CIC. orat. 100 CAES. civ. 3, 110, 4. *al.* (*vix recte trad.* PLIN. nat. 19, 185 *aliquid* carmine ... -sum). *falsa var. l.* SIL. 13, 171 Ps. QVINT. decl. 3, 7. *loco corrupto vel obscuro*: SEN. contr. 2, 1, 12 ad praehendam (*vel* -um). INSCR. Alger. I 3548, 8 vet(e)ranus ..., qui (oui *lapis*) presus est ann. XXV.]

fere i. q. capere (*cf. l. 51; c. acc. obi. passim, absolute vel obi. supplendo*

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 16. 65. p. 1164, 67 sqq. et saepius; usum refl. non invenimus, sed cf. inter se *l. 18; qua parte quis [quid] -atur, indicatur per abl. l. 21. 47. al., praepos.* per *l. 34. 50,* ab *p. 1164, 61,* ex *p. 1164, 62, praedic. partit. l. 38. 69; accedit abl. instr. l. 17. 19. 74 sqq. p. 1162, 9. 1163, 51 et saepius*):

I *vi corporali plus minusve servata*: **A** *de actione animantium* (*sc. fere hominum deorumve [instrumenti l. 39, simulacri l. 42], animalium p. 1162, 4. 9. 1164, 6. al.*): **1** *praevalente respectu tangendi, attrectandi, manu sumendi sim.*: **a** *strictius -untur*: α *animantes vel partes corporis*: Ⓘ *generatim*: Ⓐ *a salutantibus, alloquentibus vel affectum ostentantibus: forma* '-ere manum (*alicuius*)': PLAVT. Amph. 716 (*Alcumena ad verum maritum*) te ... heri advenientem ilico et salutavi ... et manum -i et osculum tetuli tibi (POMPON. Atell. 170 *patris.* CIC. Quinct. 97 m. -it ..., obsecravit ..., ut ... misericordiam caperet. VAL. FL. 3, 534. TAC. ann. 1, 34, 2 per speciem exosculandi). Curc. 339 'salve' inquit mihi, -it dexteram, seducit *eqs.* (*al. v. vol. V 1, 927, 76 sqq.*). Merc. 883 (*colloquuntur amici*) porrige bracchium. :: -e. iam tenes? :: teneo (pende *var. l.*). Pseud. 1260 ubi *amantes* alter alterum ⌞bilingui⌟ manifesto inter s⟨e⟩ -unt *eqs.* (⌞ ⌟ *sc. osculo; alii aliter explicant*). SEN. Med. 104 *Iason* solitus pectora coniugis invitā ... -ere dexterā. APVL. met. 6, 22, 2 Iuppiter -sa (pressa φ) Cupidinis buccula manuque ad os suum relata consaviat. *al. forma* '-ere *aliquem* manu' (*hucine p. 1163, 42?*): PLAVT. Asin. 668 (*servus ad meretricem*) me ... -e auriculis, compara labella cum labellis (Poen. 375 sine *te* -am a. [auris *A contra metrum*], sine dem savium). CIC. de orat. 1, 240 *Galba* Crassum manu -it et 'heus tu' inquit *eqs.* (CVRT. 7, 11, 24). *forma* 'manus -it': OV. epist. 10, 10 *Ariadne semisomna movit* Thesea -suras ... manus: nullus erat ([press- *var. l.*]. *an temptando ut l. 45?*). Ⓑ *a quolibet modo apprehendentibus (infestando l. 29. 49, temptando l. 45): forma* '-ere capillos (*alicuius*)': OV. met. 2, 476 *Iuno nympham* -sis a fronte capillis stravit humi pronam (*sim. infestando*: 12, 223 raptatur ... comis per vim nova nupta *Pirithoi* -sis. 12, 347 -sam [pressam *var. l.*] ... caesariem. *quolibet modo*: STAT. Theb. 9, 135. 9, 881 -sis [pressis *var. l.*] concussa comis ... colla *iuvenis morientis* ... stare negant). Pont. 2, 6, 13 (*in imag.*) bracchia da lasso ... -enda natanti *naufrago.* CELS. 3, 22, 5 *si quis tabe laborat,* prodest ... -ere per multas partes cutem et adtrahere, ut relaxetur ([pendere, pretendere *var. ll.*]. 7, 25, 1^{B} cutis ... -itur et extenditur [adpr- *cod. unus*]. *e coni. dub.* CAEL. AVR. chron. 5, 1, 19, *v. p. 987, 58*). 6, 18, 3^{A} orae *cutis incisae* vulsella -endae; tum quidquid corruptum est excidendum (7, 12, 3 *uvam.* 7, 12, 4 extrema lingua v. -enda est [compr-, appr- *var. ll.*]). 7, 12, 1^{C} saepe ... forfex, cum dentem ... frustra conprehendat, os gingivae -it et frangit (gingiva praecidit *cod. unus*). 8, 10, 1^{D}. PHAEDR. app. 4, 15 nares *meretricis* replentur umore ...; emungere igitur se volens -it manu. SIL. 14, 569 *signum Europes prorae navis affixum* -so tramittens aequora cornu (STAT. Theb. 2, 616 *sacerdos* trahit -sis taurum tibi cornibus, Euhan). APVL. met. 2, 30, 7 temptare formam adgredior: iniecta manu nasum -o (*cf. l. 26*). flor. 23, 4 *medicus* manum hominis *aegri* -it, eam pertrectat, venarum pulsum ... captat. *al. forma* '-ere *aliquem* capillis' (per capillos *l. 50*): OV. met. 9, 317 *Galanthida* -sam (pressam *var. l.*) ... ipsis dea ... capillis traxit (*sim. infestando*: VAL. FL. 2, 26 *Typhoea* -sum ... comis. LEX Burg. lib. const. 102, 1 quicumque Iudaeus ... per capillos -erit *Christianum*). APVL. met. 2, 13, 4 adulescentulus a tergo adrepens eum lacinia -it et conversum ... exosculatur. 7, 25, 4 me *asinum* ... capistro -sum (*sim.* 10, 21, 3).

Ⓒ *a ducentibus*: VET. LAT. num. 20, 25 (Cypr. epist. 67, 4; *deus ad Mosen*) -e (appr- *edd. vet.,* dic *cod. unus*) Aaron ... et Eleazar filium eius et inpones eos in montem *Or* (*gr. λάβε, cod. 100* accipe, *Vulg.* tolle).

Ⓘ *speciatim in iure: de manus iniectione*: PLAVT. Poen. 1232 in ius vos voco, nisi honestiust -i. VARRO frg. Gell. 13, 13, 4 magistratus *inferiores* a privato in ius quoque vocari est potestas, *ut vetus exemplum docet* ...; nunc stipati servis publicis ... -i non possunt. FEST. p. 376 vindex ab eo, quod vindicat, quo minus is, qui -sus est ab aliquo, teneatur. GAIVS inst. 4, 21 qui *per manus iniectionem* agebat, sic dicebat: '... tibi ... manum inicio', et simul aliquam partem corporis eius -bat. *de assertione in libertatem, manumissione*: VARRO ling. 6, 64 hinc (*i. a serendo*) adserere manum in libertatem, cum -imus. FEST. p. 340 sertorem quidam putant dictum a -endo *eqs.*

β *res*: Ⓘ *pertinet ad certum quendam modum apprehendendi* (*selecta; cetera v. p. 1162, 14*): VARRO ling. 5, 121 *v. p. 1160, 50.* rust. 1, 50, 2 ut *messores* stramentum medium subsicent, quod manu sinistra summum -unt (*item per adi. indicatur pars -sa*: APVL. met. 9, 17, 5 *servus* extremas manu -ens lacinias *dominae*). VERG. catal. 13, 22 *per orgia quaedam* movere lumbos ... -sis ... altaribus. Aen. 9, 558 *ad muros fugiens quidam* alta ... certat -ere tecta manu sociumque attingere dextras. OV. medic. 93 profuit et marathos ... addere myrrhis ... arentisque rosae quantum manus una -at (*sim. definitur quantitas*: PLIN. nat. 20, 193 quod ternis digitis -ret [-erit *codd.*] seminis [30, 40 quantum *cineris* -itur t. d. *cf.* MARCELL. med. 26, 22 summitate trium digitorum. 27, 40 tribus digitis]). LIV. 33, 5, 11 rami *dense contexti* locum ad inserendam manum non relinquunt, ut ... *non* -i, quod trahatur, ... possit (*cf. Polyb. 18, 18, 13 ἐπιλαβέσθαι*). PHAEDR. app. 22, 2 *ursus in litore* -ens petram ... crura sensim demittit vado. LVCAN. 3, 612 *manus abscisa* nisu, quo -erat (*sc. navem*), haesit. PERS. 6, 28 trabe rupta Bruttia saxa -it *naufragus.* STAT. Theb. 5, 504 *puer* labitur in somnos, -nsa manus haeret in herba (*sc. quam carpsit*). LACT. opif. 5, 13 molle ac flexibile membrum, quo -ere, quo tenere quodlibet posset *elephantus. al.* manu -ere *per comparationem vel imaginem de perceptione sensuum animive* (*cf. IIB et C*): CIC. ac. 1, 41 *Zeno id* comprehensionem appellabat, similem is rebus, quae m. -rentur. SEN. benef. 6, 42, 1 notare hunc ... adfectum et quasi m. -ere. dial. 9, 1, 1 *quaedam vitia* in aperto posita, quae m. -rem, quaedam obscuriora. Ⓘⓘ *vario usu* (*sc. mera fere vi sumendi*): CATO agr. 160 *in excantando luxo* harundinem -e tibi viridem ..., mediam diffinde. *ibid.* id manu -e et ... praecide. RHET. Her. 4, 3, 5 si eorum *imitatorum* volumina -erint antiqui oratores ... et suum quisque de libris su[i]stulerit, nihil istis ... relinquatur (*cf.* SEN. epist. 108, 30 Ciceronis librum de ⟨re p(ublica)⟩. PEREGR. Aeth. 24, 10 euangelium). CIC. Brut. 93 cum *Galba* otiosus stilum -erat, ... flaccescebat oratio. ad Brut. 1, 2 (*in imag.*) ut gubernacula rei publicae -rem. OV. met. 3, 616 *nemo* conscendere summas ocior antemnas -soque (pressoque *var. l.*) rudente relabi. CELS. 7, 4, 4^{A} linum -endum (appr- *var. l.*) vinciendumque cum altero capite est. VAL. FL. 6, 210 *Iuppiter* -sis ... equitem (*sc. Castorem*) cognovit habenis (STAT. Theb. 8, 563. *cf.* lora: CE 44, 4 [*Pompeiis*] -e l. et excute). 7, 246 (*Medea insomnis ad Circen*) da -ere vestes somniferas ipsaque oculos componere virga. *al.*

b *laxius dicuntur -i, qui (quae) adeuntur, offenduntur*: α *homines* (*currus* CVRT.): PLAVT. Rud. 91 ne[que]quivi ad portum lenonem -ere. TER. Andr. 353 tuos pater modo me -it (appr- *var. l.*); ait *eqs.* (*ad l. 48 trahit* DON. *ad loc.* 2 '-it' ... quasi vitantem se ac fugientem). Haut. 509 Syrus est -endus (appr. *var. l.*) atque adhortandus mihi. Phorm. 620 visum est mihi, ut eius temptarem sententiam; -o hominem solum: '...' inquam *eqs.* CATVLL. 55, 7 femellas omnes, amice, -i (*sc. quaerens, ubi esses*). CIC. Att. 12, 13, 2 -e C. Septimium, L. Statilium; ... nemo negabit ..., quem rogaris. CAEL. Cic. fam. 8, 11, 2 renuntiatum nobis erat Hirrum diutius dicturum; -imus eum: non modo non fecit, sed ... tacuit. CVRT. 5, 13, 20 singula *vehicula,* ut quaeque -rent, scrutabantur *milites Alexandri.* β *loca* (*hucine p. 1164, 35?*): VERG. Aen. 6, 61 iam tandem Italiae fugientis -imus oras. OV. am. 2, 9, 31 ut subitus prope iam -sa (pressa *var. l.*) tellure carinam ... ventus in alta rapit. SEN. Tro. 1046 cum *nautae* ... properante remo -erint altum. LVCAN. 5, 576 convertere cursus sola salus: liceat vexata litora puppe -ere. STAT. silv. 1, 2, 203 (*in imag.*) durum permensus iter ... -isti portus. Ach. 2, 139 *Chiron me docuit* caput aërii scandentem -ere montis.

2 *praevalente respectu captandi, occupandi vel detinendi, retinendi -untur*: **a** *homines* (*eorumve partes, dei*): α *delinquentes, fugitivi sim.*: Ⓘ *strictius ab iis, qui manum inferunt* (*dubites, num loci quidam ad p. 1163, 14 trahi possint*): Ⓐ *vario usu*: PLAVT. Aul. 749 deripiamus aurum matronis palam; postid si -si simus, excusemus ebrios nos fecisse. Capt. 118 semel fugiendi si data est occasio *captivis* ..., numquam postilla possis -ere. Epid. 326 si ... illum *servum nequam* semel -ero, numquam *eqs.* Persa 294. CIC. Deiot. 31 *Domitius* -i hominem (*sc. servum Scauri*) iussit ad Scaurumque deduci (appr- *var. l.*). orat. 100 (*in imag.*) tenemus ..., quem quaerimus (*sc. perfectum oratorem*), sed animo; nam manu si -issem *eqs.* (compr- *var. l.*). CAES. civ. 3, 110, 4 *servorum fugitivorum* si quis a domino -retur (compr-, premeretur *var. ll.*). BELL. Hisp. 20, 3 *auctor caedis* servus est -sus in cuniculo. OV. ars 3, 359 (*in imag. de calculo lusus q. d. latrunculorum*) bellator ... sua -sus sine conpare bellat. trist. 2, 378 in obsceno corpora *Martis et Veneris* -sa (pressa *var. l.*) toro (*sc. rete Vulcani, cf. e. g. ars 2, 587 sq.* captiva ... corpora. *an ad p. 1163, 18?*). PETRON. 138, 3 aniculae ... secutae fugientem '-e furem' clamant. *al.*

Ⓑ *technice in re publica (militari p. 1163, 12; apud exteros p. 1163, 3) respicitur ius magistratuum comprehendendi, in custodiam tradendi (cf.* prehensio; *iuxta ponitur* [in vincula *sim.*] ducere *l. 68. 73. p. 1163, 7. al.* [*cf.* abducere *l. 67*], capere *l. 74): explicatur ius* (*cf. p. 1163, 9*): VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 qui *magistratus* vocationem habent, idem -ere, tenere, abducere possunt. frg. Non. p. 394, 6 nequis lictorem spurcum hominem liberum -ere iussisse velit. LIV. 3, 55, 9 aedilem -i ducique a maioribus magistratibus, quod, etsi non iure fiat, *eqs.* AT. CAP. Gell. 13, 12, 4 (*verba Labeonis*) posse ... eos *tribunos plebis* ... -i se (*sc. Labeonem*) iubere, sed vocandi absentem ius non habere (*coll.* VARRONE *l. 66 contra dicit* GELL. 13, 12, 8 quae ... ratio fuit vocantibus nolle obsequi, quos confiteare ius habere -endi? nam qui iure -i potest, et in vincula duci potest). GELL. 13, 13, 3 neque vocari neque ... capi atque -i salva ... maiestate *potest magistratus. exempla usum illustrantia*: GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3 Fe-

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rentini ... praetor noster quaestores arripi iussit; ... alter -sus et virgis caesus est (Liv. 38, 60, 2 ut -i damnatum et in vincula duci iubeat. *de praetore, i. sufete, Carthaginiensi*: Liv. 33, 46, 5 Hannibal viatorem ad -endum quaestorem misit). Liv. 2, 29, 4 lictore *consulis* ... -ere prohibito (*in dilectu militum ut*: 3, 11, 2 quemcumque lictor iussu consulis -isset, tribunus mitti iubebat. *in qualibet condicione*: At. Cap. Gell. 4, 10, 8 eum *senatorem* ... -i loquentem et in carcerem duci iussit. Ascon. Corn. p. 48, 11). 2, 56, 11 ex his *nobilibus* -i quosdam Laetorius *tribunus plebis* iubet; consul ... negare ius esse tribuno in quemquam nisi in plebeium (9, 34, 26 -i censorem *abdicare nolentem* et in vincula duci iussit. 25, 4, 8 *reum* -i a viatore atque in carcerem duci iusserunt. 29, 20, 11. 38, 52, 7). 8, 33, 5 -i Fabium Papirius *dictator* iussit. Tac. hist. 4, 25, 4 -sum ... militem *seditiosum* ... duci ad supplicium iussit *legatus legionis.*

Ⓘⓘ *laxius ab iis, qui occupant, superveniunt in delicto sim.* (*nimirum huc vergunt quaedam p. 1163, 47 allata*): Ⓐ *indicatur scelus vel res locusve illicitus* (*sc. per praepos. vel casus, praedicat. l. 25, inf. l. 26*): Plavt. Asin. 563 (*enumerantur facinora servi*) in furto ubi sis -sus (569 manifesto. *item per praepos.* in *c. abl.*: Bacch. 950 ⟨in⟩ [*suppl. Leo*] dolis ego -sus sum [*A,* depr- *cett.*]. Cato orat. 201 in adulterio uxorem [de-, repr- *var. ll.; cf. Gell. 10, 23, 4* uxores deprehensas]. *cf. l. 28. 33. p. 1162, 59*). Mil. 1426 solvite istunc. :: gratiam habeo tibi. :: si posthac -ero ego te hic, carebis testibus. Ter. Eun. 961 quis homo pro moecho umquam vidit in domo meretricia -i (depr- *var. l.*) quemquam? (Ascon. Mil. p. 34, 25 *servum* dormientem in taberna pro fugitivo -sum [*antea*: deprehendisset]. *cf.* deprehendo *vol. V 1, 605, 52*). Bell. Hisp. 20, 5 ea nocte speculatores -si *sunt* servi III. Gell. 7, 10, 2 si intulisse Athenas pedem -sus esset *civis Megarensis,* ut ea res ei homini capitalis esset. 11, 18, 7 (*e lege XII tab.*) qui *fur* manifesto furto -sus esset (⟨in⟩ m. f. *vel gen. mavult Hosius. item per abl. fort. etiam l. 18*). Gell. 11, 18, 8 (*e lege XII tab.*) servos ... furti manifesti -sos (*item per gen.*: Apvl. met. 9, 21, 3 *servus* coram noxae -sus. *cf. l. 31*). *-untur mentientes*: Plavt. Bacch. 696 *ego,* quem mendaci -it *senex* manufesto modo. Sen. epist. 95, 21 maximum medicorum (*sc. Hippocratem*) ... in mendacio -i. Ⓑ *cetera exempla* (*e coni. dub.* Plavt. Mil. 1276 med ut -at [*Goetz, aliter alii*; me⟨...⟩dat *cod. A,* metuere hendast *vel* metuendus est *cett.*]): Ov. ars 2, 559 crescit amor -sis (*cf. 557* deprendere). Val. Fl. 7, 298 (*hyperbolice post amorem detectum*) nec quo ferre fugam nec quo se vertere posset -sa videt *Medea.* Priap. 35, 2 pedicabere, fur, semel; sed idem si -sus ⟨fu⟩eris bis, irrumabo (depr-, precisus *var. ll.; inde emendatur* CE 1934, 2 [*Pompeiis*]). Gell. 11, 18, 7 (*e lege XII tab.*) *si fur manifestus* telo se, cum -retur, defenderet. *al.*

β *quilibet*: Ⓘ *ab inhibentibus, retinentibus*: Verg. Aen. 2, 592 dextra ... -sum *Aenean* continuit *Venus* roseoque haec ... addidit ore: '...' (*cf.* Serv. *ad l.* ['dextra'] ea corporis parte, qua ictum Helenae minabatur. Gloss.^{L} I Ansil. pr 602 -sum: retentum. *an ad p. 1161, 21?*). Ov. epist. 3, 18 (*Briseis Achilli*) saepe ego decepto volui custode reverti, sed, me qui timidam -ret (redderet *Ehwald*), hostis erat. met. 10, 58 *Orpheus* bracchia ... intendens -ique et -ere certans nil nisi cedentes ... arripit auras (*cf. p. 1186, 57*). Sen. Tro. 1097 dextra -sus hostili puer *Astyanax.* Tac. ann. 1, 35, 4 *Germanicus ferrum* deferebat in pectus, ni proximi -sam dextram vi attinuissent. Ⓘⓘ *a rapientibus, violantibus*: Verg. Aen. 3, 624 cum corpora ... -sa manu magnā ... frangeret *Cyclops* ad saxum ([*cf. in eadem re l. 58*]. Val. Fl. 3, 145 *argonauta quidam* -sum ... m. detruncat Amastrum). Ov. met. 1, 705 cum -sam (pressam *var. l.*) sibi iam Syringa putaret *Pan* (*item rapiendo, stuprando*: Stat. silv. 1, 2, 45 si ... te potius -s⟨um⟩ aveheret Tithonia biga. 2, 2, 106 Mart. 3, 96, 3. Priap. 6, 3 -am te ... et tenebo -sum [-sam, -ssam *var. ll.*]. 11, 1 ne -are cave [*Bücheler,* prensare *trad.*]. Lex Sal. Merov. 13, 9. *fort. addas* CE 50 [= CIL IV 1863] ⟨prehen⟩de servam; cum voles, uti licet). 14, 203 *Cyclopa* iam -surum (press-, prans- *var. ll.*), iam nunc mea viscera ... in sua mersurum. Val. Fl. 2, 230 *viros Lemnios* -sos ... toris mactatque trahitque femineum genus.

Ⓘⓘ *a superantibus, cursu consequentibus* (*sed vigente adhuc respectu comprehendendi l. 63. 65*): Verg. Aen. 12, 775 *Aeneas Turnum* voluit ... telo ... sequi, quem -ere cursu non poterat ([Serv. auct.: quidam *stilum improbantes* humiliter '-ere' dictum accipiunt]. *sim.* Sil. 7, 655 virum ... iam nullis cursibus instat -ere cornipedis, *sed telo percutit*). Sil. 16, 416 *auriga* fugiens Atlanta reliquit; nec longum Cyrni defessos -ere currus: hunc quoque ... praetervolat. *fort. huc pertinet defixio agitatorum* (*loco lacunoso*): Tab. devot. Audollent 279, 21 (*e prov. Byzacena; saec. II*) ⟨n⟩ec -ant (*cf. l. 24* ⟨ne⟩c vincant).

b *animalia*: Plavt. Amph. 1116 *Hercules infans* facit recta in anguis impetum, alterum altera -it eos manu perniciter. Cato agr. 90 u⟨b⟩i -sus erit *palumbus farciendus,* ei fabam coctam ... dato. Varro frg. Schol. Stat. Theb. 8, 198 cygnum. Verg. georg. 1, 285 ponere vitem et -sos domitare boves (Ov. am. 1, 2, 14 detractant -si [pressi *fere codd.*] ... iuga prima b. *item -untur animalia domanda*: Verg. georg. 3, 207 *equi.* Ov. rem. 235 ut -sos [press- *var. l.*] urant iuga prima iuvencos. *cf.* Chiron 288 [*de iumento insano*] nemo eum capere potest tamquam indomitum; cum -sus fuerit *eqs.* [*cf. Veg. mulom. 2, 12, 1* captum]). Ov. met. 12, 353 -sos montibus ursos ferre domum vivos. Phaedr. 1, 22, 1 mustela ab homine -sa (*cf. Babr. 27, 1 γαλῆν ... τις συλλαβών*). app. 25, 1 serpens lacertam forte ... -erat (-erit *var. l.; item -unt animalia rapto viventia*: Sil. 12, 462 *donec tigris* rabiem -so consumat in hoste. Mart. 1, 14, 3 *a leone* -sus ... lepus). Plin. nat. 7, 122 anguibus -sis in domo (*cf. Cic. div. 1, 36* comprehensis, *Val. Max. 4, 6, 1* deprehensis). 11, 56 duce -so totum tenetur agmen *apium.* 30, 137 ramici infantium lacerta mederi iubent *quidam*; marem hanc -i. *al.* Tac. ann. 4, 45, 2 -so ... equo (*de quo antea*: dimisso). Apvl. met. 3, 23, 4 istas nocturnas aves (*sc. bubones*) ... sollicite -sas foribus videmus adfigi. Vet. Lat. Ioh. 21, 3 (cod. 4, *sim. al. et* Vvlg.) ascenderunt in navem; et illa nocte -diderunt nihil (*gr. ἐπίασαν, cod. 2. al.* c[o]eperunt. *item -untur pisces*: Optat. 3, 2 p. 69, 3 *piscis* in Tigride flumine -sus [*sec. Tob. 6, 1 sqq.*]. *al.; cf. rem more piscium -sam l. 19*). *al.*

c *res*: α *praevalente respectu possessionis, sc. -unt qui sua sibi vindicant vel aliena occupant*: Plavt. Rud. 1071 ni istum *vidulum* cepi ...; si in mari retiā -i (reti -i *vel* adprehendi *fere edd.*), qui tuum potiust quam meum? (*cf.* 1291 in mari -i rete atque excepi vidulum). Cic. Quinct. 27 servulum unum, quem ⌞iste⌟ -erat, abducit *procurator Quinctii* (⌞ ⌟ *Naevius, qui a praetore missionem in bona impetraverat; item -itur mancipium*: Liv. 3, 47, 6 cum M. Claudius ... iret ad -endam [-am, compr- *var. ll.*] virginem. 3, 48, 3 [*in eadem re*]. 38, 34, 2 eos *servos* -endi, abducendi, vendendi Achaeis ius esset). Cluent. 41 Dinaea testamentum faciente cum tabulas -isset Oppianicus ..., digito legata delevit. Liv. 29, 21, 5 *praetorem* Locrensibus ... permittere, ut, quod sui quisque cognosset, -ret. Lex Sal. Merov. 14, 8 (rec. C) quicquid ... -serit *invasor villae,* in locum restituat. 21, 2 (cod. C6) *si quis* nave(m) ⌞in furtu(m) -serit⌟ ([⌞ ⌟ *C5 et rec. A* furaverit]. 27, 24 [cod. A3] *materium* [i. f. presumpserit, furaverit *sim. cett.*]). *al. ibid. huc spectare vid. titulus mancus*: CIL I^2 2545, 2 (*in lege templi?*) -ere.

β *vario respectu -untur*: Ⓘ *loca, quae praesidio militari occupantur*: Caes. civ. 3, 112, 5 Caesar ... Pharon -it (appr- *cod. unus*) atque ibi praesidium posuit. Verg. Aen. 2, 322 quo res summa loco ...? ⌞quam -imus arcem?⌟ (*nisi ad p. 1162, 37, sed cf.* Serv. auct.: occupamus. ⌞ ⌟ *item* Arator act. 2, 703 [*in imag.*]). Ⓘⓘ *res elabentes, fugientes, quas quis retinere, arripere studet*: Caes. civ. 3, 69, 4 cum Caesar signa fugientium manu -ret et consistere iuberet. Varro rust. 3, 10, 5 si radicem -erunt *anseres pascentes* (*inde Plin. nat. 10, 163* adprehensa). Verg. Aen. 3, 450 numquam ... volitantia -ere ... aut iungere carmina curat *Sibylla.* 11, 719 *Camilla* transit equum cursu frenisque adversa -sis congreditur (*cf.* -ere lorum: Apvl. met. 6, 27, 1 *asini fugientis.* 6, 30, 3 -so l. retrorsum me circumtorquet). Ov. epist. 18, 181 *Tantalum* velle ... fugientia -ere poma. met. 5, 437 *nymphā in aquam versā* restat ... nihil, quod -ere posses. Fronto p. 217, 12 nec fumum manu -ere nec solem queas, neque vincire *eqs.* Ⓘⓘⓘ *praemia certaminis, quae quis aegre adipiscitur*: Stat. Theb. 6, 642 *cursor* -sa ... fovet suspiria palma. silv. 5, 3, 224 -sa ... corona *in Olympiis.*

B *de operatione rerum*: **1** *vario usu -unt res infestantes* (*maxime morbi*): Plavt. Most. 219 in anginam ego nunc me velim verti, ut veneficae illi fauces -am. Hor. carm. 2, 16, 2 otium divos rogat in patenti -sus Aegaeo (*cf.* Albinov. carm. frg. 7 oceanum ... ratibus consurgere -sis). Cels. 2, 8, 34 si tormina -erunt, *sc. lientericos* (*cf. Hippocr. aphor. 6, 43 ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται*). 4, 29, 1 ut illas partes liberat, sic hanc *partem* (*sc. coxas*) ... -it *vis pestifera* (Chiron 462 posteriorem. *cf. l. 60 sq.*). Val. Fl. 5, 136 quae *Hippolyte* ... fugerit Herculeae mox vulnere -sa sagittae (*cf.* Sil. 15, 632 quem -erit ictus *lanceae* [-it, -didit *var. ll.*]). Chiron 25 qui morbo subrenali -si fuerint (*cf. Veg. mulom. 1, 27 tit.* tenentur, *1, 27, 1* laeduntur). 174 qui maleos (*sc. morbo*) -untur. 318 plurimum a posteriori parte -si sunt (*sc. rigore*) et a priore minus ([*cf. Veg. mulom. 2, 88, 4* deprehensi]. *item indicatur ubi per praepos.* ab: *ibid.* a prioribus partibus [*cf. Veg. mulom. 2, 88, 5* comprehenderit]. 462 *bis. cf.* ex: 318 ex toto corpore aequaliter [*sim.* Veg. mulom. 2, 88, 6, *ubi* perduntur *var. l.,* periclitantur *ed. princ.*]). 774 scabia eum (*sc. iumentum*) non -it et omnes effugit languores. *al.* **2** *in satione arborum: transitive -it terra arbores sustinendas*: Cic. Arat. 116 quorum *arbustorum* stirpis tellus amplexa -it (*opp. 118* quorum nequeunt radices findere terras). *absolute -unt arbores* (*sc. radicibus terram comprehendentes sim.; cf. vol. III 2152, 39*): Pallad. 3, 10, 7 *vites ad locum destinatum* transferes sine ambiguitate -endi (*antea*: radices creabit). 3, 25, 3 ut, ⌞cum -erint⌟, inserantur *pirorum plantae* (conpr-, cum conpr- *trad.*). Ambr. Tob. 13, 43 radices ... arborum primo plantantur, ut -ant; cum -erint, tunc virescere incipiunt.

II *vi incorporali* (*huc nimirum vergit p. 1163, 31*): **A** *quolibet modo*: **1** *-unt animantes* (*virtus p. 1165, 16*): **a** *varia*: Plavt. Pseud. 725 doctum, qui, quando principium -erit, porro sua virtute te-

[Suter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

neat, quid se facere oporteat (*nisi ad C*). CIC. Flacc. 82 *orator quidam* ornabat facile locum, quem -erat. VARRO ling. 9, 90 quod quisque caput -erit *in declinatione* (*sc. nom.*), sequi debet eius consequenti⟨s⟩ casus. SEN. epist. 20, 3 unam semel, ad quam vivas, regulam -e. ARATOR act. 1, 1002 Petrus omnia -ens (*non tantum Iudaeos suscipiens, act. 11*). **b** *desiderata consequenda, captanda*: GRATT. 429 si vincere curent *homines* desidiam et gratos agitando -ere finis. MANIL. 4, 21 *nemo potest* fortunam ... suis invitam -ere (pen- *var. l.*) votis aut fugere instantem. SEN. epist. 22, 3 hanc *occasionem* si videris, -e. 59, 11 quicquid in nos adulatio ... congessit, tamquam debitum -imus (pen- *var. l.*). 74, 7 *fortunam in homines* honores, divitias, gratiam excutere, quorum alia inter diripientium manus scissa sunt ..., alia magno detrimento ... -sa. SIL. 10, 366 (*vox in somnio Hannibalis*) sat magna ... -sa est tibi gloria Cannis (pressa *codd. potiores,* parta *Drakenborch*). CARM. Année Épigr. 1966 n. 527 (*saec. I?*) hanc *filiam* tulerat genitor ... lucis ad oras, dulcius ut posset cum spe spem -ere magna(m). IVVENC. 3, 529 possit quae *virtus* -ere vitam *aeternam* (*cf. 3, 502* comprendere. 4, 37 vitae ... -ere lucem [*opp.* sumere mortem]). ADNOT. Sen. amic. p. 30 admonicio de prehen⟨den⟩dis amicis (*cf. Sen. amic. p. 31 an creditis* amicum ... ubique inveniri sine ullo labore*?*). *al.*

2 *-unt res* (*sc. incorp. praeter* HIER.; *cf. l. 16*): PLAVT. Merc. 213 metuo ..., ne patrem -at, ut sit gesta res, suspicio. CATO orat. 90 scio ⌞fortunas secundas⌟ neglegentiam -ere solere (⌞ ⌟ *acc. subi. potius quam obi., sc. vi assumendi, non infestandi*). IVVENC. 4, 94 promissa ipsius *Christi* quem poscant -ere finem. HIER. epist. 118, 1, 1 *ut notario adhibito* linguae celeritatem -rent signa verborum. ANTH. 449, 3 nox curam, si -it, alit.

B *sensibus percipiendo* (*cf. p. 1162, 10 sqq.*): LVCR. 4, 1143 in adverso *amore* ... sunt, -ere quae possis oculorum lumine operto, innumerabilia *mala.* SEN. nat. 1, 14, 3 tanta ... est velocitas motus, ut partes eius *stellae crinitae* non dispiciantur, summa -a[n]tur (pen- *pars codd.*). LVCAN. 4, 20 vix oculo -ente modum *camporum.* STAT. silv. 4, 2, 30 (*de palatio Domitiani*) fessis vix culmina -as visibus.

C *cognoscendo, intellegendo* (*hucine p. 1164, 75? cf. p. 1162, 11*): CIC. leg. 1, 61 *cum rerum* naturam perspexerit ... ipsumque ... ⟨deum⟩ paene -erit ..., quam se ipse noscet *sapiens*! MANIL. 2, 127 (*de astrologia divinitus data*) quis neget esse nefas invitum -ere mundum et velut in semet captum deducere in orbem *terrestrem*? 3, 388 accipe, signa quot surgant ... cedantque per horas, partibus ut -i possint orientia certis. SEN. nat. 2, 2, 3 quae sensum quidem effugiunt, ceterum ratione -untur.

deriv.: prehensio, prenso, *?*prensura; *cf.* imprensibilis.

compos.: ap-, com-, de-, reprehendo. *Suter.*

pr(eh)ēnsio, -ōnis *f.* *a* pr(eh)endere. *formam longiorem soli exhibent* TERT. *et* CHALC. [*sard.* presone, preyone; *raet. or.* prezon, *occ.* prazum; *francog.* prison; *prov. vet.* preizon *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* presó; *hisp.* prisión. *cf. M.-L. 6737. Battisti-Alessio IV 3078. Wagner II 308. Wartburg IX 354 sq. Corominas² IV 639 sq. Machado³ IV 432. St.*] [*falso trad. pro* pressio CAES. civ. 2, 9, 6 (*in var. l.*). 2, 9, 7.]

1 *significatur actio vel ius corporaliter comprehendendi, in custodiam tradendi*: **a** *technice in definienda potestate magistratuum opponitur* vocatio: VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 in magistratu ... habent alii v., alii -em, alii neutrum: v., ut consules ...; -em, ut tribuni plebis ...; neque v. neque -em, ut quaestores ([*inde* GELL. 13, 13, 5]. AT. CAP. Gell. 13, 12, 4 *Labeo dixit* tribunis ... ius eos non habere ... quemquam vocandi, quoniam ... tribuni plebis -em haberent, v. non haberent [*inde* GELL. 13, 12 tit.]). 13, 13, 4 qui *magistratus* potestatem neque vocationis ... habent neque -is. **b** *usu laxiore* (*hyperbolice ponitur plur.*): TERT. adv. Val. 27, 2 Soter ... permansit in Christo ... inadprehensibilis; denique cum ⌞ad -es⌟ venitur, discessit ab illo, in cognitione Pilati (⌞ ⌟ *Kroymann*; (ad)prehensiones *trad.,* ad adpr- *edd. vet.*).

2 *significatur actio visu prehendendi, observandi*: CHALC. comm. 87 ⌞mera ... -o difficilis est⌟ in ipsis *stellis quibusdam* propter inseparabilem prope concursum (⌞ ⌟ *cf. Theo Smyrn. p. 193, 16 τὸ ... ἀκριβὲς ἄδηλον*).

prehēnso *v.* prenso. **prei-** *v.* pri-. *Holmes.*

*?***prēlla,** -ae *f.* *dubium, utrum a* prelum *deminutive (cf.* catella *a* catena; *sed displicet mutatio generis), an neutr. plur.* prela *pro fem. sing. usurpatum* (*sed desunt alia exempla scripturae* -ll-). CHAR. gramm. p. 454, 58 -a: *πιαστήρ* (*inter subst.* quae apud Latinos feminina, apud Graecos masculina). *Bk.*

***prēlum,** -ī *n.* (-us *m. v. p. 1166, 8 sq.; de* -a *f. v. l. 65*). [*a* premere. *sunt qui* prēlo- *putent derivatum a* *pres-lo-, *sed ortum videtur potius a* *prem-slo-; *ad suffixum cf. e. g.* scāla < *skand-slā (*v. Leumann, Gramm. 1977, 212. 311*). *Fo.*] *de origine*: ISID. orig. 18, 1, 10 pr(o)elia dicuntur ab impremendo ..., unde et -a, ligna, quibus uva premitur (*cf. p. 1166, 7 sq.*). 20, 14, 12 -um ... a premendo ..., quasi pressorium. GLOSS.ᴸ V Abba PRAE 70 -um: a comprimendo dictum (*dubitanter restit. edd. pro* proelium). *scripturam* prae- *testatur* PRISC. gramm. III 112, 1, *vix exhibet inscr. l. 15, sed codd. antiqui* VERG. georg. 2, 242 (*M*). PLIN. nat. 13, 77. 15, 23 (*M, sed in eodem* pre- 14, 86. 15, 5). POMPON. dig. 33, 7, 21 (*F; al. in eodem*). CYPR. epist. 63, 7 (*S*) *et multi recc., in quibus etiam saepe occurrit* proe-; *formam* plerum *transmutatione litterarum corruptam testatur* CONSENT. gramm. p. 12, 9 (*cf. var. ll. infra l. 42. 71. p. 1167, 1*). *de notione*: SERV. georg. 2, 242 -a ... sunt trabes, quibus uva calcata iam premitur (*cf. e. g.* GLOSS. V 135, 35 -orum: -us est materies, qua uba exprimitur). GLOSS. II 255, 14 *βάδης, μοχλός*: -us. 407, 44 *πιεστήρ*: -um. GLOSS.ᴸ III Abol. PRAE 27 -um: ubi oleum de olivis exprimitur. V Abba PRAE 86 -um (praelo *cod.*): torcular. *sim. al.* *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VERG., *sc. maxime apud artium scriptores.* [*in codd. confunditur cum* proelium *e. g.* PLIN. nat. 14, 86 (*restit. l. 1 et* GLOSS.ᴸ I Ansil. PR 1946; *cf. l. 5. p. 1165, 72*). *e coni. dub.* VITR. 6, 6, 3 (plenum *trad.*); *afferebatur olim* praelum *ex inscr. parum accurate descripta* CIL IX 2828, 3.]

I *i. q. trabs pressoria torcularis* (*notione per synecdochen dilatata respici vid. ipsum torcular e. g. l. 35. p. 1167, 20; ad rem cf. l. 6 et e. g. Blümner, Technol. I² 343 sqq. Drachmann, Ancient oil-mills and presses, 1932*):

A *proprie* (*comparationes v. sub B*): **1** *exempla varia, sc. fere respicitur constructio torcularis (tam vinarii quam olearii) vel -um numeratur inter eius partes*: CATO agr. 12 in torcularium quae opus sunt: ... -a temperata ..., *-a* supervacanea ..., assercula, ubi -a sita sient *eqs.* 18, 2 -um longum p(edes) XXV. 19, 2 porculum figere oportebit, uti in medio -um recte situm siet ...; lingulam cum facies, de medio -o conlibrato. 31, 2. 68 ubi vindemia et oletas facta erit, -a extollito; funes torculos ... ⌞in carnario⌟ aut in -o suspendito (⌞ ⌟ *sc. ut fumo conserventur, cf.* VERG. georg. 2, 242 cola ... -orum fumosis deripe tectis). VITR. 6, 6, 3 torcular si non cocleis torquetur, sed vectibus et -o premitur. 10, 1, 5 sucularumque et -orum et vectium ... praeparatio. *al.* PLIN. nat. 17, 72 indomita ponderibus inmensis -a. 18, 317 inventum *est* parvis -is ..., breviore malo in media derecto, tympana inposita vinaceis superne ... urguere et super -a construere congeriem. POMPON. dig. 33, 7, 21 dolia, molae olivariae et -um. VLP. dig. 19, 2, 19, 2 (*e Neratio*) et -um et suculam et regulas et tympanum et cocleas, quibus relevatur -um. IVVENC. 3, 714 (*in parabola*) quidam dives ... in medio *vineto* turrem ⌞-umque et dolia fecit⌟ (⌞ ⌟ *cf. Matth. 21, 33* fodit ... torcular [*gr. ληνόν*]). *al.*

2 *exempla potius ad usum -i pertinentia*: **a** *-um adhibetur ad exprimendum sucum*: **α** *uvarum* (*huc fere spectant B1 et 3*): CATO agr. 153 vinum faecatum sic facito: ... *fiscinas olearias* faecis inpleto sub -umque subdito exprimitoque. VARRO rust. 1, 54, 2 *sunt calcatarum uvarum* scopi ... subiciendi sub -um, ut, siquid reliqui habeant musti, exprimatur ...; (3) cum desiit sub -o fluere *eqs.* ([pler- *var. l. utroque loco*]. COLVM. 12, 29 antequam -o vinacea subiciantur. *al.* PLIN. nat. 14, 86. *cf. l. 59*). HOR. carm. 1, 20, 9 -o domitam Caleno ... uvam (*item cum adi. loci, quo indicatur origo vini*: PROP. 4, 6, 73 -is Falernis [SIL. 7, 165 STAT. silv. 2, 2, 5]. MART. 1, 26, 5 Paelignis. 13, 111, 1 Sinuessanis. *fort. addas* CIL *infra*). FEST. p. 348 (*suppl. ex* PAVLO) ⟨eo temp⟩ore ..., quo uvae calcatae ⟨-o premebantur⟩ (*sim. indicatur autumnus*: CALP. ecl. 1, 2 *nondum mitigatur aestus,* quamvis ... madidis incumbant -a racemis. AVSON. 377, 18 p. 99 September, Bacchi munere -a rigans). COLVM. 12, 19, 3 mustum ..., ante quam -o pes eximatur, statim de lacu in vasa defrutaria conferemus. 12, 27 mustum lixivum, hoc est, antequam -o pressum sit (12, 39, 1 *uvas* in fiscellam conferre et -o premere. AVIEN. orb. terr. 1301. *addas l. 47 et cf. e. g. l. 28; cf.* ex-, comprimere: COLVM. 12, 45, 2 *et e. g. l. 68. p. 1167, 5*). TAC. ann. 11, 31, 2 Messalina ... simulacrum vindemiae per domum celebrabat: urgeri -a, fluere lacus. CIL IX 4860a (*inscriptio cellae*) de -is ⌞M⌟ (*nisi ad β.* ⌞ ⌟ *latere vid. nomen domini vel fundi*). *al.* **β** *olivarum* (*cf. plerosque locos sub B2; hucine l. 56?*): COLVM. 12, 49, 9 *oliva* -o subponitur vehementerque premitur. 12, 51, 2 oliva novo fisco includitur et -o subicitur (12, 52, 3 molis et -o. *al.* PLIN. nat. 15, 23). 12, 52, 11 melioris saporis est *oleum,* quod minore vi -i quasi lixivum defluxerit (*cf.* PLIN. nat. 15, 5 prima unda -i lautissima). 12, 52, 13 cum -i pondus accepit *baca olivae,* ... exprimitur amurca (12, 54, 2 olivam ... sic premito, ne vasa intorqueas, sed tantum ipsius -i pondere ... exprimi patiaris. *cf. p. 1167, 17. 25*). RVT. NAM. 1, 150 pinguia ... Hesperio nectare -a fluant. SIDON. carm. 11, 118 (*de pompa deorum*) Pallas madidis venit inter -a trapetis (proelia *var. l.*). **γ** *aliorum fructuum*: PALLAD. 3, 25, 11 vinum de piris fit, si contusa ... ponderibus comprimantur aut -o. MARCELL. med. 27, 9 *in medicamento quodam conficiendo* palmae exprimuntur -o aut coclea.

b *-um adhibetur ad comprimendum: papyrum* (*sc. ut fibrae conglutinentur*): PLIN. nat. 13, 77 *papyrus* premitur ... -is (pleris *codd. aliquot*) et siccantur sole plagulae atque inter se iunguntur. *velamenta sim.* (*sc. ut levia, munda fiant; cf.* Ps. VICT. VIT. *sub B1*): MART. 2, 46, 3 tua subpositis conlucent -a lacernis (prata *var. l.*). 11, 8, 5 de Palatinis dominae (*sc. imperatricis*) ... serica -is. CLAVD. carm. min. 25, 101 *Venus* ornatum

[Werner]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

formae -isque solutis mira ... sumit velamina (proeliis-, pleris-, peplisque *al. var. ll.*).

B *in comparatione vel translate spectat ad*: **1** *passionem Christi*: CYPR. epist. 63, 7 (*ad Is. 63, 2*) numquid ... in torculari aqua est, quae ... -o exprimitur? vini utique mentio ideo ponitur, ut domini sanguis vino intellegatur (*antea*: de domini passione testatur). QVODV. cant. Is. 1 l. 81 (*ad Is. 5, 2* torcular exstruxit) in -o crucis suspensus est ... et ex latere botrui manavit sanguis et aqua ([*antea*: in torculari passionis]. PETR. CHRYS. serm. 31, 5 ut de -o c. accipiant vinum novum *utres novi* [*Matth. 9, 17*]. Ps. VICT. VIT. pass. 3 stolam ... baptismatis, quam Christus vino carnis suae purificans, -o [prodo *var. l.*] exprimens c. fecerat dealbatam). **2** *tribulationes sim., quibus fideles probantur* (*sc. ita ut ab iniustis separentur* [*ut magnificentur* HIER.]): HIER. in Soph. 3, 19 l. 614 (*sec. LXX σώσω τὴν ἐκπεπιεσμένην*) *Sion* quasi uva et oliva ita temptationibus atque pressuris, ut -o et trabe, pressa est et afflicta, ut vinum faceret et oleum. AVG. civ. 1, 8 p. 13, 30 *non* ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem -i pondere exprimitur; ita una eademque vis inruens bonos probat ..., malos damnat (*cf.* PRIMAS. in apoc. 8, 4 sub uno -o dispar ab amurca oleum obtinere). in psalm. 80, 2 l. 31 'pro torcularibus' ..., id est pro pressura discernente, ... cantatur psalmus ...; in his -is, quid sibi velit, intelleximus. QVODV. temp. barb. 1, 3, 9 tolerate mala ..., quia ista tentatio vestra est examinatio; ... si oleum es, quid times pressuram -i? APON. 11, 21 *diabolus* fornax intellegitur probationis confessorum et ... -um tribulationum persecutionumque. PRIMAS. in apoc. 7, 13. **3** *varias res*: ZENO 2, 11, 7 sucus earum *uvarum* in ultimo -i pondere ... exsiccatur; similiter iudicii die ... confessorum sanguinis vindicta ... exigitur. HIER. in Gal. 4, 15 p. 381^{C} non tam initia sunt in bonis studiis laudanda quam finis; sicut enim in vinea multi usque ad -um uvae gradus sunt *eqs.* praef. Salom. p. 5, 10 quae *ex hebraeo versa* ... statim de -o purissimae commendata testae suum saporem servaverint.

II *i. q. temo vehiculi*: GLOSS. II 428, 60 *ὑμὸς ἁμάξης*: temo, -um, armamentum.

*deriv.: ?*prella.

1. premium *v.* praemium. *Werner.*

[2. premium, *subst. a* premere *derivandum, vix recte intellexit Bulhart, Wien. Stud. 67, 1954, 157 sq.*, PASS. Eutic. (BHL 2779) 1 p. 460^{A} *ut* diversa ... tormenta ⌊praemium experirentur⌋ (*i. pro praemio subirent*).]

cortex **premnum** ORIBAS. eup. 4, 79 La p. 602. *translitteratum sec. gr. 4, 78, 2 ὑπὸ τῷ φλαῷ τοῦ πρέμνου.* *Bk.*

1. ***premo,** -ssī, -ssum, -ere [*paradigma insolitum fortasse sec. alia verba formatum est*: prem-o, pres-sī *comparari potest cum gr. praes. τρέμ-ω* (*lat.* tremere) *iuxta aor. τρέσ-σαι, v. Leumann, Gramm. 1977, 591. sed unde* *prem *ortum sit, nondum exploratum est. Fo.*] *scribitur* prae- CE 1531 A, 1 (*saec. V*). 1379, 6 (*a. 548*) *et haud raro in codd., e. g.* VERG. georg. 3, 85 (*R; ceterum v. quae collegit Ribbeck, Prolegomena, 1866, 386*). GAIVS dig. 41, 1, 7, 13 (*F, qui saepius exhibet* pre-, *e. g.* VLP. dig. 19, 2, 19, 2). PRVD. psych. 905 (*B,* pre- *A, ut ipse B e. g.* cath. 12, 171). COD. Theod. 9, 1, 12 (*T, sed* pre- 5, 12, 3); pri- *occurrit* VERG. georg. 3, 85 (*P*). NOT. Tir. 24, 12 -ssit. *de formis: schema coniugationis exhibet* CHAR. gramm. p. 218, 23 sqq.; *praes.* -et *pro* -it PEREGR. Aeth. 37, 2. *primam syllabam brevem esse testatur* PHOC. gramm. V 433, 28 sq. *de notione*: NON. p. 364, 24 sqq. -ssum: onustum, gravatum (*affertur* VERG. georg. 1, 303); -ere: defodere (Aen. 10, 296), claudere (9, 487), insequi, fugare (1, 467), urgere (georg. 3, 413 Aen. 7, 368), inniti cum pondere (georg. 4, 140 Aen. 10, 495), refrenare vel cohibere (Aen. 1, 54. 1, 63. 9, 324), tegere (9, 612. 11, 257 VARRO Men. 307), removere vel excidere (VERG. georg. 1, 157), occidere (Aen. 9, 330), adversari (10, 375), calcare (2, 380), deponere (georg. 2, 346). SYNON. Cic. p. 428, 1 invadunt *eqs.* (*v. vol. VII 2, 108, 62*). p. 434, 18 male accipit. angit. torquet. cruciat. urget. -it. urit. *eqs.* GLOSS. II 158, 49 -it: *θλίβει, βαρεῖ, συνεκπιέζει.* 256, 5 *βαρῶ*: gravo, gravesco, -o. 328, 45 *θλίβω*: tribulo, presso, -o. IV 552, 14 -ere: continere, compescere. V 136, 38 -ret: insequeretur, urgeret. *al.* *legitur singulis vel binis locis inde a* LIV. ANDR. (*? v. p. 1168, 55*), PLAVTO, ENN., TER., CATONE, LVCIL., POMPIL. trag., MAT. carm., RHET. Her., *sed saepe inde a* CIC. (*qui exhibet plus quam 50^{ies}*); *magis frequentatur in poesi, e. g. a* VERG. (*fere 75^{ies}*), OV. (*fere 215^{ies}*), SEN. *trag. et* OCTAVIA (*fere 110^{ies}, eadem frequentia* SEN. *philos.*), LVCAN. (*fere 80^{ies}*), STAT. (*fere 120^{ies}*). [*it.* premere; *sard.* prem(m)ere; *francog. vet.* priembre, preindre; *prov. vet.* premer *et var. prov., vasc.; cat.* premer; *hisp. vet.* prémer; *port.* premer. *cf. M.-L. 6738. Battisti-Alessio IV 3062. Wagner II 307. Wartburg IX 356 sq. Corominas^{2} IV 642. Machado^{3} IV 422. St.*] [*confunditur in codd. imprimis cum* fremere, *v. vol. VI 1, 1281, 78 sqq.,* opprimere, *v. vol. IX 2, 784, 44 sqq.,* prendere, *v. p. 1160, 67,* tremere *e. g.* SIL. 2, 339 STAT. Theb. 10, 879 (*falsa var. l.* LVCAN. 6, 237. *al.*); *vix recte coni. L. Müller* ENN. ann. 231 pone -unt *pro* p. petunt; *de* CIC. Tusc. 4, 61 *v. supra p. 702, 72.*]

i. q. gravando, percutiendo, impellendo sim. urgere, πιέζειν. praemonenda syntactica: usum absol. vel obi. suppl. indicavimus sub I, ubicumque e re visum est, v. imprimis p. 1170, 56. 61. 1173, 22. 1175, 58. 1176, 64. 1179, 11. 1180, 8; reflexive adhibent fortasse LVCR. *p. 1172, 68, certe* CAES. *p. 1169, 75,* VITR. *p. 1175, 66,* SEN. *p. 1173, 5. 1178, 37. al., cf.* inter se *p. 1170, 3; abundantia quadam ad obi. accedunt praedicativa fere effectum -endi anticipantia p. 1171, 14. 1174, 11. 1176, 18. 1180, 35. collegimus structuras pro obi. positas p. 1179, 65 aliasque indicantes finem p. 1180, 9, directionem sim. p. 1174, 10. 1175, 14. 57; ceterum indicatur separatio p. 1172, 45, respectus (sc. iuxta formas pass.) per abl. p. 1172, 55. 1175, 11, per acc. apud* VERG. *p. 1177, 54,* PROP. *p. 1174, 28,* OV. *p. 1169, 53. 1172, 48. al.; accedit passim abl. instr.* (*rei impositae e. g. p. 1169, 14 sqq.*), pressuris -ere *v. p. 1198, 5. pro subst. masc. adhibentur part. praes.* -ens *p. 1170, 57. 1171, 26, p. p. p.* -ssus *p. 1169, 72. 1174, 56* (*ceterum v. p. 1181, 52*).

materiam sic digerendam putavimus:

I *c. obi. quod afficitur*:

A *corporaliter*:

1 *respicitur mera actio -endi vel status -ssus continuus*: **a** *gravando, onerando: l. 54* (*laxius de commorantibus vel euntibus p. 1169, 21, ornamentis p. 1169, 46*). **b** *urgendo, tangendo: p. 1169, 64* (*laxius, sc. persequendo, instando p. 1170, 60, in re militari p. 1171, 2*). **c** *tegendo, operiendo: p. 1171, 64* (*transfertur ad obscurandum p. 1172, 15*).

2 *comprehenditur simul sive laesio sive motus effectus aut inhibitus*: **a** *comprimendo, exprimendo, feriendo: p. 1172, 32* (*claudendo p. 1172, 33, evacuando p. 1173, 13. 31*). **b** *deprimendo, deorsum movendo: p. 1174, 9* (*curvando, inclinando p. 1174, 72*). **c** *imprimendo, imponendo: p. 1175, 14.* **d** *movendo in alias directiones: p. 1175, 57* (*impellendo p. 1175, 59, adducendo p. 1176, 4*). **e** *reprimendo, inhibendo: p. 1176, 16.*

B *incorporaliter*:

1 *gravando, affligendo, urgendo*: **a** *quolibet modo: p. 1176, 62* (*affectionibus p. 1177, 23; criminibus suis p. 1177, 59; potentia publica p. 1177, 74; cum coloribus peculiaribus perseveranter peragendi p. 1178, 65, augendi p. 1178, 72, continuo subsequendi p. 1179, 3*). **b** *dicendo, scribendo: p. 1179, 10* (*onerando causam p. 1179, 23, augendo vel persequendo argumenta p. 1179, 54*). **c** *superando, praestando: p. 1179, 72.*

2 *compellendo, cogendo: p. 1180, 7* (*cum struct. fin. p. 1180, 9*).

3 *supprimendo, inhibendo: p. 1180, 34* (*tacendo, dissimulando sim. p. 1180, 61*).

II *c. obi. quod efficitur*:

A *corporaliter*: **1** *imprimendo: p. 1181, 6.* **2** *exprimendo: p. 1181, 22.*

B *incorporaliter: p. 1181, 42.*

p. p. p. pressus *pro adi. (subst.): p. 1181, 51, adv.* presse *p. 1184, 21,* pressim *p. 1185, 40.*

I *c. obi. quod afficitur* (*subiunximus usum absolutum, v. supra l. 2*): **A** *corporaliter* (*praeter imagines addidimus usus quosdam ad B vergentes, sc. persequendi sim. sub 1bβ, obscurandi sub 1cβ, inhibendi p. 1176, 16, transigendi temporis p. 1169, 39*): **1** *respicitur mera actio -endi vel status -ssus continuus, qui fit potius*: **a** ***gravando,** *onerando*: α *strictius, sc. plena vi ponderis*: Ⓘ *vario usu*: LIV. ANDR. (?) trag. (Ribb.^{3} p. 5; *cf. Waszink, ANRW I 2, 898 sq.*) -ssa ... gravida crepitent tibi terga pharetra. LVCIL. 1207 mantica cantheri costas gravitate -bat. RHET. Her. 4, 55, 68 subsellium ... calce -ens dextera pedem defringit (*cf.* VERG. Aen. 10, 495 laevo -ssit pede ... exanimem *Pallanta* rapiens *balteum* [*v.* NON. *supra p. 1167, 54*]). CAES. Gall. 4, 24, 2 militibus ... gravi onere armorum -ssis (opp- *a*). VERG. catal. 10, 11 iugo -ente *iumenta* (*cf.* OV. met. 1, 124 -ssi ... iugo gemuere iuvenci. 14, 819 -ssos temone ... equos. *al.; v. etiam p. 1163, 74. 1174, 1*). georg. 1, 303 -ssae ... portum tetigere carinae (SERV. onustae. *item respiciuntur naves oneratae* [*usu ad 2bβ vergente*]: PROP. 4, 1, 116 *Troia deleta* natat exuviis Graecia -ssa suis. OV. met. 15, 694 -ssa est ... dei gravitate carina. 15, 698 SEN. epist. 76, 13. *al.*). AETNA 49 summus -it Ossan Olympus (*a gigantibus impositus. de eadem re*: SEN. Ag. 339 Herc. O. 1153 Thy. 812). HOR. carm. 2, 18, 4 trabes ... -unt columnas (*cf.* VITR. 6, 8, 4 cunei ab oneribus parietum -ssi. VLP. dig. 39, 2, 40, 1 oneribus -ssus *paries*). PANEG. in Mess. 41 iusta pari -itur ... pondere libra. OV. am. 1, 4, 15 cum -et ille torum *accumbens inter convivas* (epist. 12, 30. *al.* EPICED. Drusi 316 OCTAVIA 698 PETRON. 131, 9. *al.; vi aucta p. 1173, 52. cf. e. g.* OV. epist. 14, 32 strata ... -unt *novi mariti.* SEN. dial. 5, 37, 4 lecti ... partem). 1, 10, 6 cum -ret summi verticis urna comas. epist. 7, 80 -sserunt umeros *Aeneae* sacra paterque (*cf.* SEN. benef. 3, 37, 1 cum

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conplexus sacra ... senex non simplici vadentem sarcina -ret). met. 2, 9 ballenarum ... -entem Aegaeona suis immania terga lacertis (6, 223 t. -unt [*equorum ut*: 8, 34 fast. 2, 12. *al.*]. *al.; sim. -unt, qui vehuntur animalibus e. g.* Ov. met. 2, 869 *Europa* nescia, quem -ret. MANIL. 5, 705 elephanta -et). 5, 351 Lilybaeo crura *Typhoei* -untur, degravat Aetna caput (*sim.* SEN. Herc. f. 424 sq. telluris ... pondus immensae -it *Herculem.* :: nullo -etur onere, qui caelum tulit. Med. 409 anhelantem -ens Titana ... Aetna. *al.*). *al.* *aggravantur sepulti* (*cf. votum sollemne* sit tibi terra levis *vol. VII 2, 1202, 71 sqq.*): Ov. am. 2, 16, 15 solliciti iaceant terraque -antur iniqua *quidam exsecrandi.* trist. 5, 3, 39 ossa ... sint male -ssa Lycurgi (Pont. 1, 2, 110). SEN. Phaedr. 1279 *Phaedram* terra defossam -at gravisque tellus ... incubet. Tro. 602 leviter. 691 *ne* -at ... patrem natus *occisus super eius tumulo.* *al.* Ⅱ *pro subi. sunt qui onera imponunt*: TIB. 1, 3, 40 -erat externa navita merce ratem. Ov. epist. 12, 40 (*Iasoni*) ut ... insolito -res vomere colla boum (*cf.* met. 7, 211 collum -istis aratro. OCTAVIA 412[bis] iugo tauros). VAL. MAX. 9, 1, 1 aedificiis ... spatiosis ... ora Lucrini lacus -ssit *quidam.* PETRON. 39, 8 *cibos imponens signis zodiaci* nihil supra illum *Cancrum* posui, ne genesim meam -rem. STAT. silv. 3, 2, 66 *gigantum* virtus ... iugis bis -ssit Olympum (*cf. p. 1168, 67*). APVL. met. 7, 17, 4 (*loq. asinus*) *puer* lignorum ... me -bat pondere. *al.*

β *laxius et hyperbolice dicuntur -ere qui* (*quae*): Ⅰ *alicubi commorantur vel aliqua via eunt, navigant*: Ⓐ *de animantibus* (*mortuis l. 31. 34. 36. al.; corpus eiusve partes indicantur per abl. l. 28. 32. 39. al.; lectos sim. -ssos v. p. 1168, 71*): CIC. Planc. 66 feci, ut ... cottidie praesentem me viderent, habitavi in oculis, -ssi forum. VERG. Aen. 5, 331 *cursor* vestigia -sso haut tenuit titubata solo *lubrico*, sed ... concidit ([*inde* GLOSS. -sso s.: calcata terra]. SEN. Phoen. 220 [*loq. Oedipus*] ego hoc solum ... -o?). HOR. epist. 1, 19, 22 libera ... posui vestigia ..., non aliena meo -ssi pede (*in imag. cum respectu imitandi ut* TAC. ann. 2, 14, 4. *cf. p. 1181, 8*). Ov. am. 1, 9, 13 freta (*cf. l. 37*). 2, 16, 19 Alpes. 3, 5, 16 *taurus* -ssit humum; dum iacet *eqs.* (fast. 3, 598 Dido *mortua* ... et quaecumque aliquam corpore -ssit h. trist. 5, 14, 40 *Protesilaus* Iliacam celeri ... pede -ssit h. *al.*). 3, 6, 12 *si non datur* ulterior nostro ripa -enda pedi (SEN. Phaedr. 511 VAL. FL. 5, 216). met. 5, 135 hoc, quod *occisus* -is, ... habeto de tot agris, *quos possedisti.* 6, 347 posito ... genu ... terram -ssit, ut hauriret *potum* (7, 608 *corpora* inhumata -unt terras. SEN. Ag. 399 ubinam ... moratur? pelagus an t. -it? epist. 91, 16 *lex* omnium, quae t. -unt. *al.*). fast. 4, 762 medio cum -it arva die *Faunus* (EPICED. Drusi 434 Achilles Iliaca ambustis ossibus a. -it. SIL. 5, 113). *al.* *transfertur ad tempus transigendum* (*nisi cogites de limite tangendo, ut ad b spectet*): SEN. Tro. 52 *Priamus* mortalis aevi cardinem extremum -ens. dial. 10, 3, 2 pervenisse te ad ultimum aetatis humanae videmus, centesimus tibi vel supra -itur annus. Ⓑ *de stellis* (*aliter p. 1171, 33*): GERM. 246 *Piscium caudarum* nodum stella -it (*gr. 244 ἐπέχει*). SEN. nat. 7, 12, 8 stellis intra signiferum cursus est; hunc -unt gyrum. 7, 21, 2 *cometes* non dextram laevamque -it partem ... nec ut stella procedit. Ⅱ *ornamento, tegumento sunt* (*servata adhuc notione ponderis aggravantis fortasse l. 51. 54; contextu corrupto huc pertinere videtur* VARRO Men. 307 corona ... -it [*v.* NON. *supra p. 1167, 56*]): VERG. Aen. 4, 148 fluentem fronde -it crinem (OV. fast. 4, 656 tempora f. -it [tegit *var. l.*]). 5, 556 omnibus ... coma -ssa corona (LVCAN. 2, 358 turrita ... -ens frontem matrona c. STAT. silv. 1, 2, 228). 9, 612 *apud nos* omne aevum ferro teritur; ... canitiem galea -imus ([*v.* NON. *supra p. 1167, 55*]. Ov. epist. 13, 39 ipsa comas pectar, g. caput ille -atur? *cf. ibid.* 3, 120 galeam -ssa sustinuisse coma). HOR. carm. 3, 4, 18 ut -rer sacra lauro *et* ... myrto (FIRM. err. 18, 6). Ov. am. 3, 13, 25 crines auro gemmaque -untur (epist. 15, 74 -it articulos ... g.). fast. 4, 518 *Ceres* simularat anum mitraque capillos -erat (SEN. Herc. f. 471 frontem. Herc. O. 375 crinem). SEN. Phaedr. 651 -erant vittae comam (STAT. Theb. 10, 606). LVCAN. 8, 56 *Pompei* voltus ... -entem canitiem. *al.* Ⅲ *innituntur parti corporis sui*: Ov. am. 3, 12, 22 (*item* ars 1, 332) *Scylla* pube -it rabidos inguinibusque canes (*cf. met. 14, 66 sq.* stat ... canum rabie subiectaque terga ferarum ... coercet). fast. 5, 712 qua cervix umeros continuata -it (tegit *var. l.*).

b ***urgendo,*** *tangendo, tenendo*: α *strictius, sc. ipso impulsu corporeo*: Ⅰ *de infestantibus, molestantibus, vi quadam afficientibus*: Ⓐ *respicitur pugna, luctatio sim.* (*cf. p. 1171, 2*): ENN. ann. 572 pes -itur pede et armis arma teruntur ([*sic Vahlen metri causa; alio ordine trad.*]. SIL. 4, 353 teritur iunctis umbonibus umbo pesque pedem -it. *cf. p. 1170, 27*). Ov. met. 9, 45 digitos digitis et frontem fronte -bam *luctans.* trist. 3, 11, 14 (*in imag.*) hoste meum paene -ente latus. SEN. Phaedr. 727 *Hippolytus stuprum inferre temptans* instat -itque (*nisi ad β*). LVCAN. 4, 782 non arma movendi iam locus est -ssis stipataque membra teruntur. SIL. 5, 219 se quisque vicissim incumbunt -ssoque impellunt pectore pectus. Ⓑ *respicitur multitudo stipata* (*cf. l. 72. p. 1171, 5*): CAES. Gall. 7, 28, 3 *fugientes,* cum angusto exitu portarum se ipsi -rent, a militibus *interfecti sunt* (SEN. epist. 95, 23 quanta circa nepotum focos ⟨se⟩ iuventus -it [*nisi forte* circa *pro adv. et* focos *pro obi., ut spectet ad l. 40*]). AETNA 303 ut condensa ˹-ant˺ inter se corpora (˹ ˺ cremant *trad., coni. alii aliter*). Ov. epist. 2, 92 cum -ret portus classis itura (*nisi ad p. 1169, 22*). Pont. 4, 9, 22 foret a populo tum mihi dulce -i (*21* eliderer). SEN. dial. 5, 33, 1 tribunalia magistratuum -it turba. CVRT. 9, 9, 17 -bantur a sequentibus, qui antecedentes turbaverant. COLVM. 10, 307 iam rosa distendat *corbulam* ... -ssaque ... rumpatur fiscina caltha. STAT. Theb. 10, 910 -it undique lentum *Iovem* turba deum. MART. 3, 58, 6 farta -itur *horrei* angulo Ceres omni. *al.* Ⓒ *vario respectu*: LVCR. 4, 1079 *amantes,* quod petiere, -unt arte faciuntque dolorem. 5, 511 ex utraque polum parti -ere aëra (*subi.*) ... extraque tenere et claudere utrimque. VERG. Aen. 2, 380 improvisum ... qui ... anguem -ssit (IVV. 1, 43 nudis ... calcibus). 5, 187 *navis praecedentis* partem rostro -it *navis insequens.* PROP. 4, 1, 142 (*imagine parum dilucida*) cum fixum mento discusseris uncum, nil erit hoc: rostro te -et ˹ansa tuo˺ (ausa *trad.,* suo *var. l.*). Ov. am. 3, 2, 24 (*sim.* ars 1, 158) qui spectas post nos, tua contrahe crura ... nec -e terga genu (SIL. 16, 422 *insequentis equi* flatūs ... vapore t. -i *aurigae*). met. 10, 411 *Myrrha* exsiluit ... furibunda torumque ore -ens 'discede ...' ait. 10, 704 dente -unt domito Cybeleia frena leones. VITR. 1, 5, 7 oneris terreni magnitudo ... pondere -ens *non* poterit ... extrudere muri substructiones (*item de aggere super murum congesto*: 6, 8, 7 tota vi -ere murum). 10, 3, 8 *iumentum* unum plus valendo -it alterum (*sc. iugo, quo coniuncta sunt*). SEN. contr. exc. 5, 5, 3 quasdam partes domus meae rami *arboris* -bant, iam etiam quosdam parietes moverant. *al.*

Ⅱ *de amplexantibus, osculantibus, palpantibus sim.* (*cf. l. 11. p. 1176, 10*): PLAVT. Asin. 775 ne ... ulli pede pedem homini -at *amica* (*cf. p. 1169, 67*). PROP. 1, 13, 22 tantus erat ... *amplexantium* furor; non sic ... Salmonida ... facili -ssit amore *Neptunus.* Ov. am. 1, 4, 35 *ne vir* -at impositis sinito tua colla lacertis (trist. 3, 5, 15. EPICED. Drusi 34 c.que et osque, oculos illius ore -am). 1, 5, 20 forma papillarum quam fuit apta -i (*antea*: tetigi). epist. 11, 58 -ssa refovisti pectora nostra tuis (STAT. Theb. 7, 462). met. 10, 292 ora ... ore ... -it (EPICED. Drusi 34 STAT. Theb. 3, 154). fast. 3, 564 cineres ter ad ora relatos -ssit. LVCAN. 2, 25 membra ... voltusque ... oculosque (*adde l. 31*). VAL. FL. 1, 711 *filii absentis* gressus et inania signa ore -it *pater.* STAT. silv. 2, 3, 45 (*Pan a nympha deceptus ad arborem*) tu saltem declinis ama, -e frondibus undam. *al.* *foventur ova*: SOL. 32, 23 nec alibi fetus -it *crocodilus,* quam *eqs.* (*Plin. nat. 8, 89* incubat).

Ⅲ *de quibuslibet tangentibus, tenentibus* (*proverbialiter* PLIN.; *fort. huc l. 2. p. 1169, 40*): HOR. carm. 2, 10, 3 (*in imag.*) rectius vives ... neque altum semper urgendo neque ... nimium -endo litus iniquum. Ov. ars 1, 40 haec erit admissa meta ˹-enda˺ rota ([˹ ˺ *nisi praeferas var. l.* terenda *coll. 2, 426*]. *item in imag. de argumento carminis*: SIL. 8, 48 -ssis stringam ... famam narrandi metis). met. 8, 37 felix iaculum, quod tangeret ille *Minos,* quaeque manu -ret, felicia frena vocabat *Scylla.* GERM. 80 Anguis -ssus utraque manu *Ophiuchi* (*cf. p. 1199, 5*). SEN. dial. 1, 3, 5 *Scaevola* dextra ignes hostium -it. LVCAN. 4, 706 cum dira *pugnandi* voluptas ense subit -sso (7, 562 SIL. 1, 515). CALP. ecl. 4, 77 *alios* calamos sectare canales ˹et -e˺ (prome *var. l.,* exprime *Leo*), qui ... cecinerunt *grandiora.* PLIN. nat. 28, 25 pollices, cum faveamus, -ere ... proverbio iubemur. SIL. 3, 689 -unt ... sidera quercus *altae.* 5, 670 -it omnis dextera ferrum. STAT. Theb. 2, 288 non hoc *monile Harmoniae* ... Decor ..., sed ... tota -ssit Discordia dextra (*sc. inficiendo*). QVINT. inst. 11, 3, 94 (*de gestu oratoris*) *digiti* tres contracti pollice -untur. *al.* *in medicina cum respectu temptandi* (*saepe obi. subaudiendo*): CELS. 4, 2, 4 *cutis* intumescit et -enti digito cedit. 4, 16, 1 *pars sinistra lienis* dura est et -enti renititur (*item part. praes. masc. pro subst.*: 7, 14, 3. *al.*). 7, 6, 3 *subest* meliceridi ... umor ideoque -ssus circumfluit. *al.* CAEL. AVR. chron. 5, 4, 66 digitis loca. *al.*

β *laxius dicuntur -ere, quaecumque persequuntur, instant, appropinquant, (nimis) vicina sunt* (*obi. non indicato p. 1171, 20 sqq. 46. 58 sq.; contextu exhibentur* instare *p. 1171, 9. 22,* urgere *l. 70. p. 1171, 11. al.*): Ⅰ *-unt animantes, fere vi et armis* (*de ipsis armis p. 1171, 23 sqq.*): Ⓐ *vario usu*: ENN. ann. 28 obsidio ... Titanus -bat *Saturnum Opemque* (*cf. p. 1171, 7; ad rem v. Enn. frg. var. 86* muro circumegit). VERG. Aen. 12, 254 *aves* hostem (*sc. aquilam*) ... facta nube -unt, donec ... praedam ... proiecit (*Claud. Don. ad l. p. 584, 30* instantius persecutae. *ceterum -unt animalia*: SEN. Thy. 735 *leo* hinc et hinc tauros -ens vitulis minatur. SIL. 6, 240 *serpens* catervas ... afflatus peste -bat. *al.*). Ov. met. 5, 604 ego currebam, sic me ferus ille -bat, ... ut solet accipiter ... urgere columbas. SEN. Phaedr. 938 profugum per omnes pertinax latebras -am. SIL. 7, 700 alipedem planta currum -it atque volanti adsilit. 16, 403 *auriga* -it certatque subire dexter (*item in certamine curruum vel cursorum*: 16, 504 Hesperon infestat *cursor* sua per vestigia -ssum. 16, 509. STAT. Theb. 6, 603 quem *praecurrentem* ... gradu -it. *al.*). STAT. Theb. 6, 769 *Capaneus incaute*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

luctans se ... ipse -it. 11, 494 *Tisiphone* urget et ... ora reducentem *Pietatem* -it adstridentibus hydris intentatque faces. *al.* Ⓑ *in re militari (cf. p. 1169, 66. 1172, 74): cum obi. acc.* (*exempla selecta*): Caes. Gall. 3, 4, 2 pars castrorum nudata defensoribus -i videbatur. 5, 37, 5 cum magna multitudine hostium -retur *aquilifer* (7, 80, 4. civ. 1, 46, 1 gravius a m. *al.* Sall. hist. frg. 5, 8 undique. *al.*). 7, 19, 2 ex loco superiore (civ. 1, 45, 3. *cf.* Bell. Hisp. 31, 4 a suo l.). 7, 32, 2 eum *hostem* ... obsidione -ere (*al. v. vol. IX 2, 224, 83 sq.*). 7, 51, 1 nostri cum undique -rentur (*cf. l. 6. 23*). civ. 3, 46, 3 Pompeiani ... audacius nostros -ere et instare coeperunt. Bell. Hisp. 31, 5 equitatus Caesaris sinistrum cornum -ere coepit. Cic. Phil. 4, 12 *Antonius* tenetur, -itur, urguetur ... copiis *nostris* (Liv. 9, 15, 1 Luceriam). div. 1, 51 cum ... a Samnitibus ... -retur noster exercitus. Nep. Hann. 11, 5 naves cum adversarios -rent acrius. Verg. Aen. 10, 232 nos (*sc. naves Troianas*) praecipites ferro Rutulus flammaque -bat (Tac. hist. 4, 32, 3 f. fameque). Ov. epist. 3, 88 arma cape ... et -e turbatos ... viros. Liv. 8, 38, 6 eques ... ausus incursare in hostem carpendo novissimos -endoque ... agmen detinuit. 32, 24, 4 *locus* -batur impetu hostium. Sen. epist. 32, 3 fugientium -ere vestigia (Lvcan. 2, 652 generi ... -it v. Caesar. Sil. 7, 381. *cf. l. 31. aliter p. 1181, 8*). *al.* *absolute*: Caes. civ. 3, 102, 3 an novis dilectibus, si nemo -ret, Macedoniam tenere conaretur *Pompeius*. Verg. Aen. 1, 467 videbat, uti ... hac fugerent Grai, -ret Troiana iuventus, hac Phryges, instaret ... Achilles. 8, 474 hinc ... claudimur amni, hinc Rutulus -it. 11, 545 tela undique saeva -bant (*cf.* Lvcan. 5, 803 -rent cum Caesaris arma. Val. Fl. 4, 524 *erit* vobis similis fuga, cum -et arcus letifer). Liv. 21, 28, 3 a tergo ... -ente acie (*cf.* Stat. Theb. 8, 351 post terga). Sen. epist. 120, 7 *Horatius Cocles* -entibus restitit, donec *eqs.* *al.* Ⓒ *in venatione* (*cf. p. 1175, 63*): Verg. Aen. 1, 324 apri cursum clamore -entem *virginem* (Serv. auct.: insequentem). 9, 793 turba leonem ... telis -it. Gratt. 153 (*imagine belli*) hostes (*sc. feras*) nudo Marte. 205 *canis* -it inventas *feras*. Sen. dial. 7, 14, 3 ut illarum *ferarum* vestigia -at *venator* (Sil. 10, 79 *canis* -ens v. rostro [*nisi ad p. 1170, 40 coll. p. 1175, 8*]. *cf. l. 18. p. 1181, 8*). Sil. 10, 125. *al.*

Ⓘⓘ *-unt sidera, sol eorumque cursus sim.*: Ⓐ *stellas alias* (*saepe per imaginem partium corporis; aliter p. 1169, 43. 1174, 59*): Catvll. 66, 69 (*loq. coma Berenices*) me nocte -unt vestigia divum (*i. in caelo sum*). Ov. met. 9, 286 *cum* decimum -retur *solis* sidere signum. fast. 3, 852 *sol* here ... *Arietis* vellera -ssit. Vitr. 9, 5, 2 Orion ... -ssus ungula Tauri. Germ. 273 subiecta Draconis tempora laeva -it cui *Engonasin sideri* planta (*v. app. crit.*). 429 huic *Hydro* primos tortus Crater -it (*gr. 448 ἐπίκειται*). Sen. Oed. 40 Leonis terga ... -ens *Sol* (*cf.* Lvcan. 1, 656 radiis ... Leonem). nat. 7, 4, 2 *stella Saturni* cum proxima signa Marti -it, aut in lunae viciniam transit aut in solis incidit radios. Hyg. astr. 3, 13, 1 *Ophiuchus* pede sinistro -ens oculos, dextro autem testudine Scorpionis innixus. *al.* Ⓑ *homines nascentes* (*sc. in astrologia*): Ov. Ib. 216 te fera ... Martis sidera -erunt *Saturnique*. Manil. 4, 465 tu, *Leo*, ... quarta sub parte -is, ... *pars tua* vicesima et altera laedit. Ps. Qvint. decl. 4, 16 numinum conspirasse violentiam sedemque ... spiritus *mei* conlato pariter igne -isse. Ⓒ *regiones terrae earumve incolas*: Manil. 1, 644 quos *homines* tum -it aureus orbis *solis orientis*. Vitr. 6, 1, 1 alia parte solis cursu -itur tellus, alia longe ab eo distat. Sen. nat. 4, 2, 28 undique sol trahit *umorem*, sed ex his, quae -it, maxime. Lvcan. 3, 253 *Aethiopum solum* non -retur ab ulla signiferi regione poli, nisi *eqs.* 9, 691 -it orbita solis exuritque solum *Libyae*. *al.*

Ⓘⓘⓘ *-unt regiones affines, montes imminentes sim.* (*fere in descriptione locorum; cf. p. 1174, 2*): Ov. met. 4, 636 *regni Atlantis* humum vicinia nulla -bant. fast. 1, 292 insula, dividua quam -it amnis aqua. Sen. Herc. O. 1252 Maurum -ens Hibera Calpe litus. Phoen. 22 alta maria vertice immenso -it Inoa rupes (Sil. 7, 276 hinc ... saxoso monte -bant ... rupes, ... hinc ... palus. *cf.* Stat. Theb. 5, 154 insuper ingens mons -it. Frontin. strat. 1, 4, 7 *cum itineris* latus ... abscisi montes -rent. *al.*). Thy. 643 in arce ... est domus ..., cuius ... latus aequale monti crescit atque urbem -it (*cf.* epist. 90, 7 machinationes tectorum supra tecta surgentium et urbium urbes -entium). *al.*

c *tegendo,* *operiendo sim.* (*exempla quaedam potiora; ceterum cf. p. 1169, 8 sqq. 46 sqq.*): α *usu communi respiciuntur*: Ⓘ *quae aquis obruuntur*: Verg. Aen. 1, 246 *Timavus fluvius* pelago -it arva sonanti ([Serv. populatur, vastat. Serv. auct. cooperiat]. Avien. orb. terr. 340). 11, 257 quos Simois -at ... viros (*v.* Non. *supra p. 1167, 55 et cf.* Sil. 6, 298 *Regulo duce non* -ret tot nomina gurges *Trasumeni*). Ov. met. 1, 290 culmen ... unda tegit -ssaeque latent sub gurgite turres. Gratt. 52 seu ⌞-ssā⌟ flumina valle ... malum fecere *retibus venatorum* ([⌞ ⌟ *'aquis submersa' Schenkl in schedis; de angusta vel alta valle cogitant alii, cf. p. 1181, 18 sq. et 74 sqq.*]. Plin. epist. 8, 17, 2 *Tiberis* -it valles, innatat campis). Mart. 10, 85, 3 *rura* undis. *al.* Ⓘⓘ *quae quolibet modo teguntur, conduntur*: Hor. epod. 1, 33 haud paravero, quod ... avarus ut Chremes terra -am (Gaivs dig. 41, 1, 7, 13 [*sim.* Inst. Iust. 2, 1, 31] arborem. Anth. 406, 8 non potuit terris spiritus ille *Pompeii* -i [*i. non est apud inferos*]). carm. 1, 4, 16 iam te -et nox fabulaeque Manes et domus exilis Plutonia. Ov. ars 1, 286 *Myrrha* obducto cortice -ssa latet (met. 9, 353 lentus -it inguina cortex). met. 11, 124 lammina *aurea* ... dapes *Midae regis* ... -bat. 15, 368 -ssus humo ... equus crabronis origo est. Gratt. 432 est ... specus ingens ..., circum atrae moenia silvae alta -unt (*cf.* Lvcan. 9, 967 silvae ... -ssere domos *Troiae dirutae*). Cvrt. 7, 3, 11 altae nives -unt terram (*cf.* Lvcan. 4, 107 quam *mundi partem* zona nivalis perpetuaeque -unt hiemes). Lvcan. 7, 742 aurum hic iacet eoasque -unt tentoria gazas (*cf.* Mart. 3, 41, 2 quas *opes* gravis arca -it). Val. Fl. 2, 227 *viri suos* oculos -ssere ⟨manu⟩, velut agmina cernant Eumenidum. Sil. 7, 727 qui collapsa -ssi iacuere ruina *et postea evaserunt*. Stat. Theb. 5, 485 lux ... extremi -ssit freta margine caeli (*sc. visum adimens*). *al.*

β *transfertur ad actionem obscurandi, caligine tegendi sim.* (*in imag. e. g. l. 17. 27*): Verg. Aen. 6, 827 animae ... dum nocte -untur, *sc. nondum natae* (Hor. carm. 1, 4, 16 [*v. l. 3*]. 3, 29, 30 futuri temporis exitum ... n. -it deus. Ov. epist. 10, 112 n. aeterna. *al.; caecando sim.*: Verg. Aen. 12, 908 oculos ... -ssit n. quies. Ov. ars 3, 648 lumina. Sen. Herc. O. 841). Ov. am. 3, 8, 36 omne lucrum (*sc. metalla sim.*) tenebris alta -bat humus (met. 11, 521 nox -itur t. hiemisque suisque. Sen. Herc. f. 436. Plin. nat. praef. 14 *subtilia quaedam* obscuris rerum t. -untur. *al.; caecando*: Sen. Ag. 493 -unt tenebrae lumina. *al.*). met. 1, 70 quae *sidera* -ssa diu ⌞fuerant caligine caeca⌟ ([⌞ ⌟ massa latuere sub illa *var. l.*]. 7, 529 terras. Sen. suas. 1, 2. *al.; caecando*: Ser. med. 200 oculis ... c. -ssis [prensis *var. l.*]). trist. 1, 9, 12 *sol* latet ... -ssus nubibus (Prisc. periheg. 44). Sen. nat. 2, 56, 1 *Caecina* habuisset ... in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra -isset (Cvrt. 7, 3, 11 terram. Val. Fl. 3, 215 locos. *al.*). Sil. 12, 131 infernis -ssas nebulis ... Cimmerias ... domos.

2 *comprehenditur simul sive laesio, deformatio sim. sive motus effectus aut inhibitus eorum, quae -untur, ut respiciatur potius actio*: **a *comprimendi,*** *exprimendi vel quolibet modo feriendi*: α *-untur partes corporis ipsique animantes, ita ut*: Ⓘ *claudantur, constringantur*: Ⓐ *respectu vario* (*cf. p. 1173, 18*): Enn. scaen. 220 *galli* plausu ... -unt alas, *quas cantantes panderunt* (Prop. 1, 9, 24 [*in imag.*] nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas, ut non alterna -erit ille manu [*alii pro obi. intellegunt amatorem; v. Smyth, Class. Quart. 43, 1949, 120*]. *cf.* Stat. Theb. 10, 91 Otia vestibulo *Somni* -ssisque Silentia pinnis muta sedent). Verg. Aen. 6, 155 -sso ... obmutuit ore (*item de voce impedita v. vol. IX 2, 1079, 5 sq. 12 sq.; aliter*: Sil. 7, 719 lupus fetum ... ore tenet -sso. Cypr. laps. 25 os ... -ere, calicem recusare. *al.*). 9, 487 *non tibi mortuo* -ssi ... oculos aut vulnera lavi (Sen. Herc. O. 1755 [*om. cod. E*] *flammis circumdatus* non -ssit o. Sil. 10, 345. *al.; aliter supra l. 11. 19; indicata re arcenda*: Greg. M. moral. 4, 45 l. 72 oculos, quos ... ad concupiscentiam aperuit *diabolus*, ... a contuitu ... sui fulgoris -it *deus. cf.* ocellos *vol. IX 2, 411, 1 sq. 11*). Lygd. 4, 22 -ssit ... lumina sera quies (CE 1030, 3 [*saec. I*^{1}] mihi ... morientia l. -ssit. Val. Fl. 1, 758 *leo* rictu ... genas et l. -ssit. *al.*). Ov. met. 9, 299 *Lucina sedens* dextro ... a poplite laevum -ssa genu ... sustinuit partus *Alcmenae*. Sen. Med. 698 -ssas ... solvat Ophiuchus manus (Cvrt. 7, 8, 24 [*in imag.*] fortunam tuam -ssis m. tene: lubrica est). *al.* Ⓑ *respectu strangulandi, suffocandi*: Cic. Verr. II 3, 176 (*in imag.*) Timarchides ... -it fauces defensionis tuae (Verg. georg. 3, 508 *equi aegroti* obsessas f. -it aspera lingua. Ov. met. 12, 509 animam *Caenei* missis elidite silvis; silva -at f. Avr. Vict. Caes. 17, 9. *cf.* Cic. Cluent. 84 [*in imag.*] cum faucibus -retur *Staienus*). Verg. Aen. 8, 289 *ut Hercules* manu geminos ... -ens eliserit angues (*de eadem re*: Eleg. in Maecen. 1, 81 hydros. Ov. epist. 9, 21 tenaciter. ars 1, 188. *al.*). Hor. epist. 1, 16, 37 *me* laqueo collum -isse paternum. Carm. de bell. Aeg. 6, 7 laqueis ... in⟨ter⟩saep⟨t⟩am animam -ssis effundere venis (*nisi ad p. 1173, 13*). Ov. met. 9, 78 *manibus Herculis* angebar ceu guttura forcipe -ssus. *al.* Ⓒ *respectu emittendi vocem* (*sive acutiorem sive latiorem*): Verg. georg. 1, 410 *cum caelum serenum praenuntiant,* liquidas corvi -sso ... gutture voces ... ingeminant (*sc. quodammodo comprimunt guttur, ut vox solito acutior fiat; effectu paulum diverso*: Qvint. inst. 11, 3, 82 adfixum pectori mentum *vocem* minus claram et quasi latiorem -sso g. facit).

Ⓘⓘ *quolibet modo vulnerentur, laedantur, conficiantur* (*cf. l. 51*): Lvcr. 3, 663 *serpentis discisae* ipsam se ... retro partem petere ore priorem, ... ut morsu -at (*sc.* se *vel* partem, *an absolute?*). Cic. nat. deor. 2, 124 *avem quandam* usque eo -ere earum *avium, quae piscem cepissent,* capita mordicus, dum illae captum amitterent (*cf. Plin. nat. 10, 115* morsu corripiens). Bell. Afr. 84, 1 *cum elephans quendam* pondere suo ... -ret atque enecaret. Verg. Aen. 2, 530 illum ... Pyrrhus insequitur, iam iamque manu tenet et -it hasta (Serv. auct. urget, *sc. ut ad p. 1171, 2 pertineat. item feriunt armis*: 8, 249 *Hercules Cacum* telis -it. 9, 330 armigerum ... -it *Nisus* [Serv. auct.: opprimit, occidit]. Val. Fl. 7, 621 manus. Sil. 1, 383

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prostratum ... -ens telo *Murrus. al.*). Hor. sat. 2, 3, 314 ranae pullis vituli pede -ssis. Ov. met. 10, 258 -ssos veniat ne livor in artus. 11, 335 iuvenco spicula crabronum -ssa cervice gerenti (*ad b trahunt alii*). Ib. 395 quos Antaei ... -ssere lacerti. *al.* Cels. 7, 31, 2 *vena* ferramento candente modice -itur. Sen. dial. 7, 1, 4 in strage hominum magna ..., cum ipse se populus -it. nat. 6, 1, 9 nihil ... interest, utrum me lapis unus elidat, an monte toto -ar. *al.* Lvcan. 9, 815 tibi, Laeve miser, fixus praecordia -ssit ... serpente cruor (*cf.* Ivv. 6, 621 *boletus Claudii* praecordia -ssit). *al. respicitur stuprum, coitus* (*cf. p. 1170, 29*): Verg. catal. 6, 4 puella ... tuo stupore -ssa rus abibit. Val. Fl. 8, 256 Hister anhelantem Peucen quo -erat antro. Mart. 3, 58, 17 (*de gallis*). 4, 4, 4 (*de hirco*). Svet. Cal. 25, 1 Schol. Verg. Bern. georg. 3, 93.

Ⓘⅈⅈ *evacuentur* (*cf. p. 1172, 59*): Verg. georg. 3, 310 laeta ... -ssis manabunt flumina mammis (Hyg. astr. 2, 43. *cf.* Ov. fast. 4, 769 ubera [Vvlg. prov. 30, 33]. Colvm. 7, 3, 17 *agni* os -ssis umectare papillis). Sen. suas. 2, 16 Othryades ... digitis vulnera ⌞-ssit⌟, ut tropaeo ... inscriberet *aliquid sanguine suo* ([⌞ ⌟ cessit, tersit *sim. var. ll.*]. Lvcan. 7, 567 *Caesar* v. multorum totum fusura cruorem opposita -it ipse manu [*ad p. 1172, 34 trahit e. g. Hübner, Philologus 120, 1976, 302 sqq.*]). Chiron 460 vesicam (*inde* Veg. mulom. 2, 79, 5).

β *-untur res variae* (*saepius in re rustica, v. e. g. l. 22. 38 sqq. 46 sqq.*): Ⓘ *obi. non indicato: in conficiendo oleo vel vino* (*si pro obi. subaudias rem compressam [ut infra l. 40. 47. 73] nec liquorem expressum* [*ut p. 1181, 29 sq.*]): Cato agr. 66, 1 ubi factores vectibus -ent, continuo capulator conca oleum ... tollat. Plin. nat. 18, 317 -unt aliqui singulis *torculis,* utilius binis. *ibid.* spatiosa *torcula* melius -unt. *vario respectu*: Cato agr. 157, 14 *turundam dilutam* indito in vesicam, eo calamum alligato, ita -ito, in fistulam introeat *turunda.* Lvcr. 6, 512 copia nimborum ... urget et e supero -it ac facit effluere imbres *e nubibus* (*cf. l. 35*). Sen. nat. 6, 15 *spiritus inclusus* terram -entem diverberat (*cf. l. 67*).

Ⓘⅈ *pro obi. sunt umoris sim. plena, quae evacuantur, exprimuntur* (*hucine p. 1181, 33?*): Mat. carm. frg. 17 -ssus ... labris unus acinus arebat (*cf.* Ov. met. 5, 538 *mali granati* grana -erat ore suo). Lvcr. 4, 619 spongiam aquai ... manu -ere ac siccare (*antea*: exprimimus). 6, 518 imber fit, ubi ... nubila vi ... -untur et impete venti (Ov. met. 1, 268 manu ... n. -ssit *Notus. cf.* nubes: Lvcr. 6, 734. Sen. nat. 1, 1, 6 [*ut fulmina emittantur*]. Lvcan. 4, 76). Varro rust. 1, 54, 3 *uvis prelo expressis* circumcidunt extrema et rursus -unt. Verg. georg. 4, 140 cogere -ssis mella favis (Schol. Hor. epod. 2, 15). Hor. sat. 2, 4, 69 -ssa Venafranae quod baca remisit olivae. Ov. trist. 4, 6, 20 nudo -ssa ... uva pede (Fest. p. 348 [*suppl. e* Pavlo] prelo [Colvm. 12, 39, 1]. Colvm. 12, 39, 3 Homer. 887. *al.*). Pont. 4, 1, 30 madidas ... -it ... comas. Manil. 5, 263 ⟨calamos⟩ ... -ssos incoquet *unguentarius* (*si recte suppl. Housman*). Vitr. 7, 8, 4 cum id *argentum vivum et aurum in panno* ... manibus -itur, argentum ... extra labitur compressione coactum, aurum intra purum invenitur. Colvm. 7, 8, 4 ubi duratus est, vehementius -itur *caseus,* ut conspissetur (7, 8, 5). 12, 49, 9 *oliva* prelo supponitur vehementerque -itur (12, 54, 2 Plin. nat. 15, 21. *al.*). *al. respicitur frumentum terendum* (*nisi ad p. 1181, 22*): Tert. adv. Val. 31, 1 (*in imag.*) ubi Achamoth totam massam seminis sui -erit, dein colligere in horreum coeperit *eqs.*

Ⓘⅈⅈⅈ *pro obi. sunt quae impressione, incisura sim. deformantur*: Prop. 2, 29, 35 apparent non ulla toro vestigia -sso (Ov. am. 3, 14, 32 cur -ssus prior est interiorque torus? *cf. p. 1168, 71*). Ov. epist. 18, 134 multa ... via -ssa rota (*antea*: attritus ... limes). fast. 4, 464 *Ceres* nacta est vestigia *filiae* ... et -ssam noto pondere vidit humum. Pont. 4, 10, 6 gutta cavat lapidem ..., atteritur -ssa vomer ... humo. Lvcan. 6, 343 inter montes, media qui valle -untur, ... latuere paludibus agri. Sil. 3, 520 *Hannibal Alpes transcendens* ferro glaciem -it.

Ⓘⅳ *pro obi. sunt varia, quae coartantur, comprimuntur, conculcantur sim.*: Lvcr. 6, 845 frigore cum -itur ... terra coitque. Cic. nat. deor. 3, 31 nihil est, quin intereat: ... umor ita mollis est, ut facile -i conlidique possit. Verg. ecl. 1, 81 -ssi copia lactis ([Serv. casei copia aut lactis emulcti]. Prvd. cath. 3, 70 lac ... -itur calatho. *cf.* Verg. georg. 3, 401 quod surgente die mulsere ..., nocte -unt [*sim.* Calp. ecl. 5, 34]). georg. 4, 297 hunc *locum exiguum* angustique imbrice tecti parietibusque -unt artis. Aetna 291 *sub terram* deiecta ... -it unda fugatque torrentis auras (*item comprimitur aer*: Vitr. 9, 8, 3 pondus cum decurrendo in angustias tubulorum -ret caeli crebritatem. Sen. nat. 6, 12, 1. *de volantibus*: Lvcan. 7, 835 -erunt aera pinnae. Plin. nat. 10, 112). 374 -it *Aetnae* fauces ... congeries clauditque vias. Prop. 3, 9, 41 *Troiana* moenia ... Graio ... -ssit aratro victor. Ov. medic. 90 pulvis ab infuso melle -endus erit. trist. 3, 11, 24 ignavi praecipitata -unt (*22* frangere quassa). Vitr. 6, 6, 3 torcular si non cocleis torquetur, sed vectibus et prelo -itur. 7, 8, 3 *saxum argento vivo impositum* eum liquorem *non* potest onere suo -ere nec elidere nec dissipare. Sen. epist. 86, 17 *arborem* in scrobem demisit, deinde terram non adgessit tantum, sed calcavit et -ssit (Vet. Lat. sap. 15, 7 figulus mollem t. -ens ... fingit ... vas). *al. in descriptione orbis terrarum* (*cf. imagine comprimendi minus vigente p. 1171, 54*): Ov. met. 14, 6 fretum, gemino quod litore -ssum Ausoniae Siculaeque tenet confinia terrae. Sen. Phoen. 611 fauces *Hellesponti* ... Abydo Sestos opposita -it. nat. 4, 2, 8 *Nilus,* ne in latitudinem (alt- *trad.*) excedat, obiectu montium -ssus. Mela 1, 7 *mare,* ubi primum ⌞se⌟ artat, Hellespontus vocatur, Propontis ubi expandit, ubi iterum -ssit Thracius Bosphorus (⌞ ⌟ *ἀπὸ κοινοῦ*). *al.*

b ***deprimendi,*** *deorsum movendi (semina sim. v. p. 1175, 20; indicatur quorsum moveatur per praepos.* ad *l. 15. 65. 67, adv. l. 14. 31. 38. 40; saepius per praedicativa anticipatur effectus deprimendi, e. g. l. 15. 17. 19. 61); respiciuntur*: α *quae quolibet modo demittuntur, deiciuntur*: Ⓘ *in imagine* (*cf. p. 1178, 40*): Plavt. Most. 1171 *ut* istum pro suis factis pessumis pessum -am. Lvcr. 6, 53 *quaecumque* faciunt animos humilis formidine divom depressosque -unt ad terram. Ov. trist. 3, 11, 68 *sors humana* tollit eosdem et -it (*cf.* CE 950, 7 [*Pompeiis*] multos Fortuna quos supstulit alte, hos ... proiectos ... -it). Manil. 4, 775 *Roma* lancibus ... positas gentes tollitque -itque. Sen. Phaedr. 1203 *numina infera,* impium rapite atque mersum -ite perpetuis malis. Tro. 696 *quo* altius *te* superi levarunt, mitius lapsos -e. dial. 10, 2, 3 vitia ... nec resurgere aut ... attollere oculos sinunt, sed [e]mersos et in cupiditatem infixos -unt. Lvcan. 8, 267 nec sic mea fata -untur, ut nequeam relevare caput. Qvint. inst. 10, 4, 1 -ere ... tumentia, humilia extollere *eqs. al. transfertur ad sonum*: Avdax gramm. VII 357, 15 *accentus est* regula ad levandam syllabam vel -endam (*357, 18* gravandas. *cf. p. 1182, 60*). Ⓘⅈ *proprie*: Hor. epist. 2, 1, 189 ⌞aulaea⌟ -untur in horas *multas* (⌞ ⌟ *perperam comoedias intellegens* Porph. *explicat* cessant, impediuntur). Prop. 2, 15, 42 si cuncti cuperent ... -ssi multo membra iacere mero. Ov. met. 2, 135 (*Apollo Phaethonti*) nec -e nec summum molire per aethera currum. Vitr. 10, 3, 2 *ferrei vectis* caput ... unius hominis viribus -ssum id onus extollit (*cf.* 10, 3, 6 si per medium -itur *vectis* [*syn.* deducitur]). Germ. frg. 5, 7 quo -ret (prō*trad.*) Boreas, Notus unde attolleret ⌞imbres⌟ (*si ἀπὸ κοινοῦ*). Cels. 8, 10, 2[B] alteram fasciam minister attollit, alteram -it medicus. Sen. Med. 723 altum gurgitem Tigris -ens (*sub terram, v. Mayer, Class. Quart. 28, 1978, 241 sq.; cf.* epist. 110, 10 deus ... in proximo posuit *bona*; ... nocitura, *sc. metalla,* altissime -ssit). nat. 2, 58, 1 *fulminis ignis* modo usque ad terram profertur, modo ante dissolvitur, si minore vi -ssus est (*cf.* 2, 58, 2 natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum -it). *al.*

β *quae gravitate deferuntur, desidunt*: Lvcr. 1, 362 corporis officium est ... -ere omnia deorsum (*v. Bailey ad l.*). 6, 105 *nubes, si denso corpore essent,* cadere ... deberent pondere -ssae ut lapides. Ov. met. 1, 30 densior his *aliis elementis* tellus ... -ssa est gravitate sua. 15, 242 gravitate carent nulloque -ente alta petunt aer atque ... ignis. fast. 4, 300 *aqua deficiente* sedit limoso -ssa carina vado (*naves oneratas v. p. 1168, 64*). 6, 272. Lvcan. 6, 280 -sso iam pulvere *murorum dirutorum.*

γ *quae aqua sim. merguntur* (*cf. p. 1175, 72, aliter p. 1168, 64. 1171, 65*): Lvcr. 2, 198 *tigna trabesque,* quo magis ursimus *in aquam* ... et ... -ssimus aegre, tam cupide *aqua* sursum revomit magis (removet m. *trad.*). Ov. am. 2, 11, 6 utinam ... Argo funestas -ssa bibisset aquas. met. 11, 558 cum qua *rate* pars magna virorum gurgite -ssa gravi neque in aera reddita *occidit.* trist. 2, 102 (*in imag.*) omnes -ssere hoc fluctus oceanusque caput. Val. Max. 3, 2, 1 *Horatius Cocles natans* nec pondere armorum -ssus nec *eqs.* Octavia 318 *ratis* -ssa dehiscit sorbetque mare. Colvm. 12, 49, 1 ut olivae *condendae* -antur et ius superemineat (12, 49, 4). Sil. 4, 584 *e palude evadere temptantes* occumbunt seseque sua -ssere ruina. Qvint. inst. 11, 3, 53 *vitiosa oratoris* respiratio sub aqua diu -ssi *respirationi* similis. *al. act. de ipso loco, ubi mersae sunt naves*: Lvcan. 1, 42 quas -it aspera classes Leucas (*insula Actio opposita*).

δ *sidera sim., quae descendunt vel alia sidera depellunt* (*aliter p. 1171, 33*): Verg. georg. 1, 241 *mundus,* ut ... consurgit *sub septentrionibus, ita* -itur Libyae devexus in austros (Serv. auct.: quasi deprimitur). Ov. met. 2, 139 (*Apollo Phaethonti*) *ne te* sinisterior -ssam rota ducat ad Aram (*cf. l. 68, nisi trahas ad p. 1171, 33*). Manil. 2, 846 quod summo -itur devexum culmine mundi, donec ad occasus veniat *eqs.* Vitr. 9, 2, 4 cum sol oriatur, ea *luna* -ssa est ad occidentem. Lvcan. 1, 661 Iuppiter *sidus* occasu -itur (Avien. ora 652). 9, 867 *in regione australi* -itur natura poli. Hyg. astr. 4, 12, 10 Capricornus exoriens ... sidera *quaedam* ad terram -ere videtur (*item act.*: Avien. Arat. 853 austri Aram cardo -it [*opp.* levat]. 1087 sq. -it ... Ophiuchum ... Cancer, Cancer -it ... et Anguem [*gr. 577 sq. bis κατάγει, Cic. 357* recondit]. 1115 [*gr. 596 ὑπὸ ... βάλλει, Cic. 379* depellens).

ε *quae curvantur, inclinantur*: Verg. georg. 2, 26 -ssos propaginis arcus (*e. g. vitium*). Prop. 1, 1, 4 deiecit lumina *mea* ... et caput impositis -ssit Amor pedibus (*cf.* Ov. rem. 530 tua saevus Amor sub pede colla -it). 3, 9, 6 *nimium* capiti committere pondus et -ssum inflexo mox dare

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terga genu. Ov. epist. 15, 147 cognovi -ssas ... herbas: de nostro curvum pondere gramen erat. ars 1, 232 Bacchi cornua -ssit Amor (met. 9, 186 c. tauri [*cf. 9, 83* depressa ... c.]. Lvcan. 1, 612). Ib. 409 trabes -ssas ab humo mittebat in auras *Pityocamptes.* Pont. 3, 8, 14 nulla -unt ramos pondere poma suo (Sil. 5, 493 *cohors quercum* adscendens ... -ssit nutantes incerto pondere r.). Val. Max. 8, 7 ext. 14 *Solon moriens* fatis iam -ssum caput erexit (*addas p. 1174, 73*). Sen. Oed. 610 dextra ... cornibus taurum -ens Zethus. Phaedr. 40 *canes* lustra ... -sso quaerant rostro (Lvcan. 4, 442. *cf.* Sen. Thy. 498 -sso vias scrutatur ore). Lvcan. 1, 390 *vento* -ssae fit sonus aut rursus redeuntis in aethera silvae. Plin. nat. 34, 80 vitulus genu *caedentis* -itur replicata cervice. Stat. Theb. 6, 680 humi ... -ssus utroque genu *quidam discum iacturus.* 6, 859 veluti ... cupressus ... cervicem inclinat ..., non secus ... artus ... sponte -it *luctator quidam. al.*

c *imprimendi,* *imponendi sim.* (*indicatur cui vel quo per dat. l. 30. 36. 53, adv. l. 40. 41, praepos. l. 31. 36. 56; cf. l. 38. 41. 55*): α *terrae, solo sim. immittuntur*: Ⓘ *aratra sim.*: Lvcr. 5, 209 terram -ssis proscindere aratris (Paneg. in Mess. 161 Ov. met. 3, 104 Pont. 1, 8, 57 Lvcan. 6, 383. *al.*). Verg. georg. 2, 203 -sso pinguis sub vomere terra (2, 356 Ov. met. 11, 31 trist. 3, 10, 68 Sen. Herc. O. 633. *al.*). Ov. fast. 4, 825 -ens stivam designat moenia sulco. Ⓘⓘ *semina, propagines*: Verg. georg. 2, 346 quaecumque -es virgulta per agros, sparge fimo (Serv. demerges, infodies. *v. et* Non. *supra p. 1167, 57*). 4, 131 holus *eqs.* Colvm. 10, 191 *lactucam* (*syn.* deponit; pange). Pallad. 12, 2 propaginis curvatura, post triennium quam -ssa fuerat, recidetur a vite. *dubia interpret.*: Calp. ecl. 5, 111 hederas aut molle salictum valle -es media, *ut hieme suppeditet pabulum viride* (*ad p. 1176, 32 trahunt quidam, sed deest respectus compescendi sim.*). Ⓘⓘⓘ *pedes*: Ov. Ib. 422 unda labente ... subtrahitur -sso mollis harena pedi. Sil. 3, 550 dum ... -it sonipes duro vestigia cornu, ungula ... haesit *in nive* (Boeth. cons. 5 carm. 5, 6. *addasne p. 1181, 10?*). Ser. med. 787 *podagricus* plantas frumenti -ssit acervo (*Plin. nat. 22, 120* mersit in triticum). Lact. opif. 13, 8 digitis in humum -ssis soloque nitentibus *currere.* Repos. 98 ibat ... Venus vix -sso pollice (*opp.* pondere ... incumbens *Mars*). *al.*

β *corpori animantium vel cuilibet rei infigitur aliquid*: Ⓘ *laedendo, vulnerando: -it qui vulnerat*: Verg. Aen. 10, 347 Dryopem ferit ... hasta sub mentum graviter -ssa (Sil. 1, 546 propius si -ssa furenti h. foret. 7, 613. 14, 534). Ov. met. 3, 91 coniectum in gutture (guttura *var. l.*) ferrum usque sequens -ssit. fast. 1, 355 *caprum* dentes in vite -entem. Sen. Phoen. 173 (*loq. Oedipus*) parens, ... ades atque inertem dexteram introrsus -e magisque merge, *ut moriar.* Thy. 722 in vulnere ensem abscondit et penitus -ens *eqs.* (Stat. Theb. 11, 542 in corpore). Sil. 10, 140 -ssa iuvenis cum cuspide labens ... concidit. *al. -it ipsa pars vulneranda* (*inversione quadam, cf. Hillen, Stud. zur Dichtersprache Senecas, 1989, 260 sq.*): Ov. met. 12, 571 *aquila vulnerata* decidit ...; corporis ... -ssa est gravitate sagitta *eqs.* (*cf.* Sil. 5, 454 procubuit ... et telum vulnere -ssit). Sen. Phoen. 178 (*loq. Oedipus*) recusantem manum -ssere vultus. Lvcan. 4, 562 percussum est pectore ferrum et iuguli -ssere manum. Ⓘⓘ *quolibet modo*: Hor. carm. 1, 27, 8 *convivae,* cubito remanete -sso (*sc. nolite surgere*). Prop. 2, 1, 10 miramur, facilis ut -at arte manus *puella lyra canens* (*nisi* manus *pro subi.*). 3, 10, 14 nitidas -sso pollice finge comas. Eleg. in Maecen. 1, 92 *aquila Ganymeden* -sso molliter ungue rapit. Cels. 8, 3, 2 est ... quidam -endi modus (*postea*: si leviter inprimitur *modiolus*). Scrib. Larg. 55 alumen fissum linteolo spisso circumdatum et ita dolenti -ssum (*cf. Marcell. med. 12, 3* dolentibus inpressum dentibus). Sil. 7, 85 omnis in auro -ssa tibi, *Iuno,* varia fulgebit gemma corona. Stat. Theb. 5, 235 laceros -it in nova vulnera crines. *al.*

d *movendi* *in alias directiones* (*indicatas per praepos.* ad, in *l. 62 sq. p. 1176, 12 sqq., adv. l. 67; obi. non indicato l. 69. p. 1176, 2 sq. 8. al.; refl. l. 66*): α *-unt qui impellunt, protrudunt sim.* (*huc vergunt quaedam sub 1bβ allata, e. g. p. 1170, 70 sq.*): Ⓘ *de animantibus et quibuslibet viribus*: Lvcr. 4, 448 si forte oculo manus uni subdita supter -ssit eum, *geminata videntur quae intuemur.* Verg. georg. 3, 413 *canum* clamore -es ad retia cervum (*cf.* Ov. epist. 4, 41 -ssis ... in retia cervis. *item in venatione*: Ov. hal. 62 ruit oppositi nitens in vulnera ferri -ssus *aper* [*cf. 60* actus]. *cf. p. 1171, 27*). Vitr. 6, 8, 4 cum cunei ab oneribus parietum -ssi per coagmenta ad centrum se -entes extruderent incumbas. 9, 5, 3 *stellarum* introrsus -ssus ⌞nodus⌟ (*om. codd. potiores*). Cels. 7, 14, 6 digitis tumorem eum -ere, ut, si quid delapsum non est, manu cogatur (*sim. in medicina*: 8, 7, 2 digitis ... -entibus ... ossa in suam sedem compellenda sunt. 8, 18. *al.*). Sen. nat. 2, 20, 3 quem *ventum* ignis *fulminis* ante se -ssit (praemisit *var. l.; cf. ibid.* ante se ... trahat). Octavia 348 *Agrippina e nave* ruit in pelagus rursumque salo -ssa resurgit (*nisi ad bγ*). Lvcan. 5, 145 *Pythiam* haerentem dubiamque -ens in templa sacerdos impulit. Ⓘⓘ *de ventis*: Lvcr. 6, 560 incumbit tellus, quo venti *subterranei* prona -it vis. Aetna 169 densa ... -it -iturque ruina nunc Euri Boreaeque Notus, nunc huius uter-

que. Sen. Oed. 885 ne -ssae gravi spiritu antennae tremant. Phoen. 430 insano ratis -ente vento rapitur. Lvcan. 9, 332 flatum ... -entem (frem- *var. l.*). Val. Fl. 5, 73 -ente Noto ... oras praeterit.

β *-unt qui admovent, adducunt*: Ⓘ *habenas sim.*: Verg. Aen. 1, 63 (*in imag.*) qui *rex* ... et -ere et laxas sciret dare ... habenas (*al. v. vol. VI 3, 2394, 59 sq.*). Sen. Phaedr. 1075 ora *equorum* ... -ssis trahit constricta frenis (Coripp. Ioh. 5, 7. *cf. p. 1170, 46*). Clavd. 5, 354 -ssis ... lupatis (rapt. Pros. 2, 194). *absolute et in imag. de Apolline Sibyllam domante*: Verg. Aen. 6, 80 fatigat os rabidum, fera corda domans, fingitque -endo (*cf. 6, 100 sq.* frena furenti concutit). Ⓘⓘ *amplexandos animantes* (*rem caram l. 13; cf. p. 1170, 26*): Verg. Aen. 7, 518 matres -ssere ad pectora natos (Stat. Theb. 6, 746 *alumnum* ad [in *var. l.*] p. -ssit. 10, 579 *apes* -unt ad p. ceras). Ov. am. 1, 5, 24 nudam *Corinnam* -ssi corpus ad usque meum. Stat. Theb. 4, 563 *matrem* ad ubera dulce -entem pignus. *al.*

e *reprimendi,* *compescendi, inhibendi sim.* (*pauca minus dubia, cf. e. g. supra p. 1169, 5. 49. 75; subiunximus etiam incorporea quaedam, alia ad B3 relegantes; per praedicativa anticipatur effectus -endi l. 44. 48. 49, cf. adv. l. 42. 53*): α *animantes eorumque motum* (*vocem sim. v. B3b et c*): Bell. Hisp. 29, 8 (*caute proceditur ad pugnam*) nostri pede -sso propius rivum cum adpropinquassent *eqs.* (Liv. 8, 8, 9 si hastati profligare hostem non possent, p. -sso eos retro cedentes ... principes recipiebant [*11* sensim]). Sall. hist. frg. 3, 96 D -sso gradu (*al. v. vol. VI 2, 2144, 51 sqq.; active*: Val. Fl. 2, 454 attoniti -ssere gradum. Hier. vita Pauli 8. *al.*). Verg. Aen. 6, 197 vestigia -ssit observans *aves* (6, 331 constitit ... et v. -ssit. *aliter p. 1181, 8*). Cvlex 284 *Orpheo cantante* Luna -ssit equos (*sunt qui* Lunae *conicientes Orphea -entem intellegant. cf.* Clavd. carm. min. 27, 61 stupefacta iuvencos Luna -it). Ov. met. 3, 17 *Cadmus* lente videt ire iuvencam ...; subsequitur -ssoque legit vestigia gressu (passu *var. l.*). 4, 369 *nympha puerum reluctantem* -it (*antea*: deprensum ... continet. *similiter retinetur Thetis fugere temptans*: 11, 254). β *arbores sim. eorumque incrementum*: Verg. georg. 1, 157 ruris opaci falce -es umbras ([umbram *var. l.; v.* Non. *supra p. 1167, 56.* Serv. auct.: coartabis, imminues, compesces]. Hor. carm. 1, 31, 9 vitem [Schol. reprimant putando]. Ov. met. 14, 629 luxuriem [*postea*: compescit]. *al.*). Sen. clem. 2, 7, 4 *arbores* circumcidunt, ne proceritatem rami -ant. Colvm. 5, 10, 2 (*item* arb. 18) *ne arbor* imbecilla a valentiore -atur. Plin. nat. 17, 65 *arboris* umbrā turba *surculorum, seminum* ... -itur. Plin. epist. 5, 6, 17 ambulatio -ssis varieque tonsis viridibus inclusa. γ *varia*: Verg. Aen. 1, 54 *Aeolus* luctantes ventos tempestatesque ... imperio -it ac vinclis et carcere frenat (*v.* Non. *supra p. 1167, 55 et cf.* Liv. 29, 27, 10 ventus -ente nebula cecidit. Stat. silv. 3, 2, 46 *Aeolus* artius obiecto Borean ... monte -at). 4, 81 *nocte vergente* lumen ... obscura ... luna -it (*item hebetatur splendor sim.* [*aliter p. 1172, 15*]: Hor. epist. 1, 12, 18 quid -at obscurum lunae, quid proferat, orbem. Liv. 10, 32, 7 vixdum satis certa luce et eam ipsam -ente caligine. Sen. Tro. 1142 -itur ... dubius nocte vicina dies. Cvrt. 4, 10, 5 lunam ... deficere, cum ... sole -retur. Stat. Ach. 1, 242 iam -it astra dies. *al.*). 10, 103 silet ... aether, ... -it placida aequora pontus (Serv. auct.: -endo reddit placida. *sim. cohibentur fluctus*: Ov. trist. 3, 10, 38 *glacies* immotas ... -bat aquas. Sil. 4, 646 [*ad Trebiam*] quo ... aperis te fonte, -am. Avg. in psalm. 92, 7 l. 67 *dominus* -ssit fluctus. *al.*). Sen. dial. 11, 15, 5 lacrimas (*syn.* compescere). Stat. Theb. 9, 265 *corporum summersorum* efflantes ... animas retro -it obvius amnis ([Schol. exeuntem spiritum ... retardabat]. Ps. Qvint. decl. 17, 17 -rem clausis vulneribus animam, *ne morerer*). Tac. ann. 14, 64, 2 venae ... exsolvuntur; et quia -ssus pavore sanguis tardius labebatur *eqs.* (15, 64, 1 obligant brachia, -unt sanguinem. Chiron 547 *si* s. -i non potuerit [*Veg. mulom. 2, 34, 1* reprimi; *cf. Chiron ibid.* suppremere]). Arnob. nat. 5, 9 p. 260, 17 anhelitu oris -sso, suspensis ... gressibus.

B *incorporaliter* (*v. quae sub A monuimus*): **1** *usu communi, sc. pertinet ad gravandum, affligendum, urgendum, molestandum sim.* (*sc. in malam partem praeter p. 1177, 24. 1178, 12. 66. 1179, 54*): **a** *quolibet modo*: α *-untur animantes eorumque partes, qualitates, coetus* (*addidimus exempla obi. non indicati, v. imprimis p. 1177, 23 et e. g. p. 1177, 3. 1178, 29*): Ⓘ *rebus* (*iniuriis sim. animantium v. p. 1177, 73*): Ⓐ *variis incommodis, malis sim.* (*exempla selecta inde a* Cic.): Pompil. trag. 1 qua me causa, fortuna, infeste -is (Cic. fam. 14, 1, 5 si nos -et eadem f. 14, 2, 3 Ov. met. 4, 567 Manil. 1, 81 Sen. Med. 159. *al.*). Cic. Verr. II 4, 11 num tanta difficultas eum ... tenuerit, tanta egestas, tanta vis -erit, ut *eqs.* Catil. 2, 19 -untur aere alieno (Att. 7, 3, 5 Caes. Gall. 6, 13, 2 Pavl. Fest. p. 98). Manil. 30 cum servili bello ... -retur *Italia* (*al. v. vol. II 1841, 81 sqq.; addere possis e. g.* Ps. Sall. rep. 2, 10, 7 Pomp. Trog. hist. Iust. 38, 4, 14. *cf. p. 1178, 4*). Phil. 4, 3 cum servitute -remur (Caes. Gall. 7, 77, 16 Val. Max. 6, 9 ext. 5. *al.*). rep. 1, 10 quamvis ea *res publica* -atur periculis (Nep. Them. 3, 3 Sen. benef. 3, 33, 1). fam. 5, 12, 2 quan-

[Pade]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis oneribus -rere susceptarum rerum (13, 7, 2 municipium maximis o. -ssum. QVINT. inst. 2, 3, 2 decl. 321, 9. *al.*). PVBLIL. sent. Q 51 quicquid plus, quam necesse est, possideas, -it (*cf.* SEN. dial. 11, 9, 5 ista bona ... eos ... ipsos, quos exornant, et -unt). CAES. Gall. 6, 13, 2 magnitudine tributorum (*cf.* LIV. 23, 32, 9 gravi tributo). 7, 20, 11 omnem exercitum inopia -i (BELL. Afr. 24, 3 pabuli. 67, 1 Alex. 9, 4 VITR. 7 praef. 8). HIRT. Gall. 8, 42, 3 milites ... periculoso genere proelii locoque iniquo -bantur (BELL. Hisp. 12, 6 inferiore. NEP. Dat. 7, 3 ancipitibus. LIV. 33, 9, 11. *al.; cf.* BELL. Alex. 76, 2 loci iniquitate). BELL. Alex. 43, 3 summa ... difficultate rerum omnium -ssus (EPIST. imp. Vesp. [CIL II 1423] 7 multis d. infirmitatem vestram -i). AETNA 257 torquemur miseri in parvis -imurque labore ([terimurque *var. l.*]. COLVM. 12, 3, 7. *al.; cf.* CELS. 1, 3, 8 quem novum genus ... laboris -ssit). TIB. 1, 6, 10 *puellam fallaciam* docui ...; heu, nunc -or arte mea (*inde* OV. trist. 2, 450). OV. trist. 2, 190 *Vrsae sideris* gelido ... axe -or (*cf.* 3, 10, 12 gentes axe tremente -i. Pont. 1, 7, 11 nos -at ... frigore caelum. SEN. dial. 1, 4, 14 perpetua illos *populos* hiems, triste caelum -it. *al.; cf. p. 1178, 54*). LIV. 21, 56, 9 ne duorum exercituum hibernis una colonia -retur (22, 1, 2. 40, 35, 13). MANIL. 1, 512 fatis Asiae iam Graecia -ssa est (LVCAN. 5, 758 sit ... mihi *refugium,* si fata -ant. 8, 544). SEN. Phaedr. 950 magna ni *nos* -rent mala (epist. 85, 39. 104, 17 *m.* ubique te -unt et ... urunt. ARNOB. nat. 1, 7 quibus *m.* urgetur et -itur ... mortalitas. IVST. 39, 1, 7. *al.*). *al.*

Ⓑ *affectionibus sim.* (*saepius absolute, v. l. 27. 38. 48 sqq. al.*):
① *potius corporis*: LABER. mim. 4 me optimus somnus -it, ut -itur glis (SVLP. RVF. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 106 somnone te ... an ... lethargo putem -ssum? CVLEX 160 -ssos somno ... artus. LIV. 7, 35, 11 PAVL. FEST. p. 369. *al.; absolute*: CELS. 2, 2, 2 si gravior s. -ssit. SEN. epist. 70, 23 s. -ente. APVL. met. 5, 20, 3. *al.*). CIC. Tusc. 2, 16 cum *aliquis* -etur summis doloribus (3, 71 *dolor* -it ... atque instat, nec resisti potest. 5, 117 CELS. 2, 8, 35. *al.*). NEP. Hann. 4, 3 valetudine. VERG. Aen. 6, 521 -ssit ... iacentem ... alta quies (LIV. 22, 50, 4 VAL. FL. 5, 334. *al.*). CIRIS 316 cum -ret natura, mori *nolui.* HOR. epist. 1, 5, 29 nimis arta -unt olidae convivia caprae (*cf. Porph. ad l.* molestum esse odorem). TIB. 1, 4, 33 iuvenem, -ret cum serior aetas, maerentem (*cf.* OV. epist. 9, 154 Oenea ... senecta -it. SEN. nat. 3 praef. 2 ⌞-it a tergo⌟ senectus [⌞ ⌟ premittat ergo *trad.*]. epist. 108, 28. *al.*). OV. met. 15, 21 gravitate soporis. VAL. MAX. 4, 6, 3 *cum uxor* morbo -ssa decessisset ([oppressa *Kempf post alios, v. Blomgren, Eranos 54, 1956, 216*]. HIST. AVG. Ael. 2, 1 CHIRON 439. *sine obi.*: CELS. 4, 14, 4 dum -it morbus, clausis fenestris aegrum continere. Ps. HIPPOCR. ad Maecen. 8). CELS. 1 prooem. 69 febricitanti cuidam et magna siti adfecto, cum post ebrietatem eum -i coepisse cognosset, aquam *porrigit medicus.* 1, 3, 11 nausea. *al.* *?*-ssus *nude pro 'morbo, morte oppressus'* (*cf. abl. facile e contextu supplendum l. 41*): PROP. 3, 18, 9 hic (*Baiis*; his *trad.*) -ssus *Marcellus* Stygias vultum demisit in undas (*explicaverunt alii aliter, v. e. g. Fedeli, 1985, ad l.*). CE 1060, 4 (*saec. I?*) -ssit Sipunti -ssa Cladilla rogum (*v. Bücheler ad l.*). CHIRON 302 (*in capite* de rabioso) quos solide -ssos inveneris (soli depressos *Oder*). ② *potius mentis*: CIC. Tusc. 3, 70 aegritudine *non* -untur *philosophi* (4, 18 angor *est* aegritudo -ens [*cf. e. g. Stoic. vet. frg. III n. 414 ἄχθος δὲ λύπη βαρύνουσα*]). off. 2, 25 quae *vis imperii* -ente metu possit esse diuturna (AVG. civ. 3, 16 p. 119, 23 [*sec. Sall. hist. frg. 1, 11*] m. -ente, non persuadente iustitia). Att. 3, 22, 3 -or luctu desiderio omnium meorum (STAT. Theb. 5, 686 tanti -rent cum pectora luctus). SALL. Iug. 14, 23 has, quae me -unt, aerumnas. VERG. Aen. 3, 47 ancipiti mentem formidine -ssus obstipui. HOR. sat. 2, 7, 115 *cura* comes atra -it sequiturque fugacem (SIL. 10, 410 cura futuri quos -it. MART. 7, 97, 5 instant mille licet -antque curae. *cf. p. 1178, 39*). SEN. Ag. 135 animum iugo -it cupido turpis. Oed. 798 quis -at mentem timor. epist. 81, 22 *malitia* -it habentem *ipsam.* *al.*

Ⓒ *suis suorumque criminibus rebusve, quae onerant conscientiam, pudorem sim.*: CIC. Verr. I 36 totus ordo paucorum improbitate et audacia -itur et urgetur infamia iudiciorum. II 2, 49 quod non suis, sed suorum peccatis et criminibus -atur (LIV. 3, 13, 1 -bat reum ... crimen unum. QVINT. inst. 12, 1, 43 c. manifesto. *cf.* PLIN. epist. 2, 11, 13 quem ut -bat atrocitas criminis, ita ... damnationis miseratio tuebatur). Cluent. 86 ille *Staienus* cum re -retur. Att. 9, 2ª, 1 quid si hoc ipso -ar? accipiam *triumphum*? (*cf. 8, 3, 6 triumphum accipere ne sit* invidiosum ad bonos). HOR. epist. 1, 18, 79 quem sua culpa -et. LIV. 34, 31, 11 nomen tyranni et facta me -unt. SEN. Herc. f. 736 auctorem scelus repetit suoque -itur exemplo nocens. benef. 5, 24, 1 *reus* causa -batur (AVG. in epist. Ioh. 2, 10. *cf.* RHET. min. p. 585, 19 quos genus causae -it, species saepe defendit). QVINT. inst. 7, 2, 36 *reus* omnibus aliis -batur *excepta sceleris causa.* decl. 263, 13 id, quod iam me *reum* -bat. *al.*

Ⓘ *ab animantibus eorumque odio, iniuriis sim.* (*reflexive p. 1178, 38*): Ⓐ *pertinet ad potentiam, quae exercetur in cives vel in civitates alienas* (*vi potius generali; quae spectant ad pugnam v. p. 1171, 2*):
II *praevalente respectu captandi, retinendi -are dicuntur, qui volunt, temptant*: **A** *impedire fugientem, inhibere se moventem*: VERG. georg. 4, 501 *Orphea* -antem nequiquam umbras *Eurydices* (*cf.* OV. fast. 5, 476 lubrica -antes effugit umbra *Remi* manus *somniantium*). MANIL. 5, 371 medios inter volucrem -are meatus ([pens- *var. l.*]. *item captantur animalia*: AVSON. Mos. 275 quos *pisces elapsos* ... stolido captat -are natatu *piscator*). SEN. dial. 9, 3, 3 ad pecuniam luxuriamque cursu ruentis -at ac retrahit *sapiens.* SIL. 4, 236 frena *equi hostilis* ferox obiecto corpore -at *quidam.* FLOR. epit. 4, 2, 82 *Caesar* -are fugientis, confirmare signiferos *eqs.* (*cf. p. 1164, 38*). **B** *se sublevare, eniti sim.*: *in oppugnatione* (*ad moenia sim. transcendenda; cf. etiam l. 50*): VERG. Aen. 2, 444 *oppugnatores scalis admotis* clipeos ... ad tela sinistris protecti obiciunt, -ant fastigia dextris (*fort. huc spectat* GLOSS. *p. 1185, 66*). TAC. ann. 1, 68, 2 *Germani* proruunt fossas, iniciunt crates, summa valli -ant. 4, 51, 1 *scalas* inferre propugnaculis eaque -are, detrahere (AMM. 19, 5, 6). *ex aqua vel in ascensu difficili*: VERG. Aen. 6, 360 *Palinurum* -antem ... uncis manibus capita aspera montis (*cf.* SIL. 4, 586 celer nandi *quidam* iamiam ... apprendere tuta ... parat et ... -at gramina summa manu). LVCAN. 3, 664 robora (*sc. alterius navis*) cum *naufragi* ... -rent altius ulnis nutaretque ratis. AMM. 14, 2, 6 si *pedites* lapsantibus plantis fruticeta -ando ... ad vertices *montium* venerint summos. **C** *auferre, removere*: VERG. Aen. 12,

[Holmes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

404 *Iapyx* nequiquam spicula *vulneri inhaerentia* ... sollicitat -atque (press- *R*) tenaci forcipe ferrum. MANIL. 5, 531 *urinator* perlucentes cupiens -are lapillos (*sc. margaritas*). **D** *infestare, violare*: TAC. hist. 3, 28 quin *oppugnatores* ... super ... testudinem scandentes -rent hostium tela brachiaque. ann. 6, 35, 2 Albani ... -are, detrudere, *sc. equites Parthos.*

deriv.: prensatio, prensito. *Holmes.*

*?***prēnsūra,** *subst. fem. a* prehendere *derivandum v. p. 1198, 32.*

[prēnsūrium: ἵππος GLOSS.; *subst. a* pr(eh)endere (-sus) *derivandum defenditur a quibusdam muscipulam intellegentibus, sed restituendum vid.* pressorium.**]**

prēnsus *v.* prehendo.

pres, *vox a gramm. ficta, v.* interpres *vol. VII 1, 2250, 46. v. L.*

pres- *v. etiam* praes-, press-. **presbit-, presbut-** *v.* presbyt-.

***presbyter,** -ī *m.*, πρεσβύτερος (*cf. e. g.* EVCHER. *et* VEREC. *infra l. 41. 70*). *scribitur recte sec. gr.* presbyt- *in titulis* DAMAS. carm. 47[2], 5. CE 312, 3 (*saec. V*[1]) *et saepe, in codd. ant. e. g.* VET. LAT. II reg. 5, 3 (cod. 115). Luc. 9, 22 (cod. 5). COD. Theod. 16, 8, 2. 13. 14; *saepe tamen occurrit* prae-, *e. g.* CIL XIII 299 (*a. 347*). CE 668, 1 (*a. 381*). VET. LAT. Dan. 13, 5 (cod. 177). I Tim. 5, 17 (cod. 75). CANON. Hippol. 71, 20. 23. *al., haud raro etiam* -bit-, *e. g.* CIL VIII 20300 (*a. 363*). V 6468 (*a. 496*). VET. LAT. num. 10, 31 (cod. 100; *sed* -byt- 11, 16. *al.*), *cf.* -vit- CIL VI 9994 (*a. 521*). VIII 23044. *al.*, -but- *exhibent* CIL III 14207[21] VIII 23127; *forma* preb- (*cf. l. 45*) *exstat* INSCR. christ. urb. Rom. 4917 (*a. 445*). CIL VIII 9731 (*a. 461*). *al.; ceteras scribendi rationes v. Inscr. christ. Diehl III p. 391; dubium num recte agnoscatur* prosbit- CIL X 7112, 13 (*ante a. 330*; presbit- *legitur* Année Épigr. 1959 n. 23). *abbreviationes communes sunt* presb, *e. g.* INSCR. christ. urb. Rom. 11763 (*a. 366*). Diehl 1145 (*a. 368 vel 378*), prb CIL XII 4311 (*a. 455*). III 14623 (*a. 462*). PAP. Tjäder 50, 40 (*a. 590–604*). *al.*, pbr CIL V 5455 (*saec. V*[2]). XII 1500 (*a. 519*). *al.*, pb CIL VIII 21574 (*a. 433*). PAP. Tjäder 33, 1 *et* 10 (*a. 541*). *al., ceteras partim etiam casum vel numerum indicantes exhibent Diehl (v. l. 24) et Lindsay, Notae Latinae, 1915, 436 sq.* NOT. Tir. 55, 31 -r. 60, 38 -r. *de formis: nom.* -erus *latere videtur compendiis titulorum* prebs, prbs *sim., e. g.* CIL V 5683 XIII 2476 (*v. Diehl l. 24*), *vix etiam* prs, *v. enim p. 1193, 69; cf.* GRAMM. suppl. 298, 18 episcopos, -os, si de plurali numero fuerit, per o scribendum, si vero singulari, per u. *formae heteroclit. sec. decl. tertiam traduntur imprimis codd. potioribus conciliorum collectionis hispanae, sc.* -em CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 252 l. 296. *ibid.* l. 298. *al.*, -es *ibid.* p. 248 l. 232. *al.* CANON. Caes. Arel. II p. 56, 14. GLOSS.[L] I Ansil. PR 677 (cod. Paris.; *ex* ISID. eccl. off. 2, 7, 1). *de notione v. imprimis l. 61 sqq. p. 1189, 5 sqq. 43; ceterum* EVCHER. instr. 2 p. 160, 7 (*tit.* de graecis nominibus) -r: senior. GLOSS. -r: veteranus graece. GLOSS.[L] Corp. interpr. nom. p. 188, 250 -r: sacerdos. *al. legitur inde a* VET. LAT., TERT., *raro in poesi exceptis* DAMAS. et CE. [*francog.* prêtre; *prov. vet.* prestre *et var. francoprov., prov., vasc.; cat.* preste; *port.* preste; *a forma* praebyter (*v. l. 22*): *val.* preot; *dalm.* pretro; *it.* prete; *sard. centr. vet.* prebíteru; *var. raet., francog., prov., cat. cf. M.-L. 6740. Battisti-Alessio IV 3073 sq. Wagner II 304. Wartburg IX 357 sqq. Corominas*[2] *IV 643. Machado*[3] *IV 427. St.*] [*falsa var. l. pro* πρεσβύτης AVG. quaest. hept. 1, 70.]

i. q. πρεσβύτερος, *senior* (*notione aetatis detersa imprimis sub IB2, cf. etiam p. 1188, 52; gr. respondet nimirum* πρεσβύτερος, *quod infra non magis adnotavimus quam voces* senex, senior, maior *sim., quae locis geminis passim occurrunt [de usu sacr. script. v. l. 59]; abundanter iuxta* senior *p. 1188, 7, sine abundantia p. 1189, 45; fere pro adi. in iunctura* viri -i *p. 1188, 6 [vice versa* -r *determinatur per subst. p. 1188, 19. 1191, 1] et accedentibus adv. vim vocis augentibus p. 1191, 54 sq.*): **I** *usu communi, sc. praevalente respectu dignitatis de iis, qui aetate et simul auctoritate sim. vel munere gerendo ceteris praestant*: **A** *apud Iudaeos* (*fere plur., saepe collective de toto ordine seniorum, sing. l. 66. p. 1188, 1; vox occurrit saepe in* VET. LAT. *veteris test., raro in* VVLG. *iisque fere locis, qui non ex hebr. versi sunt excepta p. 1188, 12; transfertur ad paganos p. 1188, 41*): **1** *explicationes*: HIER. in Is. 2, 3, 2 (*inde* ISID. eccl. off. 2, 7, 4; *sim.* RVFIN. Orig. in gen. 3, 3 p. 42, 4 sqq. *al.*) in scripturis sanctis -os merito et sapientia eligi, non aetate; ... nam ... Moysi praecipitur, ut eligat -os, quos scit esse -os (*v. p. 1188, 2*); ... cumque nongentos ... annos ... usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est -r, id est senex, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse convincitur (*v. p. 1191, 47*). VEREC. in cant. 2, 8 (*ad* deut. 32, 7 *p. 1191, 50*) historice pontificem ceterosque ... significat sacerdotes ...; nam quod nos seniores ... dicimus, Graeci -os nuncupant, a quibus ... legem domini interrogare debemus. THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 8 p. 120, 1 apud Iudaeos -i dicebantur qui populo praeerant.

2 *exempla usum illustrantia* (*ad rem v. e. g. Bornkamm, Theol. Wb. NT IX 655 sqq.*): **a** *de variis senioribus aetatis Iudaeorum antiquioris*: VET. LAT. num. 10, 31 (cod. 100; *Moses genero suo*) eris inter nos *per desertum profecturos* -r (*gr.* πρεσβύτης, *Vulg.* ductor). 11, 16 (*ibid.*) dixit dominus ad Moysen: concollige mihi LXX viros ex -is Istrahel, quos ipse tu scis, quia hi sunt -i populi et scribae (-am *cod.*) eorum (*explicat e. g.* HIER. epist. 58, 1, 2 non aevo, sed prudentia iudicandos, *v. et p. 1187, 63; de iisdem*: num. 11, 24 [*ibid.*] LXX viros de -is populi. 11, 25 [*ibid.*] *deus spiritum* inposuit super LXX viros -os. CANON. Hippol. 71, 32. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 92, 1 septuaginta -i ex senioribus [*gr. -ων τῆς γερουσίας, sc. iunguntur var. ll. exod. 24, 9*]. *al.*). deut. 31, 9 (Lucif. Athan. 1, 9. *al.*) *Moses librum* dedit ... sacerdotibus et levitis ... et -is Israhel (II reg. 5, 3 [cod. 115] vener(unt) omnes -i I. ad regem Davit ... et unxerunt Davit in regem. *al., e. g. l. 2; cf.* IV reg. 23, 1 [Lucif. non parc. 7] *rex* collegit ad se omnes -os Iuda. VVLG. I Esdr. 6, 8 Iudaeorum [*6, 7* senioribus. *cf. infra l. 36 et 48*]. *sim. al.*). 31, 28 (cod. 100) convocate ... principes trib⟨u⟩um vestrarum et -os vestros et iudices vestros et scribas. Iudith 8, 10 (cod. 151; *sim.* 130. VVLG. 8, 9) vocavit ... *quosdam* -os civitatis su(a)e (*sc. Bethuliae ut*: 10, 6 [cod. 151 *et* VVLG.]. 13, 12 [cod. 151. VVLG. 13, 14]). Bar. 1, 4 ad aures potentium ... et ad aures -orum (*sc. Babylone*). Dan. 13, 5 (cod. 177; *sim.* 176) designati sunt duo -i de plebe iudices; ... exivit facinus de Babylone de -is iudicibus (*de iisdem*: 13, 34 [cod. 176. VVLG.]. *al. et saepe apud ecclesiasticos, e. g.* CYPR. epist. 43, 4 duorum -orum ... nequitiam. HIER. epist. 14, 9, 1 -os Danihel puer iudicat [*eodem opposito, ut vergat ad II*: BENED. reg. 63, 6]). Ps. PHILO antiq. 9, 14 omnes -i altercabantur cum Amram, *qui exposuit Mosen filiolum.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 19 l. 23 *Hiezabel* mandavit -is iniquitatis falsis eum *Naboth* conscriptionibus perurgere (*cf. III reg. 21, 8 sqq.*). *al.* **b** *de senioribus ad συνέδριον pertinentibus* (*sc. inde ab aetate Seleucidarum; strictius distinguuntur fere* sacerdotes, scribae *sim., sed pro iis poni videntur* -i *l. 34. 38*): VET. LAT. I Macc. 7, 33 (rec. B) exierunt de sacerdotibus ... et de -is populi salutare eum *Nicanorem.* 14, 20 (*ibid.*) Sparthiatarum principes ... Symoni sacerdoti magno et -is et sacerdotibus et omni populo Iudaeorum ... salutem. II Macc. 14, 37 (rec. B, *sim.* M) quidam de Ierosolimitarum -is. Luc. 9, 22 (cod. 5; *cf.* Tert. adv. Marc. 4, 21) oportet filium hominis multa pati ... a -is et a principibus sacerdotum et scribis. Ioh. 8, 9 (cod. 5; *8, 3* adducunt ... scribae et pharisaei *adulteram ad Iesum*) *omnes* exiebant incipientes a -is (*de iisdem*: DIDASC. apost. 24, 16. 20). TERT. adv. Marc. 3, 22 p. 414, 23 *apostoli Christum praedicantes* renuntiaverunt -is et archontis et sacerdotibus Iudaeorum. IREN. 4, 12, 4 *Christus* non per Moysen datam legem dicens praecepta hominum, sed traditiones -orum ipsorum, quas finxerant *eqs.* (*sc. scribarum sim., nisi trahas ad IIB; cf. 4, 12, 1* seniorum ... traditio. *spectat ad Marc. 7, 3. al.*). GAVDENT. serm. 12, 6 *Iesus* loquitur ad pontifices et -os et strategos templi (*sec. Luc. 22, 52*). *al. transfertur ad sapientes paganos*: ORIG. in Matth. 17, 14 p. 627, 15 -i alieni a Christi doctrina, id est philosophi gentium ceterorumque barbarorum prudentes, perdere volunt Christum (*in explicatione Luc. 19, 47 sec. var. l.* πρεσβύτεροι *pro* πρῶτοι). **c** *de senioribus, qui praesunt synagogis* (*sc. sub imperio Romano*): COD. Theod. 16, 8, 2 qui ... synagogis Iudaeorum ⌊patriarchae vel -i⌋ se dederunt et ... legi ipsi praesident, immunes *sint* (⌊ ⌋ *Seeck,* patriarchis vel -is *trad.*). 16, 8, 13 archisynagogis patriarchisque ac -is. 16, 8, 14 archisynagogi sive -i Iudaeorum. NOVELL. Iust. 146, 1, 2 archipherecitae aut -i ... aut magistri.

B *apud Christianos*: **1** *tempore apostolorum et patrum priorum (longe praevalet plur., sing. occurrit l. 69. 74 sqq. p. 1189, 33. al.; respectus aetatis provectioris evanescere videtur sub b; ad rem v. e. g. Bornkamm, Theol. Wb. NT IX 655 sqq.); significantur*: **a** *qui pertinent ad collegium seniorum Hierosolymis constitutum*: VET. LAT. act. 11, 30 (cod. 5. *al.*) cum *Antiochenses stipem collectam* misissent *Hierosolyma* ad -os per manum Barnabae et Sauli. 15, 2 (*ibid., sim.* VVLG.) ascendere ⟨ad⟩ apostolos et -os in Hierusalem, ut iudicent ... de qu(a)estione (15, 6 [cod. 5. *al.*] convenerunt ... apostoli et -i. 16, 4 [*ibid.*] *Paulus aliique* tradentes ... mandata apostolorum et -orum. *al. ibid.*). 21, 18 (cod. 51, *cf.* 5) intravimus cum Paulo ad Iacobum et convenerunt omnes -i.

b *qui munere fungentes ecclesiae cuidam praesunt* (*ab episcopo haud bene distincti, v. imprimis sub β*): **α** *exempla usum illustrantia*: VET. LAT. act. 14, 22 (cod. 51. *al., sim.* VVLG.) cum ordinassent illis *discipulis Antiochenis al.* per singulas ecclesias -os. 20, 17 (cod. 51. *al.*) convocavit omnes -os ecclesiae *Ephesiae* (*Vulg.* maiores natu. *inde* IREN. 3, 14, 2 convocatis episcopis et -is. *cf. p. 1189, 19*). I Tim. 5, 17 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) qui bene praesunt -i duplici honore honorentur (*cf.* DIDASC. apost. 26, 30 si quis ... -os voluerit honorare, duplum sicut diaconibus dabit illis. *al.*). 5, 19 (*ibid.*) adversus -um accusationem noli recipere, nisi *eqs.* Tit. 1, 5 (cod. 77. *al., sim.* VVLG.) reliqui te in Creta, ut ... constituas per civitates -os (*cod. 75 v. p. 1193, 3. cf. p. 1189, 12*). Iac. 5, 14 (cod. 66. *al., sim.* VVLG.) *aegrotus* vocet -os et orent super ipsum ungentes. I Petr. 5, 1 (Hier. epist. 146, 1, 4, *sim.* in Tit. 1, 5) -os in vobis precor, compresbyter et testis ..., regere gregem Christi. II Ioh. 1 (Hier. epist. 146, 1, 5) -r electae dominae *salutem* (*sc. Iohannes ut*: III Ioh. 1 [*ibid.*] -r Gaio carissimo. *Vulg. utroque loco*

[Jiménez-Villarejo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

senior. *cf.* HIER. vir. ill. 18 duas posteriores epistulas Iohannis non apostoli esse, sed -i [*sim.* RVFIN. hist. 3, 39, 5]. *sunt, qui explicent sec. c vel sec. II, v. e. g. Vielhauer, Gesch. der urchrist. Lit., 1975, 481*). CLEM. ad Cor. 54, 2 grex Christi cum pace sit cum constitutis -is. POLYCARP. ad Philipp. 5, 3 subiecti estote -is et diaconis sicut deo et Christo. *al.* β *explicationes sim.*: AMBROSIAST. in Eph. 4, 12, 5 (*sim.* in I Tim. 3, 8, 1 sq. PS. AVG. quaest. test. 101, 5) Timotheum -um a se creatum ⌞episcopum⌟ vocat, quia primi (*i. summi*) -i episcopi appellabantur (⌞ ⌟ *Phil. 1, 1* cum episcopis *perperam ad Paulum et Tim. rettulit Ambrosiast., v. eundem ad l.; quem locum rectius explicant e. g.* HIER. in Tit. 1, 5 p. 563[A] in una civitate, *sc. Philippis,* plures ... episcopi esse non poterant; ... indifferenter de episcopis quasi de -is est locutus. PELAG. in Phil. 1, 2). HIER. epist. 69, 3, 4 (*comparatur* Tit. 1, 5 -os *cum I Tim. 3, 2* episcopum) quamquam apud veteres idem episcopi et -i fuerint, quia illud nomen dignitatis est, hoc aetatis (146, 2, 2 in Tit. 1, 5 p. 563[A]. *al.*). in Tit. 1, 5 p. 562[C] idem est ... -r, qui et episcopus, et *initio* ... communi -orum consilio ecclesiae gubernabantur; ... *postea* decretum est, ut unus de -is electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret et schismatum semina tollerentur. p. 563[B] observate, quomodo unius civitatis Ephesi -os vocans *Paulus* (*v. supra p. 1188, 65*) postea eosdem episcopos dixerit (*act. 20, 28*). p. 563[C] episcopi noverint se magis consuetudine quam dispositionis dominicae veritate -is esse maiores. RVFIN. Orig. in Ios. 16, 2 p. 396, 12 Iesus, sicut ... pontificum princeps (*Hebr. 4, 14*) est et ... princeps pastorum (*I Petr. 5, 4*) est, ita ... princeps -orum putandus est et ... princeps episcoporum. *sim. al.*

c *qui primi post apostolos veram doctrinam tradiderunt* (*dubium utrum munere eccles. fungantur necne; hucine p. 1188, 74 sqq.? cf. et IIB infra*): IREN. 3, 2, 2 quae *traditio* est ab apostolis, quae ⌞per successiones -orum⌟ in ecclesiis custoditur (⌞ ⌟ *3, 3, 2* per s. episcoporum. *ceterum cf. l. 36 et e. g.* 4, 26, 2 eis qui in ecclesia sunt -is obaudire oportet, his qui successionem habent ab apostolis, ... qui cum episcopatus successione charisma veritatis ... acceperunt. RVFIN. hist. 6, 13, 9 quae a -is, id est a successoribus apostolorum, ... tradita sunt). 4, 27, 1 quemadmodum audivi a quodam -o, qui audierat ab his, qui apostolos viderant (*cf. e. g.* 5, 33, 3 quemadmodum -i meminerunt, qui Iohannem discipulum domini viderunt, audisse se ab eo *eqs.* RVFIN. hist. 3, 39, 3 [*e Papia*] omnia, quae quondam a -is didicimus, ... exponere). 5, 5, 1 -i, qui sunt apostolorum discipuli (5, 36, 2). *al.*

d *senes, qui sunt iuxta thronum dei*: VET. LAT. apoc. 5, 6 (Iren. 4, 20, 11) vidi ... in medio -orum agnum stantem tamquam occisum. 7, 13 (Tert. scorp. 12 p. 174, 3) unus ex -is. TERT. coron. 15, 1 (*sec. apoc. 4, 4*) sedent et -i coronati (*v. p. 1131, 21*).

2 *tempore ecclesiae iure ordinatae de gradu clericorum* (*de quo fusius agunt* PS. HIER. epist. 12, 6 ISID. eccl. off. 2, 7, *cf. etiam 1bβ; addidimus -os haereticorum e. g. l. 59 sqq.; evanescit respectus aetatis, ut iuxta ponatur* senex, senior CYPR. epist. 6, 4 PEREGR. Aeth. 3, 4. 14, 2. AVG. anim. 2, 1, 1 p. 336, 18 [*cf.* 2, 5, 9 p. 342, 25], iuvenis PAVL. PELL. euch. 508 [*cf. -um XXII annorum* CIL V 5454]; *ad notionem originariam senioris alludit* AMBR. off. 1, 20, 87 [*v. et* HIER. *l. 14 sq.* PONT. *p. 1191, 60*]): **a** *exempla rem illustrantia*: α *generatim*: TERT. anim. 51, 6 *cum mulier quaedam defuncta* oratione -i componeretur. fug. 11, 1 cum ipsi auctores, id est ipsi diaconi et -i et episcopi fugiunt, quomodo laicus intellegere poterit *eqs.* (*sim. passim inter ordines ecclesiae, e. g.* CYPR. epist. 32. OPTAT. 2, 14 p. 48, 19 [*qui addit*: ministros et turbam fidelium]. HIER. epist. 146, 2, 3 [*comparantur* Aaron et filii eius atque levitae]. in Is. 5, 19, 18 quinque ecclesiae ordines, episcopos, -os, diaconos, fideles, catechumenos). paenit. 9, 4 *exomologesis* mandat ... lacrimari ..., -is advolvi (*cf.* pudic. 13 p. 243, 28 *paenitentem* prosternis in medium, ante viduas, ante -os. *de ipsa reconciliatione cf. infra p. 1190, 39 et* PS. MAX. TAVR. 90, 3 *accepto pretio a paenitente haereticus* -r ... putat, quod peccatum Christus indulgeat). praescr. 41 l. 22 *apud haereticos est* hodie -r, qui cras laicus (*item opp. l. 51 et saepe, e. g.* CYPR. epist. 72, 2 si qui -i ... apud haereticos ... promoti sint ..., eos quoque hac condicione suscipi ..., ut communicent laici. AVG. anim. 2, 1, 1 [*simul opp.* iuvenis *et* senex]). CYPR. epist. 5, 2 p. 479, 14 -i ..., qui ... apud confessores offerunt (*item celebrant missam*: PEREGR. Aeth. 4, 8 rogavimus -os, ut et ibi fieret oblatio. CONC. Carth. a. 390 p. 15 l. 7 excommunicatus -r, si sacrificare praesumpserit. HIER. epist. 51, 1, 5 [*Epiphan.*] *cum quidam* -i ... nollent debita nomini suo exercere sacrificia. *al.*). 34, 1 Gaio Didensi -o et diacono eius ... non communicandum (CANON. Turner I p. 480 adversus -um sive d. suum. STAT. eccl. ant. p. 175, 146 diaconus ita se -i ut episcopi ministrum noverit. EPIST. canon. 8 -r non habens diaconum eligat sibi personam *consecrandam. al.; diaconos -is non antefe-rendos esse confirmant* HIER. epist. 146 PS. AVG. quaest. test. 101). 61, 3 cum episcopo -i sacerdotali honore coniuncti (*sim. ponitur* sacerdos *vi generali p. 1190, 35 et* AVG. civ. 20, 10 p. 433, 18 'sacerdotes dei' [*apoc. 20, 6*] ... non ... de solis episcopis et -is dictum est, qui proprie iam vocantur ... sacerdotes, *sed de omnibus.* LEX Burg. Rom. 3, 1 a sacerdotibus, id est aut episcopo cum -is aut -o cum diaconibus subscribentibus. *al.*). 72, 2 si qui -i ... in ecclesia catholica ... ordinati fuerint (HIER. epist. 60, 10, 3 *Nepotianus* per solitos gradus -r ordinatur. CANON. Hippol. 71, 20 cum ... -r ordinatur, inponat manum super caput eius episcopus contingentib(us) etiam -is *eqs.* CANON. Turner II p. 132 rec. III. *al.* -r ante XXX annorum aetate ... non ordinetur. *et saepius*). CONC. Arel. a. 314 p. 13 l. 69 de -is ..., qui solent remittere loca sua, in quibus ordinati sunt (*item pertinent ad singulas ecclesias*: PEREGR. Aeth. 3, 1 et aecclesia ibi est cum -o [*sc. in monasteriis montis Sinai*]. HIER. epist. 51, 2, 2 [*Epiphan.*] ut ecclesiis Cypri ... ordinarent -os. AVG. civ. 14, 24 p. 51, 17 -r fuit quidam ... in paroecia Calamensis ecclesiae. *sim. al.; v. etiam p. 1191, 13. 18. 21. 24. al.*). PEREGR. Aeth. 27, 6 ut semper populus discat legem, et episcopus et -r predicant assidue (43, 2. *al., v. e. g. p. 555, 75 sqq.; cf.* HIER. epist. 52, 8, 1 sermo -i *praedicantis* scripturarum lectione conditus sit. AVG. serm. 20, 5 vigilanter verbum dei ministrantibus -is vos audire non pigeat. *al.*). DAMAS. carm. 47[2], 5 hoc Theodorus opus construcxit -r instans (*cf.* CE 312, 3 [*saec. V[1]*] haec ... fundavit -r urbis. INSCR. Année Épigr. 1937 n. 154b [*e Numidia*] basilica edificata ex in⟨st⟩antia Optati -i. *al.*). AVG. serm. 324 p. 1447 tulit illum *filiolum moribundum* ad -os, baptizatus est (*item baptizant -i necessitate coacti*: MIRAC. Steph. 1, 15, 1 GREG. M. epist. 6, 10. *cf. l. 30 sqq.*). CIL VI 9162 (*a. 522*) *sepulturae* locum ... conparaberunt sivi ... a Petro -o (*sim.* 32970 [*saec. VI ex.*]. *al.*). *et saepe.* *per comparationem de aliis*: VITAE patr. 6, 4, 8 *Iesus* factus est ... diaconus ..., nam lavit pedes discipulorum (*Ioh. 13, 5*); ... factus est -r et resedit in medio magistrorum docens (*Luc. 2, 46*). ORIG. in Matth. ser. 10 p. 18, 22 *ne dignus quidem* debet velle vocari eo nomine (*sc. episcopi vel -i*) ...; proprie enim episcopus dominus est Iesus, et -i Abraham et Isaac et Iacob ... vel *apostoli.*

β *speciatim*: ① *distinguuntur officia, iura sim. episcoporum et -orum* (*cf. 1b*): TERT. bapt. 17, 1 *baptismi* dandi ... summum habet ius summus sacerdos ..., episcopus, dehinc -i et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate (*cf.* CANON. Migne 13, 1188[A] [*decret. Damasi*] -r et diaconus *baptizantes* per paroecias dare remissionem peccatorum ... consueverunt; ... illi in officio sunt, sed illius *episcopi* nomini facti summa conceditur. AMBR. sacr. 3, 1, 4 sacerdos – licet enim et -i fecerint, tamen exordium ministerii a summo est sacerdote – ... pedes tibi lavit *in baptismo. cf. l. 20*). CYPR. epist. 17, 2 p. 522, 3 quosdam ... de -is nec euangelii memores ... nec episcopo honorem ... cathedrae reservantes iam cum lapsis communicare coepisse (*item respicitur reconciliatio*: 59, 13 p. 682, 20 *ut* despectis episcopis ... pax a -is verbis fallacibus praedicetur. MOYS. Cypr. epist. 31, 6 p. 562, 7. CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 252 l. 296 apud -em ... agere paenitentiam non debere, sed potius apud episcopum. Carth. a. 390 p. 14 l. 55 ut -r paenitentes iussus ab episcopo suo reconciliet. *al.*). AMBROSIAST. in Eph. 4, 12, 5 (*item fere* PS. AVG. quaest. test. 101, 5) apud Aegyptum -i consignant, si praesens non sit episcopus (*cf.* EPIST. pontif. 311 Cabié l. 54 de consignandis ... infantibus manifestum est ... ab episcopo *solo* fieri licere; nam -i, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. *ibid.* l. 60 -is ... chrismate baptizatos unguere licet ..., non tamen frontem ... signare. SACR. Gelas. 609 infans *baptizatus* signatur a -o in cerebro de chrismate [*615* consignatur ab episcopo]. *al.*). in I Tim. 3, 12, 3 esse oportet aliquantos -os, ut bini sint per ecclesias, et unus in civitate episcopus. HIER. epist. 146, 1, 6 quid ... facit excepta ordinatione episcopus, quod -r non facit? CONC. Carth. a. 390 p. 13 l. 52 chrismatis confectio et puellarum consecratio a -is non fiat (*sim. e. g.* CONC. Carth. a. 397 p. 42 l. 189; *ceterum cf. vol. III 1027, 80 sqq.*). p. 16 l. 130 si -r inconsulto episcopo agendam celebraverit, honore privetur (*cf. e. g.* CANON. Turner II p. 15 rec. I [*sim. recc. cet.* p. 31. 136 sq.] -r de villa praesente episcopo aut -o civitatis ... offerre non potest, nisi *eqs.*). CANON. Turner II p. 386 rec. I (*sim. recc. cet.* p. 387) non oportet -os ante ingressum episcopi ingredi et sedere in tribunalibus (*cf. e. g.* STAT. eccl. ant. p. 166, 3 episcopus in ecclesia in consessu -orum sublimior sedeat). *al.* ② *respiciuntur -orum uxores filiive* (*cf. p. 1192, 6. 52*): TERT. castit. 7 l. 39 -r esse non alius potest, quam (*i.* quam qui) laicus semel fuerit maritus (*sc. non digamus*). CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 253 l. 301 placuit ... prohiberi ... -is ... positis in ministerio abstinere se a coniugibus suis et non generare filios (*sim.* CONC. Carth. a. 390 p. 13 l. 38. *al.; cf. p. 1192, 11 et e. g.* INSCR. christ. Gall. I 214 Aufidius presbit⟨er⟩ ..., cui Augurina ⌞so-⟨ror⟩⌟ et Augurius ... filius ... titulum fieri iusse⟨runt⟩ [⌞ ⌟ *quae ante ordinationem fuerat uxor eius, v. ed. ad l.*]). CANON. Turner II p. 156 rec. II (*sim. recc. cet.* p. 188 sq.) de nuptis -is; si quis dubitet a -o, qui nupsit, *accipere oblationem* ..., sit anathema. INSCR. christ. urb. Rom. 4823 (*a. 389*) Gaudentius presb(yter) sibi et coniugi suae (INSCR. christ. Diehl 393 [*saec. IV?*]. 1154. *al.*). 4917 (*a. 445*) Leonis -i, cuius filia ... requiescet (*cf.* 4149 [*saec. V ex.; vers.*] *papa* Anastasius -o genitus. PATRIC. conf. 1 filium ... -i. *sim. al.*). *al.*

[Jiménez-Villarejo]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *iuncturae potiores*: CYPR. epist. 29 cum -is doctoribus (*v. vol. V 1, 1776, 67 sqq.*). CONC. Ilib. a. 295/314 ed. Rodríguez p. 240 l. 118 Restutus -r de Epora (*item ibid. deinceps.* Arel. a. 314 p. 14 l. 32 de civitate Arausicorum. p. 15 l. 61. CANON. Turner II p. 15 rec. I de villa. *al.*). PEREGR. Aeth. 3, 6 -i loci ipsius (HIER. epist. 51, 9, 3 [*Epiphan.*]. AVG. epist. 65, 2. CANON. Turner II p. 31 rec. II de -is locorum [p. 137 recc. V *et* VI agrorum. *ibid.* ruris. *gr. Mansi 2, 542*^{E} *ἐπιχώριοι. opp. l. 25*]. *al.*). 14, 2 ille sanctus -r iam senior (*de vivo ut l. 11.* HIER. epist. 61, 3, 4. INSCR. christ. urb. Rom. 6096 sub praesenti⟨a⟩ sancti Maximi -i [*sed v. Silvagni ad l.*]. *de mortuis e. g. l. 32.* PRAEDEST. 1, 31. *cf.* -r sanctae memoriae: CIL V 5683 [*a. 525*]. *al.*). FILASTR. 45, 1 -os sanctos ecclesiae catholicae (*item generaliter*: INSCR. christ. Diehl 1176 [*a. 493? ex Hispania*] -r s(an)c(ta)e e. Romanae. *al.; singulorum locorum*: EPIST. pontif. 311 Cabié l. 94 quarum -i [*sc. e. Romanarum*]. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 5 Constantinopolitanae: CIL V 5219 [*a. 520*] Com(ensis). INSCR. Année Épigr. 1928 n. 117 [*e Sardinia*] huius. *al.*). AMM. 29, 3, 4 Epiroten aliquem ritus christiani -um (31, 12, 8. *cf.* HIST. AVG. quatt. tyr. 8, 3 Christianorum -r). AVG. epist. Divj. 23A, 2 quidam ... Rusiccadensis parrochiae -r (CONC. Epaon. a. 517 p. 26 l. 105 parrochiarum -i. MARCELL. chron. II p. 93, 486 Antiochenae p. *al.; cf.* GREG. M. epist. 1, 51 parroechiales -os). INSCR. christ. urb. Rom. 13122 (*a. 401–417*) Proclinus et Vrsus praesb(yteri) titu⟨l⟩i Byzanti (19991 [*a. 489*]. 4280 [*a. 522*]. CONC. Rom. a. 499 p. 411, 2 Ianuarius -r t. Vestinae [*et sim. deinceps in subscriptione -orum ut ibid.* a. 595 p. 366, 14 sqq.]. *al.*). CE 312, 3 (*saec. V*^{1}) -r urbis *Romae* (ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16, 14. CANON. Turner II p. 137 recc. V *et* VI [p. 15 rec. I. *al.* civitatis; *opp. l. 6 sq.*]). SEDVL. epist. 2 p. 171, 1 sancto ... patri Macedonio -o (*al., v. vol. X 1, 682, 72 sq.*). LEO M. epist. 19, 1 p. 711^{A} primi secundique -i (*item c. adi., quae spectant ad ordinem presbyterii*: 19, 2 p. 712^{A} ultimi. INSCR. christ. urb. Rom. 4279 [*a. 521*] a -is tituli sanc(ti) Crisogoni, idest Petro priore, Crisogono secundo, Catello tertio, Gaudioso quarto, *sc. -o* [*item* prior: 20003. GREG. M. epist. 6, 12 l. 40. *addas supra p. 400, 48*]). CIL III 14623 (*a. 462*) requies s(an)c(t)i ac venera(bilis) Anastasi pr(es)b(yteri) (*si recte solvitur coll. e. g.* XIII 11211 ⟨vene⟩rabilis pre⟨sbyter⟩. GREG. M. dial. 2, 1, 7. *al.; cf.* venerandus: GREG. M. dial. 3, 37, 12). ENNOD. epist. 7, 14, 5 p. 183, 11 dominum meum ... -um (CAES. AREL. testam. 43 INSCR. christ. urb. Rom. 7279. *al.*). EPIST. pontif. 976 Gassó-Batlle 17, 4 per deputatos cardinales ecclesiae -os (959 *ibid.* 86, 2. GREG. M. epist. 1, 15 l. 7. 2, 11 l. 13. *al.*). *al.* *iunctura* ex -o *de eo, qui presbyteratu privatus est*: GREG. M. epist. 5, 17 l. 19 Saturum ... ex -o ut numquam ad ... ministerium praesumat accedere scriptis cavere decrevimus. 5, 18 l. 5 si Amandinus ex -o et abbate ... in eo quo fuerat ordine constitutus debeat revocari. *ibid.* l. 15. 23.

II *praevalente respectu aetatis* (*fere in versione e gr. facta partimque explicata sec. notionem communem, ad quam alludit etiam* PONT.): **A** *de longaevis* (*sc. senibus praeter l. 54; cf. etiam p. 1188, 21. 74 sqq.*): VET. LAT. gen. 18, 11 (Rufin. Orig. in gen. 4, 4. *al.*) *Sarra et Abraham* erant ... ⌞-i⌟ et provecti in diebus suis (⌞ ⌟ id est senes *addit Rufin. explicans sec. p. 1187, 66*). lev. 19, 32 (cod. 103. *al.*) abante faciem senicis (*i. senis*) exsurges et honorabis faciem -i (*affert* CYPR. testim. 3, 85 *sub titulo* surgendum, cum episcopus aut -r veniat). deut. 32, 7 (Hier. epist. 53, 3, 4. *al.*) interroga patrem tuum, ... -os tuos, et dicent tibi (*Vulg.* maiores; *cf. p. 1187, 68*). Ios. 13, 1 (Rufin. Orig. in Ios. 16, 1) Iesus ... erat ⌞-r⌟ provectus dierum (⌞ ⌟ vel senior *addit Rufin. explicans; cod. 100 et Vulg.* senex. *locum ad Christum refert* RVFIN. *ibid.* 16, 2 p. 396, 6 quis ita -r et senior provectus dierum intellegitur sicut *Christus*? ... ipse solus vere et integre -r dicitur, ante quem nemo est *eqs.*). Sirach 25, 6 quam speciosum *est* canitiae iudicium et -is cognoscere consilium. I Macc. 14, 9 (rec. B) -i in plateis sedebant (*opp.* iuvenes). II Macc. 8, 30 (rec. M, *cf.* B) praedas partiti sunt infirmis et orphanis et viduis et -is. *al.* PONT. vita Cypr. 4, 1 contubernium ... Caeciliani et aetate tunc et honore -i (*cf. p. 1189, 14*). **B** *de maioribus, patriarchis* (*cf. p. 1188, 38. 1189, 25 sqq.*): VET. LAT. Hebr. 11, 2 (cod. 64) in hac *fide* ... adtestati sunt -i (seniores *vel* senes *recc. cet.; postea enumerantur Abel, Enoch al.*). *Jiménez-Villarejo.*

f. **presbytera,** -ae, *πρεσβυτέρα.* *scribitur in codd. etiam* prae-, *e. g.* DIDASC. apost. 26, 26, *et* -bit-, *ut in titulo* CIL XII 8079. *abbreviatur* prb *in titulo p. 1192, 8.*

1 *de mulieribus, quae per se vocantur -ae*: **a** *de quibuslibet senioribus ab ecclesia sustentandis*: DIDASC. apost. 26, 26 *cum agape fit,* sicut ... unicuique ⌞-arum⌟ datur, duplum dabitur ... diaconibus (⌞ ⌟ *Hauler,* -orum [a *fortasse suprascripta*] *cod., sed de viris presbyteris praecipitur ibid. 26, 30; gr. Const. apost. 2, 28, 3 πρεσβυτίδων, cf. 2, 28, 1 πρεσβυτέρας, Didasc. apost. 26, 20* aniculas). **b** *de eis, quae in ecclesia dignitate quadam praeditae videntur* (*ne de diaconissis cogites, v. Gryson, Le ministère des femmes, 1972, 93; cf. infra p. 1192, 8. 15*): CANON. Turner II p. 350 rec. I (*inde* FERRAND. canon. 221) mulieres quae aput Graecos -ae (-teriae, -teres *var. ll.*; -teraeae, -terissae *codd. Ferrandi*) appellantur, aput nos autem viduae seniores univirae et matricullariae appellantur, in ecclesia tamquam ordinatas constitui non licebit (*sim.* p. 351 rec. II *et* III [*v. supra p. 882, 59*], *cf.* tit. *ibid.* p. 329. 397; *gr. Mansi 2, 566*^{D} *πρεσβύτιδας. sec. 2 explicatur* GLOSS. -as: uxores presbyterorum, quas antea ⟨habuerunt⟩).

2 *de uxoribus eorum, qui postea presbyteri ordinati sunt* (*cf. l. 5; ad rem v. p. 1190, 62*): INSCR. Iugosl. Šašel 2789 (*a. 425*) *locum sepulturae* emi a Fl(avia) Vitalia pr(es)b(ytera) sanc(ta) matrona (*nisi ad 1b; cf. p. 1190, 22 sq.*). CONC. Autiss. a. 561/605 p. 268 l. 68 non licet presbytero ... in uno lecto cum -a (-ia *cod. unus*) dormire. GREG. M. dial. 4, 12, 2 *quidam* ex tempore ordinis accepti -am suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere numquam sinebat (*de eadem*: 4, 12, 3. *ad hos locos spectat* GLOSS. -a: uxor presbyteri, quam habuit ante ordinationem). epist. 9, 198 l. 14 abbatissam ... induisse vestem monachicam noluisse, sed in vestibus, quibus loci illius (*Sardiniae*) utuntur -ae, permansisse (*sunt qui trahant ad 1b*). CIL XII 8079 Leta -a ..., quei (*i. cui*) bene fecit maritus.

deriv.: presbyteralis, presbyteratus (-ūs), *?*presbyterius.

compos.: compresbyter.

?presbyteraeae, *fem. plur. v. l. 1* (*errore scribae pro* presbyterae, *an pro* presbytereae [*vel* -iae], *ut lateat gr. πρεσβυτέρεια? [subst. sec. ἱέρεια sim. formatum, quod alibi non legi videtur, nisi id agnoscas etiam p. 1194, 3*]).

presbyterālis, -e. *a* presbyter. *i. q. ad presbyterum pertinens, sacerdotalis*: LEO M. epist. 14, 4 ne aut levitico aut -i honore aut episcopali excellentia quisquam idoneus aestimetur, qui *eqs.* (167, 2 p. 1203^{B}).

⁂presbyterātus, -ūs *m.* *a* presbyter. *scribitur in codd. etiam* prae- *et* -bit- (*ut in titulo l. 37*). *titulorum notas traximus ad* presbyterium *praeter l. 36.* *abl. sing.* -o *l. 40 (e cod. unico); plur. non occurrit.* [*falsa var. l. pro* presbyterium *e. g.* CANON. Turner I p. 183 rec. VIII (*perperam editum est olim* HIER. epist. 22, 28, 3. *al.*).]

i. q. presbyteri munus et dignitas: PAVL. NOL. epist. 1, 10 p. 8, 26 repentina ... vi multitudinis, sed credo ipsius *dei* ordinatione correptus et -u initiatus sum. LEO M. epist. 1, 5 nec in -us gradu nec in diaconatus ordine (CONC.^{S} II 3, 1 p. 184, 5 *et* 20). CIL XII 4311 (*a. 455*) Othia pr(es)b(yter) anno XXXIII pr(es)b(y)t(eratu)s sui baselicam ... con(s)tr(uxit) (*cf. p. 1193, 65 sqq. et* INSCR. Année Épigr. 1985 n. 476 [*Vercellis*] in presbiteratum habuit annus [*i.* -os] XI). CANON. Turner I p. 649 l. 225 *Arianos quosdam susceptos* ad maiorem gradum perduxerunt, diaconum quidem in -um (-rarum *cod.*), ex -o vero episcopum (*alias vers. v. p. 1193, 51*). CONC.^{S} II 5 p. 14, 2 *quidam neque episcopus* neque priorem habens -us ordinem baptisma fecit (CASSIOD. hist. 5, 32, 10 [*gr. Theodoret. 2, 24, 12 τῶν πρεσβυτέρων ... τάγμασι*]. 11, 5, 1 [*gr. Socrat. 7, 5 πρεσβυτερείου*]. CONC. Lugd. a. 583 p. 232 l. 9. *al.*). EPIST. pontif. 668 Thiel frg. 10 p. 489 in -um ... promovere (*antea*: ad presbyterii gradum). CAES. AREL. serm. 110, 1 p. 437, 20 se ad episcopatus aut ad -us vel diaconatus officium ... ingerere (VITA Roman. rec. [BHL 7306] 11. GREG. M. dial. 1, 9, 13). PALLAD. hist. mon. I 6 p. 267^{D} qui ... ad -um ... meruit pervenire ([*gr. p. 44, 9 γενομένῳ πρεσβυτέρῳ*]. 33 p. 320^{A} [*gr. p. 136, 2 πρεσβυτερίου*]). *al.* *Bk.*

presbyterēa *v. ?*presbyteraeae. **presbyteria** *v. ?*presbyterius.

presbyterissa, -ae *f., πρεσβυτέρισσα.* *i. q. presbytera* (*dubium, utrum significetur uxor presbyteri an quae functa sit munere quodam ecclesiastico*): INSCR. Année Épigr. 1958 n. 290 (*Hippone; saec. V*^{2}) Guilia Runa presbiterissa quiebit in pace. *cf. var. l. supra l. 1.*

⁂presbyterium, -ī *n., πρεσβυτέριον.* *scripturae potiores*: presbyt- MAXIMIN. c. Ambr. fol. 342^{v}, 36 SACR. Leon. 952. *al.,* praesbit- VET. LAT. Luc. 22, 66 (cod. 2). *al.,* praesbyt- VET. LAT. I Tim. 4, 14 *et* Tit. 1, 5 (cod. 75). CANON. Hippol. 68, 17 (*cod. Veron.*). *et saepius,* presbit- INSCR. christ. urb. Rom. 16001b (*a. 461 vel 482*). Diehl 1175 (*a. 489*). *et saepius.* *abbreviatur*: pbb (*pro* prb*?*), presb, prs *infra p. 1193, 64 sqq.; parum constat de* prb *in titulo mutilo* CIL VIII 21417. *gen.* -ri *exstat* CANON. Hippol. 72, 16 (*sed* -rii *ibid.* 71, 28, *ut et* MAXIMIN. c. Ambr. fol. 342^{v}, 36. *al.; cf. l. 74 et e. g. var. l.* IREN. 4, 26, 4). *legitur inde a* VET. LAT., IREN., CYPR. (*sc. sing., nisi huc trahere malis p. 1194, 8;* -a *pro* -o *perperam ed. Migne 30, 158*^{D} Ps. HIER. epist. 12, 7, *v. ed. Kalff, 1937, 59*).

i. q. πρεσβυτέριον (*quod gr. respondet nisi aliud adnotavimus*): **I** *cum respectu collegii*: **A** *de ipso coetu presbyterorum*: **1** *Iudaeorum, sc. qui pertinent ad συνέδριον* (*cf. p. 1188, 25*): VET. LAT. Luc. 22, 66 (cod. 2. *al.*) convenit -um plebis et principes sacerdotum et scribae et duxerunt ... *Iesum* in concilium suum (*cod. 3. al. et Vulg.* seniores).

2 *Christianorum*: **a** *tempore apostolorum* (*cf. p. 1188, 50*): VET. LAT. I Tim. 4, 14 (cod. 75. *al., sim.* VVLG.) *gratia* data est tibi ... per inpositionem manuum -i (*inde e. g.* HIER. epist. 53, 3, 3; *ad var. l. gr. πρεσβυτέρου spectat fortasse forma* -ri, *e. g. cod. 86; explicat* THEOD. MOPS. *ad l.* '-i' ... non eos nunc nominavit, qui nunc nominantur presbyteri ..., sed

[Stella]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apostolorum dicit conventum ...; -um autem illud nominavit contemplatione honoris). Tit. 1, 5 (cod. 75, *sim.* Lucif. Athan. 2, 27) reliqui te Creta, ut ... constituas per civitates -um (*sed gr. in eodem cod. πρεσβυτέρους, v. p. 1188, 71*). **b** *tempore ecclesiae iure ordinatae* (*cf. p. 1189, 42; distinguuntur* episcopi *l. 10. 17; hucine l. 30 sqq.?*): CYPR. epist. 52, 3 de -o excitari ... et communicatione prohiberi. CALDON. Cypr. epist. 24 Felix, qui -um subministrabat sub Decimo (*v. Clarke, 1984, ad l. et cf.* ministro *cum acc. eius, qui adiuvatur, vol. VIII 1018, 62 sqq.*). EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2 omni actu ad me perlato placuit contrahi -um; adfuerant etiam episcopi quinque. 218 Hil. coll. antiar. p. 171, 3 teste est omne -um ecclesiae Romanae. AMBROSIAST. in Eph. 4, 11, 2 qui ordo *prophetarum* non potest esse -i (HIER. epist. 5, 1, 6 ut sederet in ordine -i. LEO M. epist. 19, 1 ambitu ... -i ordinem fuisse turbatum. EPIST. pontif. 601 Schwartz p. 85, 10 totus o. Romani -i. *al.; cf. etiam l. 44*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 417, 14 surgere de consessu -i (EPIST. pontif. 292 Migne 20, 486^{C}). CANON. Hippol. 68, 17 *episcopus* cum nominatus fuerit ..., conveniet populum (*pro* populus *?*) una cum -o et his, qui praesentes fuerint episcopi ...; inponant super eum manus (20) et -um adstet quiescens. 71, 28 (*in consecratione presbyteri*) deus, ... inpartire spiritum gratiae et consilii -i (-ris *legit Hauler, sed* -rii *vel* -rei *exhiberi affirmat Tidner. cf.* 72, 16 *diaconus* non accipiens communem -i spiritum. *locos huc traximus coll. 72, 23* communem ... cleri spiritum). DIDASC. apost. 9, 7 pastor, ⌞qui constituitur in visitatione -i⌟ (*sed Const. apost. 2, 1, 1 τὸν καθιστάμενον ἐπίσκοπον*).

B *transfertur ad*: **1** *actionem, qua conveniunt presbyteri*: EPIST. pontif. 260 Corp. Vind. 82, 3 p. 300 l. 59 facto ... -o constitit ... christianae legi esse contraria *doctrina quaedam.* **2** *locum in ecclesia presbyteris destinatum*: PRISCILL. tract. 2, 49 ingredientes in ecclesiam turbis ... concitatis ... in -um non admissi ... sumus. AVELL. 2, 82 (*contextu corrupto*) *quidam sepultus* in loco -i (*cf. infra l. 74*). CANON. Turner II p. 102 rec. III *et* IV si volunt in -o in ecclesia, ubi prius fuerunt, tamquam presbyteri sedere (*nisi ad A2b coll.* p. 103 rec. V *et* VI in -i ordine. *simili ambiguitate*: EPIST. pontif. 636 Thiel 14, 8 p. 366 non *audeant diaconi* in -o residere, cum divina celebrantur).

II *cum respectu ipsius dignitatis, muneris*: **A** *quorumlibet seniorum*: VET. LAT. Dan. 13, 50 (Rufin. Basil. hom. 5, 13 p. 1776^{A}; *seniores ad Danielem*) sede in medio nostrum ..., quoniam dedit tibi deus -um (*var. l. gr. πρεσβεῖον, Vulg.* honorem senectutis; *cf. Rufin. ibid. p. 1775^{D}* Daniel in tenero adhuc corpore maturitatem senilis animi et consummatae prudentiae sententiam gerens. HIER. in Is. 2, 3, 4 l. 30 *Daniel* accepit -i dignitatem). **B** *presbyterorum christianorum* (*sc. technice de gradu clericatus excepto fortasse* IREN., *quocum conferas p. 1189, 25 sqq.; distinguuntur gradus alii e. g. l. 51 sq.; de confusione cum* presbyteratus *v. p. 1192, 30 sq.*): IREN. 4, 26, 4 qui et apostolorum ... doctrinam custodiunt et cum -i ordine sermonem sanum et conversationem sine offensa praestant (SACR. Gelas. 141 elegimus in o. diaconi sive -i *quendam.* GREG. M. epist. 12, 15 [ordinationem *var. l.*]. *al.; cf. l. 11*). CYPR. epist. 39, 5 -i honorem designasse nos illis iam sciatis (AVG. epist. 157, 22 p. 471, 8 ad -i h. subrepere. CASSIAN. conl. 4, 1, 1 LEO M. epist. 12a, 3 SACR. Gelas. 148. *al.*). HIL. coll. antiar. p. 119, 3 (*sim.* CASSIOD. hist. 4, 24, 31; *cf. p. 1192, 40*) *Arianos quosdam susceptos* in maiorem provexerunt gradum, diacones quidem in -um, de presbyteris autem in episcopatum. CONC. Valent. a. 374 p. 40 l. 48 sub ordinatione vel diaconatus vel -i vel episcopatus (AMBROSIAST. in II Tim. 1, 6, 1 COMMON. patr. 4, 8. *cf. l. 46*). GAVDENT. serm. 19, 26 *Arius* ambiens ... in gradum -i, unde ... pulsus fuerat, revocari (AVELL. 40, 2 ad -i g. conscendisse. *al.; v. et vol. VI 2, 2164, 32 sq.*). EPIST. pontif. 255, 13 Migne 13, 1143^{A} *diaconus,* si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, -um consequatur. MAXIMIN. c. Ambr. fol. 342^{v}, 36 post undecim annos -i (*cf.* AVG. retract. 1, 16, 1 tempore -i mei). AVG. epist. 65, 1 p. 233, 18 ut illic vivat ... sine officio -i (CONC. Agath. a. 506 p. 197 l. 104 GREG. TVR. Franc. 7, 17. *al.*). 82, 33 p. 385, 6 quamquam ... episcopatus -o maior sit. POSSID. vita Aug. 4, 2 quia et locus -i ... propinquaret ... episcopatui (MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 66, 24 *Caelestius* ausus est per obreptionem locum -i petere. *al.*). INSCR. christ. urb. Rom. 16001a (*sim.* b, *sed sine compendiis; a. 461 vel 482*) Romanus pbb (*i.* presbyter) qui sedit pbb (*i.* -o) ann(os) XXVII (*cf. p. 1192, 36 et* INSCR. christ. Diehl 1175, 2 [*a. 489*] ministravit in -o ann(os) XIII. CIL VIII 23563 Faustinus presb(yter) vixit in diaconatu annis XXXXIIII et in ⌞presb(yterio)⌟ annos II [⌞ ⌟ *vel* presb(yteratu). *sim. dubitare possis ibid.* 23564 Iobianus pr(e)s(byter) in pr(e)s(byterio) vixit annis XXXV]). *al.* *de stipendio presbyterorum v. p. 1194, 11.* *Stella.*

*?***presbyterius,** -a, -um. *a* presbyter, *si quidem vox est agnoscenda.*

i. q. ad presbyterum pertinens: **1** *adi.* (*v. et* CIL *sub 2*): INSCR. christ. urb. Rom. 17912 (= Diehl 2129) *quidam* se vivu comparav(it) locum ... in basilica ... ⌞in mesu et situ prsbiteriu⌟ (*i.* in mediu(m) *basilicae* et situ(m) -ù(m)*? neglectis vocibus* et situ *iungitur* in mesu ... pr(e)sbiteriu *vol. VIII 581, 82; gen.* presbiterii *intellexit Diehl ratione non indicata [vix est, quod cogites de gen. gr.]. ad rem cf. p. 1193, 29*). **2** *fem. pro subst.* -a *de uxore presbyteri* (*cf.* presbytera *et* episcopia *iuxta* episcopa *vol. V 2, 675, 15. 676, 40; minus probabiliter agnoscas* -ia, *sc. eandem vocem gr., de qua dubitatur p. 1192, 21*): CONC. Turon. a. 567 p. 184 l. 234 si inventus fuerit presbyter cum sua -a (*codd. potiores,* -ra *cett.*) aut diaconus cum sua diaconissa *una habitare.* CIL XIII 1183 (*graphio scriptum in columna; aetatis infimae*) Martia ⌞presbuteria⌟ ferit (*i.* fert) ob[b]lata Olebrio (⌞ ⌟ *'i. e. oblationes presbyterales' Hirschfeld ad l., neutr. plur. intellegens, ut pertineat ad 1*). *cf. varias lect. in codd. det. p. 1191, 75. 1192, 10.*

3 *neutr. pro subst. de stipendio presbyteris aliisve clericis ab episcopis persolvendo* (*ad* presbyterium, *vocem e gr. receptam, trahere noluimus hunc usum, quem in gr. non invenimus*): GREG. M. epist. 2, 9 l. 14 consuetudines ... cleri ... et -um (-rum, -rorum *var. ll.*) te volumus ... persolvere. 2, 50 l. 34 -um (-rum *var. l.*) ei *legato meo* auxi. 5, 27 l. 5 ut clericis Capuanae ecclesiae ... quartam in -um (-o *var. l.*) eorum de hoc, quod antedictae ecclesiae singulis annis accesserit, ... distribuere ... studeat (*postea*: stipendiorum ... solacium).

presbyterus *v.* presbyter.

nona *latinitas* **presina** (bre- *var. l.*), hoc est spatiosa, cum unum fonum multa ussitata significat, ut 'sur', hoc est vel campus vel spado vel gladius vel amnis VIRG. gramm. epit. 15, 3, 10. *obscurum.*

[presitīvum: pars partica praecedens causa aegritudinis GLOSS. *corruptum; sub* pars partica *latere* procatarctica *vidit Fischer in plagulis* (*coll. Ps. Soran. quaest. med. 109* quid est p.? praecedens causa), *ut dubites, utrum* -um *amiserit suam explicationem an pertinuerit ad glossam antecedentem* 590, 6 pressorium: praelium pres(s)i[ti]vum. *aliter Bücheler apud Goetz in indice* (*cf. supra p. 895, 28*).]

pressa *v. p. 1182, 31.* **pressē** *v.* 1. premo. *Bk.*

pressīcius, -a, -um. *a* premere (pressus). [*vix recte trad.* GLOSS. -um: malscrung (*anglosax.; latere vid.* praestigium).]

i. q. pressus; non legitur nisi solum positum: **1** *forma* -um: *de uvis pressis*: GLOSS. III 192, 49 (*in capite* de vindemia) *στέμφυλα*: -um (stemsila pressium *trad.*). *de rebus incertis*: NOT. Tir. 24, 23 (pōsitium *codd. duo*). GLOSS. II 407, 43 *πιέσιμον*: -um (pressivum *ed. Stephani, ut notioni activae vocis gr., quae alibi non legitur, melius respondeat*).

2 *forma* -a (*fem. an neutr. plur.?*) *de genere casei*: GLOSS. III 184, 10 (*in capite* de escis) *χλωρότυρα* (*i. χλωρὸς τυρός*): -a (*Bücheler,* c(h)lorotura: praesicia *vel* -tia *trad.; aliter ibid. 255, 22 ὁ χλωρὸς τυρός*: caseus recens. *ad rem cf. p. 1181, 35*).

pressim *v.* 1. premo.

pressio, -ōnis *f.* *a* premere (*item* CHAR. gramm. p. 219, 16). [*venet.* persenaro. *cf. Faré, Postille 6743a. St.*] [*in codd. confunditur c.* prensio CAES. civ. 2, 9, 6 (*restit.* 2, 9, 7); *falso trad.* TERT. praescr. 43 l. 14 (processio *fere edd.*), *falsa var. l. ibid.* 44 l. 1.]

i. q. actio vel effectus premendi (GLOSS. *πίλησις ἢ σφίγξις. c. gen. rei, quae premit premiturve, l. 60. 63; fort. accedit abl. instr. l. 54, modi l. 58* [*ut saepius apud* VITR., *cf. Wistrand, Vitr.-Studier, Diss. Göteborg 1933, 69*]):

1 *ad levandum, movendum (in re mechanica)*: **a** *usu vario*: CAES. civ. 2, 9, 6 *ad parietes exstruendos* turris tectum ... -bus (prens- *var. l.*) ex contignatione prima suspendere ac tollere coeperunt (*sc. milites, sed sunt qui ipsos vectes sim. intellegant; in eadem re*: 2, 9, 7 alia -e [pr(a)ens- *trad.*] ad aedificandum sibi locum expediebant). VITR. 10, 3, 3 *vectis* cogit -bus examinare paucis manibus oneris maximi pondus. *ibid. si* eius *vectis* caput -e *non* in imum, sed adversus in altitudinem ⌞extolletur⌟ (*per zeugma; ibid.* per oppressionem). *ibid. si* caput eius *vectis* propius centrum -es habuerit, non poterit onus elevare. 10, 3, 5 gubernator ansam gubernaculi ... una manu ... ⌞ratione -bus artis⌟ agitans versat eam *navem* ... oneratam (⌞ ⌟ *i. -bus, quae ratione artis fiunt? aliter alii, cf. Callebat-Fleury, 1986, ad l.*). 10, 3, 6 *vela altius suspensa* -e cacuminis *mali* vehementius cogunt progredi navem. 10, 7, 3 (*10, 7, 1* de Ctesibica machina, quae in altitudinem aquam educit) *emboli* extrudent inflando -bus ... aquam in catinum. 10, 7, 4 -bus ... spiritus (*gen. subi.*). 10, 8, 5 aëra ... -bus coactum. **b** *metonymice de parte, qua premit vectis* (*i. quod vecti suppositum est; de ipso vecte fort. l. 50*): VITR. 10, 3, 2 supposita uti centro ... porrecta -e, quod Graeci *ὑπομόχλιον* appellant, ... caput eius *vectis* unius hominis viribus pressum ... onus *praegrave* extollit. 10, 3, 3 brevior pars ... vectis ab ea -e, quod est centrum, subit sub onus. *ibid.* oneris ... ipsius angulum pro -e *habebit vectis, si caput eius extolletur.*

2 *ad evacuandum* (*sc. in comparatione*): GREG. M. moral. 21, 3 (*ad prov. 30, 33*) ubera ... fortiter premimus, cum verba sacri eloquii subtili intellectu pensamus, qua -e dum lac quaerimus, butyrum invenimus.

*?***pressīvus,** *adi. a* premere *derivandum v. l. 27. 35.*

presso, -ātum, -āre. *a* premere (pressus). *scribitur* prae- *hic illic in codd. rec., e. g.* CYPR. GALL. exod. 918. *de notione*: GLOSS. -ant:

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

premunt vel exprimunt. II 306, 52 *ἐπέχω*: compesco, ... inhibeo, -o, comprimo. 328, 45 *θλίβω*: tribulo, -o, premo. 407, 41 *πιέζω*: prendo, -o. 445, 56 *συνέχω*: tento, cohiveo, -o *eqs.* 449, 33 *σφίγγω*: stringo, -o. III 477, 48 (*si recte restit.*) -tum est: *ἵπωται* (praefatum: *ιψαται trad.; inde* 460, 66 praesatum est: *ἵπωται*). *legitur inde a* PLAVTO, LVCR., BIBAC., *sc. in versibus praeter l. 25. 32. 38. 52.* [*it.* pressare; *francog.* presser; *prov. vet.* prensar *et var. francoprov., prov., vasc.; cf. M.-L. 6741. Battisti-Alessio IV 3070. Wartburg IX 361 sqq. St.*] [*in codd. confunditur e. g. cum* prensare HOR. sat. 1, 9, 64 CLAVD. rapt. Pros. 3, 163. *al.* (*falso trad.* TAC. hist. 1, 36, 2 ann. 14, 10, 2 AVSON. 419, 13 p. 356, 84) *et* premere STAT. Theb. 6, 347 CLAVD. rapt. Pros. 3, 163 (*restit.* VEREC. satisfact. 42).]

fere i. q. premere (*sc. vi intensiva vel frequentativa minus perspicua [cf. e. g.* molliter *l. 52]; accedit fere obi. rei affectae, sed effectae l. 53 [cf. l. 31], obi. supplendo l. 29. 52. al.; indicatur effectus -andi per praedic. l. 25; ubi vel quo per praepos. aut dat. l. 23. 34. 42. 46. 48*): **1** *corporaliter -atur potius*: **a** *gravando, onerando, deprimendo*: PLAVT. Asin. 661 quin tu labore liberas te? ... quin tradis huc cruminam -tum ⟨um⟩erum? CYPR. GALL. gen. 1193 *Ioseph* sese ... recusat sacratum culpa immodica -are cubile *Potiphar* (*nisi ad l. 20*). exod. 918 quos (*sc. iumenta*) -ant pondera iussa. *in imagine* (*fort. addas l. 18; e coni. dub.*: CYPR. GALL. exod. 79 duro -ante iugo [*Mayor,* praesente *trad.*]): IVVENC. 2, 787 (*cf. Matth. 13, 22*) spinosus ager curarum mole gravatis respondet, -ant quos pondera divitiarum. CYPR. GALL. Ios. 478 (*Iosue ad socios*) fiet, ut ⌞vestra⌟ -entur sub ⌞iuga⌟ gentes (⌞ ⌟ *sc. acc. pro abl.; vix ad ba*). SIDON. epist. 1, 9, 6 suscepti officii onere -aris. VEREC. satisfact. 42 proclive caput peccati pondere -as, *mens conscia,* ut nequeam relevare oculos (pressa (es) *trad.*).

b *comprimendo, urgendo, attrahendo sim.*: α *vario respectu* (*vix huc l. 23*): PLAVT. Persa 312 quid hoc hic in collo tibi tumet? :: vomicast, -are parce. BIBAC. carm. frg. 10 (*ex annalibus belli Gallici*) -atur pede pes, mucro mucrone, viro vir (*cf. p. 1169, 67*). OV. fast. 3, 763 femina cur -et (*sc. liba [an mella, ut ad γ spectet?]; var. ll.* praesit, praestet *praeferunt alii*). PLIN. nat. 28, 61 in stomachi solutione *prodest* pedes -ari (-are *trad.*). SER. med. 288 *cervicem* attingere dextra ..., qua gryllus erit -ante peremptus. CORIPP. Ioh. 6, 359 *equus mortuus* -ans gelidis sub dentibus herbas *noxias.* *usu laxiore* (*sc. tactu corporeo minus perspicuo*): STAT. Theb. 6, 347 dubites, uter *auriga* effera -et (prenset *cod. unus*) ⌞frena⌟ magis (⌞ ⌟ *i. equos, sc. qui incitantur; vix de frenis adducendis cogites coll. p. 1176, 4*). FVLG. aet. mund. p. 161, 24 armato clausos terrore -bat *Holofernis obsidens oppidum.* β *cum respectu amplexandi, osculandi, palpandi*: LVCR. 4, 1109 *amantes* iungunt ... salivas oris et inspirant -antes dentibus ora. HOR. sat. 1, 9, 64 vellere coepi et -are manu ... bracchia *amici* (prensare *var. l.*). STAT. Theb. 3, 129 *mulieres* -ant in tabe *mortuorum* comas (*sc. suas, cf. e. g. p. 1175, 56*). 4, 492 vatis ... horrenda canentis nunc umeros, nunc ille *Eteocles* manus et vellera -at anxius (prensat *Bernartius. cf.* SCHOL. amplectitur, constringit petens auxilium timoris). *accedit notio admovendi*: OV. met. 8, 539 cineres ... ad pectora -ant *Meleagrides* ([versant *var. l.*]. SIL. 8, 129). CLAVD. rapt. Pros. 3, 163 *Ceres* oblectamina *Proserpinae raptae* ... ceu natam -at gremio (pressit, prensat *var. ll.*). γ *cum respectu evacuandi, exprimendi* (*cf. l. 31*): VERG. ecl. 3, 99 si lac praeceperit aestus, ... frustra -bimus ubera palmis (Aen. 3, 642. OV. met. 15, 472 u. dent ... manibus -anda capellae. AMBR. virg. 3, 4, 17 *agricola* asperis manibus ... molliter ovium -at u.). PROP. 3, 17, 18 *dum* nova -antis inquinet uva pedes (*cf.* CYPR. GALL. deut. 111 *nemo* vinum -are velit, quod protulit uva vicini de parte sui).

2 *incorporaliter -atur: inhibendo*: GRATT. 207 -antes gaudia *canes venatici* (*v. vol. VII 2, 1888, 69*). *criminando*: IVVENC. 4, 595 (*cf. Matth. 27, 12*) sanctum *Christum* scelerata facundia *sacerdotum* -at (perstat, instat *var. ll.*).

pressor, -ōris *m.* *a* premere (*item* CHAR. gramm. p. 219, 16). [*var. l. dub.* -es *pro* pressura AVG. serm. 62, 7, *v. p. 1197, 10.*] *i. qui premit, sc. in venatione feras agitat, impellit sim.*: ISID. orig. 10, 282 quattuor ... sunt venatorum officia: vestigatores, indagatores, alatores, -es (*ad rem cf. p. 1175, 63. 1197, 11*).

pressōriolum, -ī *n.* *a* pressorium (pressorius) *deminutive.* *scribitur* pre(s)sur- *praeter* cod. Lucc. *l. 67.* *i. q. pressorium parvum* (*modicum, humile* CAES. AREL.): *quo sucus herbarum exprimitur*: GALEN. alfab. 61 (de cyclamine; cod. Lucc.) ⌞in -o⌟ sucus eius exprimitur (⌞ ⌟ -um cod. Palat. *struct. varians, om. Paris.*; in pressorio *ed. Rivir. et Iunt.*). *quo vestimenta reposita comprimuntur* (*cf. p. 1166, 72. 1196, 8*): CAES. AREL. reg. virg. 28 *vestimenta* in uno ... loco ... reponite et claves de arcellis vel -is (presur- *codd.*) vestris regestoria habeat.

pressōrius, -a, -um. *a* premere. *scribitur* -sur- ORIBAS. eup. 2, 1 add. Aa p. 479 (*cf. p. 1196, 6*). NOT. Tir. 24, 22 -um. [*subst.* -um *notionibus peculiaribus servant var. it. sept. et raet.; francog.* pressoir. *cf. M.-L. 6744 et Faré, Postille. Wartburg IX 368 sq. St.*]

i. q. ad premendum pertinens vel aptus: **1** *adi.*: COLVM. 12, 18, 4 *ante vindemiam* sacrificia Libero Liberaeque et vasis -is ... facienda *sunt* (*v. André ad l.*). ORIBAS. eup. 2, 1 add. Aa p. 479 ambrosia in cataplasmis virtute(m) habibit stiptica(m) et -a(m) (*As et Ab* repressuria). **2** *neutr.* -um *pro subst. de prelo sim.* (GLOSS. -um: praelium [*pro* prelum; *cf.* ISID. *p. 1165, 74*]. *πιεστήριον, πιαστήριον. ἵπος* [*s. v.* prensurium; *cf. p. 1187, 8*]. GLOSS.⌞ Corp. P 739 -um: pund [*anglosax.*]; *abiit in sermonem gr., v. Lampe, Patristic Gr. Lex., s. v. πραισόριον*): *premuntur vestimenta sim.*: AMM. 28, 4, 19 solutis -is vestes luce nitentes ambigua diligenter explorat *vir degener.* AVG. serm. 181, 7 (*in imag.; subest Eph. 5, 26 sq.*) rogemus ... eum *fullonem vel Christum,* ut ... ad horrea nos ducat ibique nos reponat, ubi -um non erit. *?premuntur herbae*: GALEN. alfab. 61 *v. p. 1195, 68.*

deriv.: pressoriolum.

pressulus, -a, -um. *a* pressus (premere) *deminutive.* *fere i. q. paulo (de)pressus*: APVL. flor. 9, 22 *Hippias secum portabat* ampullam ... oleariam, ... lenticulari forma, tereti ambitu, -a rutunditate.

adv. **pressulē.** *i. q. modo pressulo, artiore*: APVL. met. 4, 31, 4 o⟨s⟩culis hiantibus filium diu ac -e saviata *Venus* (*cf.* 10, 21, 2 *matrona asinum* exosculata -e, non qualia in lupanari solent basiola iactari ..., sed pura atque sincera instruit). 10, 31, 2 *ventus laciniam puellae* luxurians aspirabat, ut adhaerens -e membrorum voluptatem graphice li[ci]niaret.

pressum *v.* 1. premo. **pressūr-** *v. etiam* pressor-.

⁂pressūra, -ae *f.* *a* premere. *scribitur* prae- VET. LAT. psalm. 17, 7 (cod. 300). Ioh. 16, 21 (cod. 2). ALC. AVIT. hom. 18 p. 127, 13 (*pap. Paris. saec. VI*). *al., in codd. rec. etiam* pr(a)esu-, *e. g.* APVL. met. 5, 17, 1. *legitur inde a* SEN. *philos.,* COLVM., LVCANO, *raro apud paganos excepto* CAEL. AVR. (*fere 50ies*); *frequentant* VET. LAT. *et auctores christ., imprimis* TERT., CYPR., AVG.

i. q. actio premendi vel status pressus (*metonymias v. l. 39. 50. 71. p. 1197, 7*; GLOSS. *ἐπίσχεσις. θλῖψις ἡ σφίγξις. in fig. q. d. etymologica* -is premere *p. 1198, 5*): **I** *vario usu*: **A** *corporaliter -a fit*: **1** *comprimendo, urgendo sim.*: **a** *exempla varia*: SEN. nat. 2, 6, 5 tubae et quae aquarum -a ... sonitum formant (*sc. hydrauli*). 3, 15, 7 *e terra* guttae quaedam ... -a loci eliduntur. APVL. met. 5, 17, 1 lacrimis ... -a palpebrarum coactis, *i. simulatis.* VINDIC. epit. alt. 17 p. 472, 9 -a (sp(iritu)s supra *cod. unus*) pulmonum ... expressus humor. *ibid.* p. 473, 17. ALC. AVIT. hom. 18 p. 126, 16 *baptisterium labens* pendebat, ut inter⟨dum time⟩rem ruinam fabricae subiacentis -a videre. *metonymice de eo, quod exprimitur*: LVCAN. 9, 809 *sanguis sparsus est,* ut ... solet pariter totis se fundere signis Corycii -a croci (*cf.* ADNOT. quam in amphitheatro fieri scimus, cum ex omnibus locis hoc iaculatur unguentum).

b *respicitur evacuatio fructuum, spicarum sim.*: α *uvarum vel olivarum*: Ⓘ *proprie*: COLVM. 12, 36 mustum tortivum est, quod post primam -am vinaceorum circumciso pede exprimitur (12, 52, 11 p. -ae oleum. *cf. l. 52*). PLIN. nat. 18, 317 -a una culleos XX implere debet (*nisi ad l. 51*). AVG. in psalm. 55, 3 uva in vite -am non sentit (*cf.* 80, 1 l. 41 oliva in arbore ... non ... -is torcularis adteritur *eqs.*). CASSIOD. in psalm. 80, 1 cum tunsus acervus olivarum subiectus fuerit ... ponderibus nimiaque coeperit -a torqueri. *al.* Ⓘⓘ *metonymice de eo: quod premendo efficitur* (*hucine l. 46?*): COLVM. 12, 52, 11 *in oleo conficiendo* plurimum refert non miscere iterationem ... cum prima -a. *quod (qui) premit*: VEREC. in cant. 2, 33 *non* potest vinum a vinaceis separari, nisi a -is fuerit conculcatus *botrus.* Ⓘⓘⓘ *in imagine vel comparatione* (*respiciuntur tribulationes, quibus fideles probantur vel discernuntur; cf. infra l. 64 p. 1197, 29*): CYPR. epist. 37, 2 (*ad confessores*) -ae saecularis infestatione calcati ... vini vice sanguinem funditis. AVG. in psalm. 55, 4 praepara te, *Christiane,* ad -as, sed noli esse aridus, ne de -a nihil exeat. serm. 19, 6 mundus est torcular: abundant -ae eius. 80, 2 psalmus iste 'pro torcularibus' ..., in -a discretionis, ... cantatur (*cf. ibid.* pro -a discernente). CASSIOD. in psalm. 8, 1 *vox 'torcular'* ecclesiae videtur aptissime convenire, quando de obstinatis moribus ... -a paenitentiae suaves lacrimae salutariter exprimuntur. *al.*

β *quorumvis (favi l. 70): in imagine vel comparatione* (*simili usu ac l. 54*): HIL. in Matth. 13, 4 (*ad Matth. 13, 31*) grano se sinapis dominus comparavit ..., cuius virtus ac potestas tribulationibus et -is accenditur. Ps. HIER. epist. 5, 3 p. 63C quem -a ... ventilando non purgat, premendo non nutrit (*item de tritura frumenti*: GREG. M. moral. 6, 62. *cf. l. 71*). AVG. in psalm. 18, enarr. 1, 11 sive quisque iam sit mel ... sive adhuc sit favus ..., cui opus sit aliqua -a ... exprimentis manus dei, qua ... in aeternam *vitam* eliquetur. *? metonymice de ipsis granis tritis*: FVLG. aet. mund. p. 173, 2 caelesti horreo fruges ... segregatis paleis successere; spargitur sectura cum lacrimis et ⌞-a cum⌟ gaudio colligitur messis (⌞ ⌟ -ae *trad.*, -ae cum *Helm notione communi actionem intellegens*).

c *respicitur multitudo stipata hominum*: APVL. met. 3, 2, 4 *ad lo-*

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum spatiosiorem ibatur propter coetus multitudinem, quae -ae nimia densitate periclitaretur (*an ad l. 7?*). POTAM. tract. 1 l. 113 *v. p. 1099, 41* (praecessura *var. l.*). AVG. in psalm. 39, 10 quantis turbis implentur ecclesiae ..., -is se urgent, prope se suffocant multitudine (*in eadem re*: serm. 251, 1 [*ad Luc. 5, 4 sqq.*] -a turbarum [*ibid. iterum*]. *cf. e. g. serm. 248, 2* ecclesiam premunt). serm. 63A coll. Morin p. 317, 2 ut -am a turbis patiamur, non -am domino faciamus. *metonymice de iis, qui premunt* (*cf. l. 1*): PASS. Montan. 13, 4 *martyr* solus ante praecessit, ne multitudinis nimiae -a effusioni sanguinis invideret. AVG. serm. 62, 7 estote ... corpus Christi (*i. ecclesia*), non -a (pressores *var. l.*) corporis Christi.

d *respicitur agitatio ferarum, sc. in venatione* (*cf. p. 1175, 63. 1195, 61*): GLOSS. II 234, 3 *ἀπειλαὶ θηρῶν*: hae pres⟨s⟩u⟨r⟩ae.

2 *deprimendo, gravando, deorsum movendo*: **a** *res quaslibet: de impulsu aquarum, qui fit differentia altitudinis*: FRONTIN. aq. 18, 3 ex his *aquis* aliae maiori, aliae leviori -a coguntur. 35 quotiens ... ex humiliore *loco,* id est minore -a, longius ducatur *aqua. de situ humili, depresso*: FRONTIN. aq. 65, 7 *ductus Appiae* propter -am librae, quom sit infra terram ..., nullam accipit iniuriam. *de actione deorsum flectendi*: VLP. dig. 8, 2, 17, 2 qui tollit aedificium vel deprimit, luminibus *officit* ..., si forte *κατὰ ἀντανάκλασιν* vel ⌞-a⌟ quadam lumen in eas aedes devolvatur (⌞ ⌟ *sc. luminis deorsum repercussi, non aedificii depressi, ut intell. quidam*). **b** *corpus eiusque partes*: APVL. met. 7, 17, 5 *asinarius lapides addere solebat,* cum deberet ... levata paulisper -a sanare me. *in tractatione medica*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 124 praecordiorum -a, quam *epilepticis* adhibendam probant (*cf. 1, 4, 116* oppressione p. ad inferiores partes). Ps. SORAN. puls. p. 278, 7 inanis *pulsus* est, qui tangentium ... digitos oppressus sustinere non valet, sed ... -a concavatus inferius discedit.

B *incorporaliter premunt*: **1** *angustiae, tribulatio, persecutio sim.* (*usu sacrae script. et eccles. fere in probatione fidelium, ut p. 1196, 55. 64; aliter e. g. l. 57. p. 1198, l. 4; gr. resp. θλῖψις, θλίβειν sim., ut* tribulatio *in versionibus geminis, nisi alia adnotavimus*). *iuxta pos.*: persecutio VET. LAT. Matth. 13, 21 (cod. 1). TERT. uxor. 1, 5 l. 17 CYPR. epist. 6, 2 p. 482, 19. *al.*, angustiae VET. LAT. Rom. 8, 35 (Cypr. epist. 11, 5. *al.*). TERT. pudic. 15 p. 251, 3 CYPR. patient. 18. *al.*, tribulatio VET. LAT. II Cor. 6, 4 (Ps. Cypr. singul. cler. 21). HIL. in psalm. 118 iod 11 p. 445, 24 HIER. in Mich. 7, 7 l. 344. *al.*, necessitas VET. LAT. I Thess. 3, 7 (Ambrosiast. *al.*). CYPR. epist. 5, 1. *al.*, passiones AMBROSIAST. in Rom. 4, 8. *et sim. saepe, cf. l. 62 sqq.; opp.*: divitiae HIER. in Gal. 6, 6 p. 430^{A}, secunda (*n. pl.*) PATRIC. conf. 34.

a *exempla varia* (*fere sec. iuncturas nominales digesta*): VET. LAT. psalm. 19, 2 (Tert. adv. Marc. 5, 14) exaudiet ... te dominus in die -ae (IV Esdr. 2, 27 CYPR. epist. 58, 1. *al.; cf.* TERT. ieiun. 9 p. 285, 12 in tempore -ae et persecutionis et cuiuscunque circumstantiae). 33, 20 (Tert. adv. Marc. 2, 19) multae -ae iustorum et ex omnibus liberabit eos dominus (CYPR. epist. 6, 2 p. 482, 20 HIER. in Is. 8, 24, 14 l. 16. *al.*). Is. 61, 1 (Aug. pecc. mer. 1, 27, 54) qui in -a cordis sunt ([*gr. τοὺς συντετριμμένους, Vulg.* contritis corde]. II Cor. 2, 4 [Ambrosiast., Pelag.] ex multa -a et angustia c.). Matth. 24, 21 (cod. 2. *al.*) erit ... tunc -a magna (apoc. 2, 22 [Tert. pudic. 19] dabo eam *Hiezabel* ... in maximam -am. HERM. vulg. vis. 2, 2. *al.; cf.* multa: VET. LAT. II Cor. 2, 4 *v. l. 48.* I Thess. 1, 6 [Ambrosiast. *al.*] suscipientes verbum in -a m.; gravis: CYPR. Fort. 11 p. 336, 28 PELAG. in Rom. 8, 35 p. 70, 18 Ps. AVG. quaest. test. app. nov. 62. *sim. al.*). II Cor. 4, 17 (Tert. resurr. 40, 8. *al.*) temporale et leve -ae nostrae (*item c. pron. poss.*: HIER. psalt. sec. Hebr. 118, 92 in -a mea [*gr. ταπεινώσει, cod. 300. al. et Vulg.* humilitate]. *al.*). Col. 1, 24 (Ambrosiast., *sim. al.*) suppleo reliquias -arum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia (*cod. 78 et Vulg.* passionum). TERT. resurr. 40, 9 -as ... et laesuras, quibus corrumpitur homo exterior, ut leves et temporales, idcirco contemnendas adfirmat *Paulus* ([*v. II Cor. 4, 17 supra l. 54*]. SACR. Leon. 646. *cf.* GREG. M. moral. 26, 26 -is temporalitatis). CYPR. domin. orat. 33 p. 291, 26 in necessitate -ae (*item pendet gen.* -ae [-arum] *e subst. notionis affinis*: epist. 11, 7 *v. infra.* AMBROSIAST. in II Cor. 1, 8 passiones -arum. *al.; cf. l. 70; versa vice*: CYPR. eleem. 15 inter ipsas -as et angustias egestatis. AVG. epist. 124, 2 -a etiam levioris tribulationis ... graviter aegrotare [EVCHER. form. 3 p. 17, 3 tribulationum -a]. *al.*). epist. 11, 7 praesentis -ae conflictatione (PELAG. in Rom. 8, 18 p. 65, 6 GREG. M. in Ezech. 1, 9, 32; *cf.* praesentis temporis: QVODV. c. Iud. pag. Ar. 1, 1 FVLG. RVSP. epist. 7, 21; praesentis vitae: FVLG. RVSP. epist. 7, 18). Fort. praef. 1 p. 317, 2 -arum et persecutionum pondus (GREG. M. past. 1, 3. *cf.* AVG. in psalm. 110, 6 onera -arum). mortal. 5 p. 300, 8 mundi (patient. 12 p. 406, 4 HIER. in Mich. 7, 7 l. 344. *al.*). PASS. Mar. Iac. 1, 3 contra saevientis (-tes *var. l.*) saeculi -as (RVFIN. Basil. hom. 5, 5 AVG. c. Gaud. 1, 26, 29. *al.; cf.* saeculares: PETR. CHRYS. serm. 27, 1. *al.*). QVODV. prom. 1, 29, 41 famis. *et saepe. in versione nominis loci*: VET. LAT. psalm. 82, 8 (cod. 136) habitantibus -a(m) (*gr. Τύρου, cf. Hier. nom. hebr. p. 30, 21 [sim. p. 63, 27 sq.] Tyrus vel Sor* interpretatur tribulatio sive angustia vel fortitudo).

b *iuncturae verbales potiores*: VET. LAT. exod. 3, 9 (cod. 100; *deus ad Mosen*) ego vidi -am, qua[m] Aegyptii deprimebant eos *Israhelitas* (*Vulg.* afflictionem. *cf.* -is premere: HIER. in Mich. 7, 5 l. 344 in Soph. 3, 19 l. 614). psalm. 31, 7 (cod. 300. *al.*) mihi es refugium a -a, quae circumdedit me (Sirach 51, 6). Matth. 13, 21 (cod. 1) facta ... -a ... propter verbum (CYPR. Fort. praef. 5, 9 AVG. in psalm. 139, 4 l. 22). Ioh. 16, 33 (cod. 4. *al., sim.* VVLG.) in hoc ... mundo -am habebitis ([*cod. 3* ⟨ve⟩xationem]. I Cor. 7, 28 [Tert. pudic. 16]. apoc. 2, 10 [Tycon. reg. 5 p. 60, 9]. *al.*). Rom. 12, 12 (Tert. adv. Marc. 5, 14) spe gaudentes, ... -am sustinentes (II Thess. 1, 4 [Ambrosiast.]. HERM. vulg. vis. 2, 2 -am supervenientem magnam. *al.*). I Tim. 5, 10 (Ambrosiast.) si -am patientibus subministravit (CYPR. laps. 26 p. 256, 3 AVG. in psalm. 55, 4. *al.; cf.* perpeti: AVG. catech. rud. 21, 15). TERT. uxor. 1, 5 l. 17 quamcumque -am ... libere perferent (AVG. in euang. Ioh. 103, 3). CYPR. epist. 6, 2 p. 482, 19 -as omnes ... tolerare nos convenit (LVCIF. moriend. 3 FVLG. RVSP. epist. 7, 18. *al.*). 58, 2 -is angentibus ... urgeri (mortal. 7 POMER. 3, 20, 1). 60, 5 -as ... mutua caritate relevemus (*cf.* sublevare: ENNOD. epist. 9, 28, 3 p. 250, 6 CASSIOD. in psalm. 87, 15). AVG. serm. 161, 4 -a saevit atrocior et usque ad mortem saevit (GREG. M. moral. 26, 21. *cf. p. 1197, 72*). ENNOD. dict. 9, 13 p. 453, 19 non metuas -am, qua gravantur *alii. al.*

2 *res variae*: VET. LAT. Ioh. 16, 21 (cod. 4. *sim. al. et* VVLG.) *mulier* cum ... peperit puerum, iam non meminit -ae propter gaudium (*vix ad A; gr. θλίψεως, cod. 5. al.* tristitiae, *3 et 10* tribulationis, *13* doloris). TERT. ieiun. 9 p. 285, 28 ubi abstinentia vini ... a deo exigitur ..., illic intellegatur etiam pabuli -a (*cf. antea*: strictura potus. *item de abstinentia cibi*: 10 p. 287, 22 in eam *nonam* usque horam celebranda -a est. LVX. anth. 300, 2 pondere ⌞detracto⌟ [vel facto *cod.*] ... fatigas -a crudelis aves [*sc. venaticas; cf. l. 3* maciem patiuntur]). SORT. Sangall. 79, 5 si fugeris, evadis -a(m) (*acerbitatem cognitionis intell. Meister, comm. 1951, 21; coll. p. 1194, 44 de* prensura(m) *cogitat Niedermann, Gnomon 26, 1954, 234*). HIER. in Nah. 2, 3 l. 177 -a temporis coarctati rectum iter invenire non poterunt *equites* (*item de tempore nimis coartato*: CONC. Bagai. a. 394, 7 ne angustum redeuntibus [*sc. ad fidem cath.*] tempus spem salutis artatae diei -ā subducat). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 4, 28 *non est quod ad voluptates venerias revoces verba generalia* concupiscentia carnis (*I Ioh. 2, 16*): libera est electio, ubi specialis verbi nulla -a est.

II *usu technico medicorum (et usu inde derivato) respicitur oppressio vel gravedo* (*aliter l. 24. p. 1196, 36 sq. 1197, 24*): **A** *partium corporis, intestinorum* (*cf. p. 1199, 25*): CHIRON 259 cardiacus ... fit a ... toracis strictura ... et -a cordis a corruptione sanguinis (*cf. de eodem morbo Veg. mulom. 2, 4* quotiens sanguinis illa corruptio ... cor ... constrinxerit. *Cael. Aur. acut. 2, 32, 168* thoracis gravedo). CAEL. AVR. acut. 2, 35, 185 *stomachicis fieri* aliquando etiam post cibum -am ([*cf. 186* gravedo]. *inde interpol. vid.* diaet. pass. 41 -a corporis [tensura *ed. sec. epit. Aurelii*]). MISC. Tir. p. 48, 15 stomachi vel subductionis. *in imagine vel comparatione*: AVG. conf. 7, 2, 3 *haereticos* omni modo evomendos a -a pectoris. in Iob p. 551, 8 'divitiae inique congregatae evomentur' (*Iob 20, 15*): cum tormento interiorum et -a cordis. c. Iulian. op. imperf. 6, 27 p. 1574 *ut* tamquam gravissima et inevitabili -a stomachi in hos vomitus erumpas et dicas: '...'. **B** *mentis vel sensuum*: SORAN. p. 54, 15 (*inter signa fervurae matricis*) pulsus ... minor et spissus ..., stomachi consensus, aliquando cum -a pectoris. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 16 *papaver* soporiferam ... ingerit -am (*ad attrib. cf. l. 66. item de effectu papaveris: ibid.* 17 -am, non somnum faciunt. chron. 1, 5, 173 -am ... atque gravationem capitis). *ibid.* 17 differre -am a somno: contra naturam etenim -a intelligitur, secundum naturam somnus (*cf. alias definitiones*: 2, 1, 5 -am id ipsum esse ..., quod est sensuum difficultas. 2, 1, 8 -a[m] in semet maestitudinem atque furorem continet). 1, 15, 142 grave est *in curatione phreneticorum* ... ex odore vertiginem facere atque -am. 2, 1, 4 passionem ... acutam cum -a et obstrusione sensuum (*respicitur lethargia ut*: 2, 3, 14 dubia atque somni similis -a et demersio [CASS. FEL. 63 p. 155, 16 sensuum -a s. s.]. *et saepius in huius morbi disputatione; cf. e. g. 2, 3, 16* oppressio sensuum et difficilis recordatio). 2, 10, 62 -ae vehementes (*catalepseos ut* 2, 12, 83 ex quibus *fomentis* ... soporifera -a geminatur). chron. 1, 3, 55 *incubone* possessos sequitur ... per somnium gravedo atque -a et veluti praefocatio. gyn. 1, 127 ⌞triti atque gravati -a⌟ ... fetus, *qui lac nutricis ebriae suxerunt* (*gr. p. 68, 7 νωθρὰ καὶ καρώδη*). PRISC. LYD. solut. 2 p. 56, 20 causale ... dormiendi est ... -a cumulata ad primum et proprium *αἰσθητήριον* (*cf. Arist. somn. vigil. 458 a 27 ἀντιπερίστασις*). *al.*

1. pressus, -a, -um *v.* 1. premo.

2. pressus, -ūs *m.* **a** premere. *scribitur hic illic* prae- *in codd. rec., e. g.* CIC. Tusc. 2, 54. *legitur abl.* -u *exceptis* CIC. *p. 1199, 12 et* GLOSS. [*var. francoprov. cf. M.-L. 6745. Wartburg IX 370. St.*] [*vix*

[Terkelsen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

recte trad. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 4 in itineris -u (gressu *Drabkin; cf. ibid.* gressu tentato).]

i. q. actio premendi vel status pressus (GLOSS. -s: *βάρησις. ἴπωσις ἢ σφίγξις. πίεσις.* II 447, 21 *συνοχή*: -s, conpressus): **1** *variis modis comprimendi, gravandi*: CIC. Arat. frag. 15, 1 *Ophiuchus* -u duplici palmarum continet Anguem (*cf. gr. 82 ἀμφότεραι, sc. χεῖρες, ... Ὄφιος πεπονείαται*). Tusc. 2, 22 (vers.; *Hercules ad bracchia sua*) vestrone -u quondam Nemeaeus leo ... efflavit ... extremum halitum? AVG. civ. 21, 4 p. 492, 32 *carbones tam infirmi sunt, ut* -u facillimo conterantur. 21, 5 p. 496, 11 *poma* morsu -uve temptata (prens- *cod. unus*). *in comparatione*: CIC. Tusc. 2, 54 ut onera contentis corporibus facilius feruntur ..., simillime animus intentione sua depellit -um omnem ponderum.

2 *speciatim pertinet ad*: **a** *rationem loquendi, sc.: pronuntiationem distinctam* (*sunt qui hunc usum ad l. 20 referant [ut iam* NON. *infra], sed cf. p. 1182, 47. 1184, 32*): CIC. de orat. 3, 43 ex istis ... urbanis ... nemo est, quin ... Q. Valerium Soranum (*sc. Latinum*) levitate (len- *var. l.*) vocis atque ipso oris -u et sono facile vincat (NON. p. 191, 11 quasi compressione [*item* GLOSS.], *ut ad l. 20 pertineat*). 3, 219 aliud *vocis genus sibi sumat* molestia, sine commiseratione grave quoddam et uno -u ac sono obductum. *compressionem oris*: AVG. ord. 2, 12, 36 alios *sonos* (*sc. vocales*) esse, qui moderato varie hiatu ... faucibus sine ulla conlisione defluerent, alios (*sc. semivocales*) diverso -u oris tenere ... aliquem sonum. **b** *oppressionem intestinorum* (*cf. p. 1198, 41*): AVG. conf. 1, 11, 17 *cum* quodam die ⌞-u stomachi⌟ repente aestuarem paene moriturus (⌞ ⌟ pressus s. dolore, pressura s. *sim. var. ll.*). *Terkelsen.*

prēstēr, -ēris *m., πρηστήρ* (*cf. l. 30 sqq.*). *scribitur in codd. rec. et* prae-; *litt. gr. l. 32? acc. sing.* -a *l. 32. 40, plur.* -as *l. 30. 41. al.*

1 *de turbine, saepe igneo, e caelo misso* (*ad rem v. Böker, RE VIII A 2318 sq.*): **a** *explicationes*: LVCR. 6, 424 facilest ex his cognoscere rebus -as Grai quos ab re nominitarunt, in mare qua missi veniant ratione superne; nam fit ut *eqs.* (*item de origine vocis gr.*: SEN. nat. 5, 13, 3 *turbo* si pugnacior est ac diutius volutatus, inflammatur et efficit quod *-α* Graeci vocant [*-α edd. rec., sed trad. litt. lat.*; prestam, postā *var. ll.*]. APVL. mund. 12 p. 318 hi *spiritus* cum maiore vi torti sunt, fit procella terrestris; a Graecis -r nomen accepit). PLIN. nat. 2, 133 (*cf.* 1, 2, 50 turbines, -es, vertices) idem *turbo* ardentior accensusque dum furit, -r vocatur, amburens contacta pariter et proterens. 2, 134 *fulmen* distat a -e quo flamma ab igni (*cf.* APVL. mund. 15 p. 322, *ubi praeter* fulmen *distinguitur etiam* typhon). **b** *exempla cetera*: LVCR. 6, 445 fit quoque ut involvat venti se nubibus ipse vertex ... et quasi demissum caelo -a imitetur. PLIN. nat. 37, 142 suffitu *gemmarum quarundam* ... tempestates averti et -as (presferas, preterita *sim. trad.*). AMM. 17, 7, 3 haec (*sc. caliginem, procellas sim.*) ... secuti *sunt* typhones atque -es.

2 *de serpente venenato* (*Africano praeter l. 58; ad rem v. Gossen-Steier, RE II A 551 sq.; appellationem explicat* COMMENT. Lucan. 9, 722 -r ab inflando cervices suas et ora): LVCAN. 9, 722 ora ... distendens avidus fumantia -r (spumantia *var. l.; inde* ISID. orig. 12, 4, 16 -r aspis semper ore patenti et vaporanti currit). 9, 791 Nasidium ... torridus ... percussit -r; illi rubor igneus ora succendit, tenditque cutem pereunte figura *eqs.* (*cf.* SOL. 27, 32 -r quem percussit, distenditur enormique corpulentia necatur extuberatus [*inde* ISID. orig. 12, 4, 16]). PLIN. nat. 20, 210 sagittarum venena et serpentium haemorrhoidum et -um (presigrum *sim. codd.*) restingui pro cibo sumpta *porcillaca* (*item iuxta ponitur*: 23, 43. 24, 117 *rubi* adversantur serpentium sceleratissimis, h. et -i. POL. SILV. chron. I p. 543, 32). 32, 30 adversus cerasten et -as (*an* -a? presicras, praestem *fere trad.*). 32, 46 contra -is morsum sarda prodest. *in ostento caelesti* (*sublucet quodammodo usus sub 1 illustratus*): IVL. VAL. 3, 56 p. 164, 9 *Alexandro moriente* draconis effigies ignitissima caelitus labitur ... unaque cum illo ⌞-e⌟ aquilae species volabat (⌞ ⌟ *Kroll, Rhein. Mus. 70, 1915, 603,* praestare *trad.*). *Hansen.*

prēstērium, -ī *n., πρηστήριον* (*quae vox alibi non legi videtur*). NOT. Tir. 114, 32 -um (*cod. K man. alt.*, praestirium *man. pr., sim. cett.; occurrit inter res ad balnea pertinentes, praecedit* baptisterium; *significari videtur potius Laconicum, sc. sudatio, πυριατήριον, quam balnei fornax*).

[presuae *v. p. 1197, 12.*] **prēsus** *v.* prehendo.

πρεταικτάτωρ *v.* pertractator.

[prethri CIL IV 4862 *v.* plectrum, *si recte explicavit Mommsen ad l.*] censor: rimator, **pretiātor,** echtheri (*anglosax.*) GLOSS. *a* pretiare.

pretio, -āre. *a* pretium, *cf.* appretiare, *quod legitur iam inde a Tert., Vet. Lat.,* depretiare *inde a Gaio, Tert.* [*it.* prezzare; *francog.* priser; *prov. vet.* prezar *et var. prov.; cat.* prehar. *cf. M.-L. 6746. Battisti-Alessio IV 3077. Wartburg IX 372 sqq. St.*] [*falso trad.* VET. LAT. Ezech. 41, 15 (cod. 177), *v. supra p. 809, 49; perperam editum est Migne 59, 113*[C] eadem -atis *pro* ea depretiatis AVELL. 100, 16.]

i. q. pretio censere, aestimare (*secundum pecuniam* GREG. TVR.): *c. abl. causae vel respectus*: CASSIOD. var. 5, 40, 1 gemmarum ... venae auri fulgore -antur et gratiam pulchritudinis capiunt, quia nulla degeneri vicinitate sordescunt. 8, 22, 2 natura ... boni adhibitā perseverantiā -atur, quia minus est ... incipere quam ... propositum custodire. *c. acc. pretii*: GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 221, 6 quae *ornamenta, monilia sim.* -bantur amplius quam tria milia solidorum (*scribitur fere* prae-; *var. l.* adpr-).

deriv.: pretiator. *Bk.*

pretiōsē *v.* pretiosus.

⊠pretiōsitās, -ātis *f. a* pretiosus. *scribitur* prae- GREG. TVR. Franc. 9, 9 p. 423, 3. *deest plur. praeter l. 27.*

i. q. status pretiosus (*metonymice de ipsa re pretiosa, si recte trad., l. 18; accedit saepius gen. rei ['-s rei' pro 'res pretiosa' l. 15. 27. 35 sq. al.], pron. poss. l. 23. 46; opp.* vilitas *l. 38. 41, in lusu cum* appretiare *l. 39*): **1** *eorum, quae pecunia, pretio emptionis aestimantur*: AT. CAP. Macr. Sat. 7, 13, 14 cui *digito* commendaretur anuli -s (otiositas *cod. unus*). APVL. met. 2, 19, 1 ampli calices variae quidem gratiae, sed -is unius. TERT. cult. fem. 2, 10 l. 16 sq. *materiae* operositas cum raritate commissa -em *ornamentorum* et ex ea libidinem ⌞possidendae -is⌟ feminarum excitavit (⌞ ⌟ possidenda de -e *cod. A; seclusit Kroymann, fortasse recte*). pall. 5, 6 (*antea*: mulli unius obsonium sex sestertiis detulit *quidam*) ex avibus eiusdem -is ... patinam *comparatam* (*sec. Plin. nat. 10, 141*). ARNOB. IVN. confl. 1, 9 p. 251[C] lapides incomparabiles *loco obscuro positi,* antequam manifestarentur a lumine, in sua -e manebant (*de margaritis ut ibid.* p. 252[B] lapides ... unius -is uniusque ... pulchritudinis. OP. imperf. in Matth. 17 p. 729 [*ad Matth. 7, 6*]). ALC. AVIT. epist. 87 *color sigilli* ruborem ab auro, ab argento candorem, -em ab utroque *rapiens.* GREG. TVR. Franc. 9, 9 p. 423, 3 *matrona quaedam* compta grandibus ornamentis ac gemmarum -bus. *al. in imagine*: EPIST. Bachiar. 2 p. 296, 16 ut in his *pauperibus sensu* ... non tam -s munerum quaereretur quam desiderium divitis ... voluntatis. VITA Hil. Arel. 2 l. 14 ut vitae illius pretiosissimum monile ... sine artificis manu -e propria commendetur. ALC. AVIT. hom. 9, 2 p. 120, 24 -s vasculorum (*martyrii, virginitatis al.*).

2 *eorum, quae dignitate vel qualibet praestantia commendantur* (*in comparatione sublucet usus sub 1 illustratus l. 35 sq. 43*): **a** *rerum*: OPTAT. serm. 8 non de te (*sc. ut de magis*) aurum quaeritur, sed fidei -s flagitatur (*ibid. iterum.* 9 offeramus ... regi saeculorum f. auream -em. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 234, 7). RVFIN. Orig. in num. 12, 1 p. 93, 23 -em ... spiritalis ... intelligentiae (*opp.* vilitas litterae). EVSEB. EMES. serm. 22, 27 *cogitatui* ne quidem stercus inutile exstitit, -e cogitatus appretiatum. ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 124, 26 *ambitiosos* -em gratiae (*sc. muneris ecclesiastici*) pretii vilitate mercantes. **b** *hominum, animae*: ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 2 p. 481 (*antea: Pauli* animam aureamne magis an adamantinam *appelles*?) alteram quidem materiam firmitate, alteram vero -e superabat (*gr. 2, 7 πολυτέλειαν*). ARNOB. IVN. in psalm. 61 l. 10 ('pretium meum cogitaverunt repellere') meum honorem vultis a me repellere sive -em meam vilem facere. EVSEB. EMES. serm. 22, 5 *homo* cum aliis *animalibus* ... non est factus propter -em. *Holmes.*

⊠pretiōsus, -a, -um. *a* pretium. *scribitur* prae- *e. g.* CE 563, 2 CIL XII 5758. VET. LAT. Matth. 13, 46 (codd. 1. 2). PRVD. perist. 10, 839 (*cod. B*). *al.* NOT. Tir. 67, 26 -us. *compar.* -ior *inde ab* OV. (*cf.* magis -us *p. 1202, 26. 1203, 24; pleonastice* magis -ius *p. 1203, 4*), *superl.* -issimus *inde a* CIC. *de notione*: GLOSS. -us: *πολυτελής. πολλοῦ ἄξιος.* -um: *πολυτελές, βαρύτιμον, τίμιον.* satis valentem. II 455, 44 *τίμιον:* carum, -um, honorificum. *sim. al.; cf. l. 63. p. 1201, 40. 1203, 33. legitur inde a* PLAVTO, CATONE, RHET. Her., CIC., NEP., HOR., PROP., OV. [*confunditur in codd. cum* speciosus *p. 1203, 66 et e. g.* OV. ars 1, 303 (*falsa var. l.* COLVM. 6, 37, 5; *falso trad.* VITA Hil. Arel. 26 l. 49 *pedes* -i [spec- *Cavallin sec. Rom. 10, 15*]).]

i. q. (magnum) pretium habens (*iunctura etymol.* pretium -um PLAVT. *p. 1202, 19, cf. p. 1206, 28. 1209, 74 et* praemium -um *p. 1202, 67*): **I** *de eo, quod (qui) magni pretii est*: **A** *cum respectu compensationis significatur quod magni constat, magno pretio comparatur* (*cf.* AVG. serm. 34, 7 'carius est illud quam illud'; quid est 'carius est', nisi '-ius est'?): **1** *proprie, sc. in emptione, conductione, variis negotiis* (*exempla certiora; cetera v. sub B1*): PLAVT. Bacch. 74 nimium -a es operaria (*de meretrice ut*: PROP. 4, 5, 43 Thais -a. *cf. ibid.* 3, 13, 1 quaeritis, unde avidis nox sit -a puellis). CIC. epist. frg. 3, 8 locatio ... -a. VITR. 7, 5, 8 *minium, chrysocolla sim.,* quod -a sunt, legibus *aedificiorum faciendorum* excipiuntur, ut ab domino, non a redemptore repraesententur. SEN. dial. 9, 1, 6 placet cibus ... nihil habens arcessiti -ive ... nec patrimonio nec corpori gravis (*cf.* cibus -us: 12, 10, 5 *Caligula* centiens sestertio cenavit ...; o miserabiles, quorum palatum nisi ad -os c. non excitatur; -os autem non ... dulcedo, sed raritas et difficultas parandi facit. COLVM. 8, 5, 25. *al. v. vol. III 1045, 55 sq.*). COLVM. 3, 3, 8 quem *vinitorem* vulgus quidem parvi aeris vel ... noxium posse comparari putat, sed ego ... -um vinitorem im-

[Mensink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

primis esse censeo (*sunt, qui ad B trahant, sed reputantur vinearum sumptus et reditus*). PLIN. nat. 29, 28 qui prodesse *in medicina* nisi -a non putant. MART. 5, 69, 7 (*5* miles corrumpitur auro *ad necandum Ciceronem*) -a silentia linguae. 10, 96, 9 hic, *Romae, est* -a fames. QVINT. inst. 5, 12, 19 ut *numquam regnum malorum morum,* si qua -a fecit, fecerit et bona. *al.*

2 *translate*: OV. epist. 7, 47 (*Dido Aeneae*) exerces -a odia et constantia magno. MEN. dig. 49, 16, 4, 8 *qui litem habuit et* eo animo militiae se dedit, ut sub optentu militiae -iorem se adversario faceret (*sc. maiore sumptu et difficultate persequendum, ni fallimur coll. usu l. 74 illustrato; virum auctoritatis maioris intellexisse videtur Dirksen, Manuale 1837, s. v.*; gratiosiorem *coni. Salmasius*).

B *cum respectu aestimationis significatur quod magni pretii est*: **1** *secundum pecuniam, fructum, lucrum sim.* (*respectu emptionis minus vigente fere de qualitate sim. inhaerente; sunt tamen quae ad A1 trahere possis, ut e. g. l. 36. 42. 50*): **a** *adi.*: α *vario usu* (*exempla post* LIV. *selecta*): CATO orat. 218a neque mihi ... vestimentum ullum est manupretiosum (*v. vol. VIII 342, 1*) ... neque -us servus (*item de servis*: CIC. Verr. II 2, 35 mancipiorum [2, 47]. PETRON. 70, 2 [*de coquo*] non potest esse -ior homo [GAIVS inst. 4, 14 -issimus h.]. QVINT. decl. 340, 11 puer [SVET. rhet. 25, 9 formoso et -o p.]. *al.*). RHET. Her. 1, 12, 20 vasa -a et caelata magnifice (CIC. Lael. 55 COLVM. 12, 2, 2. *al.; cf. p. 1204, 30*). CIC. Verr. II 2, 47 hydrias argenteas -as. 2, 128 toreumata. 4, 8 tot res tam -as, omnis denique res, quae alicuius preti fuerint (fin. 2, 91 [*opp.* vilissimis]. VAL. MAX. 7, 2 ext. 3 PHAEDR. 4, 23, 11. *al.*). Phil. 2, 66 -a vestis (OV. ars 1, 303 LIV. 26, 21, 8. *al.* VAL. MAX. 5, 5, 4 SEN. dial. 4, 21, 11. *et saepius. opp.* speciosus: HIST. AVG. Alex. 33, 3). off. 3, 89 equine -i potius iacturam faciat an servuli vilis (COLVM. 6, 27, 8). NEP. Att. 12, 3 habebat ... in Italia -as possessiones (*cf.* SEN. dial. 9, 8, 5 rura [PLIN. epist. 8, 17, 5]. POMPON. dig. 8, 3, 25 *pars fundi* -issima. *sim. al.*). AETNA 90 ut *Iuppiter* Danaae -us fluxerit imber. HOR. epist. 1, 18, 32 vestimenta. OV. epist. 17, 223 texta. ars 2, 261 nec dominam iubeo -o munere dones; parva ... dato (VAL. MAX. 4, 3, 5. SEN. benef. 1, 12, 4 non tam -a quam rara et exquisita. 2, 2, 2. *al.*). hal. 96 -us elops (*v. Capponi, 1972, ad l.*). LIV. 21, 15, 2 multam -am suppellectilem (CVRT. 5, 1, 6. 10, 1, 24 PLIN. nat. 33, 25. *al.*). 38, 40, 6 plaustra cum pecunia ... -aque alia praeda (42, 63, 11 CVRT. 5, 6, 4). VAL. MAX. 5, 1, 10 caput *mortui* ... -issimis odoribus cremandum curavit (COLVM. 3, 8, 4. *al.*). SEN. benef. 4, 6, 2 integras lapidis -issimi moles (*cetera v. vol. VII 2, 949, 49. 951, 45 sq. al., e. g.* VET. LAT. prov. 31, 10 [Aug. serm. 37, 3] *mulier fortis* -ior est ... l. -is [*gr. τιμιωτέρα ... λίθων πολυτελῶν, aliter Vulg.; cf.* AVG. *ibid.* -i ..., quia caro valent *eqs.*]). dial. 9, 1, 8 domus etiam qua calcatur -a (APVL. met. 5, 1, 6 [*v. p. 1206, 28*]. *al., e. g. p. 1202, 5*). epist. 76, 13 navis bona dicitur non quae -is coloribus picta est (PLIN. nat. 22, 48. 35, 198. *al.*). COLVM. 3, 2, 32 vineae pariter feraces et -ae fluxurae. PLIN. nat. 37, 80 -issimarum gloria ... gemmarum (IREN. 1, 8, 1 [*gr. ἐπισήμων*]. *al. v. vol. VI 2, 1755, 61 sq.*). SVET. Cal. 37, 1 -issima margarita aceto liquefacta (Nero 12, 4. VET. LAT. Matth. 13, 46 [cod. 1. *al., sim.* VVLG.] ubi ... invenit -am m. [*v. vol. VIII 392, 36 sqq.; gr. πολύτιμον*]. *al.*). APVL. met. 9, 22, 3 cenas saliares, ... vina -a (TERT. *infra.* PORPH. Hor. carm. 3, 16, 34. *al.; cf. l. 72*). TERT. resurr. 7, 8 vinis ... et unguentis -issimis (VET. LAT. Matth. 26, 7 [cod. 3. *al.* = VVLG.] mulier habens alabastrum u. -i [*gr. βαρυτίμου, var. l. πολυτίμου.*]. Marc. 14, 3 [*ibid.; in eadem re; gr. πολυτελοῦς*]. *al.*). *al.* *de incorporeis* (*cf. l. 3 sq. p. 1200, 67*): CIC. Q. Rosc. 28 *servi* facies non erat, ars erat -a (CVRT. 5, 6, 5 -ae a. vasa. PLIN. nat. 34, 5). COLVM. 3, 2, 5 *vinearum* locus ..., in quo gustus nobilis -usque fluit ([*opp.* sordidus aut vilis]. 3, 2, 19. *cf., nisi ad 2 trahas,* 3, 7, 2 *vineae* -i saporis). PLIN. nat. 36, 55 *marmor* -issimi ... generis (*cf.* FLOR. epit. 2, 16, 7 aeris notam -iorem). IVV. 13, 214 *vini* Albani veteris -a senectus. GAIVS inst. 3, 149 *si* opera eius *socii* tam -a videatur. *al.* β *per abl. indicatur qua re quid -um sit* (in *c. abl. l. 72; cf. p. 1203, 55*): *de loco, qui continet res magni pretii, ut subluceat notio q. e. dives sim.* (*cf. syn. l. 63. 64*): OV. Pont. 3, 8, 5 nec ... haec loca sunt ullo -a metallo (CLAVD. 1, 52 quanto -a m. Hermi ripa micat [*nisi abl. potius cum verbo iungas*]. carm. min. 30, 54 *Hispania* dives equis, ... -a m.). LVCAN. 3, 217 -a ... murice Sidon. CLAVD. 20, 272 *planities* dives equis, ... -a ... marmore. *de variis rebus*: SEN. dial. 10, 12, 2 Corinthia paucorum furore -a (*cf.* 12, 11, 3 aes paucorum insania -um). COLVM. 3, 2, 23 *vitis* sapore -ior (*nisi ad 2*). LVCAN. 8, 729 *Pompeius* non -a petit cumulato ture sepulcra. PETRON. 119 vers. 16 *in circo* ne desit belua dente ⌞ad mortes⌟ -a (*i. elephas.* ⌞ ⌟ *vix cum adi. iungendum, sed cum verbo*). PLIN. nat. 7, 108 quod *scrinium* erat auro, margaritis gemmisque -um (*syn.* dives, *v. p. 1202, 23*). 12, 33 spina lacrimā -a murrae simili. 34, 8 *aes* suo colore -um (SER. med. 944 baca, *sc. margarita*). APVL. met. 2, 11, 1 vini cadum in aetate -i. 6, 6, 1 *currum auratum* ipsius auri damno -um (*sc. imaginibus incisis*). *al.* γ *locutio aliquid* -ius facere (*in sermone iuris; cf. supra l. 8. extra ius e. g.* IVV. 6, 157): CELS. dig. 6, 1, 38 reddat impensam ... usque eo dumtaxat, quo -ior factus est *fundus.* MAECIAN. dig. 35, 2, 30 pr. quibus *servitutibus* liberata praedia -iora fierent. MARCELL. dig. 34, 2, 6, 1 quod *ornamentum* postea -ius fecit additis ... margaritis. VLP. dig. 9, 2, 27, 28 si puerum quis castraverit et -iorem fecerit. 15, 3, 3, 4 ut quanti -ior (pretio -ior *F*) facta est *domus,* id praestet. *al.*

b *neutr. pro subst.* (*plur. praeter l. 13; cf. p. 1201, 2*): PLAVT. Mil. 1302 aurum, ornamenta, vestem, ⌞-a omnia⌟ (preciose omne ut ferat *codd.*). LIV. 28, 22, 6 -issima rerum suarum (*item superl.*: CVRT. 3, 8, 12. 3, 13, 5 FRONTIN. strat. 1, 11, 5. *posit.*: SEN. epist. 93, 4 -a r.). SEN. dial. 5, 35, 5 auro -iora. epist. 73, 5 qui *mercator* plura et -iora ... vexit. 90, 18 ista -a. 110, 12 *in ventrem* sic -a congerimus tamquam recepta servantem (*cf. p. 1200, 71*). APVL. met. 8, 15, 2 quidquid in casula -um conditumque servabat (*item sing.*: AMM. 23, 6, 24 aliquid. VVLG. Iob 28, 10 omne. *al.; cf. p. 1200, 70*). *al.*

2 *secundum dignitatem, momentum, affectum sim.* (*secundum speciem externam p. 1203, 64, raritatem p. 1203, 30; saepius comparantur aurum aliaque bona corporea*): **a** *attributive*: α *usu communi* (*saepius cum ironia*): Ⓘ *de variis rebus*: PLAVT. Epid. 120 (*ironice*) operam Epidici nunc me emere pretio -o velim; quem ... inrigatum plagis pistori dabo, nisi *eqs.* SEN. dial. 10, 8, 1 re omnium -issima luditur (*sc. tempore*). COLVM. 9, 4, 5 vulgares lapsanae nec his -ior armoracia (*inter herbas* notae vilioris, *quibus pascuntur apes*). PLIN. nat. 7, 108 ut -issimum ... opus *Homeri* quam maxime diviti opere servaretur (*sc. scrinio, v. p. 1201, 70*). MART. 11, 60, 10 bona. QVINT. decl. 252, 23 perdidi ... honorem, -issimum pauperum censum (*item per imaginem usus sub 1 illustrati e. g.* IREN. 1, 21, 5 l. 103 vas ego sum -um, magis quam femina, quae fecit vos [*sc. Achamoth; gr. ἔντιμον*]. AVG. serm. 37, 17 *Iohannes* texuit -issimum illud pallium laudis [*sc. Ioh. 1, 1 sqq.*]). APVL. Plat. 2, 21 p. 250 thensauris omnibus -iorem ... virtutem (PAVL. NOL. carm. 17, 302). GAIVS inst. 1, 190 feminas ... perfectae aetatis in tutela esse fere nulla -a ratio suasisse videtur (2, 232 [praeluminosa *coni. Böhm utroque loco, v. p. 697, 33 sqq.*]. *paulo aliter*: AMBR. hex. 3, 15, 64 quid ego vili sermone decerno cum alta atque -a ratione naturae?). ARNOB. nat. 4, 23 (*ironice*) o digna et -a dulcedo, propter quam Iuppiter ... cycnus fieret. HIER. epist. 57, 13, 2 (*ironice*) accusatorum meorum nenias et -as querellas (obprobriosas *var. l.*). PAVL. PETRIC. Mart. 2, 677 o vere -a fides, *qua sanatur puella aegrota* (EVSEB. GALLIC. hom. 4, 3 pura atque -a [*comparat aurum ut* ARATOR act. 2, 739]). PASS. Paul. 17 pannum de infusione ... sanguinis *Pauli* -um. *al.* Ⓘⓘ *de animantibus eorumque partibus*: OV. met. 1, 115 subiit argentea proles, auro deterior, fulvo -ior aere (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 285 -ior aetas, aurea progenies). PLIN. nat. 11, 139 oculi, pars corporis -issima (*cf. p. 1203, 16 et e. g.* CHROMAT. in Matth. 23, 3, 1 *in corpore ecclesiae* oculus velut -um membrum, episcopus *intellegitur*). Ps. QVINT. decl. 6, 1 tam -a redemptus anima senex *a piratis* (VET. LAT. prov. 6, 26 [Ps. Aug. spec. 53, *sim.* VVLG.] mulier ... virorum -as a. capit [*gr. τιμίας*]. RVFIN. hist. mon. 16, 3, 3 o -issima et deo digna a. PRVD. psych. 777. AVG. conf. 6, 7, 12 *continentia Manichaeorum* -as a. captans). ARNOB. nat. 2, 25 (*ironice*) hic est ille -us et rationibus homo augustissimis praeditus ...: nullo melior ... pecore *eqs.* HIL. in Matth. 29, 2 -ae mentis affectum *mulieris, quae Iesum unxit* ([*v. p. 1201, 50*]. VEN. FORT. carm. 1, 15, 106. *al.*). *al.*

β *usu christiano respicitur pretium vitae aeternae* (*cf. e. g. p. 1203, 13. 48*): sanguis -us: VET. LAT. I Petr. 1, 19 (Ambr. in Luc. 7, 117. *al., sim.* VVLG.) non ... auro redempti estis ..., sed -o s. quasi agni ... immaculati Christi (*gr. τιμίῳ. inde passim de s. Christi, e. g.* IVVENC. 3, 611 multos redimens -o s. FIRM. err. 27, 8 ut sanctos ... profusione -i s. redimat. PRISCILL. tract. 6, 110 signati frontibus -i s. testimonio absolvamur. *cum respectu eucharistiae*: CONC.^{S} I 2 p. 48, 35 [*sim.* I 5 p. 240, 9. *al.*] participes effecti tam sanctae carnis quam -i s. SACR. Leon. 16 [*item* SACR. Greg. 132. *al.*] corporis sacri et -i s. repleti libamine). MAX. TAVR. 105, 1 *martyres* dies vitae nostrae -o s. suo inlustrare dignati sunt (*cf.* SACR. Leon. 837 praeclarus ... martyris Eufymiae sexus fragilitate -ior s. efloruit). *exempla varia*: VET. LAT. II Petr. 1, 4 (Tract. Pelag. 3, 10, 10. *al.* = VVLG.) maxima et -a nobis promissa donavit *deus* (*gr. τίμια, Ps. Aug. spec. 90* honorifica). DAMAS. carm. 7, 4 o vere -a fides ..., qua ad caelum victor ... properavit *martyr* (*aliter l. 36. cf.* AMBR. virginit. 14, 87 *in patriam caelestem* ingressi per fidem actusque -os). TRACT. in Luc. 1, 4 salutaris confessio generat praemium -um. PRVD. perist. 4, 15 civitas quaeque -a portans dona *Christo* (*sc. martyres*). AVG. civ. 13, 7 p. 564, 23 mors ... -a sanctorum (CONSVLT. Zacch. 3, 9 p. 115, 13 -ae m. manipulos referentes *iusti* [*sec. psalm. 125, 6*]. SACR. Leon. 784 -am m. sancti Laurentii ... celebrantes. *al.; cf. p. 1203, 46*). *al.*

b *praedicative* -um esse (existimare *p. 1203, 5,* facere *p. 1203, 18. 60,* videri *p. 1203, 22. 45. sim. al.; sine verbo p. 1203, 9 sq. al.; cf. quae sub c monuimus; pro subi. ponuntur struct. verbales p. 1203, 19. 72* [*excipiuntur per pron. p. 1203, 13 sq. 70 sq.*]): α *vario usu*: Ⓘ *compar.* -ior,

[Mensink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ius (*passim c. abl. compar.,* in *c. abl. l. 16, gen. l. 17; cf. l. 24. 28*): Ov. am. 3, 8, 3 ingenium quondam fuerat -ius auro. Sen. epist. 65, 23 potentius ... est ac -ius quod facit, quod est deus, quam materia patiens dei. Lavs Pis. 112 quodque magis dono fuerit -ius omni, *inferiorem* diligis ex aequo. Plin. nat. 34, 63 *statuae inauratae* detractum est aurum -iorque talis existimatur etiam cicatricibus ... remanentibus. Plin. epist. 8, 24, 7 quid libertate -ius? (*opp.* turpe). 10, 39, 6 quod est omni pecunia -ius, munus tuum. Fronto p. 15, 14 quorum libri -iores habentur ..., si *eqs.* Tert. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 12 quanto ... homo -ior auro et argento (*item de hominibus*: Epitaph. All. Potest. [CE 1988] 1 hic Perusina sita est, qua non -ior ulla femina). CE 1996, 3 (*saec. II/III*) auro nil aliut -ius *quam defuncta* (Hil. in Matth. 6, 1 praeceptis et promissis dei n. -ius sanctiusque est. Hier. epist. 52, 13, 3. Prvd. perist. 7, 84 hoc ..., quo n. est -ius, pro te, Christe ..., mori. Dynam. vita Max. 6 l. 136 ut, si hoc obtinere possit, n. -ius esse censeret). Arnob. nat. 2, 66 quod esse constiterit -ius, laetius, id consectari. Chromat. serm. 6, 2 oculus est in membris omnibus -ior. 11, 3 quid ... -ius apostolicae doctrinae? *al.* Ⓘⓘ *formae ceterae*: Ov. epist. 17, 72 acceptissima ... munera sunt, auctor quae -a facit. Sen. benef. 2, 6, 2 quam dulce, quam -um est, si gratias sibi agi non est passus, qui dedit. epist. 58, 28 contemnamus omnia, quae adeo -a non sunt, ut *eqs.* Ps. Sen. mon. 35 nihil sit tam -um, quod cum discordia tuorum retentum velis. Plin. nat. 37, 15 e margaritis, Magne, ... fieri tuos voltus? sic te -um videri? (*item de hominibus*: Vet. Lat. Is. 13, 12 [Ps. Aug. spec. 26] erunt qui derelicti sunt -i magis quam aurum *eqs.* [*Tycon. reg. 4 p. 51, 13* honorati magis, *gr. ἔντιμοι μᾶλλον,* Vvlg. -ior]. Hil. myst. 1, 42, 2. Evseb. Gallic. hom. 10, 5 l. 96 quam -us sis ..., interroga redemptorem. CIL III 2164 *quidam defunctus* -us, quia non est). Vet. Lat. eccles. 10, 1 (Hier. *ad l.*) -a est super sapientiam ... stultitia parva (*aliter gr., ubi respondet τίμιον, et* Vvlg. -ior est sapientia). Iren. 4, 37, 1 *bonum, quod dedit deus, non* -um arbitrati sunt. *al.* *vergit in notionem q. e. rarus sim.* (*fortasse et l. 51; cf. p. 1200, 73. 1201, 32*): Vvlg. I reg. 3, 1 sermo domini erat -us in diebus illis; non erat visio manifesta (*Vet. Lat. cod. 91. al.* magnificum. *locum explicat* Hier. in Is. 6, 13, 12 omne ... quod rarum est, -um est).

β *accedunt determinationes (v. etiam supra l. 1); indicatur*:
Ⓘ *apud quem quis (quid) in pretio sit: per dat.*: Ov. ars 2, 299 *puella* aurata est: ipso tibi sit -ior auro. met. 8, 79 ille *crinis* mihi est auro -ior. Sen. clem. 1, 19, 7 nihil esse cuiquam tam -um, quod non *eqs.* Plin. nat. 32, 23 auctoritas bacarum eius *curalii* non minus Indorum viris ... -a est quam feminis nostris uniones. Ps. Qvint. decl. 8, 18 ille *filius* tibi *patri* -ior, ille melior. Vet. Lat. Luc. 7, 2 (cod. 4. *al.* = Vvlg.) *centurionis servus,* qui illi erat -us (*gr. ἔντιμος, cod. 3* carus, *5* honoratus). Ambr. epist. 7, 36, 24 *David* despectus patri, -us deo (Chromat. serm. 35, 2 satis es speciosa et non solum deo, sed etiam hominibus -a. Evseb. Gallic. hom. 9, 9). Boeth. cons. 2, 4, 23 estne aliquid tibi te ipso -ius? Maxim. eleg. 2, 27 *mulier quamvis senescens* nimium ... sibi -a videtur. *al.* *per locut. praepos.*: Vet. Lat. psalm. 115, 15 (cod. 300. *al.* = Vvlg.) -a in conspectu domini mors sanctorum eius ([*gr. τίμιος. explicat e. g.* Cypr. epist. 10, 2 -a mors haec est, quae emit immortalitatem pretio sui sanguinis]. Vvlg. I reg. 26, 21 [*Saul ad David*] quod -a fuerit anima mea in oculis tuis. Avg. serm. 306, 4. *al.*). Qverol. p. 3, 7 *qua re te remunerer?* pecunia ... neque mecum abundans neque apud te -a est (Hier. in Ier. 5, 2, 10 a. barbaras nationes. Ps. Avg. serm. 297, 1 a. deum [*opp.* despectior]. *al.*). Ps. Philo antiq. 40, 4 (*sec. l. 46*) erit mors eius -a ante conspectum meum (Greg. M. moral. 18, 59 anima fit -ior ante oculos dei [*opp.* despectior]). *al.*
Ⓘⓘ *iuncturae ceterae* (*selectae inde a* SEN. *philos.; plur. l. 22*): TER. Andr. 610 ego -um ob stultitiam fero (DON. *ad l. v. p. 712, 80 sqq.* SCHOL. Ter. p. 55, 30 id est poena [*sec.* SERV. *p. 1210, 21*]. 88, 8 dignam mercedem, -um in malo ponitur). OV. ars 1, 155 officii -um ... contingent ... crura *puellae* videnda (SEN. epist. 71, 28). Pont. 2, 3, 12 *vix esse unum,* virtutem -um qui putet esse sui (*postea*: si praemia desint. *item* -um virtutis: SEN. clem. 1, 1, 1 quamvis ... recte factorum verus fructus sit fecisse, nec ullum virtutum -um dignum illis extra ipsas sit. epist. 81, 19 v. omnium -um in ipsis est. *al.*). 2, 4, 16 hoc -um curae ... erat (MART. 1, 76, 1 o mihi curarum -um non vile mearum, Flacce [*sc. quem carminibus amicum paravi*]. IVV. 6, 474 est -um curae ... cognoscere). LIV. 32, 4, 6 haud satis dignum tanti laboris periculique -um erat (TAC. ann. 15, 12, 3 non vicos ... Armeniorum *expugnandos,* sed castra Romana *liberanda* ... -um l. peti. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 2 -um fidei et l. tres pariter cruces ... reperiuntur *ab Helena. al.*). VELL. 2, 125, 1 tulit ... et voti et consilii sui -um res publica. SEN. Oed. 634 -a ... necis sceptra ... occupat (Phoen. 275). Phoen. 269 (*loq. Oedipus*) sceleris ... -um maius accepi scelus (LVCAN. 7, 750 belli scelerumque. *al.*). epist. 95, 33 voluptas ex omni quaeritur ...; nihil turpe est, cuius placet -um. VAL. FL. 3, 627 seu pluris *erit* tolerare moras ..., -um haut leve *erit* temporis acti. SIL. 16, 45 quam *mentem* deceat -umque operis sit tradere famae (GLOSS.⌞ Corp. o 200 o. -um: laborum -um). TAC. hist. 3, 31, 1 ne ... ira victoris ... in tribunos centurionesque, ubi -um caedis erat, [re]verteretur. 3, 72, 1 *Capitolium* incensum ... quo tantae cladis -o? PLIN. paneg. 80, 1 nec aliud tibi sententiae tuae -um quam bene iudicasse. *al.*

β *exempla cetera (fere subaudiendo gen., e. g.* operae; *cum gen. explicat. l. 39):* *vario usu*: PLAVT. Trin. 274 boni sibi haec expetunt: rem, fidem ...; hoc probis -um est. CATVLL. 77, 2 Rufe mihi frustra ... credite amice, – frustra? immo magno cum -o atque malo. OV. am. 2, 5, 62 -um grande magister habet (*sc. eorum, quae puellam in lecto docuit*). MANIL. 4, 95 et male consultis -um est *contra aequitatem.* 4, 393 conaris scandere caelum ...; pro -o labor est. TAC. Agr. 1, 2 celeberrimus quisque sine ... ambitione bonae tantum conscientiae -o ducebatur. hist. 3, 8, 1 Verona potior visa *ad sedem belli*; ... in Veronensibus -um fuit: exemplo opibusque partes iuvere. ann. 15, 19, 2 satis -i esse orbis, quod multa securitate ... cuncta ... obvia haberent. *al.* *accedit inf.* (*acc. c. inf.* STAT.; *iuxta gen. v. l. 4. 17. 30. p. 1211, 72 et vol. IX 2, 667, 38 sqq.*): PROP. 4, 5, 29 (*verba lenae*) simulare virum -um facit; ... maior dilata nocte recurret amor (*nisi potius ad p. 1209, 8*). STAT. Ach. 2, 92 sit -um ... quaesisse ... Scyron et ... primum ⟨me⟩ arma ostendisse *Achilli* (TAC. ann. 1, 57, 3 Germanico -um fuit convertere agmen. 2, 35, 1 noscere [MART. CAP. 2, 122 vers.]).

2 *notione deflexa, sc. aequatur, ad similitudinem formatur id quod compensatur, ut -um sit fere i. q. instar sim.*: MART. CAP. 5, 436 superi, quis placere immortalitatis instar ac -um videbatur (*nisi notione communi explicare malis*). ENNOD. carm. 1, 4, 77 quidquid fulget iaspis, quae viret in -o pasturae ficta smaragdus. 2, 85, 4 vivit *episcopus* post obitum discipuli -o. 2, 87, 4 *quidam est* virtutum -um, forma pudicitiae.

II *respectu compensandi minus vigente*: **A** *significatur potius status, quo quis (quid) valeat necne, aestimatio, quanti quis (quid) sit sim. (quod indicatur passim per attributa; quibus omissis* -um *significatur vi aucta aliquid non parvi aestimari p. 1213, 3. 9. 37. 64. 1214, 6. 8, cf. sub I p. 1205, 48); pertinet ad*: **1** *pecuniam, bona corporea* (*exempla potiora selecta inde a* CIC., *sc. quae respectu negotii contrahendi, obligationis solvendae fere carere videntur*): PLAVT. Aul. 494 faxim muli, -o qui superant equos, sient viliores ... cantheriis (*cf.* MANIL. 4, 925 exsuperant -o. SEN. epist. 110, 14 quae -um auri ... vicerunt. *sim. al.*). Epid. 410 (*nisi ad 2*) habes servum ... quantivis -i, non carust auro contra (*item gen. qualit. pendens e subst.*: TER. Haut. 64 agrum ... meliorem neque -i maioris nemo habet. CIC. inv. 1, 51 maioris. Tull. 21 magni. VARRO rust. 1, 7, 4 pluris. *et saepe; sine attributo fortasse* PLIN. nat. 9, 106. *praedicative*: PLAVT. Persa 625 [*iocose*] *Lucridis* nomen atque omen quantivis ... est -i. CIC. Verr. II 4, 8 alicuius [*v. p. 1201, 23*]. *al.* VARRO ling. 5, 176 minoris. *et saepe*). CIC. Q. Rosc. 33 accepit ... agrum temporibus eis, cum iacerent -a praediorum; ... nunc multo pluris est. Verr. II 4, 124 *Verrem* non solum artificio, sed etiam -o quaestuque duci (*postea*: non opere delectabatur, sed pondere *auri*). VARRO rust. 1, 4, 2 *quaedam faciunt agrum* vendibiliorem atque adiciunt ad fundi -um. VITR. 2, 8, 8 (*in aestimatione parietum veterum*) cum ... inveniunt eorum locationes, -a praeteritorum annorum singulorum deducunt octogesimas *partes.* VAL. MAX. 4, 8, 1 accedit ... -o rei *donatae* inaes-

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

timabile momentum occasionis. SEN. benef. 7, 9, 3 crystallina, quorum accendit fragilitas -um (*cf. l. 9*). PLIN. nat. 1, 16, 24 quarum arborum materiae in -o *sunt* (*item sine attrib.*: 19, 152 omnia, quae in -o sunt. 33, 4. 37, 21 CLAVD. DON. Aen. 3, 485 p. 329, 19. *cum attrib.*: PLIN. nat. 31, 94 maiore in -o esse. PAVL. dig. 33, 10, 3, 3 magno [*opp.* vulgaria]. *aliter l. 7*). 19, 2 cum plerisque earum *rerum* -o usuque vitae maior ... perhibeatur auctoritas (*cf.* in *c. abl. de respectu*: 22, 107 non esset mellis auctoritas in -o minor. *al.* APVL. apol. 23, 5 tanti est in -o, quanti *eqs.*). 33, 5 quibus *crystallinis* -um faceret ipsa fragilitas (*sine attrib. ut*: 37, 85 libido -a singulis *lapidibus* facit. *an ad p. 1206, 6?*). 37, 62 (55 maximum ... -um habet adamas) proximum apud nos ... *quibusdam* margaritis -um est ...; tertia auctoritas smaragdis perhibetur (*ad notionem cf. infra l. 68*). IAVOL. dig. 38, 2, 36 mancipium, quod non -o, sed affectu sit aestimandum (MARCELL. dig. 12, 3, 8 -o, id est quanti res est, litem aestimari. PAPIN. dig. 21, 2, 66, 3. VLP. dig. 35, 2, 62, 1 *in lege Falcidia nihil* formali -o aestimandum esse [*opp.* praesens -um. *cf. p. 1208, 15*]. *et saepius*). TAC. Germ. 5, 3 ob usum commerciorum aurum et argentum in -o habent (SCHOL. Iuv. 1, 137). PANEG. 2, 14, 3 fercula sestertium milies aestimata patrimoniorum equestrium -a traxisse. *al.*

2 *dignitatem, honorem, usum sim.* (*quae saepe negantur, cf. e. g. l. 27 sq. 74; indicantur aestimantes per praepos.* apud *l. 40. 60. 61, per dat. l. 50, ut sublucere possit notio actionis aestimandi, ut e. g. etiam p. 1214, 9; saepius iuxta ponitur* honor, *e. g. l. 41. 47. p. 1214, 13*): **a** *locutiones sollemnes*: α *gen. qualitatis* -i (*fere de hominibus, de eorum opera l. 32, scriptis l. 30. 35; in bonam partem non nisi l. 29. 33. 34; cf. p. 1212, 63*): *attributive* (*in appos.* LIV. 28, 28, 9 minoris): PLAVT. Asin. 858 scito illum ante omnis minimi mortalem -i, madidum, nihili *eqs.* (Bacch. 444 senex. Mil. 558. *al.*). Cas. 98 vilice haud magni -i (Curc. 167 homo [Mil. 145]). TER. Ad. 892 maxumi. ARNOB. nat. 7, 34 p. 386, 23 animal ... nullius ... -i (AVSON. 350, 1 p. 206, 1 n. -i opusculum). *praedicative*: PLAVT. Aul. 790 nullust tam parvi -i, quin pudeat (Trin. 256. TER. Hec. 799 meam erus esse operam deputat p. -i). Bacch. 630 mortuos pluris -ist, quam ego sum. Epid. 502 me omnium hominum esse ... minimi -i. TER. Andr. 856 *senex* videtur esse quantivis -i (*postea*: severitas ..., fides). PLIN. epist. 7, 12, 6 negabis ... ullius -i esse *libellum,* cuius -um reposceris. PORPH. Hor. sat. 2, 7, 102 ego nihil dicor, id est nullius -i (GLOSS. III 335, 33 *οὐδενὸς ἄξιος*: n. -i). *al.* β in -o esse (*sine attributis praeter l. 44 sqq.; cf. supra l. 3*): PLAVT. Asin. 61 tu primus sentis *uxorem tuam morosam,* nos tamen in -o sumus (*apud eam, sc. ironice. item de hominibus*: CIC. S. Rosc. 77 *servi quidam* apud eum *Chrysogonum* sunt in honore et in -o. HOR. ars 372 *quidam* abest virtute diserti Messallae ..., sed tamen in -o est. LIV. 39, 6, 9 [*opp.* vilissimum]. SEN. benef. 3, 3, 2). VOLCAC. carm. frg. 1, 7 Caecilio palmam ... do ...; Plautus secundus ... exsuperat ceteros; dein Naevius ... -o in tertiost (*cf. infra l. 68; item accedit attributum*: OV. fast. 5, 58 in ... suo -o ruga senilis erat [*antea*: reverentia]. SEN. benef. 7, 10, 1 maiore. *al.*). LVCR. 5, 1273 ⌞*olim* fuit in -o aes aurumque iacebat⌟ ..., nunc ... aurum in summum successit honorem (⌞ ⌟ *sim.* OV. fast. 4, 405). 5, 1277 quod fuit in -o, fit nullo ... honore, OV. fast. 1, 217 *v. p. 1214, 41.* 5, 316 hortus. 6, 33 torus. 6, 179 sus. SEN. epist. 115, 8 quibus *pueris* omne ludicrum in -o est. *al.* *pro subi. est acc. c. inf.* (*cf. l. 56*): SEN. dial. 6, 1, 3 quamdiu in -o fuerit Romana cognosci. γ -um est (est *suppletur l. 63*): *pro subi. est (acc. c.) inf.* (*cf. l. 50*): MANIL. 4, 11 summum census -um est effundere censum (*item cum gen.*: SEN. epist. 90, 35 cuius *philosophiae* hoc -um est non posse -o capi. ENNOD. carm. 2, 101, 3). PLIN. nat. 12, 95 quem *corticem casiae* ... labare et exinaniri -um est (*opp. 12, 92* damnatur *cinnamomum molle* ..., cui labet cortex). *vario usu*: SEN. suas. 7, 8 quamdiu suus litteris honor, suum eloquentiae -um erit. SEN. dial. 10, 8, 1 *tempus res* vilissima aestimatur, immo paene nullum eius -um est. CVRT. 8, 2, 28 libertatis maius esse apud feminas quam apud viros -um (MART. 12, 62, 13 ut ... sit his -um meritis et gratia maior! QVINT. inst. 2, 5, 11 apud quosdam). PLIN. nat. 34, 1 cui *aeri* ... in usu proximum est -um *post aurum argentumque* (*cf. l. 68*). 37, 47 nec his *sucinis candidis* nec cerinis -um, fulvis maior auctoritas (*sc. est. item sine attrib.*: QVINT. inst. 2, 19, 3 nihil ars sine materia, materiae etiam sine arte -um est). *al.*

b *exempla varia* (*aestimantur res; homines l. 68. p. 1214, 3. 15*): PLAVT. Poen. 331 sq. primum prima salva sis, et secunda tu [in] secundo salve in -o; tertia salve extra -um (*sim. respiciuntur gradus dignitatis l. 11. 44. 62. p. 1214, 18; cf. plur.*: SEN. epist. 66, 6 animus ... non ex opinione, sed ex natura -a rebus imponens [*sim.* 89, 14, *ubi praecedit*: aestimans quanto quidque dignum sit]. 89, 15 dignitates et -a rerum nosse). LVCIL. 1326 virtus ... est -um persolvere verum ... rebus potesse, ... (1332) virtus divitiis -um persolvere posse, virtus id dare, quod re ipsa debetur honori. CVLEX 68 *ruri* nec Indi conchea baca maris -o est (*dat. fin. an pro* in -o?). HOR. carm. 4, 8, 12 *non signa pretiosa, sed* carmina possumus donare et -um dicere muneri (*luditur cum notione sub 1 illustrata ut*: epist. 2, 1, 35 *poematum* chartis -um quotus adroget annus *ut vinis*). ars 299 *quidam* nanciscetur -um nomenque poetae, si *eqs.* OV. am. 3, 4, 30 ipse timor *viri* -um corpore *feminae* maius habet, *ut alliciatur adulter ipso periculo* (rem. 232 *animus* -um ... corpore maius h. Pont. 4, 8, 68 iudicio -um res habet ista tuo, *sc. poesis* [*item sine adi.*: PLIN. nat. 13, 1]. *cf.* SEN. dial. 7, 22, 4 habere aliquid ... -i [*postea*: a. honoris]). fast. 5, 32 fit -um dignis, nec sibi quisque placet (*item sine adi.*: SEN. dial. 3, 6, 3 *rector civitatis* cupiditatem ... aequi conciliet animis faciatque vitiorum odium, -um virtutum. MART. 7, 17, 8 illis *libellis* -um facit litura *ipsius auctoris. cf. p. 1213, 9*). 6, 349 *ara Iovis Pistoris* nomine quam -o celebratior. trist. 5, 14, 31 si qua *virtus est* ... ⌞-i sibi merces ipsa petiti⌟ (*trad.*; -um s. virtus i. petitum *edd. nonnulli*). LIV. 45, 14, 1 ut -um honoremque debito beneficio addat *rex gratus.* VAL. MAX. 5, 4, 1 magno ... -o virtus aestimatur (SEN. benef. 2, 26, 2 *ut nemo* satis suo -o se aestimatum putet. epist. 66, 11. TAC. ann. 11, 26, 3 *ne* scelus ... *antea* probatum veris mox -is aestimaret). 5, 4, 7 nullis sordibus -um carae pietatis evilescit. PHAEDR. 4 epil. 6 Latinis dum manebit -um litteris. SEN. benef. 1, 6, 2 magna et in -o habita (epist. 75, 11 in magno -o habere in aliquo habenda vel in nullo. 123, 16 in nullo).

B *metonymice de ipsis rebus pretiosis, bonis (fere corporeis, sed v. l. 30 sq. 37; cf. p. 1205, 45); respiciuntur*: **1** *varia*: CIC. Verr. II 5, 56 *Mamertinos* apud istum tam multa -a ac munera conlocasse. AETNA 546 aurea saxa *in fornace* exsudant -um (*cf. imaginem p. 1210, 62 et* ENNOD. carm. 2, 46, 3 -um fornacis anhelae). OV. Pont. 2, 8, 6 *argentum,* quod, fuerit -um cum rude, numen habet (*sc. Caesarum imagines exprimens. item de materia artificii*: PLIN. nat. 34, 63 statuam inaurari iussit Nero ..., dein, cum -o perisset gratia artis, detractum est aurum *eqs.* 35, 4 *quidam imaginum* honorem non nisi in -o ducentes [*antea*: materiam conspici malunt]. CLAVD. 10, 88 admiscens artem -o. *al.; cf. p. 1212, 71*). LVCAN. 9, 365 *Hercules* abstulit arboribus *Hesperidum* -um. PLIN. nat. 14, 5 vitae -a (*v. supra p. 714, 4 sqq.; cf.* PLIN. epist. 1, 12, 4 haec tanta -a vivendi [*enumerantur antea*: vivendi causas ...: optimam conscientiam ..., praeterea filiam, uxorem *eqs.*]). 29, 19 aliena ... vivimus opera (*sc. medicorum*) perieruntque rerum naturae -a et vitae argumenta (*i. medicamenta naturalia*). 29, 24 invehi peregrinas merces conciliarique externa -a. FRONTO p. 196, 7 *dignitate relegati cuiusdam restituta* detrahis ignominiam eius liberis, nepotibus ..., quibus -a domi patrem fratresque reliqueris. IVL. VAL. 3, 34 *in convivio* incubare -is, inludere -is ..., vesci de -is. PRISC. periheg. 1026 *tellus* -o rubrae perfloret harundinis (*pro*: pretiosa harundine). *al.* **2** *pecunia, opes sim.*: SALL. Iug. 16, 1 quae *pars senatus* vero -um aut gratiam anteferebat (*opp. 15, 3* quibus ... aequum divitiis carius erat). OV. fast. 1, 217 in -o -um nunc est, dat census honores. VET. LAT. apoc. 18, 19 (cod. 51 = VVLG.) divites facti sunt omnes ... de -is eius *civitatis* (*gr. ἐκ τῆς τιμιότητος, Primas.* claritate). QVEROL. p. 4, 10 bustum in -um vertitur (*cf. 50, 26* aurum). AMBR. Hel. 15, 56 auro se iactet et -o *Babylon.* VVLG. Ier. 20, 5 universam substantiam civitatis ... omneque -um et cunctos thesauros. *al.*

appendix structurarum et iuncturarum selectarum (*imprimis ad I spectantium*): **1** *indicatur pro qua re -um detur, poscatur sim.* (*persona pro re l. 58*): **a** *per gen. passim inde a* PLAVTO, *v. p. 1211, 63, ceterum e. g. p. 1206, 25 sq. et* CIC. Q. Rosc. 33 praediorum. Verr. II 5, 62 missionis. dom. 23 provinciae. Att. 12, 23, 3 hortorum. *al.* **b** *per praepos.* (*pendentes e locutione verbali*): LIV. ANDR. trag. 1 -um pro noxa dabis (NAEV. trag. 8 ferat. PLAVT. Capt. 940 reddere. TER. Eun. 749 neque repeto ... quicquam ... -i. CIC. inv. 2, 115 postulare. *al.* VERG. Aen. 12, 352 LABEO dig. 14, 2, 10, 2. *al.*). TER. Andr. 610 -um ob stultitiam fero (GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 6 accipiunt. CIC. Font. 17 datum. SIL. 7, 711. *al.*). **c** *per dat.* (*cf. p. 1215, 2; negleximus quae e verbo pendent*): CATO agr. 14, 3 operi -um. VERG. Aen. 5, 111 palmae, ⌞-um victoribus⌟ (*appos.*). TAC. ann. 3, 40, 1 virtuti -um. ZENO 2, 1, 16 mensuris -a. *al., e. g. p. 1210, 47.* **d** *per pron. poss.*: SVET. gramm. 15, 3 *servum* -um suum rettulisse. Ps. QVINT. decl. 5, 6 tuum. *al.* SATVRN. dig. 40, 14, 2 pr. *al., e. g. p. 1211, 55 sq.* **e** *per adi., sc.* -um nuptiale *v. p. 1206, 22.*

2 *indicatur qua in re constet -um* (*cf. praedicativa vel appositiones l. 74 sqq. p. 1208, 53. al., vice versa e. g. p. 1206, 10*): **a** *per gen. explicat.*: HOR. sat. 1, 6, 14 unius assis. LIV. 5, 48, 8 mille pondo auri. SEN. epist. 31, 9. 88, 5 immortalitatis. SIL. 1, 534 decoris. 16, 555 argenti *et* ... vestis (VET. LAT. act. 7, 16 [cod. 5. *al.* = VVLG.]. *al.*). QVINT. decl. 298, 16 cenae unius. TAC. Agr. 1, 2 bonae ... conscientiae. *al., ex quibus notanda videntur* QVODV. symb. 3, 7, 5 pecuniae. VEREC. in cant. 9, 14 meredis (ARATOR ad Parth. 90. *vice versa*: OV. *supra l. 12.* COD. Theod. 14, 10, 1, 3). **b** *per adi.*: VLP. dig. 50, 13, 1, 5 nummario (COD. Theod. 7, 4, 29). AVG. quaest. hept. 7, 17, 1 pecuniario (virg. 9, 9).

3 -um *ponitur in structuris indicantibus aliquid compensationis causa dari, posci sim.*: **a** *praedicative* (*exempla selecta*): VERG. Aen. 12, 350 -um sibi poscere currus (PROP. 3, 11, 31 OV. epist. 5, 143.

[Hillen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.). Ov. epist. 6, 146 perfidiae -o qua nece dignus eras? 14, 129 *v. p. 1210, 26.* Liv. 24, 15, 3 capita hostium -um libertatis (-ti *fere trad.*) facta (Sen. benef. 1, 9, 1. *aliter p. 1207, 32*). 25, 6, 21 operae -um habent libertatem (45, 37, 5). Manil. 1, 338 *Cycnum* caelo Iuppiter ipse imposuit, formae -um (*spectat ad totum enunt. ut*: Sil. 7, 189 Tac. ann. 6, 29, 1). *al.*

b *cum praepos.*: Sil. 4, 757 membra ... in -um belli dare (Tac. hist. 1, 11, 3 Flor. epit. 2, 18, 4. *al.*). Maecian. dig. 35, 2, 30, 7 *summam* pro -o inferre (Porph. Hor. epist. 1, 18, 18. Cod. Iust. 4, 44, 9 [*a. 293*] pro eo *-o* ... pecoribus datis [*antea*: -i causa]. Ambr. Iob 1, 4, 10. *al.*). Vlp. dig. 14, 3, 5, 15 *si* pignus ... ob -um acceperit (Heges. 1, 43, 7). *al.* **c** *variis modis*: Gaivs inst. 1, 119 aes dat ... quasi -i loco (2, 104 Vlp. dig. 19, 5, 13, 1. *al.*). 3, 141 *res* -i nomine data (*et ter ibid.* Papin. dig. 40, 5, 22 pr. Schol. Cic. Bob. p. 132, 27. *al.*). Ambr. bon. mort. 1, 2 mors, quae -o damnationis infertur (*item abl.*: Iob 2, 1, 2 delictorum suorum -o ex summis in ultima corruisse *Iob.* in psalm. 118 serm. 17, 37, 3).

4 *iuncturae verbales notabiliores*: **a** *cum acc.*: α *dare, solvere sim.*: Liv. Andr. trag. 1 -um pro noxa dabis (Plavt. Men. 972 quid ... -i. Vid. 30 [*respicitur pecunia ut*: Enn. ann. 194 Cic. S. Rosc. 74. *al.*]. Tib. 1, 9, 33 [*praedicative*]. *al.*). Plavt. Asin. 128 hoccin -i redditur? (Capt. 940 pro bene factis. Enn. frg. var. 20 Lvcil. 1040. Varro rust. 2, 2, 6 [*respicitur pecunia ut* Liv. 42, 8, 7. *al.*]. *al.*). Men. 984 exsolvet (Liv. 26, 40, 15 Tac. ann. 6, 45, 1. *al.*). Ter. Andr. 39 persolvi (Lvcil. 1326. 1332 Cic. dom. 23 Liv. 6, 4, 2. *al.*). Cic. off. 3, 107 *si* pactum ... -um non attuleris (*item respicitur pecunia*: Val. Max. 6, 1 ext. 2 Qvint. decl. 344 them. *al.*). Tib. 2, 4, 33 -um si ... feras (Stat. Theb. 6, 531 [*praedicative*]. Tac. ann. 11, 6, 2. *al.; aliter l. 30*). Prop. 4, 11, 100 rependit (Ov. am. 2, 8, 21. *al.*). Liv. 32, 26, 14 -um ... solutum est dominis (*al.* Labeo dig. 32, 30, 6 Sen. benef. 6, 15, 2. *al.*). 45, 14, 1 ut -um ... addat (Plin. nat. 22, 14 Tac. hist. 1, 18, 2. *al.*). Val. Max. 4, 8, 1 numeravit (Sen. dial. 1, 3, 8. *al.*). *al.* β *accipere sim.*: Naev. trag. 8 -um pro factis ferat (Ter. Andr. 610. Hor. epist. 2, 2, 17 [*respicitur pecunia ut* Sen. contr. 7, 7, 1. *al.*]. Ov. epist. 14, 129. *al.*). Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 4 ab omnibus -um accipiunt (*sc. pecuniam ut ibid.* 6 Cic. Verr. II 1, 118. *al.* Catvll. 110, 2. *et saepe; incorporaliter e. g.* Sen. Phoen. 269). Ov. trist. 2, 11 hoc -um curae ... cepimus (Sen. Ag. 869. *al.; cum respectu pecuniae e. g.* Ivlian. dig. 38, 1, 25, 4). Val. Max. 4, 3, 10 *ut* -um ... reciperet (*sc. aurum; cum respectu pecuniae*: Scaev. dig. 4, 4, 47, 1. 45, 1, 135, 2. *al.; incorporaliter*: Tac. hist. 4, 32, 2). Iavol. dig. 18, 4, 8 *ut* -um ... a venditore consequatur (Ivlian. dig. 13, 1, 14, 2. *al.*). γ *varia*: Plavt. Mil. 727 merci -um statuit (728. Ter. Hec. 49 [= Haut. 48]. Liv. 32, 17, 2 [*praedicative*]. *al.* Tac. ann. 2, 87 Gaivs dig. 17, 1, 4. 18, 1, 35, 5. *al.*). 1061 quantum ... -i poscet (Cic. Verr. II 1, 7 Ov. am. 1, 10, 63. *al.; adde p. 1214, 75*). Persa 586 fac -um (Varro rust. 2, 2, 5. 2, 9, 7 Ov. am. 1, 10, 32. *al.; v. et l. 2. p. 1212, 44. 1213, 9. 1214, 7. vol. IX 2, 667, 50 sqq.*). Ter. Eun. 749 neque repeto ... quicquam ... -i (Vlp. dig. 12, 6, 26, 6. *al.*). Cato agr. 2, 7 si -um habeat *oleum* (Cic. Verr. II 3, 227 Hor. epist. 1, 16, 47 Eleg. in Maecen. 1, 135 Ov. am. 2, 5, 62. *al.; v. supra l. 3. p. 1211, 51. 1214, 4*). Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 4 petunt ... -um et praemium (Hor. epist. 1, 17, 42 Ov. trist. 5, 14, 31 Lvcan. 7, 750. Tac. ann. 15, 12, 3 [*praedicative*]. *al.*). Cic. Verr. II 2, 133 exquisitis palam -is (*al. v. vol. V 2, 1816, 80 sq. 1820, 28 sqq.*). 3, 163 -um ... constitutum (*al.* Varro ling. 5, 177 Sen. suas. 7, 3. *al.*). off. 3, 107 pactum pro capite -um (*al. v. vol. X 1, 206, 43; cf.* pacisci *ibid. p. 19, 13. 46. 48*). Alf. dig. 44, 1, 14 -um stipulatus est (Scaev. dig. 46, 3, 88. *al.*). Ov. am. 1, 8, 69 exigito -um (Liv. 45, 42, 11 Cels. dig. 31, 22. *al.*).

b *cum abl.*: Plavt. Epid. 120 operam ... emere -o (*al.* Ter. Hec. 57 Ad. 219 Cic. Tull. 14. *et saepe*). Men. 289 quibus hic -is porci veneunt (Liv. 2, 9, 6. 26, 11, 6 Fest. p. 360 Pompon. dig. 21, 1, 36. *al.*). Persa 579 *si* hanc vendidero -o suo (Cic. Verr. II 3, 179. *al.* Labeo dig. 32, 30, 3 Sen. contr. 7, 7, 9. *al.*). Tvrpil. com. 8 per sagam -o conductam (Cic. inv. 2, 1 Liv. 8, 38, 1 Phaedr. 4, 26, 6 Sen. benef. 6, 15, 7. *al.*). Lvcil. 199 *ficos* -o ingenti dat (Cic. dom. 23 Sen. Tro. 360. *al.*). Rhet. Her. 2, 7, 11 testes corrumpi ... -o (Cic. Verr. II 3, 158. *al.* Liv. 29, 22, 10. *al.*). Cic. S. Rosc. 76 -o ... induxit aliquem (79 Verg. Aen. 5, 399 Sen. benef. 4, 19, 4). 133 tanto -o ... mercatus est *vas* (*al. v. vol. VIII 799, 70 sq.*). Verr. II 2, 186 -o sese redemerunt (*al.* Caes. Gall. 1, 18, 3 Verg. Aen. 9, 213 Aetna 258. *al.*). Cluent. 47 -o sollicitare *servum* (Catil. 4, 17 Liv. 10, 21, 2 Stat. Theb. 2, 484). Caes. Gall. 4, 2, 2 impenso parant -o *iumenta* (Sall. Iug. 35, 4 Nep. Att. 13, 4 Liv. 41, 20, 13. *al.*). Liv. 39, 44, 7 summis -is ... locaverunt (8 Labeo dig. 19, 2, 58 pr. Gran. Lic. 28, 35). Sen. dial. 1, 3, 9 hoc *gloriae* -o aestimasse virtutem (Iavol. dig. 38, 2, 36. *al.; adde p. 1214, 14*). Colvm. 9, 8, 1 *apes* -o comparabimus ([para- *var. l.*]. Svet. Iul. 47 Pompon. dig. 6, 1, 70. *al.*). *al.*

c in -o esse: *i. q. aestimari, valere sim. v. p. 1213, 3. 37; i. q. venale esse, venire v. p. 1206, 21. 1209, 36 et* Plin. nat. 16, 14. *al.; alio usu occurrit e. g.* Clavd. Don. Aen. 1, 365 p. 80, 23 tantum ... fuisse in -o loci *emendi,* quantum *eqs.*

5 *iuncturae nominales, sc. cum adi. factae* (*subst. v. sub 1 et 2*): Plavt. Asin. 858 minimi mortalem -i (*al. v. p. 1213, 27.* Ter. Hec. 69 Ps. Sall. rep. 2, 9, 4 Liv. 41, 23, 8. *al.; cf.* parvum: *p. 1213, 31 et* Lvcil. 750 Cic. Verr. II 4, 134 Caes. Gall. 1, 18, 3. *al.*; minus: Varro ling. 5, 176 Liv. 22, 57, 12. 28, 28, 9. *al.*). Bacch. 630 pluris -i est (*al. v. vol. VIII 1608, 21 sqq.*). Cas. 98 vilice haud magni -i (*al. v. p. 1213, 28.* Cic. inv. 2, 1 Tull. 21 Catvll. 77, 2 Hor. sat. 1, 2, 122. *al.; cf.* maximum: Plavt. Poen. 842 Ter. Ad. 892 Gracch. or. frg. Gell. 11, 10, 6. *al.*; maius: Ter. Haut. 64 Cic. inv. 1, 51 Varro rust. 1, 13, 6. *al.*). Persa 579 *si* hanc vendidero -o suo (Ov. fast. 5, 58 Sen. suas. 7, 8 Sen. benef. 2, 26, 2. *al.; aliter p. 1214, 60*). Ter. Andr. 39 summum -um persolvi (Cic. Att. 12, 31, 2 Liv. 39, 44, 7 Manil. 4, 11. *al.*). Lvcil. 199 -o ingenti dat *ficos* (Liv. 10, 21, 2 Sen. benef. 7, 9, 2. *al.*). Cic. Verr. II 5, 61 -o certo (*al. v. vol. III 905, 68 sqq.; addas e. g. supra p. 1205, 54*). Att. 14, 13, 5 impenso (*al. v. vol. VII 1, 548, 67 sq.*). Tib. 1, 9, 52 -um ... grande referre (*v. vol. VI 2, 2184, 48 sqq., ubi legas* Ivv. 12, 127; *addi possunt* Tac. hist. 2, 47, 1. *al.*). Ov. am. 2, 14, 26 -um ... non leve (*al. v. vol. VII 2, 1214, 50 sqq.*). epist. 18, 163 -um non vile (Lvcan. 8, 9 Plin. nat. 9, 138 Mart. 1, 76, 1. *al.*). Liv. 21, 48, 6 digno morae -o (*al.* Sen. clem. 1, 1, 1 Plin. nat. 35, 62. *al.*). Pavl. Fest. p. 51 iusti -i finem (Pompon. dig. 6, 1, 70 Call. dig. 49, 14, 3, 5. *al.*). *al.*

6 *notabilia varia: in locutionibus* -um est (puto) *sim. pro subi. (obi.) ponitur (acc. c.) inf. p. 1210, 61. 71. 1212, 42. 1213, 50. 52, enunt. secund. p. 1211, 69.* -um *iteratur notione diversa p. 1213, 35. 54. 1214, 41. iunctura etymol.* -um pretiosum *v. p. 1200, 59; in lusu verborum cum* precibus *imprimis p. 1209, 52, cf. e. g. p. 1209, 12.*

deriv.: pretio, pretiosus.

compos.: appretio, depretio, impretiabilis, interpretium, manupretium. *Hillen.*

***prex,** precis *f.* (*sed de usu num. sing. v. l. 45 sqq.*). [*subst.* -x *significat actionem verbi q. e.* poscere, *quocum eadem radice coniunctum est*: prec- < *preḱ-; posco < *pr̥ḱ-skō. *nomen priscum suffixo carens* *prĕḱ- *exstat etiam in lingua ind.* prā́ś- *'iurgium', fortasse etiam in avest. vet.* fəras- *'quaestio' Y 43, 9 et in cambr.* rheg *'exsecratio'* (*cf. Meillet, Mémoires Soc. Ling. 18, 1914, 315 sq.; Wackernagel-Debrunner, Altind. Gramm. II 2, 1954, 11. 26; Hamp, Zeitschr. vergl. Sprachf. 91, 1977, 242 sq.*). *Fo.*] *de origine*: Gloss. V 382, 42 -x, -is: a depraecatione. *scripturam* pre- *testantur* Gramm. suppl. 298, 32. 300, 24 *et tituli codicesque antiqui complures; tamen* prae- *exhibent e. g.* Epist. imp. Diocl. (Chart. lat. ant. XII 526) II 8. CIL X 4858, 6 (*saec. IV med.*). 1195, 6 (*saec. V?*). Verg. georg. 4, 470. *al.* (*cod. R, qui* Aen. 6, 51 *exhibet* pre-). Fronto p. 37, 17. *al. (cod. V; cf.* pre- p. 168, 13 *cod. A); nota*: Gloss. V 323, 25 preces: praeces. Not. Tir. 66, 85 -es. 67, 4 -um (*dub.; sequitur* preconium; *Kopp coni.* praec⟨oni⟩um *et* praeconi⟨n⟩um). *de formis: inter pluralia tantum afferunt* Char. gramm. p. 36, 10 -es *ἱκεσίαι* (*sed cf. l. 48. 50*). Diom. gramm. I 328, 3. Exc. Bob. gramm. I 549, 26 (*excipitur* Verg. Aen. 3, 437 -e). *al.; non omnes casus sing. in usu esse testantur* Char. gramm. p. 118, 27. Phoc. gramm. V 428, 28 -e. Prisc. gramm. II 189, 8 -is -i -e. *al.; nom. sing. per analogiam afferunt* Char. gramm. p. 49, 31 -x *ἱκεσία,* -is (*item* -x: Avg. gramm. V 498, 22 Phoc. gramm. V 412, 3. Evgraph. Ter. Andr. 606 [add. *a* p. 53] antiqui declinabant -x -is, unde remansit in usu accusativus et ablativus in singularitate. *al.; cf. l. 70. 72*). Serv. Aen. 1, 587 nubes ..., non nubs, licet dicamus ... -x -es, plebs plebes; ... *quae* non ... artis sunt, sed usurpationis, qua metri causa utuntur poetae, ut vel minuant vel augeant nominativum (*sim. testatur nom. sing.* -es Virg. gramm. epist. 1, 3, 1. *cf. l. 69. p. 1221, 46*). *usus auctorum: nom. sing.* -x *trad.* Vet. Lat. *p. 1220, 65, restit.* Cypr. Gall. *p. 1221, 46, gen.* -is *legitur* Cypr. laps. 25 Hil. trin. 10, 42. *al., dat.* -i Ter. Andr. 601 Phorm. 547 Greg. M. moral. 9, 28. *al., acc.* -em Plavt. Capt. 244 Cist. 302 Cato orat. 50 Apvl. flor. 16, 25 Tert. ieiun. 10 p. 288, 21. *et saepe, abl.* -e Acc. trag. 661 (*item in versu*: Catvll. 68, 65 Lvcr. 5, 1229 Verg. Aen. 3, 437. *et saepe*). Cic. inv. 1, 22 (*item in prosa*: Att. 11, 15, 2 Sen. dial. 10, 18, 4. *al.*). *nom. plur. heteroclit.* -ae Virg. gramm. epit. 4, 2, 7 (*versus rhetoris Catonis cuiusdam*) -ae temnuntur. *primam syllabam brevem esse testatur* Serv. gramm. IV 450, 18. *de notione* (*cf. p. 1220, 63 et definitiones aliarum vocum, e. g. p. 70, 57. vol. V 1, 596, 40*): Pavl. Fest. p. 116 'litatum' ... ex graeco a -bus, quas illi *λιτάς* dicunt (Gloss.). Serv. Aen. 2, 515 'ara' ... dicitur a -bus, quas Graeci *ἀράς* dicunt. Virg. gramm. epist. 1, 3, 2 cum dicis -es (*v. l. 56*) inpudica et procax erit et malae rei maxime postulatio, at -x ad bonam semper partem dirigetur. Gloss.^{L} II Philox. pr 202 -es: *ἱκεσίαι.* Gloss. II 331, 49 *ἱκεσία*: depraecatio, oratio, praecatio, -x. 395, 13 *παράκλησις*: obsecratio, -x, ... postulatio. *sim. al. legitur inde a* Plavto, Ennio, Ter., Catone; *longe praevalet plur., de sing. v. supra.* [*confunditur in codd. maxime cum* praeceps, *e. g.* Val. Max. 7, 3 ext. 4. Sen. dial. 11, 16, 5 (*ubi et* princeps).]

[Morelli]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. actio precandi vel verba precando prolata (*raro metonymice de re petita, v. p. 1220, 5. 1221, 27 et e. g.* Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 14, 12 impetratis -bus; *precantur homines fere clara voce [sola cogitatione p. 1218, 2. 22. 1220, 3. 1221, 6, fortasse et p. 1219, 72]; de animalibus vel rebus precantibus v. l. 22. p. 1218, 2. 1219, 45; ad intercessionem pro alio spectant e. g. l. 70. p. 1218, 6. 68. 1219, 11. 42*). *saepe ponitur una cum aliis subst., sive ut potius distinguantur vel opponantur, e. g.* arma Cic. Sest. 59 Verg. Aen. 3, 261 Ov. fast. 3, 198 Liv. 2, 40, 2. *al.*, auctoritas Cic. har. resp. 3. 46 Planc. 102 Liv. 24, 32, 5. *al.*, donum Afran. com. 171 Verg. Aen. 11, 229 Ov. epist. 3, 30 Liv. 2, 1, 9. *al.*, minae *v. p. 1218, 18 sqq. et vol. VIII 992, 33 sq. al.*, munus Hor. carm. 3, 10, 13 Sen. Med. 846 Homer. 984 Tac. hist. 4, 84, 1. *al.*, postulatio (postulatum) *p. 1219, 27*, pretium Ter. Eun. 1055 Acc. trag. 661 Hor. epist. 2, 2, 173 Ov. fast. 2, 805 sq. *al.*, vis Acc. trag. 661 Bell. Hisp. 1, 2 Hor. epist. 2, 2, 173 Ov. met. 6, 684. *al., sive ut potius coniungantur, e. g.* blanditiae *v. p. 1218, 14*, fletus *v. vol. VI 1, 904, 69 sqq.*, lacrimae *v. vol. VII 2, 837, 60 sq.*, misericordia Ter. Phorm. 498 Cic. Planc. 24. 102 Caes. Gall. 7, 15, 6 Liv. 30, 7, 8. *al.*, oratio *v. p. 1220, 60. 1223, 43, sacrificium* Cic. Cluent. 194. *al.* (*v. p. 1221, 57*), verba Cic. dom. 125 (*si recte suppletur*). Ov. met. 2, 815 fast. 2, 542. *al.* Sen. contr. 1, 1, 18. *al.*, votum *v. p. 1219, 46, cf. iuncturas cum gen. abundantes p. 1223, 41.*

I ***usu profano*** (*precantur fere homines, sed dei l. 55. 68. 72, animalia p. 1218, 2. 24 et ceterum e. g.* Phaedr. 1, 19, 6. 3, 16, 7): **A** *generatim*: **1** *cum emphasi quadam de petitione supplicantis, implorantis, se submittentis sim.* (*exempla potiora*): Plavt. Capt. 244 non ego erus tibi, sed servus sum; ... quod antehac pro iure imperitabam meo, nunc te oro per -em: per fortunam ... et per ... bonitatem patris ..., ne *eqs.* (*item imploratur servus l. 49*). Cist. 302 expurges, iures, ores blande per -em eamque *matrem puellae* exores ne tibi suscenseat. Enn. ann. 20 face ..., quod tecum -bus pater orat (*item imploratur filius*: Ov. ars 1, 689 nisi hoc matris -bus tribuisset Achilles, *ut se Scyro absconderet.* Sen. contr. 1, 1, 18 [*opp.* nihil suo iure, nihil pro potestate *pater petivit*]. Val. Max. 7, 3, 10. Qvint. decl. 298, 2 [*opp.* praeceptis]. *al.*). Ter. Andr. 601 (*loq. Davus*) nullus sum, ... nihil est -i loci relictum, *ne poena afficiar* (*item imploratur misericordia*: Phorm. 498 neque misericordia neque -bus molliri. 547. Hor. epod. 17, 53 [*loq. Canidia*] quid obseratis auribus fundis -es? *al.; in pugna*: Val. Fl. 6, 312 Sil. 15, 469. *al.*). Pacvv. trag. 317 *v. vol. VII 1, 598, 63.* Acc. trag. 661 neque pretio neque amicitia neque vi impelli neque -e. Cic. Sull. 18 numquam ... *Autronii* lacrimis ac -bus restitissem (*antea*: veniebat ... supplex ut se defenderem). p. red. ad Quir. 23 odium vel -bus mitigari potest, vel *eqs.* (*cf.* Sen. dial. 5, 1, 2 *iratos* quosdam ... -es vincunt, quidam insultant instantque summissis). Att. 11, 15, 2 Quintus non modo non cum magna -e ad me, sed acerbissime scripsit. Pvblil. sent. I 57 inimici ad animum nullae conveniunt -es. Caes. civ. 2, 42, 1 Curio ubi *in pugna* perterritis omnibus neque cohortationes suas neque -es audiri intellegit (*item dux ad milites*: Sall. hist. frg. 3, 98C multis -bus cum oraret. Verg. Aen. 10, 368 *Pallas* nunc -e, nunc dictis virtutem *militum fugientium* accendit amaris [*cf. Hom. M 267*]. Liv. 6, 24, 8 ab imperio totus ad -es versus. *al.*). Bell. Afr. 94 *Petreius* -bus a servo suo impetravit, ut se interficeret (*item ad mortem poscendam*: Val. Max. 4, 7, 5 Cvrt. 8, 2, 6. *al.; cf. in dissuadenda morte*: Nep. Att. 22, 2 *cum Agrippa Atticum* oraret atque obsecraret ..., -es eius ... obstinatione depressit. Sen. Herc. f. 1272. *al.* Cvrt. 8, 2, 11. *al.*). Verg. Aen. 3, 456 quin, *Aenea,* adeas vatem *Sibyllam* -busque oracula poscas. 5, 782 (*loq. Venus*) *cogor,* Neptune, -es descendere in omnes (*item supplicant dei e. g.* Ov. met. 2, 397 *dei* supplice voce rogant *Solem*: ... *eorum* -bus ... minas regaliter addit *Iuppiter*). Sen. Herc. O. 1488 ad te -es nunc, Hylle, supremas fero (*cf. p. 1218, 41*). benef. 2, 1, 4 nulla res carius constat, quam quae -bus empta est. *al.* **2** *de qualibet petitione*: Cic. Verr. II 4, 66 *candelabrum* sibi ut donaret, rogare ... coepit; ... ubi videt eum nihilo magis minis quam -bus permoveri *eqs.* Att. 14, 20, 3 cum ipsius *Bruti* -bus paene adductus scripsissem ad eum 'de optimo genere dicendi'. Catvll. 50, 18 audax cave sis -esque nostras (*sc. ut venias*) ... cave despuas (*subauditur color sub B1 illustratus*). 116, 6 saepe tibi ... requirens carmina uti possem mittere ..., qui te lenirem nobis ..., video ... nostras ... *non* valuisse -es (*vix ad l. 75*). Pvblil. sent. C 16 conscientia animi nullas invenit linguae -es. Nep. Dion 2, 3 *Plato* rediit *Syracusas* ... Dionis -bus adductus. Verg. Aen. 9, 90 (*Cybele Iovi*) hoc -bus sine posse parentem (*item petunt dei*: 12, 800 Ov. ars 2, 587. *al.*). Hor. epist. 1, 9, 2 (*Tiberio*) *Septimius* rogat et -e cogit ..., ut tibi se laudare et tradere coner (*item respic. commendatio*: Tac. Agr. 19, 2 ex commendatione aut -bus centurionem ... adscire. Plin. epist. 2, 13, 11. *al.*). 1, 13, 18 oratus multa -e nitere. Ov. met. 6, 684 dum rogat *Boreas* et -bus mavult quam viribus uti (*685* blanditiis. *item ad matrimonium iungendum*: 6, 689. fast. 3, 198 tolle -es ..., *Romule*: quod petis, arma dabunt. Sen. contr. exc. 8, 6, 4. *al.*). *al.* *de petitione sine verbis facta* (*vix huc l. 65*): Hor. epist. 1, 14, 14 (*ad servum*) tu ... tacita -e rura petebas, nunc urbem ... optas. Plin. nat. 8, 57 *leonem* velut mutis -bus orantem, *ut impedimento liberaretur* (*antea*: miserationem quaerebat).

B *speciatim*: **1** *in re amatoria* (*exempla selecta inde a* Prop.; *cf. p. 1219, 69*): Ter. Eun. 1055 perfice hoc -bus pretio, ut haeream ... apud Thaidem (*item respicitur intercessio alterius*: Ov. fast. 3, 688 [*Anna ad Martem*] evicta est; *meis* -bus vix dedit illa *Minerva* manus). Verg. Aen. 4, 319 (*Dido Aeneae*) siquis adhuc -bus locus. Hor. carm. 3, 10, 13 neque te munera nec -es *movent* (*postea*: supplicibus tuis parcas. *cf.* Ov. met. 13, 855 miserere -esque supplicis exaudi). Lygd. 4, 76 vincuntur molli pectora dura -e. Prop. 1, 1, 16 tantum in amore -es et benefacta valent. 1, 6, 6 me ... remorantur verba puellae mutatoque graves saepe colore -es. 1, 16, 20 *ianua* nescia furtivas reddere mota -es. Ov. ars 1, 440 blanditias ferat illa *cera* tuas ... nec exiguas ... adde -es (met. 14, 18 promissa -esque b.que. Liv. 1, 9, 16. *al.; cf. p. 1217, 73*). 1, 710 vir verba precantia dicat, excipiat ... comiter illa -es. met. 14, 377 *Picus* ipsamque *Circem* -esque reliquit. fast. 2, 805 sq. instat *Lucretiae* amans hostis -bus pretioque minisque: nec -e, nec pretio, nec movet ille minis (*iuxta* pretium *l. 5, iuxta* minas: Liv. 1, 58, 3 miscere -bus minas. Sen. Phaedr. 891 temptata -bus restiti; ferro ac minis non cessit animus). Sen. Phaedr. 635 sq. o spes amantum credula! ... -bus admotis agam; (636) miserere, ⌞tacitae⌟ mentis exaudi -es (⌞ ⌟ pavidae *Axelson vix recte; cf. p. 1217, 3. vol. VIII 732, 74 sqq.*). Calp. ecl. 3, 86 quodsi turpis amor *alterius* -bus *meis* ... obstiterit. Plin. nat. 10, 104 *columbis* circa veneris -es crebris pedum orbibus adulatio *est.* Stat. silv. 1, 2, 195 dona -esque et lacrimae vigilesque ... prope limina questus. *al.*

2 *in iudicio et in iure*: **a** *vario usu*: Cic. inv. 1, 22 *benevolentia iudicum comparatur,* si -e et obsecratione humili ac supplici utemur (*item apud iudices*: Font. 49 [*opp.* minae *accusantium*]. Planc. 75. *al.* Sen. contr. 9, 2, 11 damnaturi iurant nihil se gratiae, nihil -bus dare. *al.; ceterum in iudicio populi* Liv. 2, 35, 5. 3, 12, 9. *al., dictatoris* Liv. 8, 32, 12 [*opp.* minae]. 8, 32, 16 [*opp.* causa], *senatus* Plin. epist. 2, 11, 18 [*opp.* in defensione]. *al.*). Hor. epist. 2, 2, 173 tamquam sit proprium quicquam ..., quod ... nunc -e, nunc pretio ... permutet dominos (*respicitur precarium ut e. g.* Pavl. sent. 5, 6, 12 *et p. 1145, 29. 35. 40*). Sen. contr. 1, 7, 14 nec *pater in iudicio contra filium* se demisit in -es aut rogavit, sed iure patrio usus est (*item rogantur adversarii*: 1, 7, 15 Qvint. decl. 383, 5. Svet. Aug. 56, 4 *reum* -bus eripuit, exorato coram iudicibus accusatore). Fronto p. 37, 17 *in causa Herodis Attici est* dicendum de filio impio et -um paternarum inmemore (*ad rem v. Münscher, RE VIII 928, 3 sqq.; item rogat testator*: Papin. dig. 31, 77, 23 enixae voluntatis -es. 36, 1, 57, 2 defuncti -bus adstringi. Mod. dig. 36, 1, 47 obsequium defuncti -bus praebere. *al.; cf. p. 1217, 57*). *al.* **b** *fere technice respiciuntur libelli missi: ad imperatorem* (*ad regem* Cassiod.; *plur. praeter l. 52. 54*): Edict. imp. Nerv. Plin. epist. 10, 58, 9 *priorum principum beneficia* sint rata et certa, nec gratulatio ullius instauratis egeat -bus. Plin. epist. 10, 83 rogatus ... a Nicaeensibus ..., ut -es suas ad te perferrem, ... *eorum* libellum huic epistulae iunxi. Epist. imp. Alex. dig. 48, 10, 29 si libello dato adversarius tuus veritatem in -bus ab eo datis non adiecit (*cf.* Cod. Theod. 1, 2, 6 de veritate -um inquiri oportet. Novell. Valent. 19, 1, 2 fiducia -um. *al.*). Epist. imp. Gord. (cil iii 12336 subscr.) genus qu⟨ae⟩rellae -bus intentum (*seq.* rescripto). Cod. Iust. 1, 19, 1 (*a. 290*) licet servilis condicio deferendae -is facile capax non sit. Epist. praef. praet. (cil iii 7000; *a. 324/6*) 1, 1 quae in -em con⟨tul⟩is⟨tis⟩. Avg. in euang. Ioh. 7, 11 qui ... volunt supplicare imperatori, quaerunt ... iuris peritum, a quo sibi -es componantur. Cod. Theod. 4, 16, 1 -es et impetrata rescripta non placet admitti *in re iudicata.* 11, 30, 1 si cui forte relatio ... contraria videatur, is refutatorias -es ... offerat (Cod. Iust. 7, 6, 18 [*a. 327*]. *al.*). Not. dign. or. 19, 11 magister libellorum cognitiones et -es tractat (*item* occ. 17, 13. *sim. al.*). Cassiod. var. 2, 11, 2 datis -bus intimavit *eqs. al.* *ad magistratum*: Priscill. tract. 2, 51 ut quaestor, cum iustas -es diceret, respondere tardaret. Append. Visig. 2, 12 ille oblatis -bus nobis (*sc. iudici*) detulit in querella *eqs.*

3 *in rebus publicis*: **a** *precantur cives, senatus* (*saepius gratia sim. praestantes; aliter 2b*): **α** *in petendo magistratu* (*sibi vel alteri*): Cic. leg. agr. 2, 3 *ut consulatus meus non* diuturnis -bus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. Planc. 9 non enim comitiis iudicat semper populus, sed movetur plerumque gratia, cedit -bus. 24 non potentia ..., sed -bus aliquid *candidato* attulimus etiam nos; appellavi populum tributim *eqs. al.* Liv. 4, 44, 5 *comitiis* non valuisse ... fratris pro fratre -es. 5, 18, 5. Tac. ann. 1, 15, 1 senatus largitionibus ac -bus sordidis exsolutus (*sc. comitiis in curiam translatis*). Plin. epist. 3, 20, 5 *olim suffragatores in senatu* graviter et paucis loquebantur; plus hoc quam -es proderat. paneg. 70, 9 codicillos amicorum ..., urbana coniuratione eblanditas -es. *al.* **β** *vario usu* (*exempla selecta*): Cic. dom. 7 *consul,* qui ... -bus tuis, *Clodi,* salutem ... meam praetulisset. fam. 1, 1, 2 Pompeium ... mo-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus; sed plane nec -bus nostris nec admonitionibus relinquit locum. 11, 5, 3 (*D. Bruto consuli designato*) te obsecro isdem -bus quibus senatus ..., ut in perpetuum rem publicam dominatu regio liberes. Liv. 2, 56, 15 *nisi consul* plebem saevientem -bus lenisset. 39, 44, 8 senatus -bus et lacrimis victus publicanorum. Val. Max. 5, 4, 5 *Flaminius*, cum tribunus plebis legem ... repugnante senatu promulgasset, -bus minisque eius ... resistens. Octavia 493 (*loq. Nero*) ab invitis -es humilesque voces exprimit nostri metus. Plin. epist. 8, 6, 12 Caesarem liberti -bus vel potius imperio coram senatu obtemperantem. paneg. 26, 2 *congiarii die parvuli* plerique irritis -bus surdas principis aures adstrepebant. *al.* *interceditur pro aliis*: Cic. dom. 30 Pompeium *aliosque* ... opibus, contentione, -bus ... pro salute mea laborasse. Sest. 25 *a consulibus* flagitabatur ... cum querelis bonorum omnium tum etiam -bus senatus, ut meam causam susciperent. fam. 4, 7, 6 *in causa Marcelli sumus* -bus tardiores, quod ius adeundi, cum ipsi deprecatione eguerimus, non habemus. *al.* Dolab. Cic. fam. 9, 9, 3 meas ... -es apud eum *Caesarem* non minimum auctoritatis habituras puto. Ov. Pont. 2, 2, 69 tempus adest aptum -bus; valet ille *Augustus*. *al.*

b *precantur gentes externae earumque principes (fere in bello):* *ut parcatur, pax detur*: Cic. Sest. 59 *rex Armeniorum* amicitiae nomen ..., quod armis violaverat, id -bus est consecutus (*58* Pompeius cum ... supplicem ... vidisset). Caes. Gall. 1, 20, 5 *ut* rei publicae iniuriam ... -bus *Diviciaci* condonet. 7, 78, 4 *Mandubii* flentes omnibus -bus orabant, ut se in servitutem receptos cibo iuvarent *Romani*. Liv. 6, 26, 2 (*Camillus ad Tusculanos*) deprecandi potestatem a me habueritis; -bus eventum vestris senatus, quem videbitur, dabit. 25, 25, 7 de quorum *legatorum* -bus quam postulatis magis consilio habito (*cf.* 44, 14, 6 Prusiae -es magis quam postulatio *pro Perseo* fuere). 38, 3, 7 ut per auctoritatem *sociorum* ... -es *Aetolorum* nuper repudiatae faciliorem aditum ad senatum haberent. 44, 31, 13 *Gentius* ad -es lacrimasque effusus, genibus praetoris accidens in potestatem sese dedit. *al.* Val. Max. 6, 2, 1 cum *Privernates* auxilium unicum in -bus restare animadverterent. *al.* *ut varia concedantur* (*imprimis ut auxilium feratur*): Caes. Gall. 1, 16, 6 *cum Caesar* eorum *Haeduorum* -bus adductus bellum susceperit. 5, 6, 3 *Dumnorix* omnibus ... -bus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur. 7, 8, 5 *Arvernorum* -bus permotus *Vercingetorix*. Ov. epist. 3, 30 auxerunt blanda grandia dona -e (*legati ad Achillem missi. in eadem re*: Sen. Tro. 316. *al.*). Liv. 4, 21, 8 Falisci perpelli ad instaurandum bellum ... sociorum -bus *non* potuere. *al.*

II *in religione* *et superstitione* (*precantur homines fere ad numina, sed ad angelos sanctosve p. 1221, 18, ad res p. 1220, 37, cf. p. 1220, 12; -es proferuntur verbis conceptis imprimis sub A2a–b et B2; fiunt alterius causa sive favendo, maxime p. 1220, 55. 1221, 32 [cf. e. g. l. 65. p. 1220, 1], sive nocendo, infestando p. 1220, 44 [cf. p. 1220, 34. 1221, 13. al.]; respectu petendi minus vigente sublucet color bene ominandi p. 1220, 55, venerandi l. 73. p. 1221, 47; usu laxiore precantur animalia p. 1220, 2, res p. 1221, 8. 44. 53*): **A *paganorum*** (*saepe in contextu variat vel coniungitur cum* votum, *e. g.* Afran. com. 171 Cic. Cluent. 194 nat. deor. 1, 36. *al.* Lvcr. 5, 1229 Bell. Alex. 15,8 Verg. Aen. 5, 234. 6, 51): **1** *generatim* (*exempla selecta inde a* Verg.): Plavt. Rud. 259 (*loq. sacerdos Veneris*) qui sunt qui a patrona ⌞-es⌟ mea expetessunt? (⌞ ⌟ *i. q. gratiam sim. [cf. p. 1221, 27] intellexit Marx, 1928, ad l., sed v. p. 1222, 57*). Cato agr. 134, 2 (*in sacrificio ante messem*) Iane pater, te ... bonas -es precor, uti sies volens propitius (*eadem formula ibid. iterum et* 134, 3. 139 [*in luco conlucando*]). Cornelia epist. frg. 2 non pudebit te *parentalibus* eorum deum -es expetere, quos vivos ... desertos habueris? (*sim. invocantur Manes*: Verg. Aen. 7, 133 -bus ... vocate Anchisen genitorem. Ov. fast. 2, 542 [*feralibus*]. *aliter p. 1220, 43*). Afran. com. 171 nullam ... accessi ad aram, quin deos suppliciis, sumptu, votis, donis, -bus plorans obsecrans nequiquam defatigarem. Cic. Verr. II 4, 94 *Agrigentini simulacrum Herculis* in -bus ... osculari solent. Planc. 97 *familiarium quorundam* -es et vota de meo reditu exaudiens Dyrrachium ... petere contendi. Catvll. 68, 65 (*cf. p. 1222, 60*) aura secunda ... iam -e Pollucis, iam Castoris implorata *a nautis* (*cf.* Lvcr. 5, 1229 *tempestate oborta dux classis* divom pacem votis adit ac -e quaesit [*nisi ad 2a*]. Hor. epod. 10, 18 *nautarum* -es ... aversum ad Iovem. *al.*). Verg. Aen. 8, 574 *di*, miserescite regis et patrias audite -es (*pro salute Pallantis ut*: 11, 158 nulli exaudita deorum vota -esque meae). Hor. epod. 17, 43 *Castor et Pollux* victi -e adempta vati reddidere lumina. carm. 3, 27, 11 ego cui timebo ..., oscinem corvum -e suscitabo solis ab ortu. Ov. am. 1, 3, 4 audierit nostras tot Cytherea -es (*ad iuvandum amorem ut*: 3, 7, 44 quas nunc concipiam per nova vota -es? met. 10, 642 [*loq. Venus*] detulit aura -es ad me ... blandas motaque sum. Sen. Herc. O. 539 [*loq. nutrix*] -bus tu, *Deianira*, ... advoca *Amorem. al.*). fast. 1, 696 efficiat ... ratas ... diva -es. 6, 251 in -e totus eram, caelestia numina sensi (*colore poscendi* [*v. 6, 249* fave] *an venerandi? cf.* CE 860, 2 [*saec. I*^{1}, *v. CIL I*^{2} *p. 517*^{a}] numina vestra ... ⟨vene⟩ror -bus). trist. 3, 13, 18 concipiam ... bonas ore favente -es? (*die natali ut*: Pers. 2, 3). Octavia 760 tu vota pro me suscipe et -bus piis superos adora, maneat ut praesens status. Plin. nat. 8, 3 *elephanti aegri* herbas supini in caelum iacientes, veluti tellure -bus allegata. Apvl. apol. 54, 7 tacitas -es in templo deis allegasti: igitur magus es. CIL V 3221 deo magno aetern(o) ..., quot se -bus compotem fecisset (*meton. de rebus petitis*). *al.* *loci generales*: Cic. Cluent. 194 pietate et religione et iustis -bus deorum mentes, non contaminata superstitione ... posse placari. nat. deor. 1, 3 quid est quod ullos deis ... cultus honores -es adhibeamus? 1, 36 numquam nobis occurrit *deus* neque in -bus neque ... in votis. Verg. georg. 4, 470 nescia ... humanis -bus mansuescere corda *Ditis* (*cf.* Hor. carm. 1, 24, 17 non lenis -bus fata recludere, *sc. Mercurius ψυχοπομπός*. Prop. 4, 11, 2 panditur ad nullas ianua nigra -es. *al.*). Ov. fast. 1, 182 *Kalendis Ianuariis* templa patent auresque deum, nec lingua caducas concipit ulla -es. *al.*

